Digitized by Google
Распознавание текста
ABBYY FR

HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
Andover-Harvard
Theological Library

Digitized by Google
Распознавание текста
ABBYY FR

DOES NOT CIRCULATE

Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MONUMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

UT EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CLXI.

BESSARION S. R. E. CARD. GEORGIUS TRAPEZUNT. THEODORUS GAZA. ANDRON. CALLISTUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

BR
60
.7138
t.161

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XV. ANNUS 1473.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΡΔΙΝΑΛΕΩΣ

ΒΗΣΣΑΡΙΩΝΟΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SAPIENTISSIMI CARDINALIS

BESSARIONIS

OPERA OMNIA,

THEOLOGICA, EXEGETICA, POLEMICA, PARTIM JAM EDITA, PARTIM HUCUSQUE ANECDOTA.

ACCEDUNT

EX VIRORUM DOCTORUM QUI GRÆCAS LITTERAS IN ITALIA INSTAURARUNT

SUPELLECTILI LITTERARIA

SELECTA QUÆDAM;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
Andover-Harvard
Theological Library

Digitized by Google
Распознавание текста
ABBYY FR

THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CLXI.

BESSARION S. R. E. CARD. GEORGIUS TRAPEZUNT. THEODORUS GAZA. ANDRON. CALLISTUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

BR
60
.M38
t.161

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XV. ANNUS 1473.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΡΔΙΝΑΛΕΩΣ

ΒΗΣΣΑΡΙΩΝΟΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SAPIENTISSIMI CARDINALIS

BESSARIONIS

OPERA OMNIA,

THEOLOGICA, EXEGETICA, POLEMICA, PARTIM JAM EDITA, PARTIM HUCUSQUE ANECDOTA.

ACCEDUNT

EX VIRORUM DOCTORUM QUI GRÆCAS LITTERAS IN ITALIA INSTAURARUNT

SUPELLECTILI LITTERARIA

SELECTA QUÆDAM;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PHILADELPHIA

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1866

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CLXI CONTINENTUR.

BESSARION. S. R. E. CARDINALIS.

PROLEGOMENA.

De vita et rebus gestis Bessarionis Aloysii Bandinii Commentarius, I. — *Appendix monumentorum anecdotorum, partim ex archivo basilicæ SS. XII Apostolorum, partim ex Vaticana bibliotheca descriptorum*, LXI. — *Index rerum præcipuarum quæ in Dissertatione continentur*, XCVII. — *Baptistæ Platinæ Panegyricus in laudem Bessarionis, eo vivente in publico cœtu dictus*, CIII. — *Acta selecta quæ ad Bessarionis legationem Bononiensem pertinent*, CXVII. — *Michaelis Apostolii laudatio funebris Bessarionis*, CXXVII. — *Joannis Alberti Fabricii Notitia historica et bibliographica*, CXXXIX (a).

BESSARIONIS OPERA. — REFUTATIO CAPITUM SYLLOGISTICORUM MARCI EPHESII CONTRA LATINOS, nunc primum edita curante J. Hergenrœther, s. theologiæ in Wirceburgensi litterarum universitate professore, 11. — APOLOGIA Inscriptionum Vecci, contra Gregorium Palamam, Petro Arcudio interprete, 243. — DEFENSIONES recti catholicique dogmatis Latinorum, videlicet, de processione Spiritus sancti contra hæreticum illud impugnantem, Græce Latineque editæ. — (*Idem nempe opus cum superiori, at Latine ex interpretatione Bessarionis ipsius. Vide Monitum præfixum*) 287. — DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI, ad Alexium Lascarin Philanthropinum, ex interpretatione Petri Arcudii. Præmittitur Bessarionis ad Paulum II Pontificem Maximum Epistola nuncupatoria, 321. — Idem liber, Latine, ex interpretatione Bessarionis, 407. — EPISTOLA ENCYCLICA AD GRÆCOS. Exhortatur ad obedientiam Romanæ Ecclesiæ et susceptionem synodi Florentinæ; et de electione sua in patriarcham Cpolitanum. Petro Arcudio interprete. Præmittitur Epistolæ argumentum, in quo inquiritur de patriarchis Cpolitanis qui Josepho in Italia mortuo successerunt, 417. — Eadem Epistola ex interpretatione Bessarionis, 481. — GRÆCORUM CONFESSIO de verbis consecrationis et transsubstantiatione, a Bessarione exposita in concilio Florentino. Ex Mabillonii Musæo Italico, 489. — DE SACRAMENTO EUCHARISTIÆ et quibus verbis Christi corpus conficiatur. Ex Claudii de Sainctes Liturg. 83, PP, 493. — COMPENDIUM ASCETICORUM S. BASILII MAGNI ad usum monachorum Basilianorum in Italia et Sicilia degentium concinnatum. Ex Joan. Yriarte Cod. Gr. Matrit. addita interpretatione nostra, 525. — Concio gratulatoria ad synodum Ferrariæ coactam, 531. — ORATIO dogmatica ad eamdem synodum de unione Ecclesiarum, ipso Bessarione interprete, 543. — DECLARATIO aliquorum quæ in dicta oratione continentur, quæ Græcis notissima, Latinis ignota sunt, 611. — MONODIA IN OBITU MANUELIS PALÆOLOGI, anno 1419 defuncti. Ap. Bzovium Contin. Annal. Baron. ad an. 1472, 615. — IAMBI IN OBITU THEODORÆ AUGUSTÆ, Constantini imp. uxoris. Ex Allatio *De consensu*, 621. — IN ILLUD EVANGELII SECUNDUM JOANNEM : *Sic volo eum manere donec veniam, quid ad te?* Contra Georgium Trapezuntium, quem vide infra, col. 867, Bessarioni contradicentem. Ex cod. Hagenoensi anni 1532, 623. — ORATIONES ad principes Italiæ de Christianorum clade in Graecia et Euboea, de periculis Italiæ imminentibus expugnata Hydrunto, de segundis discordiis et decernendo bello adversus Turcas, quibus subjicitur persuasio ex Demosthenis *Olynthiaca*. — Præmittuntur Bessarionis epistola ad Fichetum, Universitatis Parisiensis rectorem, cui prædictas orationes mittit; epistola Ficheti ad Sabaudiæ principes; nec non Bessarionis epistola ad homonymum suum Bessarionem, abbatem Basilianum. — Ex edit. Rom. anni 1537, 4, 641.

BESSARIONIS EPISTOLÆ. — I. Ad Paulum Pontificem Maximum de errore Paschatis, 675. — II. Ad eumdem in librum de Spiritu sancto Prœmium, 678. — III. Ad Græcos. Exhortatur eos ad obedientiam sacrorancte Romanæ Ecclesiæ et susceptionem synodi Florentinæ. Et de electione sua in patriarcham Cpolitanum, 678. — IV. Ad capitulum, canonicos et capellanos ecclesiæ Duodecim Apostolorum de Urbe. Eis statuta et constitutiones mittit, 678. — V. Ad Guillelmum Fichetum, doctorem Sorbonicum. Orationes mittit a se ad principes Italiæ directas de periculis Italiæ imminentibus et decernendo bello contra Turcas, 678. — VI. Ad pædagogum liberorum Thomæ Despotæ, 678. — VII. Ad Theodorum Gazam. Quæ ex interpretationibus Theophrasti et Aristotelis commoda rei litterariæ proventura sibi promiserit, ingenue confitetur, 686. — VIII. Ad Michaelem Apostolium. Eum reprehendit quod in apologia pro Gemisto Plethone scripta, contra Theodorum Gazam et Aristotelem calidius esset invectus, 687. — IX. Ad Andronicum Callistum. Mittere se nuntiat latæ a se sententiæ apographa, epistolam superiorem significans qua Michaelem Apostolium reprehendit, 691. — X. Ad filios Plethonis. Consolatoria, 695. — XI. Ad Nicolaum Secundinum. Superioris epistolæ exemplar mittit, 697. — XII. Ad Ludovicum XI regem. Scribit a summo pontifice legatum se electum, ut pacem inter regem ipsum et duces Burgundiæ ac Britanniæ, armis depositis, componere curaret, 699. — XIII. Ad principem senatumque Venetiarum. Bibliothecam suam omni librorum genere instructissimam eidem senatui deferi ac donat, 700. — Tabula librorum quos serenissimo Venetiarum dominio dono dedit Bessarion, 701. — BESSARIONIS INTERROGATIONES AD PLETHONEM cum Plethonis ad Bessarionis quæsita responsionibus, 713. — GEORGII AMIRUTZÆ ad Bessarionem. De Trapezunte a Turcis ANNO 1461 expugnata, 723. — GREGORII MONACHI Epistola ad Bessarionem laudatoria, 727. — Ejusdem in eumdem oratio encomiastica, 731. — BESSARIONIS ex oratione in patriam suam Trapezuntem, 744

GEORGIUS TRAPEZUNTINUS.

Notitia ex Allatii Diatriba de Georgiis, 745. — *Notitia altera ex Chr. Frid. Boerneri De doctis viris Græcis litterarum Græcarum in Italia instauratoribus*, 765. — SCRIPTA. — DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI, ad Joannem Cuboclesium, 769. — ITEM DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI et de una sancta catholica Ecclesia, ad Cretenses, 829. — IN ILLUD EVANGELII SECUNDUM JOANNEM : *Sic volo eum manere donec veniam, quid ad te?* et quod Joannes evangelista nondum sit mortuus. Ad Sixtum IV Pontificem Maximum, 867. — MARTYRIUM S. ANDREÆ DE CHIO qui Cpoli obiit anno primo Pauli II Pontificis summi, a Georgio Latine scriptum, 883. — EPISTOLA AD EUGENIUM IV SUMMUM PONTIFICEM, DE UNIONE ECCLESIARUM, ex Mittarelli *Bibliotheca codd. mss. monasterii S. Michaelis Venet. prope Murianum*, 889 — EPISTOLA AD JOANNEM PALÆOLOGUM IMP. Ut in Italiam ad synodum proficiscatur. Ad calcem Phrantzæ ed. Pontanus, 895.

CONSTANTINUS LASCARIS.

Notitia ex Christ. Frid. Boerneri de doctis hominibus Græcis litterarum Græcarum in Italia instauratoribus, 907. — CONSTANTINI LASCARIS EPISTOLA AD JOANNEM GATUM, Catanæ episcopum, libro de Scriptoribus Græcis patria Siculis præmissa. Ex Yriarte Catal. cod. Gr. Matrit. cum interpretatione nostra, 913. — DE SCRIPTORIBUS GRÆCIS PATRIA SICULIS, 915. — DE SCRIPTORIBUS GRÆCIS PATRIA CALABRIS, 923. — GESTA APOSTOLORUM PETRI ET PAULI, Constantino Lascari interprete, 929. — Fragmenta varia ex Yriarte catalogo laudato, 931.

THEODORUS GAZA.

Notitia ex Allatio de Theodoris, 971. — *Notitia altera ex Boerneri libro citato*, 977. — LAUDATIO CANIS, ap. Maii B. PP., 986. — DE ORIGINE TURCARUM ad Fr. Philelphum, ex Allatii Symmictis, 997. — (*Theod. Gazæ Liber de mensibus exstat in appendice ad Eusebii Chronicon, hujusce Patrologiæ tom. XIX, col.* 1167.) — EPISTOLA AD DEMETRIUM CHALCOCONDYDEM, 1005. — Ad eumdem, 1008.

ANDRONICUS CALLISTUS.

Notitia ex Boerneri libro citato, 1015. — EPISTOLA ad Georgium Palæologum Disypatum, 1017. — MONODIA DE CPOLI CAPTA, ex cod. Reg. Paris. 1774 nunc primum edita, 1131.

CPOLITANI IMPP.

Novellæ constitutiones inde ab anno 1220 usque ad captam urbem. 1019

(*Eorum qui usque ad annum 1220 imperium tenuerunt, juxta temporum seriem novellas jam edidimus. Vide indicem alphabeticum verbo* CPOLITANI.)

(a) Vide (col. CXLI) adnotationes quas ad initium codicis Veneti 14 de se fecit Bessarion, ex quibus suppleri potest Bandinii Commentarius.

Parisiis. — Ex typis L. MIGNE.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

DE

BESSARIONIS

CARDINALIS NICÆNI

VITA, REBUS GESTIS, SCRIPTIS,

COMMENTARIUS

—

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO PRINCIPI JOSEPHO MARIÆ CASTELLIO

TITULI S. ALEXII PRESBYTERO CARDINALI ET SACRÆ CONGREG. DE PROPAG. FIDE PRÆFECTO

ALOYSIUS BANDINIUS FELICITATEM.

Sæpe multumque anceps fui, cardinalis amplissime, utrum tibi libellum hunc meum offerrem tuoque judicio summo probatum typis evulgandum committerem. Verebar enim ne importunus magis quam officiosus essem, si tuas multas occupationes et studia gravissima interpellarem, quibus efficis ut qui virtutem colunt unum te maxime omnium admirentur ac laudent. Duo mihi tamen audendi omnemque suspensionem ac moram abrumpendi in causa fuere. Primum humanitas tua singularis, quæ nihil parvum fastidit aspernaturque, sed magnas ingenii opes ut plurimi facit, sic modicas tenuesque suo habet in pretio atque honore; deinde alium, quod video neminem qui propius vestigia premat morumque exempla imitetur celeberrimi antistitis cujus res gestas et vitam illustrandas suscepi. Equidem, ut ille se totum ad Ecclesiæ decus et rei Christianæ tutelam composuit, ita, omnium sententia, tu quoque vigilias, curas, labores in hoc unice impendis ut Sedis Apostolicæ dignitas, tot concussa procellis, in suo gradu consistat, utque religio, quam nostro hoc sæculo novandi cupido pseudophilosophi quidam atque improbi homines lacessunt, non modo intacta permaneat, sed longinquis etiam in terris et usque ad extremos Oceani accolas felicius germinet latiusque virescat. De tot virtutibus quæ tibi uberrimos gloriæ fructus jam pariunt, quid proferam, quæso, quod huic almæ ignotum nec plane perspectum sit urbi? Tuamne commemorem in Deum pietatem, et effusam in miseros et egentes tam multos liberalitatem? An vero prudentiam extollam, integritatem et modestiam viro ecclesiastico dignam, qua lautitias omnes ac ævi delicias a te longe tuisque ædibus eliminatas conspicimus? Dies mihi citius quam laudis materia deficiat, si quantum doctrinæ merito excellis atque animi præstantia velim percurrere, nec mei partem obsequii silentium existimem. Quæ cum ita sint, oro te, princeps eminentissime, ut qua benignitate me prosequi solitus es, eadem et hunc ingenioli mei fetum excipias tuoque patrocinio faveas atque sustentes. Id mihi si præstas, et pro tuo eximio facies in rem litterariam studio, tuisque amplissimis in me beneficiis novum hunc cumulum atque ornamentum adjunges.

Romæ, ex ædibus sacræ Congr. De propag. fide, pridie Non. Augusti 1777.

(*) Romæ 1777. 4°.

1426

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

DE VITA ET REBUS GESTIS BESSARIONIS

CARDINALIS NICÆNI

ALOYSII BANDINII COMMENTARIUS.

I.

Inter magnos præstantesque ingenio ac litteris viros qui sæculo XV floruerunt, nemini, ut opinio mea fert, palmam concessit Bessarion, cardinalis Nicænus, cujus Vitam nunc scribere aggredior; adeo enim doctrina excelluit, tantumque eo nomine honoris ac laudis est consecutus, ut quemadmodum paucos illi pares annumeres, ita reliquos censeas longe minores obscurioresque. Trapezunte (1), quæ urbs ad oram Ponticam jacet in Colchide, **2** ortus est anno reparatæ salutis 1395, ibique puerulus primam ætatem egit. Qua stirpe quibusve parentibus in lucem venerit, obscura plane atque incomperta res est; nec mirum id esse debet, cum Turcica immanitas, quas bello cepit regiones urbesque non modo fœdis oppleverit stragibus, sed omni fere cultu spoliaverit, quo studia mitiora civiumque artes aluntur ingenuæ. Niceronius tamen eum claro summoque genere procreatum affirmat (2); unde hoc hauserit nescire me fateor. Apud Ciacconium (3) scriptoresque illos quorum notis atque supplementis locupletior evasit, quod rem hanc prodat nihil quidquam reperio. Papadopulus familiæ splendore conspicuum fuisse negat (4) eaque mihi magis arridet sententia; nam Platina, qui Bessarioni coævus ac familiaris fuit, in panegyrico sermone quo res ab eo gestas et virtutes eximias celebravit, nullam de domesticis titulis majorumque ornamentis memoriam reliquit.

II.

Adolescens Byzantium profectus, ubi tunc optima studiorum disciplina vigebat, multam ac sedulam politioribus litteris ediscendis operam dedit. Hoc illud tempus fuisse arbitror, quo Philelphus perhibet (5) se Georgii **3** Chrysococcis scholam una cum Bessarione frequentasse (6). Eodem hoc tempore, aut circa, ni fallor, juvenilibus curis vitæque illecebris valere jussis, monasticum D. Basilii institutum, quod præcipuo in honore habent Græci, amplexus est, eaque occasione novum assumpsit Bessarionis nomen, cum antea Basilius vocaretur (7). Ita Ciacconius et plerique omnes ejus au-

(1) Nobilis olim hæc Sinopensium colonia fuit multumque rebus maritimis polluit. Vide Xenophontem lib. IV *Περὶ Κύρου ἀναβασ.*, Plinium aliosque. Imp. Cpolitanis paruit usque ad an. 1204, in quo gens Comnena novum ibi excitavit imperium, a Turcis postea deletum anno 1460. Bessarionis patriam fuisse omnes fere scriptores consentiunt, ac ipsius etiam testimonio liquet, cum, Platina referente, binos libros de Trapezuntis atque Isthmi laudibus scripserit.

(2) *Comment. vir. illustr.* XXI, 128.

(3) *Hist. Pont. Rom. et S. R. E. cardinalium*, tom. II, col. 906.

(4) *Hist. Gymnas. Patav.*, II, p. 171.

(5) Ipsam Philelphi epistolam hic pono; ex ea quippe intelligi potest quæ librorum raritas atque inopia, quantusque emergendi labor in re litteraria tunc foret:

« Franciscus Philelphus Bessarioni, card. Nicæno, S.

« Eam Homeri *Iliada*, quam vir eruditissimus « Theodorus Gazes exscripsit mihi, et quidem « magna cum impensa et sumptu, facio tanti, ut « ne Crœsi quidem ingentibus illis admirabilibusque « thesauris cuiquam sim cessurus. Te autem, « Pater reverendissime, majorem in modum miror, « qui me, cum ab usque Constantinopoli noris vel « in publico discendi ludo, ubi post obitum mei « soceri Chrysoloræ fuimus, apud Chrysococcem, « condiscipulum mores arbitreris cum ætate mutasse, ut qui unus omnium liberalissimus esse « censerer, benignitatem illam cum avaritia com- « mutarim. Bonare didici sæpe permulta, at ve- « dere nihil unquam, præsertim libros, quibus sane « pretiosius nihil duco. At hunc Homeri codicem « tam charum habeo, tam jucundum, ut vix quid- « quam in vita magis. Itaque ignosce in hac re « mihi. Si quid aliud tibi possum gratificari, jus- « seris nihil frustra. Vale. Ex Mediol. X Kal. Febr. « 1448. »

(6) Leo Allatius in *Diatriba de Georgiis*, p. 359, multa de Georgio Chrysococce recensuit. An vero idem sit ac ille quem Philelphus innuit, vehementer dubito. Nam præterquam quod hic medicus et mathematicus fuit, ut aliquot ejus opera ostendunt in variis bibliothecis recensita, ex eodem Allatio habemus Homeri *Odysseam* ipsius manu descriptam in Vaticana servari et ad calcem hæc legi: Γεώργιος Χρυσοκόκκης ἔγραψε τὴν Ὁμήρου Ὀδύσσειαν μετὰ σχολίων καὶ ἄλλων ἐν ἔτει ϛωμδ', ἰνδικτ. δ'. *Georgius Chrysococces scripsit Homeri* Odysseam *cum scholiis et aliis an.* 6844, *indict.* 4. Cum igitur *Odysseam* exscripserit anno Græci computi 6844, nostri autem 1336, qui fieri potuit ut Cpoli litteras centum fere post annos docuerit? Crediderim potius Chrysococcem a Philelpho indicatum illum esse qui cum Theodoro Gaza plures antiquos codices descripsit et ab interitu vindicavit, cujus rei mentionem facit ipse Theodorus in Græco volumine bibliothecæ Vaticanæ. Vide L. Allat. loc. cit.

(7) A. D. Bessarione anachoreta Ægyptio et Trapezuntio patrono, cujus etiam Vitam, ut Platina refert, diligentissime scripsit, nomen hoc accepisse videtur. Alii plures hoc nomine præditi reperiuntur, quorum unum hic memorabo, quia cardinalis nostri amicitiam coluit. Fuit hic Bessarion monachus Benedictinus et abbas S. Severini in urbe Neapoli.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ctoritatem ac fidem secuti. At clarissimus præsul Stephanus 4 Borgia, sacræ congregationis De propaganda fide a secretis, cui rebus in omnibus et in hac præsertim opella concinnanda plurimum debeo, in aliam prorsus me cogit abire sententiam. Nam paucis abhinc annis Florentiæ cum esset, et monachorum Cassinensium bibliothecam egregiis voluminibus refertam excuteret, in vetustum incidit Plutarchi codicem cujus in margine hæc erant manu Bessarionis adnotata : *Alium librum Plutarchi de Vitis antiquorum triginta mihi Johanni cardinali Nicæno præstitum per venerabiles religiosos de abbatia Florentina dedi transcribendum presbytero Johanni Græco de Candia, cognomento Rosio* (8), *qui portavit eum secum Venetias ibidem transcribendum* 21 *Februar.* 1455. *Si quid mihi accidat, ibi quæratur.* Ex autographo hoc scripto satis puto innotescere Bessarionem nostrum non Basilium, sed Joannem in sæculo fuisse appellatum.

III.

Oratoria poeticaque facultate jam clarus, animum ad studia sublimiora convertit. Itaque primum sub archiepiscopis Doriensi ac Selymbriensi, qui tum doctrina inter Græcos antistites et morum sanctitate fulgebant, divinæ scientiæ latices eo hausit animi incitamento atque ardore, ut omnium spem profectus celeritate anteverterit. Mox acriori philosophiæ desiderio 5 incensus in Peloponnesum concessit, Georgium Gemistum (9), Platonicorum doctissimum, auditurus. Sub hoc præceptore mathesim didicit, Platonicæque sectæ placita atque opes omnes congessit. Gemistum vero ipsum ob traditas has disciplinas adeo charum habuit, ut eum patris loco deinceps coluerit, nec unquam decoris et gloriæ per illum adeptæ memoriam deleverit. Clare id colligitur ex nonnullis Bessarionis epistolis quas Vaticana bibliotheca asservat (10), ac præsertim ex ea quam post philosophi hujus mortem ad filios ejus Demetrium et Andronicum dedit, quamque Allatius e Græco sermone Latine factam tam in *Diatriba de Georgiis* quam in opere *De Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis perpetua consensione*, publicis typis vulgari curavit.

IV.

Multiplici doctrinæ apparatu atque ubere dicendi copia instructus Bessarion, hominum oculos, quacunque incederet, in se convertere cœpit. Illum omnes mirabantur, illum alloqui ac visere certatim cupiebant, putantes eos demum beatos fore quibus tanti viri colloquio et amicitia frui contigisset. Hoc ille singulari populorum studio utebatur, ad fidem, pietatem justitiamque excitandam, nulli parcens labori atque industriæ 6 qua vel dissidia componere, aut errantes vagosque in viam posset salutis reducere. Id autem non voce tantum, in sacris concionibus, quas Græci ὁμιλίας vocant, frequentius præstabat, sed etiam scripto atque epistolis, quoties ratio aut necessitas hujusmodi officia postularent. Ea res brevi effecit ut apud Trapezuntinum et Byzantinum imperatores claresceret, utque illum ambo dignum censerent cui magni momenti negotia explicanda committerent. Quamobrem pluries eo tanquam internuntio sunt usi in illud præsertim, quod tunc maxime urgebat, nempe ut communi consilio junctisque viribus Turcarum procellam averterent et gentis ferocissimæ audaciam retunderent, quæ toto jam impetu in id ferebatur ut Græcum imperium deleret, subjectosque illi populos in duram servitutem redigeret.

V.

At vires Græcorum, ab eo tempore quo Turcæ in Europam transgressi Adrianopolim ceperant, adeo afflictæ concussæque nutabant, ut recte prospicientibus palam esset fieri diutius non posse quin penitus dilaberentur ac ruerent ; nam potiores imperii eis ultraque Hellespontum provinciis cum Barbari haberent in sua potestate, nihil illis moliendum supererat quam ut ipsa urbe potirentur. Et facile hoc etiam consecuti fuissent sub finem sæculi XIV, nisi fortuna, quæ rebus gaudet humanis illudere, Bajazetis primi conatum intervertisset. Hic, dum Græcos opprimere 7 studet magnoque exercitus robore accinctus Cpolim obsidet, bellum contraxit cum hoste acerrimo Tamerlano, a quo superatus et captus in tantas illico miserias devenit quantas profecto nunquam somniasset, dum flatu rerum ad omnia quæ

Huic longam scripsit Nicænus epistolam (*a*) IX Kal. Augusti 1470, in qua Eubœam captam a Turcis deplorat et multum conqueritur de temporum suorum calamitate. Epistola hæc exstat in bibliothecis Vaticana et Mediceo-Laurentiana. Eidem abbati Bessarioni Petrus Barbus, episcopus Tropiensis, et Pauli II pontif. agnatus, tractatum S. Basilii *De oratione, quod omnibus sit præponenda*, e codice vetustissimo Græco desumptum, et Latine translatum nuncupavit ; quam versionem una cum aliis anecdotis ipsius Barbi codex chartaceus servat ad bibliothecam pertinens seminarii Capuani.

(8) Calligraphi munus exercuit in variis Italiæ urbibus et præsertim Venetiis. Vide Montfaucon, *Palæogr. Gr.* lib. I, c. 7. Anno 1492 adhuc erat in vivis ; nam uno eodemque volumine Athenagoram *De resurrectione*, et Stephanum *De urbibus* Laurentii Medices jussu descripsit. In fine hujus libri, quem biblioth. Medic. Laurent. asservat, hæc notata leguntur : Ἡ βίβλος αὕτη μετεγράφη οὐσιατίας (*sic*) ἀναλώμασι μὲν τοῦ μεγίστου κυρίου ἡμετέρου κυρίου Λαυρεντίου δὲ Μέδιτζε· χειρὶ δὲ Ἰωάννου πρεσβυτέρου Ῥώσου τοῦ Κρήτος, ἔτη ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ τετρακ. ἐνενηκ. δευτέρῳ μηνὸς Μαρτίου τριάκ. πρώτῃ: *Liber hic scriptus est Venetiis sumptibus magnifici domini mei D. Laurentii de Medicis ; manu vero Joannis Rhosi, presbyteri Cretensis, anno a Christi nativitate* 1492, *mensis Martii die tricesima prima.*

(9) De Georgio Gemisto, seu Plethone, vide Leon. Allatii *Diatribam de Georgiis.*

(10) Cod. 1416, p. 152 et 162.

(*a*) Inter Bessarionis orationes contra Turcas, infra.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

vellet secundo utebatur; cavea enim, non secus ac bellua sævissima, inclusus, et ad ludibrium per Asiæ urbes ac populos circumvectus, extremas inter acerbitates mortem cum vita miserrime commutavit.

VI.

In hoc rerum ancipiti statu nullum Græci præsidium arbitrabantur validius quam ut ad principes Latinos confugerent, et omnium maxime, ad Romanum pontificem, qui solus posset auctoritate qua fulget classicum canere, et adversus communem hostem Occidentalium animos atque arma consociare. Verum pontifex, quo consilio aut fiducia Græcorum causam susciperet in tanta religionis discordia quanta inter ipsos ac Latinos excreverat inde a sæculo nono, in quo primum erupit Photiana secessio? Anteigitur fidei communio **8** redintegranda et veteres simultates ac odia exscindenda videbantur quam fœderis mentio ad Turcas bello petendos haberetur; neque id melius quam per synodum œcumenicam fieri posse apparebat, ubi æquum omnibus disceptandi jus esset, et quidquid rectum ac legitimum foret, communi decreto sanciendi. Hoc bonis cunctis vehementer placebat, et Bessarioni in primis, qui, nullam spem aliam exhaustæ reipublicæ relinqui asseverans, hortatu ac precibus tandem evicit ut ipse imperator Cpolitanus Joannes concilium a pontifice Eugenio IV Ferrariæ indictum adire ejusque sessionibus interesse statuerit. Quo autem splendidius et majori cum dignitate Orientalis Ecclesia suam in concilio causam defenderet, tres præcellenti doctrina viros ad infulas et gradum metropolitæ provexit, hique, ut Sguropulus narrat (11), fuere Dionysius Sardeos, Marcus Ephesi, et Bessarion, tunc primo Nicææ archiepiscopus renuntiatus.

VII.

His peractis Græcus imperator, aulæ proceribus ecclesiasticis ac laicis comitatus, inter quos et frater ipsius Demetrius et Josephus, patriarcha Cpolitanus, numerabantur, triremes conscendit, quas sub Antonio Condulmerio præfecto magnifice instructas atque ornatas ad eum pontifex miserat (12), et prospera **9** navigatione usus, VIII Id. Febr. 1438 Venetias pervenit. Ibi magno concursu hominum eximioque rerum apparatu exceptus, obviam habuit cardinalem Sanctæ Crucis (13) et Nicolaum, marchionem Atestinum, Eugenii nomine gratulatum venientes, qui paucis ante diebus Ferrariam intraverant operam concilio inchoando rebusque apte componendis daturi. Pridie Nonas proximi mensis Martii Ferrariam imperator equitum globo septus accessit, eique extra urbem cardinales præsulesque universi occurrerunt. Sub aureo pallio ad ædes pontificis solemni pompa deductus, consuetam Christi vicario reverentiam exhibuit (14). Haud multo post patriarcha, mari delatus, eodem applicuit, et cum pontifice, quem publice adiit salutavitque, pauca collocutus, in hospitium sibi laute honorificeque paratum divertit. Paucis interjectis diebus coram ipso antistite summo synodus celebrari cœpit, eique Orientis imperator et patriarcha **10** Cpolitanus una cum centum et quadraginta Latini Græcique ritus episcopis interfuerunt.

VIII.

In primo Patrum consessu surgens Bessarion, acceptaque dicendi potestate, disertam luculentamque orationem habuit, in qua vivis eloquentiæ coloribus non tam gloriam quam fructus expressit in Latinam Græcamque gentem promanaturos, si quo animo synodum expetissent, eodem absolverent, causasque omnes præciderent antiquæ separationis, ita ut Christi Ecclesia, in duas partes tandiu segregata ac divulsa, in unum denuo corpus et spiritum coalesceret. Sessiones inde plures sunt habitæ, variisque de rebus et controversis dogmatibus sex utrinque delecti præstantiores theologi disputarunt. Sed nulla acrior quæstio ac diuturnior exarsit quam de Spiritus sancti processione quæ primum schismati prætextum obtulerat, contendentibus Græcis vocem *Filioque* contra jus fasque, imo et contra decretum concilii Ephesini, additam Symbolo fuisse a Latinis, ejusque novitatis scandalo secessionis initium deberi; his vero negantibus Ephesinos Patres id unquam sensisse, quod Græci præ-

(11) *Hist. conc. Flor.*, sess. III, c. 15.

(12) Eugenius non modo triremes ad Græcos in Italiam transvehendos paravit, sed imperatorem ipsum omnemque illius comitatum, quousque domo absentes fuerunt, splendide aluit sustentavitque: milites insuper Cpolim misit qui præsidio essent urbi, easque ob impensas tanta pecuniæ inopia premi cœpit ut oppidum Burgi S. Sepulcri pro summa 25 mille aureorum, ipsamque mitram pontificiam pretiosis gemmis distinctam, pro aliis quadraginta mille similibus oppignerare Florentinis debuerit. Vide Raynald. *Ann. Eccles.*, tom. IX, ed. Luc. 1752.

(13) Fuit hic Nicolaus Albergatus, Bononiæ ortus an. 1375. Ob eximias animi dotes virtutesque a Martino V pontifice patriæ episcopus ac deinde cardinalis creatus tit. S. Crucis in Jerusalem, plurima gessit Ecclesiæ negotia ac legationes perpetua cum laude prudentiæ et integritatis. Vitæ sanctimonia clarus decessit 9 Maii 1443. Vide Ciaccon. *Hist. pont. et card.* ad an. 1417.

(14) Hujus rei mentio fit apud Georgium Phrantzam, Chron. lib. II, c. 15, iis verbis: *Cognito imperatorem ad portam adesse, surrexit et inambulavit, et ita spatia facientem imperator offendit, qui cum in genua vellet procumbere, non id papa permisit, sed eam complexus, porrectaque dextera osculatus est et ad sinistram suam collocavit.* Eadem prope refert scriptor Græcorum Act. conc. Florent., quem Leo Allatius non alium fuisse opinatur quam Theodorum Xanthopulum, qui ita se decreto unionis subscripsit: Ὁ μέγας σκευοφύλαξ διάκονος Θεόδωρος Ξανθόπουλος ὑπέγραψα. *Magnus sceuophylax diaconus Theodorus Xanthopulus subscripsi.* Theodorus tamen hic addit, præcipueque notat, imperatorem, apprehensa pontificis manu illam deosculatum fuisse: Καὶ δοὺς αὐτῷ τὴν χεῖρα ἣν ἠσπάσατο ὁ βασιλεύς, ἐκάθισεν αὐτὸν ἐξ ἀριστερῶν αὐτοῦ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

sumerent, valideque probantibus eam vocem diu antequam fieret separatio, in Occidentis Ecclesiis longe lateque viguisse, ut Græcis nullam addi in hac admirationis et schismatis causam præbere debuerit. Vera hæc erant et rem sincere recteque expendentibus luce meridiana clariora. Sed Marcus Ephesi ejusque fautores hac veluti arce munitissima utebantur ad omnem unionis spem evertendam, cum odio flagrarent in Romanam **11** Ecclesiam, ejusque primatus fastigium et auctoritatem aversarentur. Huic autem pervicaciæ Bessarion ipse haud parum initio favebat, re nondum accuratius perpensa, nec illorum ingenio explorato qui vocis *Filioque* additionem Symbolo factam in crimen vocabant. At cognito demum errore, Latinorum causam una cum Isidoro Thessalonicensi (15) ita suscepit fovitque ut Marcus Ephesius ejusque asseclæ, victoriam desperantes, vociferari cœperint, e concilio potius abeundum esse quam ut Patrum auctoritatibus argumentisque per Latinos adductis Orientis Ecclesia victas supplicesque manus porrigeret (16).

IX.

Dum hæc Ferrariæ aguntur, urbem pestilentia invasit coegitque Eugenium pontificem de concilio Florentiam transferendo cogitare. Quamobrem, ineunte anno 1439, Latini Patres Græcique omnes, Ferraria relicta, ubi sexdecim disputando altercandoque sessiones peregerant, Florentiam concesserunt (17). Nec minor **12** ibi de Spiritu sancto deque inducta in fidei Symbolum particula concertatio fuit, donec summo Nicæni studio, qui dogmaticam inter suas orationem habuit, et omnem funditus dubitationem sustulit ac discrepantiam, utriusque partis consensu statutum declaratumque est, Spiritum sanctum a Filio quoque procedere, idque Symbolo haud perperam, sed tanquam dogmatis necessariam explicationem adjectum provide sapienterque fuisse. Omnes itaque Græci Patres, præter unum archiepiscopum **13** Ephesi, conceptam super hoc fidei Christianæ articulo formulam unanimi voto approbarunt; imo patriarcha Josephus qui morbo implicitus tum decumbebat, vehementius institit, oravitque ut, sessione confestim habita, Græcæ Latinæque Ecclesiæ communio solemni renovaretur decreto. Sed cum id effici nulla posset ratione, nisi prius Græci in reliquis item controversis articulis fidem orthodoxam reciperent, valetudine ac senio confectus, VI Id. Junias e vita migravit (18). Ante tamen quam spiritum Deo redderet, pie religioseque in omnibus Romanæ Ecclesiæ doctrinam amplexus est, et fidei professionem emisit quæ exstat in Actis concilii Florentini.

14 X.

Justis funebribus patriarchæ solutis, reliqua omnia quæstionum capita non multos post dies nec magno sane negotio fuere explicata, Græcis pariter Latinisque sententiam ferentibus : Spiritum sanctum ex Patre et Filio ab æterno, tanquam ab uno principio atque unica spiratione procedere; vocem *Filioque* veritatis declarandæ causa jure ac merito adjectam Symbolo; Eucharistiæ sacramentum in pane triticeo, sive azymo, sive fermentato vere confici; esse locum in quo piorum animæ maculis nondum omnino purgatæ ad certum tempus cruciantur, eisque fidelium preces et suffragia prodesse; puras autem culpæque omnis expertes ad optatam in cœlis felicitatem, quæ Dei visione constat, illico ferri; Romanum denique pontificem D. Petri successorem et verum Chri-

(15) Isidorus patriam habuit Thessalonicam vel Cpolim, ut alii tradunt. Metropolita Kiovensis Ruthenorum fuit, unde postea Rutheni nomen retinuit. In concilio unionem strenue promovit ac juvit, eamque ob rem presbyter cardinalis tituli SS. Petri et Marcellini ab Eugenio IV creatus est. Cpolim ablegatus a Nicolao V pontifice, captæ urbis excidium vidit, et stratagemate usus, quo cæsorum unum suis vestibus indutum supposuit, e manibus Barbarorum incolumis evasit. Sub Pio II patriarcha Cpolitanus renuntiatus, vitam produxit usque ad annum 1463. Scripsit de Byzantio capto et Eubœa insula per Turcas occupata, nonnullosque sermones de B. Dei Genitrice Græcos reliquit. Ciacc. *Vit. pontif. et cardin.*

(16) Vide Raynald. tom. IX, ad an. 1438.

(17) Græcus scriptor Act. conc., pontificis iter Florentiam versus describens, sic ait : *Die 16 Januarii egressus est papa e palatio cum multa ostentatione ac pompa; paraverant enim equos albos duodecim, phaleris et splendidis operimentis ornatos; et uni quidem arculam imposuerunt intus habentem sanctum donum, viris hinc inde pedestribus ad 50 comitantibus cum facibus accensis; in alterum vero ascendit pontifex mitram gerens et pluviale pretiosum, multis et ipse luminibus circumseptus. Urbis vero dominus marchio frenum equi manu tenens pedes ibat, donec extra urbem fuit, parique modo ejus filius; reliqui vero equi post illum incedebant. Cardinales et episcopi omnes utrinque illum in equis subsequebantur, deinde exercitus ante et retro multus. Hoc ordine pontifex extra mœnia Ferrariæ processit, seque in monasterium contulit S. Antonii ut horis vespertinis operam daret; celebrabatur enim memoria sancti illius. Erat autem monasterium illud monialium pulchrum amplumque, ita ut ædes haberet et triclinia ad multos principes excipiendos opportuna. Hoc vero idcirco factum ut, cum flumen esset monasterio proximum, pontifex eo egressus naviqia statim in eo parata conscenderet et Mutinam iret quæ inter Ferrariam et Florentiam sita est. Cum igitur mansisset pontifex in eo monasterio, mane surgens, die mensis 17 Florentiam versus navigans una cum marchione Mutinæ prandium sumpsit. Deinde, exercitu suo stipatus, terrestri itinere Florentiam pervenit.*

(18) Dominicus Maria Mannius, vir multæ eruditionis ac nominis, in Vita B. Lud. Aleman, p. 38, scribit patriarchæ tumulum Florentiæ adhuc exstare cum hac epigraphe : HIC JACET EXIMIVS IOSEPH PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANVS QVI OBIIT A. D. MCCCCXXXX. DIE PRIMA IVNII. Hinc ille obitum patriarchæ ejusdem ipsis Kalendis Junii, quidquid scriptores referant, assignandum putat. At cum inscriptio hæc non modo diem variet, sed etiam annum, quod veritati manifeste repugnat, minimi ponderis, ut ego quidem arbitror, illius debet auctoritas haberi, idque eo magis quod ex ejus fidei professione liquet patriarcham die 9 Junii 1439 adhuc in vivis egisse.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sti vicarium per totum orbem Ecclesiæ universæ primatum tenere. Decretum hoc sub ὅρου seu definitionis titulo ad aram principem cathedralis ecclesiæ coram pontifice, Græco imperatore et Patribus universis legerunt, primo cardinalis Julianus Cæsarinus (19) Latine, deinde Bessarion Græce, qui toto concilii tempore unus maxime omnium discordiæ germinibus evellendis incubuit, atque ingens pacis tandiu quæsitæ opus **15** perfecit; orta enim, priusquam unionis decretum fieret, disputatione super verbis quæ divinum altaris sacramentum conficiunt, Bessarion, suo Græcorumque antistitum nomine, qui synodo intererant Non. Julii 1439, publicam confessionem emisit quam edidit Mabillonius in *Musæo Italico*, tom. I, p. 243.

16 XI.

Confecto dimissoque concilio, imperator Joannes Palæologus Cpolim rediit, operam se daturum pollicitus ne quis unquam suorum unitatis et pacis tot laboribus partæ firmitatem convelleret. Eventus tamen docuit plus apud illum, sive alienam a nobis mentem, sive confictas a nonnullis calumnias valuisse, quam fidem, cum nihil prorsus præstiterit quod synodi acta sanctionesque proveheret. Eugenius interea, qui Nicæni **17** doctrinam animique candorem suspexerat, sui decoris esse arbitratus est ut illum et laudibus extolleret et aliquo insuper beneficio, quod suæ foret benevolentiæ argumentum, ornaret. Sexcentos igitur ei nummos aureos, quandiu Romæ degeret, numerandos attribuit, ejusque summæ dimidium si vellet in Græciam remeare, quod ille statim suscepto itinere fecit, patriæ, ut reor, charitate otiique dulcedine inductus (19). Scio quosdam, et Græcos potissimum qui schismati adhærent, hanc pontificis liberalitatem multoque magis honores quibus illum auxit eodem hoc animo, in invidiam vocare (20), quasi Nicænus opum cupidus ac spe dignitatis allectus ad Latinos transfugerit et Orientalis Ecclesiæ patrocinio nuntium remiserit. Verum nec tanti viri religio, nec morum integritas, quæ semper enituit, hujusmodi maculam recipit; nec si Eugenius in illum pronus munificusque apparuit, id continuo tacitis pactis aut pollicitationibus est tribuendum. Certe Nicænus ipse in ea quam scripsit ad Alexium Lascarim Philanthropenum epistola, quid se compulerit ut Græcis dogmatibus renuntiaret et ad Latinos castra transferret, aperte satis declarat; ait enim se magno studio diligentiaque summa nostrorum argumenta expendisse, eorumque evidentia coactum veritati cessisse. Quod si præmia ob hanc rem condigna retulit, potestne jure vel ipse suggillari, **18** vel pontifex qui præsulem sapientia insignem totque meritis fultum beneficentiæ suæ donis cumulandum putavit?

XII.

Vix in patriam Bessarion redierat cum nuntium accepit se una cum Isidoro Ruthenocardinalem tit. SS. XII Apostolorum fuisse creatum. Pontifex enim, utriusque ingenio ac doctrinæ excellentia mirifice captus, id honoris tum illis, tum Græciæ universæ impertiendum censuerat in ea promotione quam Florentiæ adhuc agens sub exitum anni 1439 celebravit, septem ac decem ascitis in S. collegium viris, quorum consilio atque ope uti posset adversus molimina quæ pseudosynodus Basileensis intolerabili arrogantia struebat (21). Itaque litteris in Urbem ad novæ dignitatis insignia capessenda vocatus, itineri se rursus quanta potuit festinatione commisit. Utrum Venetias appulerit, an aliquem potius tenuerit Apuliæ portum, quo Romam celerius contenderet, pro comperta re tradere ac meo periculo affirmare non ausim. Unum hoc dicam, non deesse qui putent in Apulia Nicænum aliquando fuisse ibique Coluthi poemation *Ἑλένης Ἁρπαγή* inscriptum (22) **19** una

(19) Hunc prænobili familia, rerumque usu ac doctrina insignem Martinus V anno 1426 in sacrum adlegit Ecclesiæ senatum. Hac ille dignitate auctus in Bohemia primum, ubi hæresis Hussitarum invaluerat, legati munus obivit. Concilio Basileæ indicto pontificis nomine præfuit, nec inde abscessit nisi cum legitimum esse desiit. Interfuit etiam concilio Florentino, et plures habuit cum Marco Ephesio disceptationes, prout concilii acta legentibus patet. Novissime legatus ab Eugenio IV missus ad Ladislaum, Poloniæ et Hungariæ regem, magna vi bellum adversus Turcas commovit, sed exitu plane infausto ac deplorando; nam pugna commissa, et rege interfecto cum ingenti militum numero, ipse dum fugeret tribus sagittis confossus occubuit. Aliquot ejus scripta supersunt, et præsertim epistolæ, quarum etiam nonnullæ prodierunt in lucem.

(19) Sunt qui Bessarionem existiment nunquam in Græciam rediisse, postquam illinc discessit concilium aditurus. Platina tamen in sermone panegyrico contrarium diserte tradit, eum referens, licet absentem sacro collegio fuisse ascriptum, idque ipsum colligitur e præmemorata Bessarionis epistola ad Alexium Lascarem ubi suum in Græciam reditum expresse designat.

(20) Rob. Creyghton in Præfatione ad Sguropuli *Hist. concil.*; et Henr. Warthon in Append. ad Cave, *Hist. litt.* p. 92.

(21) Hujus promotionis ab Eugenio factæ mentio habetur in epistola Cyriaci Anconitani ad Ludovicum Scarampium, patriarcham Aquileiensem. Ibi Cyriacus, reliquis omnibus qui eam dignitatem sunt adepti leviter tantum commemoratis, postremo hæc ait: *Et e Græca demum externa egregiaque natione laudatissime quoque duos et peregregie dignos delegisse percepimus, unum scilicet ex Europæ Sarmatia, quæ nunc Russia dicitur, egregium metropolitem; alterum vero, Bessarionem illum doctissimum, Cappadocem, nec non dignissimum Nicænæ metrop. Ecclesiæ pontificem.* Vid. *Itiner. Cyriaci Anconit.* Florent. editum anno 1742.

(22) Colluthus, Lycopolitanus e Thebaide Ægypti, floruit tempore Anastasii imp. Alia nonnulla hujus poetæ scripta memorat Suidas his verbis: Κόλουθος, Λυκοπολίτης Θηβαῖος ἐποποιὸς, γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀναστασίου ς', καὶ ἐγκώμια δι' ἐπῶν καὶ Περσικά. Poemation Ἑλένης Ἁρπαγή, hoc est *Helenæ raptus*, a Bessarione inventum primus in

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

cum Quinto Smyrnæo seu Calabro (23) in lucem e tenebris vindicasse. Quomodocunque id sit, nemo dubitat quin ipse primus hos libros detexerit, cum neglecti plane ignotique in cœnobio D. Nicolai prope Hydruntum laterent (24)

XIII.

Romam ubi venit, nihil antiquius habuit quam ut Latinum sermonem edisceret, sine quo nec dignitatis ornamenta tueri nec munere ullo recte fungi se posse intelligebat. Ad hanc autem sibi metam propositam eo citius ac facilius pervenit quod, præter assiduum legendi lucubrandique studium, quotquot in Urbe tunc erant, homines eruditos ac doctos in suam familiaritatem ascivit. Hi cum singulis fere diebus ad eum ventitarent, et varias de amœnioribus litteris aut philosophicis rebus quæstiones inducerent (25), ipse modo personam **20** disceptantis, modo arbitri assumens, tantum ea cura solertique industria profecit ut in Latio natus ac nostra disciplina educatus videretur. Colloquia hæc hominum doctorum disputandique mos frequens, ut voti sui compotem Nicænum fecerunt, ita ipsi Romæ, quæ sensim e ruderibus surgere et novam tunc faciem induere cœperat, haud parum gloriæ splendorisque attulerunt : is enim primus Italiæ cœtus litterarius fuit, eique, ut asserunt scriptores plerique (26), originem debent academiæ quæ post id temporis non sine magno bonarum artium ac doctrinæ incremento alibi quoque institutæ fuerunt.

XIV.

Longior sim quam ratio hujus operis postulat, si omnes velim excultos litteris viros enumerare qui Nicæni domum, usque dum vixit, non aliter quam Urbis commune Athenæum, aut sacrum Musis hospitium excoluerunt. Nam Græcos ut sileam doctrina illustres, qui patriæ calamitatibus acti in hunc veluti portum asylumque paratum undique confluebant, nemo tunc Romæ paulo eruditior exstitit qui non illi sua studia vel sui ingenii fetus notos probatosque esse cuperet. Supra **21** cæteros tamen longe eminebant Blondus (27), Philelphus (28), Poggius (29), Laurentius Valla (30), Campanus (31), Pe-

publicum emisit Aldus Manutius ; deinde alii plures. Novissime Italico metro versum edidit Theod. Villa cum notis, Mediolani an. 1753.

(23) Quintus Smyrnæus, etiam Calaber dictus, libros XIV sub titulo *Τῶν μεθ' Ὅμηρον* composuit, bellum Trojanum ab Hectoris interitu usque ad reditum naufragiumque Græcorum prosecutus. Constantinus Lascaris in *Grammatica Institutione*, edit. Aldinæ, de Quinto hæc profert : *Poesis autem Homericissimi Quinti multo tempore ignota fuit et tanquam exstincta ; sed propius Bessarion, Nicæas, card. Tuscul., ille sane quam bonus, et, ut Homerice dixerim, similis Deo vir, plurima in nos, et hunc ex Apulia cum servasset, volentibus tradidit* (a).

(24) Cœnobium D. Nicolai Casulorum ad monachos olim Basilianos pertinuit, divitemque habuit *codicum* antiquorum bibliothecam quæ funditus periit anno 1480, cum Turcæ, classe admota, non modo cœnobium ipsum, sed etiam Hydruntum urbem ceperunt, cladibusque ac ruinis propinqua loca vastarunt.

(25) Unam ex his quæstionibus salse jocoseque solutam a Theodoro Gaza memorat Petrus Crinitus, De honest. discip. lib. I, c. 10 : *Erant forte*, inquit, *cum Bessarione Nicæno, viro in philosophia excellenti, Theodorus Guza et Pletho Byzantius, qui cognomento Γέμιστος appellatur, tres eo tempore, ut constat, viri doctrina et ingenio nobiles. Quæsitum est de D. Hieronymo, quantum in Romana eloquentia præstiterit. Ex quo Bessarion : « Facundia*, inquit, *maxima fuit apud Latinos Hieronymus, quando et affectatæ nimis eloquentiæ pro Ciceroniano et habitus sit (a Rufino) et accusatus. » In quo Theodorus dicitur risum movisse, ut qui foret in Romana etiam eloquentia censor acerrimus. Et simul : « Injuria hæc*, inquit, *o Bessarion, insignis in Hieronymum facta est a Rufino, plagasque illas nullo suo merito tulit. » Quo dicto Bessarion et Gemistus magis riserunt, cognito Theodori ingenio et Attica urbanitate.*

(26) Vide Franc. Xaverium Quadrium, *Storia e ragione d'ogni poesia*, lib. I, c. 2, pag. 4 ; Hyacinthum Gimma, *Elogj Accadem.*, etc., part. II, p. 110 ; Dominicum card. Riviera, *Vita di Monsignor. Fabretti*, inter illas quæ Arcadum illustr. nomine feruntur, part. I, p. 104 ; Paulum Cortesium in *Dialog. de hom. doctis ;* Raph. Volaterran. in Comment. XXI, p. 774, et Platinam in *Orat. paneg.*

(27) Fl. Blondus, Foroliviensis, omnigena eruditione clarus, Eugenio IV ab epistolis fuit.

(28) Franciscus Philelphus, Tolentinas, Græcas Latinasque litteras in multis Italiæ urbibus magno cum nominis splendore et hominum plausu publice docuit. Nicolao V pontifici et Francisco Sfortiæ, Mediolanensium duci, valde acceptus fuit. Decessit Bononiæ, anno 1481, prope nonagenarius, et adeo pauper ut vix quod foret satis ad funus efferendum reliquerit.

(29) Poggius Bracciolinus, e Terra-Nova, Florentinæ ditionis oppido, rem litterariam egregie juvit, multis in lucem editis veterum operibus. Scribendis epistolis ab Eugenio IV et Nicolao V adhibitus fuit. Diodorum Siculum e Græco in Latinum vertit sermonem, diversaque opuscula ac plures orationes magna cum ingenii sui laude composuit. Acerrimas cum Laurentio Valla et Georgio Trapezuntio lites exercuit. Ætate jam gravis Florentiam se contulit, ibique post scriptam illius populi historiam vitæ suæ terminum absolvit an. 1459.

(30) Laurentius Valla, Romanus et canonicus Lateranensis, multæ vir fuit eruditionis, sed stili nimium mordacis ac liberi, ob quem etiam graves inimicitias suscepit. Præter libros *Elegantiarum* quos in usum juventutis scripsit, et invectivas et criminationes quibus in æmulos suos debacchatus est, rerum etiam in Hispania ac Sicilia gestarum historiam condidit in gratiam Alphonsi regis, cujus aulam aliquandiu secutus est. Herodotum quoque ac Thucydidem Latinos fecit. Romæ obiit anno 1457.

(31) Joan. Campanus Cavellis, agri Capuani humili pago, ortus est. Neapoli sub Laurentii Vallæ disciplina litteris operam dedit magnumque sibi nomen eloquentia ac poesi comparavit. A Pio II episcopus Interamniæ creatus est. Romæ diu vixit et aliquot urbium præses fuit donec a Sixto IV pontifice, cujus iram petulantibus litteris in se provocaverat, solum vertere coactus est. Obiit Senis anno 1477. Michael Fernus, qui Campani Vitam ejusdem

(a) Vide in hoc volumine inter Constantini Lascaris fragmenta quæ ex codd. Matrit. collegimus. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rottus (32), Domitius Calderinus (33) et **22** Platina (34). Hos ille compluresque alios, quos suos fecerat contubernales, prout quisque ope ac patrocinio indigeret, humanissime fovebat, vicissimque ab omnibus tanquam patronus observabatur ac parens, cum præsto ei essent quocunque incederet, sive ad res sacras peragendas, sive ad negotia Ecclesiæ tractanda coram pontifice in Vaticanum pergeret. Quo spectaculo quid tum splendidius atque hominum oculis jucundius esse potuit, cum domo nusquam nisi hac nobili egregiaque cohorte stipatus in vulgus prodiret?

XV.

Nec minus interim divini cultus ac pietatis assertor ea sollicite curabat quæ sui arbitrabatur officii. Quapropter basilicam SS. XII Apostolorum quam una cum titulo regendam susceperat, cum eo redactam videret, ut situ deformis ac prope deserta jam esset, **23** nihil inexpertum reliquit quo illam celeriter in pristinum decus ac frequentiam reduceret. Eam antiquitus canonici sæculares tenuerant numero duodecim, quos deinde Innocentius IV, ne quid illis ad commodam vitæ sustentationem deesset, ita minuendos decreverat, ut octo deinceps nec plures ad rem divinam eo loci pro more celebrandam concurrerent. Sed cum, vel temporum calamitate, vel eorum socordia qui bona capituli procurabant, proventuum pars maxima non exigua defecisset, nec amplius canonici, emolumentis cessantibus, ad sacra convenirent officia, Bessarion, id unice spectans, ut ne Dei templum suæ vigilantiæ commissum debito careret servitio, Eugenium pontificem rogavit, ut quoniam nulla huic malo aptior medicina supererat, ipsos quoque vellet canonicatus ab Innocentio basilicæ assignatos in numerum magis arctum idoneumque redigere. Cardinalis preces Eugenius perlibenter admisit, et litteris apostolicis (35), datis XI Kal. Mart. 1443, quatuor canonicos tantum, habita egestatis ratione; in posterum retinendos mandavit. His, ne sui posthac muneris partes negligerent, Bessarion ipse novas regulas et constitutiones perscripsit, quas e tabulario ecclesiæ depromptas in medium proferre ab hoc meo instituto haud alienum existimo (36).

XVI.

Basilicæ decore cultuque, ut fieri tunc potuit, recte compositis, aliud et anno insequenti 1444 alacris in religionem obsequii testimonium exhibuit; nam sui juris cum esset S. Mamæ ecclesia prope ac extra muros Ravennæ tunc posita, et illam populus urbisque **24** senatus cuperent Minoritis Observantibus tradi, in id perhumaniter assensit, testante Waddingo *Annal. Minor.* tom. XI, p. 227. Post hæc animum ad ædes titulares, quas incolebat, ampliandas adjecit, eo quod nimiam propter angustiam nec proprio usui nec famulitio recipiendo erant aptæ. Contiguam ædes habebant exiguam quamdam ecclesiam D. Andreæ dicatam una cum cœnobio domibusque nonnullis quæ ad sacras virgines alio translatas olim spectaverant; verum hæc omnia tectis prolapsis diruptisque parietibus, ita erant lacera ac ruinosa, ut vix formam ædificii retinerent. Loci tamen opportunitate motus Bessarion, pontificem rogavit ut ecclesiam illam ac domos quæ nemini emolumentum, urbi vero squalorem addebant, basilicæ adjungere atque in perpetuum tradere apostolica vellet auctoritate; hoc enim beneficio impetrato, nihil impedimenti jam fore quominus ipse suis expensis ea cuncta restaurari decentique elegantia ornari curaret. Æqua summopere atque utilis Eugenio postulatio visa est. Quamobrem litteris confici jussit (37) VIII Kal. Septembris 1446, res petitas cardinali, donec in vivis ageret, ejusque post mortem basilicæ possidendas donavit.

XVII.

Hoc anno monachi Basiliani, quorum patronus per Italiam jam tum fuisse Nicænus videtur, Romæ comitia generalia habuere. Sunt qui velint hisce comitiis ascribi oportere quod ritus Græcus in vetusto ac prænobili Cryptæ-Ferratæ cœnobio tum quoad vestes liturgicas, tum quoad formam eu-

operibus præmisit, dum Umbriam peragraret, incidisse se scribit in Turcam qui summam Campani eloquentiam cum celebrari audisset, hominem noscendi cupidus, domum relinquere et Romam ob hoc unum petere non dubitaverat.

(32) De Nicolao Perotto, cum adhuc viveret, hæc memoriæ tradidit Franc. Grendilaqua, Mantuanus, in *Dialogo de vita Victorini Feltrensis*, quem e Vaticana erutum notisque illustratum vir eruditissimus Jac. Morellius publici juris fecit an. 1744: *Adolescentulum sese Victorino tradens, tanta ingenii celeritate usus est, ut jam altero fere anno doctissimus evaderet. Græcas litteras, Græcos mores, Græcum genus amavit, neque minus a Græcis honoratus vixit; nam ad Bessarionem card. profectus, hominem, ut nostis, Græcum, atque in omni sapientia gravissimum ac præstantissimum, tantam sibi gratiam virtute, humanitate, eloquentia concitavit, ut paulo post hujus viri opera atque ope archiepiscopus Sypontinus designatus sit. Complures exstant orationes ejus eloquentiæ ac doctrinæ testes; multa etiam Græcorum volumina nostris ab eo litteris explicata; in his Polybius historicus.* Patria Sentinas Perottus fuit, ibique senex admodum decessit in villa quam peramœne constructam *Fugicuræ* nomine appellare solebat.

(33) Domitius Calderinus, in agro Veronensi natus, humaniores litteras magna cum auditorum frequentia Romæ docuit. Eo Bessarion a scribendis epistolis usus est. Juvenis adhuc febrili morbo absumptus est ejusque funus Romani Academici solemni pompa celebrarunt.

(34) Bartbol. Platina ex agro Cremonensi Romam venit, brevique non modo *Vitis pontificum*, sed aliis scriptis operam dedit. Sub Paulo II pontifice in vinculis habitus tortusque etiam fuit cum conjurationis in Paulum inítæ maligne delatus fuisset. Sixtus IV illum postea Vaticanæ bibliothecæ præfecit eoque in ministerio vivere desiit.

(35) Vide Append. monum., n. 1.

(36) *Ibid.*, n. 2.

(37) *Ibid.*, n. 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

charistici panis variaverit, **25** ejusque rei Nicænum ipsum auctorem putent, qui Græcos in Italia natos et Ecclesiæ Romanæ jamdudum astrictos cum rebellibus atque schismaticis Orientis confundi noluerit. Nec parum favet ejusmodi opinioni Rituale, non longo post tempore scriptum, quod exstat Romæ in monasterio D. Basilii; eo enim in codice sic legitur: *Postquam igitur sacerdos indutus fuerit, accipit calicem velis coopertum et accedit ad altare præparationis. Sin autem non aderit altare præparationis, accedit ad sinistram partem sanctæ mensæ et discooperit res sacras, et deinde accipit unum ex panibus oblatis; et si non adsit panis oblatus facit sicut faciunt in partibus Apuliæ, Calabriæ et Siciliæ, id est, accipit panem quem Latini et sacra Romana apostolica Ecclesia hostiam vocant, a sanctissimo papa Eugenio et a cardinali* BESSARIONE *et archimandrita Petro* (38) *et aliis non paucis determinatam et ordinatam, ut ii qui in præfatis locis appellantur Græci conficiant sacra mysteria sicut facit antiqua Roma, id est cum hostia, dummodo in ea fermentum sit permistum.* Contra hæc tamen Petrus Pompilius Rodotà mutationem seu potius mistionem Græci ritus cum Latino quæ penes monachos Cryptæ Ferratæ nunc viget, ab alio prorsus principio repetendam existimat, cum novam hanc liturgiam non alicujus statuti vi, sed consuetudine atque usu paulatim inductam affirmet nonnullisque argumentis probare contendat (39).

26 XVIII.

Defuncto Eugenio, et Nicolao V ad cathedræ Romanæ fastigium paucos post dies evecto, multum Bessarion auctoritate crevit et gratia apud novum pontificem, quem omnes norunt hominibus doctis et rei litterariæ impensius favisse (40). Ab eo tamen nil quidquam quod sua commoda privatim augeret in ipsis regni primordiis quæsivit, sed ea tantum impetrare contendit quæ in bonum vergerent ecclesiastici decoris, et parochos quosdam egentes a rei familiaris angustia expedirent. Basilica SS. XII Apostolorum annexas eo tempore subditasque habebat in Urbe aliquot parochiales ecclesias. Harum rectores antiquo instituto annuos proventus inter se dividebant et clericos eisdem ecclesiis obstrictos attributosque, ne unquam Dei templo custodia aut debitus famulatus deesset. At redditibus jam diu imminutis, eo res tandem devenerat, ut clerici pro suo quidem jure pecuniæ distributionem exigerent, verum nec horis consuetis ecclesias adirent, nec aliquid unquam præstarent quod sui ministerii partes respiceret. Eapropter Nicænus auctor fuit pontifici ut, clericis illis in posterum abrogatis, ecclesiarum proventus partim parochis, partim ecclesiis ipsis concederet, ea lege ut earum ornatui vel restaurationi, si qua foret necessitas, inservirent. Id Nicolaus et prolixe laudavit et edita constitutione servandum perpetuo sanxit (41).

27 XIX.

Nicænum pontifex tanto habuit in pretio ut plurimum, quoad vixit, ejus opera præstanti ac fideli sit usus. Et quidem primo pontificatus anno negotium ei simul atque aliis quatuor cardinalibus dedit, ut insignem D. Laurentii martyris basilicam extra Urbem adirent, et urna ingenti reclusa, ubi Christi miles fortissimus jacet, astantium oculis spectandum præberent, ut eo conspecto agnoscerent statim quam vana illa forent, quæ vulgo tum ferebantur, id est præfati martyris corpus, a Minoritis nuperrime inventum in eorum ecclesia servari. Hujus facti notitiam rerum Leodiensium scriptori (42) debemus, qui hæc luculentius eodem quo gesta sunt ordine sic narrat: *Anno* 1447 *obiit papa Eugenius et electus papa Nicolaus papa quintus, et consecratur Dominica,* Lætare, Jerusalem. *Eodem anno apud Fratres Minores Romæ inventum est corpus unius sancti quod ex una parte fuit combustum et statim post ipsi diffamaverunt per urbem quod esset corpus S. Laurentii. Quapropter dominus Nicolaus papa V misit illuc quinque cardinales ad investigandam rei veritatem, scilicet Andegavensem, qui erat cardinalis ipsius D. Laurentii, cardinalem de Columna, cardinalem Græcum* (43), *cardinalem Firmanum et cardinalem Terracinensem; tres defensores et senatores Urbis, qui cum magno timore et reverentia accesserunt et aperuerunt tumbam S. Laurentii et invenerunt corpus S. Laurentii integrum, coopertum* **28** *dalmatica, sed caput ejus erat decalvatum, quia ignis combusserat crines, et corpus S. Stephani integrum, excepto brachio dextro; et in una parte capitis ejus adhuc erant pili. Tunc cardinalis S. Laurentii accepit juniorem monachum et ostendit ei sepulcrum, et dedit ei alapam in memoriam futurorum. Actum ultima Julii.*

(38) Petrus Vitalis, natione Calaber, archimandrita seu abbas fuit Cryptæ-Ferratæ usque ad annum 1462, in quo cœnobium Messanense S. Salvatoris a Pio II regendum accepit. Eum Pius in suis Commentariis *litigiosi* nomine appellat. At Ughellius *Italiæ sacræ* tom. IX, p. 428, ipsum scribit in concilio Florentino adversus Græcos pro Romana Ecclesia pie simul et docte disputasse.

(39) *Dell' orig., progress. e stato presente del rito Greco in Italia*, p. 226 sqq.

(40) Nicolaus V, doctrinæ fama insignis, postquam thronum pontificium ascendit, omnes industriæ nervos intendit ut litteras in Italia adhuc jacentes excitaret. Idcirco libros tota Græcia perquisitos ad se deferri curavit; Græcos homines qui eruditionis laude florerent e patria profugos humaniter excepit ac sustentavit, eorumque opera usus est ad Græcos auctores in Latinum sermonem vertendos. Præterea viros doctos ad veterum scripta ubique investiganda suo sumptu misit, et multis bibliothecam Vaticanam, quam primus ornandam augendamque suscepit, pretiosis codicibus instruxit.

(41) Vide Append. monum., n. 4.

(42) Vide *Script. vet.* Martenii et Durandi, t. IV, p. 1216. ed. Paris. 1729.

(43) Id est Bessarionem.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

XX.

Pauci elapsi erant anni ex quo Bernardinus, Franciscani instituti alumnus percelebris, in Aquila Vestinorum urbe meritis plenus obierat. Hunc signis fulgentem compluribus Eugenius pontifex cœlitum fastis ascribere voluerat, eamque ob causam tres delegerat e sacro Ecclesiæ senatu patres fide ac prudentia spectatos, qui hominis vitæ innocentia atque oris facunditate clarissimi non tantum virtutes, sed et prodigia per eum a Deo patrata diligentius expenderent. At cum Eugenius interim ac duo e tribus quos deputaverat naturæ debitum solvissent, ejusdem successor Nicolaus multorum Italiæ principum, ac præsertim Alphonsi, Siciliæ regis, precibus exoratus, interruptum hoc opus renovari præcepit, Bessarioni nostro committens ut una cum binis cardinalibus quos ei collegas adjutoresque attribuit, iterum rei disquisitionem susciperet atque optatum ad finem quanta posset celeritate perduceret(44). Deinde, ut omnibus testatum esset quam sibi Nicæni integritas atque doctrina probaretur, illum Nonis Mart. 1449 primo Sabinensem, ac mox, duobus nondum **29** exactis mensibus, episcopum Tusculanum creavit (45).

XXI.

Ea tempestate Bononienses, in Canedulam et Bentivolam partes divisi, ingentibus æstuabant discordiæ fluctibus, periculumque erat ne, dum cives inter se digladiantur et mutuis cædibus sæviunt, finitimi principes, qui tantæ urbis imperio inhiabant, eam armis repente occuparent. Magni momenti res agebatur, nec pontifex ignorabat quantum sibi damni ac dedecoris immineret si præcipua ditionis ecclesiasticæ urbs vel jugum alienum acciperet, vel civium odiis lacerata interiret. Nihil igitur ultra cunctandum ratus, Bessarioni, cujus prudentia ac morum suavitas in omni ore ac sermone versabatur, hujusmodi procellæ sedandæ negotium committendum putavit. Quamobrem illum, cum Bononiæ non modo, sed etiam totius Æmiliæ legatum constituisset, amplisque ornasset ad munus hoc summum facultatibus, viam celerrime ingredi jussit, omninoque satagere ut, partium rabie compressa, eam urbem præ cæteris frequentem ac nobilem, in fide atque obsequio sedis apostolicæ retineret.

XXII.

Quinquennio legati munus exercuit, tantaque solertia atque animi moderatione se gessit, ut, dissidii flamma ocius restincta pacatoque furentium tumultu, **30** ad pacis studia se quisque converterit. Parta urbis tranquillitate, totum se publicis rebus componendis applicuit, populique mores bellica licentia corruptos ita compescuit ac reformavit, ut pro cladibus, incendiis, rapinis, quæ passim fieri paulo ante solebant, pietas ubique, justitia et comitas occurrerent. Qua in re sicuti Ludovicum Bentivolum primarium civem mire sibi facilem atque obsequentem expertus est, ita meritis laudibus eumdem extollere non dubitavit, ac tum præsertim cum ipsi ensem in pervigilio Natalis Domini benedictum pontificis nomine tradidit (46). Neque his contentus, ut pristinam civitas dignitatem potentiamque resumeret, nec ultra malis obnoxia ingemisceret, quæ nimio e luxu plerumque dimanant, legem condidit sumptuariam qua cujusque ordinis viris feminisque modestum corporis ornatum attribuit(47), pretiosis vestibus atque auro intextis sub gravi pœna proscriptis eliminatisque. Ita Bononiæ proceres fastu tumidos deliciisque fluentes ad bonam frugem traduxit, et privatas cupiditates repressit, **31** quibus populi quies atque securitas sæpenumero everti contingit. At nulla re magis omnium sibi voluntates devinxit quam adeuntibus benignum semper atque humanum se præbendo, deque eorum causis eximio cum studio et integritate cognoscendo; illum enim cives non propria, sed publica sectantem commoda intuebantur, nec somno deditum aut otio, sed curis perpetuis occupatum ut ipsorum utilitati communique bono prospiceret.

(44) Chirographum seu breve deputationis refert Waddingus ad an. 1449, prid. Kal. Febr., tom. XII *Annal. Minor.* p. 24; ejusque titulus hic est: *Dilectis filiis Bessarioni, tit.* XII *Apost., et Guillelmo, tit. S. Martini in Monte, presbyteris, ac Petro S. Mariæ Novæ, diacono, cardinalibus*, etc.

(45) Sigillum quo usus est Bessarion quandiu Tusculanus episcopus fuit Deiparam exhibet infantulum Jesum in ulnis gestantem. A dextro latere D. Michael archangelus; a lævo astat D. Joannes Baptista, et circa sigilli oram epigraphe hæc legitur: S. BESSARIONIS. EP. TVS. CARDIN. NICEN. Illud P. Paulus Maria Paciaudus ex archetypo retulit, quod apud se est, in *Antiq. Christ.* Diss. VI, c. 6. Ex hoc singulari studio cardinalis in Christi Domini Præcursorem clarius, ut existimo, apparet eum non alio quam Joannis nomine, antequam monachus evaderet, fuisse vocatum.

(46) Oratio quam Nicænus habuit dum Nicolai pontificis jussu Ludovicum Bentivolum sacro ense donaret, exstat in bibhoth. Vatic. cod. 4957, p. 95, ejusque initium hoc est: *Læto jucundoque animo*, etc. Eam typis dedit Bononiæ an. 1690 Antonius Bergamorius, unaque cusis formam excudi fecit, in quo hæc inscripta visuntur: NICOLAVS PP. V. PONTIF. SVI ANNO OCTAVO.

(47) Anno 1451 lex hæc sumptuaria Bononiæ promulgata fuit eaque rursus in lucem prodiit inter alia quædam acta ad Nicæni legationem Bononiensem spectantia. Vide tom. VIII *Miscell.* edit. Venet. per Lazzaronium, p. 148. Joan. Christoph. Amadutius, hæc refert in vol. II *Anecdot. litter.*, additque opusculum Matthæi Bossi, can. reg. Veronensis, in Vaticana exsistere quo ille cardinalis providentiam extollit atque ut stabilem in proposito se præbeat adversus femineles querelas hortatur. Hoc idem opusculum reperit in cod. chart. Florent. biblioth. S. Marci Fr. Ant. Zacharia et suo in *Itinere litter. per Italiam*, p. 66, ejus titulum protulit qui hujusmodi est: *Ne feminea ornamenta Bononiensibus restituantur, ad Bessarionem cardinalem legatum cohortatio.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

XXIII.

Composito civitatis statu, præclarum quoque gymnasium, quod crebris seditionibus tunc pene intermissum oblitteratumque jacebat, in primum celebritatis ac famæ splendorem restituere aggressus est; eo namque deleto putabat et urbis gloriam collabi, quæ scientiarum altrix ac parens vocaretur. Hoc autem assequi ut posset, non modo locum ædificiis instruxit lautioribus, sed novas etiam invexit leges, auctoque stipendio liberalium disciplinarum doctores undequaque condnxit (48). Inter sæculares has curas occupationesque (49) religionis studium ita præ oculis habuit coluitque jugiter, ut Bononiensi populo totique sibi commissæ provinciæ in his quæ pertinent ad Numinis obsequium et hominis Christiani pietatem exemplo anteiret. Testatur id maxime B. Virginis ecclesia de Monte dicta **32** quam ille ære proprio instaurari picturisque ornari mandavit. In ea, quemadmodum tradunt Leander Alberti (50), atque auctor *Bononiæ perlustratæ* (51), nobilis tunc artifex Galassus Deiparæ transitum pinxerat, interque astantes Nicolaum pontificem, Nicænum ac Perottum ipsius familiarem ad vivum expresserat; imo Joan. Chrysost. Trombellius hanc se quoque picturam vidisse affirmat (52), antequam, veteri templo disjecto, novum ibidem ac longe splendidius consurgeret.

XXIV.

Tranquille agebat legati virtute Bononia, cum ecce litteræ adveniunt nuntiantes Nicolaum V gravi morbo correptum e vita migrasse (53). His Romam ad comitia celebranda evocatus, itineri confestim se dedit, multum civibus suam dolentibus vicem quod spe citius egregium præsidem ac veluti patrem communem amitterent (54). Sub ejus adventum initis de more comitiis, optimi Patrum nemini alacrius quam illi suffragia deferebant, recte putantes haud alium facile oneri tam vasto parem haberi posse; jamque res eo spectabat ut omnium fere sententia ad summum evaderet humanæ dignitatis fastigium. At negotium hoc totum corrupit **33** paucorum æmulatio, atque in primis Alani cardinalis (55), qui Nicæno subdi minime ferens et ultro citroque discursans collegas singulos obtundebat his vocibus: *Græcumne pontificem dabimus Ecclesiæ Latinæ et in capite libri neophytum collocabimus? Nondum barbam rasit Bessarion et nostrum caput erit? En paupertas Ecclesiæ Latinæ quæ virum non reperit summo apostolatu dignum, nisi ad Græcos recurrat. Sed agite, Patres, quod libet, ego et qui mihi credent in Græcum præsulem nunquam consentiemus.* Hæc aut hujusmodi verba, quæ Pius II memorat Comment. lib. I, p. 24, cardinalium animos a Nicæni electione averterunt. Platina tamen rem aliter narrat in *Panegyrico*. Ait enim, invidos quosdam ejusque integritatem verentes, habito scrutinio, pronuntiasse, suffragiis vitium inesse, atque ipsum Bessarionem pro scrutinio repetendo stetisse, cum recte sapienterque existimaret non se pontificatu, sed pontificatum bono ac præstanti viro indigere. Utcunque sit, exitus comitiorum is fuit, ut Alphonsus Borgia, cardin. tit. SS. Quatuor-Coronatorum, sub nomine Callisti III solium pontificium ascenderit.

XXV.

Senio ac morbis conflictabatur Callistus cum Ecclesiæ regendæ curam suscepit. Nihilominus, voti memor **34** quod fecerat (56), et animo supra ætatem vigenti ac erecto, nullum non lapidem movit ut armis principum nostrorum fœderatis Græciæ ruenti succur-

(48) Vide Platinam in *Orat. paneg.*

(49) Legationis hujusce acta etiam nunc exstant in tabulario senatus Bononiensis. Eorum nonnulla inde protulit suisque in *Miscellaneis* edidit P. Josephus Maria Bergantinius, ord. Servor., Venet. 1744. Apud me quoque epistolæ apographum est quam Nicænus tanquam Bononiæ legatus ad Forocorneliensem episcopum scripsit Kal. Jul. 1454. Agitur ibi de quodam publico negotio quod ipsum inter et Thaddæum Manfredum Forocornelii principem agitabatur. Titulus autem hic est: *Bisarion cardinalis F. Gaspari ord. Prædicatorum, episcopo Imolensi S. D.*

(50) *Descriz. di tutta Italia*, p. 551, ed. Venet. 1568.

(51) Parte I, p. 426.

(52) Litteris datis ad erudit. præsulem Steph. Borgia IV Idus Januar. 1776.

(53) Felix Contelorius in secunda Elenchi sui parte Nicolai mortem assignat an. 1454. At procul dubio fallitur, cum scriptores omnes coævi tradant illius obitum nono Kal. April. subsequentis anni 1455 contigisse.

(54) Decedenti legato monumentum hoc Bononienses in æde Servorum B. Virginis posuere: *Bessarioni episcopo Tusculano cardinali Niceno, benefactori nostro;* ac deinde, ut Platina refert, eum, quousque vixit, patroni loco apud pontifices habuerunt.

(55) Alanus, Avenionensis præsul, et presb. cardin. tit. S. Praxedis, in Armoricis ortum habuit an. 1407. Plures legationes obivit et in Galliam præsertim sub Callisto III missus est, regem ac populos hortaturus ad bellum Turcis pro communi salute inferendum. Romæ habitavit in loco ubi Pompeii theatrum fuisse perhibent. Pius II episcopatum Prænestinum ei detulit, quo postea relicto, ad Sabinensem transivit. Commendatam quoque possedit ecclesiam SS. Cosmæ et Damiani. Magna dicendi libertate usus est, idque palam ostendit cum Paulum II, sacro senatu astante, ita increpare haudquaquam est veritus: *Recte, Paule, annos viginti quatuor adhibuisti studium ut semel nos falleres.* Vita functus an. 1474, in D. Praxedis templo tumulatus fuit.

(56) Votum Callistus, cum cardinalis etiamnum esset, in hæc verba conceperat: *Ego Callistus pontifex Deo omnipotenti, sanctæ et individuæ Trinitati voveo, me bello, maledictis, interdictis, execrationibus, et demum quibuscunque rebus potero, Turcas Christi nominis hostes sævissime persecuturum.* Quod se pontificem præmature in hoc voto nuncupaverit, illud in causa fuisse videtur quod B. Vincentius Ferrerius, dum esset in vivis, et amice a Callisto coleretur, pontificatus spem certam ei fecerat. Vide Platin. et *Hist. pont. et card.*, tom. II, pag. 981 984.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

reret, ac Turcas Constantinopoli capta, nimis jam tumidos ferocesque retunderet. Hæc strenue molienti pontifici assiduos Bessarion stimulos addebat, modo Christianæ reipublicæ dedecus, modo Italiæ periculum ostentans, ne Barbari, finitimis regnis debellatis, in nos etiam impetum facerent. Præterea, cum valetudinis causa non multo post ad aquas Puteolanas proficisci statuisset, idem hoc fecit cum Alphonso, Aragoniæ et Siciliæ rege, quem salutaturus Neapolim usque perrexit. Et rex quidem cum splendida procerum manu obviam egressus, eum perhonorifice excepit, omnique cumulatum amoris et liberalitatis officio dimisit. Multa quoque tum ipsi, tum Callisto per litteras est pollicitus, quæ si bona fide servasset, nec alio copias ad pacem Italicam conturban lam vertisset, magnum profecto Callisti studia emolumentum ac pondus in bello mox gesto habuissent. Ægritudinis incommodo liberatus Nicænus, in Urbem rediit, ibique mandato pontificis Rosæ, virginis Viterbiensis, **35** acta, una cum Dominico (57) et Prospero Columna, (58) cardinalibus, diligenter excussit, in eum scilicet finem ut solemni pompa divorum catalogo rite posset ascribi.

XXVI.

Per hæc eadem tempora, patronus cum esset Basiliani ordinis, ut supra indicavi, insignisque cœnobii Messanensis administrationem a Callisto acc pisset, totum se dedidit huic sacro instituto, ac veteri monachorum disciplinæ reparandæ, quæ una cum Græci sermonis usu fun litus pene interierat. Ac primo, ne longius ea serperet morum corruptio, quæ nimis diu ordinis ejusdem alumnos infecerat, neve ob linguæ imperitiam ignotæ in posterum monachis essent D. Basilii Constitutiones, eas ipse in vernaculum sermonem conversas aptamque in epitomen redactas universis Italiæ ac Siciliæ monasteriis observandas proposuit (59). Mox Græcis litteris instaurandis, **36** sine quibus nec ecclesiasticus ritus, nec antiqua instituti dignitas posset consistere, animum diligentissime applicuit, stipendioque assignato idoneos magistros undique conquiri curavit. Horum e numero fuere Michael Glyca (60), σοφώτατος καὶ λογιώτατος dictus, et Andronicus Galinotus, monachus Constantinopolitanus quem constat ad annum usque 1467 Græci doctoris munus in cœnobio Messanensi explevisse. Ejus deinde locum Constantinus Lascaris tenuit, non minus eruditione quam genere nobilis, quem Græcos enarrantem scriptores ut audiret Petrus Bembus primo ætatis flore Messanam navigavit, eaque in urbe tanti viri consuetudine illectus, ultra biennium permansit (61).

XXVII.

Nullum ordinis Basiliani monasterium tunc fuit quod non sordes, ut sic loquar, atque illuviem deponeret novumque induceret austerioris disciplinæ et cultus elegantioris aspectum. Nec secus profecto contingere potuit, cum suas ille cogitationes omnes, officia, pecunias, **37** in ea tantum liberalissime impenderet quæ rem augerent promoverentque divinam, et scientias e veterno in quo tandiu consopitæ jacuerant, ad sæculi lucem atque hominum usum reducerent. At præ cæteris Basiliani instituti asceteriis Messanense cœnobium S. Salvatoris, de qu verba jam feci, præcipua quadam benevolentia fovit, et summis, quandiu curam illius gessit, beneficiis cumulare non destitit. Etenim prædia possessionesque non paucas, vel incuria superiorum pessumdatas vel etiam alienatas recuperavit, et studio adhib to ac diligentia, proventus agrorum multo uberiores reddidit quam antea unquam fuissent. His ille præsidiis fultus et monachorum numerum jam valde imminutum adauxit, et cœnobium ipsum novis decoratum ædificiis in ampliorem et magis apta splendidamque formam redegit.

XXVIII.

Classe in Ægæum missa et hostibus aliquoties fugatis, vim Turcicam strenue propulsabat Callistus brevique majora effectu-

(57) Dominicus Capranica, nobilis Romanus, a Martino V pontifice cardinalium collegio ascriptus fuit an. 1423, sed non, ut ferunt, ab eo publicatus. Hinc ab Eugenio IV rejectus eaque dignitate spoliatus ad synodum Basileensem perrexit suam causam peroraturus. Post hæc, Eugenio reconciliatus, declaratusque cardin. tit. S. Crucis in Jerusalem, Piceni provinciam administravit. In domo quam sibi ædificaverat moriens collegium instituit. Obiit an. 1458, dum comitia haberentur post mortem Callisti III, sepultusque est in templo S. Mariæ supra Minervam.

(58) Prosper Columna, Martini V ex fratre nepos, cardinalis creatus an. 1426, sed non ante renuntiatus quam an. 1430. Diaconus fuit S. Georgii in Velabro et mox archipresbyter basilicæ Lateranensis. Tres pontifices, nempe Nicolaum V, Calistum III et Pium II, sacra tiara exornavit, ac parum abfuit quin ipse pontifex evaderet in eo conclavi quo Pius II electus est. Cessit e vivis an. 1463, tumulatusque est ad SS. Apostolos.

(59) Maffeius, lib. VII *Annal. Gregorii XIII*, scribit hanc ipsam epitomen typis editam fuisse an. 1578, jussuque pontificis per singula Ordinis monasteria distributam. Hoc idem affirmat Jul. Santorius, card. S. Severinæ, in epist. quam decretis et constitutionibus monachorum ejusdem Ordinis præfixit. En cardinalis verba : *Cum superioribus annis, mandato fel. rec. Gregorii papæ XIII, reformationi Græcorum et congregationis vestræ una cum aliis cardinalibus daremus operam, tum alia multa, tum illud ipsum Bessarionis compendium Græca Italicaque lingua typis excudendum curavimus, et monasteriis vestris per Italiam præsertim, Siciliam et Hispaniam, ac etiam aliis in Græcia constitutis distribui et tradi fecimus.*

(60) Glycæ hujus (*a*) aliquot epistolas edidit Lamius in *Deliciis erudit.* tom. I.

(61) Vide Bembi *Epist. famil.*

(*a*) An alius? Si non alius, hoc magni ponderis esset in controversia de Glycæ ætate. Vide tomum nostrum VIII. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

rus videbatur, nisi eum mors in hoc prospero rerum cursu abstulisset (62). Novus igitur Ecclesiæ pastor creandus qui virtute atque ingenio præcelleret, et hoc potissimum erat in causa, quod bifariam inter se divisi essent Patres; una enim pars Æneæ Silvio Picolomineo, altera, cujus erat princeps Bessarion, cardinali Rothomagensi (63) favebat. Præclare tamen ob viri **38** famam magnis probatam arduisque negotiis vicit Picolominea factio et Æneæ Silvio pontificatum detulit, qui, nulla interposita mora, se Pium II jussit vocari. Tum Bessario, pontificis pedibus provolutus, hæc ait : *Laudamus, pontifex maxime, tuam assumptionem, quam ex Deo esse non dubitamus, et sane dignum te hoc munere et censuimus antea et nunc censemus. Quod autem te non elegimus, id fecit ægritudo tua : nam cum pedibus ægrotares, hoc tantum sufficientiæ tuæ deesse putavimus; est enim Ecclesia egens viro activo qui possit itineribus corporis exerceri et imminentibus periculis occurrere quæ a Turcis formidamus : tu contra quietis eges. Hoc nos ad Rothomagensem traxit. Quod si fuisses corpore validus, nullus erat quem tibi præferendum existimaremus. At cum Deo placuerit, et nobis placet. Nos te pontificem veneramur, et denuo quantum in nobis est, eligimus, tibique fideliter serviemus.*

XXIX.

Gratissimus Christi vicario fuit hic sermo tanquam ab eo profectus qui omnium esset exemplar virtutum, et electioni de se factæ multum adderet auctoritatis et gratiæ. Quamobrem Pius, etsi antea Nicænum ob doctrinæ ac morum præstantiam diligebat, eum deinceps adeo charum habuit tantique fecit, ut in rebus solertiæ majoris ac momenti nil ferme quidquam nisi de suo consilio ac voto decerneret. Interim, petentibus Minoritis alium sibi patronum concedi qui loco defuncti **39** cardinalis Capranicæ Ordinis curam susciperet, pontifex nemini potius quam Nicæno ejusmodi munus tribuendum existimavit (64). Neque is vero conceptam de se opinionem fefellit, cum summam ubique fidem et benevolentiam in D. Francisci familia tuenda ornandaque præstiterit. Ejus tamen amor tunc maxime effulsit cum SS. XII Apostolorum basilicam, cujus titulum regimenque ipse habebat, eidem familiæ tradi curavit, amotis inde canonicis qui, numero pauci, ut supra retulimus, neque rem divinam peragere eo cultu quo decet, neque aliud quidquam exhibere jam poterant quod in populi commodum cederet ac templi dignitatem. Pontifex, cui plane cognita erant hæc omnia, Nicæni sententiam ac preces facile admisit, et litteris apostolicis, datis pridie Kal. Julias 1463, Minoritas in basilicæ jura ac possessionem induci mandavit (65).

XXX.

Ex quo Pius ad culminis apostolici honorem evectus est, nihil antiquius habuit atque animo sæpius agitavit quam ut acerrimo bello Turcas persequeretur eorumque conatus et audaciam reprimeret, qua non modo conterminis Græciæ populis, sed etiam Italiæ atque Europæ universæ miserum luctuosumque minabantur excidium. Eapropter Mantuæ, sub ipsa pontificatus initia, principum oratorumque conventum indixit, eo nempe consilio ut se coram de opibus ac belli apparatu necessario agi posset. Post hæc, omni contempto **40** hiemis ac parum firmæ valetudinis incommodo, Perusiam celeriter adiit, eaque in urbe dies aliquot, magna civium lætitia susceptus, commoratus est (66). Senas inde ac Florentiam petiturus, hac de re cardinalem S. Petri ad Vincula Romæ legati munere fungentem (67) admonuit, simulque adjecit hæc verba : *Circumspectioni tuæ injungimus ut Alamannum illum, cui, instante cardinali Nicæno, commissum est decem millia bellatorum in subsidium fidei congregare, ad nos, antequam alio divertat, Perusium mittas; intendimus enim hoc initio fervoris conatusque sui de aliquo subventionis auxilio providere* (68). Quibus verbis

(62) Callistus ab hac luce subtractus est die 6 Augusti 1458, cum annos tres menses quatuor pontificatum gessisset. Vir fuit singularis gravitatis et prudentiæ, et in eo tantum a nonnullis reprehensus quod in suos nimis largus atque indulgens exstiterit.

(63) Guill. de Estouteville, archiepiscopus Rothomagensis, cardinalatum assecutus sub Eugenio IV, titulum habuit SS. Sylvestri et Martini in Montibus. S. collegii decanus et apostolicæ sedis camerarius fuit. Legatus in Galliam missus ut pacis fœdera inter Anglorum et Gallorum reges sanciret, Academiam Parisiensem apostolica et regia auctoritate reformandam suscepit. Octogenario major vivere desiit an. 1483, sepultusque est in ecclesia S. Augustini quam a fundamentis erexerat.

(64) Eruditiss. Boernerus, in libello *De doctis hominibus Græcis litt. Græc. in Italia instauratoribus*, Bessarionem existimat a Callisto III ordinis Minoritarum patronum declaratum fuisse. Sed vir, alioquin diligentissimus, profecto hic errat, cum liquido constet eum Dominico card. Capranicæ successisse, qui nonnisi post mortem Callisti e vivis excessit.

(65) Vide Append. monum., n. 5.

(66) Perusinæ urbis ingressum ipse Pius in *Comment.* ita describit : *Perusium profectus est, ubi honores hi ei sunt exhibiti qui humano ingenio potuerunt excogitari; nam quamvis aspera sæviret hiems, non tamen aliter adornata civitas fuit quam si vernum tempus adfuisset : virere totam urbem, gestire viros ac mulieres quod Romanum pontificem intuerentur; nam ante annos octoginta nemo illic Christi vicarium viderat; pendere per omnes urbis vias insignia pontificis et lunæ aureæ nondum p'enæ; ludi militares exhiberi; omnes profusam ostendere lætitiam; cardinales et universos curiales humane ac benigne tractari.*

(67) Fuit hic Nicolaus Cusanus, in diœcesi Trevirensi natus et eximiam ob doctrinam cardinalis creatus a Nicolao V. Ex presbytero card. tit. S. Petri ad Vincula postea episcopus Brixiensis factus, varias gravesque obivit in Gallia et Germania legationes. Tuderti mortuus est an. 1464, ejusque corpus Romam delatum in ecclesia titulari quiescit. In omni disciplinarum genere, et præsertim theologicis, philosophicis ac mathematicis, excelluit, ut ejus opera ostendunt quæ pluries typis renovari meruerunt.

(68) Ex Regest. brevium, pag. 11.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dignoscere licet, Bessarionis nostri opera imprimis ac sedulitate factum esse ut viri fortes, religionis et gloriæ studio commoti, jam tunc copias nutui pontificio parituras conscriberent.

XXXI.

Mantuam pontifex cum pervenisset, et conventus jam frequens esset, non modo principibus (69), sed regum **41** populorumque oratoribus, legati e Græcia atque Asia missi supervenere, qui, Latini nominis opem implorantes, suorum animos ad omnem belli societatem paratos nuntiabant. Tum Pius tanta contentione atque ardore universos ad arma in hostem communem expedienda hortatus est, ut facundia, qua multum pollebat, longe avectus ad tres vel circiter horas sermonem produxerit (70). Post illum pro sacro collegio Nicænus oravit, primumque recensens ludibria ac damna quæ gens Christiana a truculentissimis barbaris esset passa, periculum ingens quod omnium cervicibus jam impendebat, ante oculos posuit nisi fœdere icto arma quantocius corriperent, et belli clades calamitatesque ab Europa in Orientis regna converterent. Plura deinde cum de fidei studio ac nominis gloria, tum de Christianæ reipublicæ commodis dixit, quæ spes erat amplissima fore si, valido exercitu instructo, bellum hoc sacrum prompte viriliterque susciperent. Hæc verba is hominum favor est consecutus, ut copias terra marique parandas et decimas a clero et populo in hunc usum solvendos decreverint. Verum hæc animorum alacritas paucos post dies elanguit, partim quod principum quorumdam odia inter se recruduerant, partim quod Veneti, gravissimo bello implicari nolentes, eas fœderis conditiones (71) petebant quas reliqui nunquam videbantur concessuri.

42 XXXII.

Hæc inter nuntiatum est Pio Peloponnesios qui strenue pugnando vim Turcicam eo usque represserant, ut magno versari discrimine ni promptum ipsis auxilium submittat. Hinc temporis premebat angustia, inde summa scribendi exercitus difficultas. Cum nullam pontifex opem cerneret paratiorem quam cruce signatos, si qui colligi extemplo transfretarique possent, duplices dedit hac de re litteras ad Jacobum Picentem, Franciscani ordinis cœnobitam, qui postea divorum catalogum auxit et magno tunc populi concursu plausuque, sacras habebat per Picenum et Umbriam conciones. Idem et alia longiore epistola (72) Nicænus fecit, ab eo petens ut qua pollebat dicendi facultate homines bello aptos ad piam hanc expeditionem accenderet, et quadringentos aut saltem trecentos ex iis delectos qui virium robore atque animi fiducia præstarent, Anconem illico mitteret, navem in eo portu pontificis jussu paratum conscensuros. Diligentissime huic muneri satisfecit Jacobus, trecentique milites, quos crucis tessera ornatos et armis ac viatico instructos in Peloponnesum misit, egregiam adeo navarunt operam, ut, Patris primo impetu captis, dubiam hosti victoriam aliquandiu fecerint, licet immenso peditum atque equitum numero irrumpens peninsulam illam fuisset adortus.

43 XXXIII.

Irritus Mantuæ conventus omnem spem fœderis abstulisse videbatur. At non idcirco animum Pius despondit; imo curas præcipuas eo vertit ut principum Germanorum dissidia, et præsertim Friderici Cæsaris cum rege Hungariæ Mathia componeret, qui duo maxime sacro bello inchoando multum possent impedimenti afferre vel roboris (73). Homine ad hoc opus egebat industrio et qui morum sanctitate non minus quam doctrinæ opinione celebraretur. Ea res potissimum fecit ut legati munus Nicæno commiserit, jusseritque in Germaniam acceleratis itineribus proficisci. Et quoniam nihil magis proficuum ad pacem obtinendam rebatur quam nomine sedis apostolicæ binos conventus, unum Norimbergæ, alterum Vindobonæ apud Cæsarem cogere, plenam super hoc negotio potestatem ei tradidit, scriptis præterea litteris ad cardinalem S. Angeli, qui Hungariæ legatus tunc erat, ut acta sua omnia et consilia cum Bessarione communicaret (74). Hæc dum paratur legatio Germanica, finem accepit annus 1459, in quo Nicæ-

(69) Principes in Mantuano conventu præsentes hi fuere : Franciscus Sfortia, Insubriæ dux, Ludovicus Mantuæ et Willelmus Montis-Ferrati marchio. Adfuit præterea Sigismundus Malatesta, Arimini dominus.

(70) Exstat hæc Pii oratio inter alia ejus opera typis vulgata.

(71) Pius in *Comment.* de Venetis oratoribus hæc refert : *Dixerunt Venetos ita demum socios futuros si rem nauticam soli administrare permitterentur, si sua facerent ex hoste rapienda, si classis impensa levarentur, si exercitus ex Hungaria contra Turcas quinquaginta millium equitum et viginti millium peditum proficisceretur. Classem sexaginta triremium et navium viginti necessariam esse dicebant, et in his ultra remiges et consuetos nautas, octo millia militum requirebantur; corpora navium et armamenta tantum se gratis exhibituros promittebant. Pro cæteris rebus pecuniam exquirebant, atque in hunc usum decimas, vicesimas et tricesimas suæ ditionis, quas 150 millia auri nummum conferre arbitrabantur; neque his contenti, auri quindecies centena millia ex publico postulabant. Et hujuscemodi Venetorum oblatio fuit.* V. Raynald. ad an. 1459.

(72) Hanc Nicæni epistolam producit Wadding. tom. XII *Annal. Minor.*, p. 129, eaque inscripta sic est : *Venerabili Patri F. Jacobo de Marchia, Ordinis Minorum de Observantia, professori verbi divini, prædicatori eximio, amico nostro et tanquam patri charissimo, Bessarion, cardinalis Nicænus, episcopus Tusculan., protector Ordinis Minorum.*

(73) Post Ladislai regis mortem Fridericus III imp. Pannoniæ regnum cœpit appetere, tum quod occulte a nonnullis vocabatur proceribus, tum quod penes se sacram regni coronam retinebat. Ea causa fuit perpetuæ inter ipsum et Mathiam Humadem, qui regno potiebatur, discordiæ; quæ res haud modice Turcarum conatibus profuit et opes Christianas afflixit.

(74) Joannes Carvajal, Hispanus, ab Eugenio IV

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

nus, Hieron. Rubeo narrante (75), vetus 44 cœnobium S. Joannis Evangelistæ in agro Ravennate locatum, sibique per modum commendationis ab Eugenio IV pontifice indultum, canonicis Sanctissimi Salvatoris congregationis Rhenanæ resignavit, non alia quidem ratione ductus quam ut res divina ibidem augeri et in antiquum posset splendorem restitui.

XXXIV.

Quintum et sexagesimum ætatis annum habebat cum, nec habitu corporis imbecillo, nec Alpium nivibus aut viarum asperitate deterritus, Germanicum iter quo nullum tunc erat inamœnius et magis hospitibus durum, suscepit; tanto enim desiderio æstuabat suppetias ferendi non modo Græciæ naufragium passæ, sed omnibus etiam Christianam legem professis, qui, Turcico imperio in immensum aucto, similem poterant fortunæ casum vereri, ut facile incommoda, labores atque ipsam vitæ jacturam contemneret. Molestus profecto legentibus forem si cuncta hic vellem in medium proferre ac describere quæ toto biennio gessit molitusque est assidue dum Germanos principes ad concordiam et fœdus ineundum sollicitans, arduum legationis munus obiret (76). Platinæ tantum verba quibus in sermone panegyrico legati industriam patientiamque incredibilem, negotii difficultates et fœderis spem tandem frustratam exponit, in rei testimonium adducam.

45 XXXV.

« Vadit (sic Platina) vir optimus, licet « valetudinarius et hieme instante, quo Pius « imperat. Venetiis, Pado amne primum « delatus, ducem ac senatum ad suscipien- « dum tantum bellum adhortatus, in Germa- « niam honesto magis quam lauto et eleganti « comitatu flectit iter. Sæviebat tum hiems « Februario mense, in Germania potissimum « quæ regio frigidissima est. Vexatus itaque « cum ventis, tum imbribus, tum nivibus « prope continuis, nullum diem intermisit « quo ulterius non proficisceretur; et cum « stare pedibus equi præ glacie vix possent, « vehiculo Germanorum, quod *trahan* voca- « mus, non vectus, sed tractus est. Tandem « vero, post labores prope infinitos, Norim- « bergam venit, obviam prodeunte honora- « tissimo quoque cive, prodeuntibus epi- « scopis et toto clero. Urbem ingressus, « litteris statum ac nuntiis principes Germa- « niæ ad se vocat, populum quoque Norim- « bergensem ut idem faciat longa ac gravi « oratione adhortatur; id velle Deum Opt. « Max., id Pium pontificem, id res Christia- « ni populi afflictas prope ac profligatas. « Supervenere autem non ita multo pòst, « auctoritate sedis apostolicæ et tanti viri « fama permoti, principes multi vel princi- « pum oratores. Hos ille in conventu, au- « dita controversiarum causa, ad pacem et « concordiam multis ac maximis rationibus « revocare sæpenumero conatus est. Quid « non cogitavit, quid non egit, quid non « dixit Bessarion, Quirites, quo pacem inter « dissidentes componeret? Aderant princi- « pes multi, aderat cardinalis Augustensis, « aderant episcopi quidam; aderat Albertus « Brandeburgensis marchio, aderant legati « Bavariæ ducis. His duos principes inter « se maxime dissidentes odio prope ingeni- « to, et monere, et obsecrare vir optimus « non desinebat, copiosa et gravi oratione « de pace habita, quam paulo ante cum ad- « miratione legimus, ut, depositis simulta- « tibus et odiis, de bello 46 Turcis inferen- « do una cum pontifice et imperatore cogi- « tarent.

XXXVI.

« Et ecce dum in consultatione essent, « litteræ ei a legato Pannoniæ, S. Angeli « cardinali, redduntur, quibus fit certior pu- « gnatum cum Turcis esse et Pannonios « gravi prœlio superatos cessisse, periculum- « que imminere ne hostes, victoria elati, « longe ac late omnia occupent, vastent et « diripiant. Tum Bessarion lacrymabundus, « ac vicem Christianæ reipublicæ gemens, « breviter clades omnes nostris illatas com- « memorat, imminens periculum ostendit, « pacem et concordiam proponit, quo liben- « tius et tutius conjunctis armis et copiis, « ire in hostem ferocem et recenti victoria « exsultantem liceat. Cum autem Norimber- « gæ nihil fieri videretur, quod eo propter « distantiam proficisci Rhenani principes « gravarentur, maxime vero Palatinus co- « mes, transferre conventum Vormatiam le- « gatus instituit, ne quidquam intentatum « relinqueret quod ad sedandas lites pertine- « ret. Ventum est tandem, post multa et « gravissima pericula, Vormatiam; neque « enim peragrare Germaniam sine præsidio « militari licet, quod apud eos (tantum va- « let consuetudo!) rapinæ et latrocinia quo- « dammodo concessa videntur. Susceptus

ob operam egregie navatam in concilio Basileensi diaconus cardinalis S. Angeli in Foro piscium creatus est. Deinde presbyter card. S. Crucis in Jerusalem et episcopus Portuensis fuit. Plurimas legationes pro sede apostolica magno cum nomine integritatis ac prudentiæ gessit, et præsertim apud Pannonios, ubi sexennium inter summas difficultates et pericula versatus est. Septuagenario major Romæ decessit an. 1469, tumulariique voluit in templo S. Marcelli.

(75) Hieron. Rubeus, *Hist. Raven.*, lib. VII: *Accessit*, inquit, *Bessarionis cardinalis pium studium, qui anno 1459 consolationi canonicorum S. Salva-toris cœnobium et fundos omniaque sacræ ædis D. Joannis Evangelistæ dono dedit.*

(76) Monumenta plurima ad hanc legationem Germanicam atque etiam ad Venetam spectantia, quam triennio post cardinalis obivit, in archivo sunt Vaticano sanctiore; quatuor namque ibi exsistunt volumina quæ bullas pontificias, legati decreta atque litteras in unum congesta continent. Præterea magnum habent instrumentorum numerum quæ ad rem Bessarionis domesticam sive ad bona ecclesiastica pertinent, quæ ille sub variis titulis ab an. 1458 ad exitum usque vitæ retinuit.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

« benigne a Vormatiensibus, Bessarion legatos tum imperatoris, tum aliorum principum ad se vocat, quid sit agendum proponit. Disceptatur, nec semel tantum, sed iterum ac tertio. Mittit episcopos, viros gravissimos et optimos, quos secum habebat, ad vicinos principes, ne quid omitteretur quod ad concordiam faceret.

XXXVII.

« Ubi autem nihil fieri tanta sollicitudine videretur, monendo, rogando obsecrandoque, Viennam proficisci ad imperatorem instituit, omnes adhortatus ut eo se propere conferrent, arbitratus Cæsaris potentia et auctoritate rem optatam **47** ex sententia confici posse. Magnis quidem atque asperis itineribus eo tandem ventum est. Fit obviam Bessarioni imperator ad mille passus, eumque nullo non habito honoris genere in urbem ducit. Data est tantummodo dies quieti ; postea vero cum legatus ad imperatorem, contra imperator ad legatum proficisci honoris causa contenderet, pervicit imperator ad Bessarionem pergens, quocum et de pace componenda inter Germaniæ principes et de bello Turcis inferendo longissimus et gravissimus sermo est habitus. Cum itaque principes et legati multorum venissent, de eademque re quam sæpissime omni conatu frustra tractatum esset, proposito ipsius provinciæ emolumento et honore, redire tandem in Italiam legatus instituit, ne frustra et tempus et corpus valetudinarium frigoribus et labore itinerum ac tædio animi consumeret. Inter exteras gentes, Græcis et Latinis natura infestas, periclitatus est sæpius, dum temulenti et armati non solum in agris, sed in urbibus quoque grassantur; Viennæ autem potissimum, ubi gymnastici quavis licentia et petulantia utuntur. »

XXXVIII.

Fœderis Germanici negotio penitus collapso deploratoque, in Italiam animo æger ac multum de infausto hoc eventu sollicitus remeavit. Quod Romæ degeret, antequam finis instaret anni 1461, ex eo facile colligi potest quod XV Kal. Januar. consistorio interfuit in quo Pius novos cum vellet cardinales creare, Patrum sententiam rogavit. Probantibus cunctis ac provide facturum dicentibus, si firmiori præsidio Ecclesiæ statum dignitatemque communiret, confestim ille sex viros nominis fama ac natalibus claros in sacrum collegium cooptavit. Ex Italis hi fuere : Bartholomæus **48** Roverella, Ravennæ archiepiscopus (77), Jacobus Ammannatus, Ticini episcopus, postea cardinalis Papiensis nuncupatus (78), et Franciscus Gonzaga, Mantuani principis filius (79) ; ex Gallis, Joannes, episcopus Atrebatensis (80), et Ludovicus Albretus, regio Francorum sanguine ortus (81) ; ex Hispanis demum Jacobus Cardona, episcopus Urgellensis (82). Hos pontifex in publico consistorio mox palam renuntiare et meritis quemque laudibus, prout mos est, ornare debebat ; sed cum per eos dies, quemadmodum **49** ipse refert in Commentariis, chiragra laborare cœpit ac morbi cruciatu incredibili urgeri, Nicænus, cujus præcipua inter Patres tunc erat auctoritas, illius vicem cumulatissime implevit, et novos collegas eorumque virtutes diserto atque honorifico elogio decoravit (83).

XXXIX.

Thomas Palæologus, Peloponnesi despota, dum nostri bellum cum Turcis detrectant, eorumque arma quaquaversum debacchari patiuntur, omni plane ditione spoliatus, cum uxore ac liberis Romam profugerat (84). Is portum Anconæ cum primo tenuisset, sacrum ibi caput deposuit Andreæ apostoli quod Patrensi Ecclesiæ detractum secum

(77) Ferrariensis, Adriæ primum episcopus, deinde archiep. Ravennas, inter presb. card. a Pio II est adlectus. Multa et gravia gessit Ecclesiæ negotia, legatique munere functus est apud Angliæ et Neapolis reges. Umbriæ quoque et Piceno præfuit Vitam reliquit an. 1476, sepultusque est in ecclesia S. Clementis, cujus, quandiu vixit, titulum retinuit.

(78) Jacobus Ammanatus in ditione Lucensi ortus est. Sub Callisto III et Pio II Brevium apostolicorum scriptor fuit. Ab eodem Pio episcopus Ticinensis et mox presbyter cardinalis tit. S. Chrysogoni creatus est, cum illum antea in Piccolominæam familiam ascivisset. Varia exercuit Ecclesiæ munera, sed præcipue floruit ingenio ac litterarum humaniorum studio, ut ejusdem epistolæ et commentaria typis edita testantur. Obiit IV Idus Sept. an. 1479, in oppido S. Laurentii ad Cryptas, Romamque advectus in ecclesia S. Augustini tumulum habuit.

(79) Hic nondum viginti annos natus cardinalitiam dignitatem obtinuit. Legatus inde Bononiæ et episcopus etiam fuit. E vita migravit an. 1483 sepultusque est Mantuæ in ecclesia cathedrali.

(80) Joannes Gotfredus e Burgundia, monachus primum Cluniacensis, deinde Atrebatensis episcopus, ac mox etiam Albiensis SS. Sylvestri et Martini in Montibus presbyter card. renuntiatus, pro Ludovico XI, Galliarum rege, magni momenti negotia explicuit. Ætate longe provecta obiit an. 1473.

(81) Titulum habuit SS. Petri et Marcellini. Plures in Gallia Ecclesias administravit. Ob egregias animi dotes Urbis totius amorem sibi conciliavit; Romæ mortuus est anno 1465, ejusque ossa quiescunt in æde S. Mariæ de Ara Cœli.

(82) Ex episcopo Urgellensi, ad preces Aragonum regis, cardinalis creatus fuit ; sed quia pedem ex Hispania nunquam movit, titulum cardinalitium minime obtinuit. Naturæ debitum solvit die 1 Decembris anni 1466.

(83) Vide Pii *Comment.*, lib. VII.

(84) Constantini, Græcorum imperatoris postremi, frater Thomas hic fuit, eoque occiso aliquando Peloponnesum tenuit donec et ipsi bellum Turcæ intulerunt. Quatuor filios habuit, duos masculos et feminas totidem. Ex masculis minor natu Manuel, Christianam religionem turpiter deserens, ad Mahumetanos transfugit. Major natu, Andreas, patrem secutus, Romæ vixit, a sede apostolica una cum parente munifice sustentatus, hospitiumque eis præbens Bessarion (*a*) quibuscunque rebus potuit, regiam hanc fovit familiam. Ex feminis una regi Serviæ, altera Magno Russorum duci nupsit. Vid. Raynald. ad an. 1461.

(*a*) Vide in hoc volumine Bessarionis epistolam ad præceptorum liberorem Thomæ despotæ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

avexerat, pontifici maximo donaturus. Ex Ancona Pius illud in arcem Narniæ transferri sancteque asservari mandaverat, donec belli tumultus in Piceno atque Umbria excitati quiescerent (85). Pacatis tandem rebus, cum insigni hoc vellet thesauro Vaticanam augere basilicam, sub initium anni 1462 tres Narniam **50** præcipuæ dignitatis ac nominis cardinales direxit, nempe Bessarionem nostrum, Alexandrum tit. S. Susannæ (86) et Franciscum Picolomineum (87) qui debito illum cum honore in Urbem deferrent. Hi Narniam profecti, et sacro recepto pignore, Romam versus, occursantibus undique populis, remearunt. Ad pontem Milvium qua die venerunt (ea fuit Dominica Palmarum, pridie Idus Apriles) sacrum λείψανον in turri, quæ ibi etiam nunc est, decentissime collocarunt, relictis interim archiepiscopis Beneventano ac Sipontino qui vigiles excubias agerent et loci custodiæ cum omni auctoritate præessent **51-52**. Quo ritu autem ac celebritate pontifex S. Andreæ caput in Urbem intulerit, ipsum habet Lector narrantem in Commentariorum suorum libro VIII.

XL-XLII.

Erat atque etiam nunc est in agro Tusculano cœnobium ordinis Basiliani, vulgo Cryptæ-Ferratæ nuncupatum (88). Eo nullum ecclesiastica ditio præclarius habuerat a longo ævo, seu monasticam spectes **53** disciplinam, sive opes ingentes ac fundos, quibus ducentos et ultra monachos diu aluit sustentavitque. Sed, ut fluxæ plerumque ac mutabiles res hominum sunt, ita sensim a primæva dignitate recesserat, tantasque in bonis ac possessionibus jacturas fecerat, ut Pio II regnante vix tenue antiqui splendoris et famæ vestigium retineret. Id pontifex animo versans, et gliscenti huic malo validum promptumque remedium opponere cupiens, V Kal. Septembris 1462, prælaudati cœnobii regimen atque administrationem Bessarioni nostro tanquam abbati commendatario commisit (89); sperabat enim fore ut ejus studio atque amore summo quo Basilianam prosequebatur familiam, nobile illud monasterium amissæ disciplinæ decus reciperet multaque statim juris beneficio vindicaret quæ ipsi tum hominum fraus, tum vis armorum abstulerat, dum bello civili omnia circum arderent et Romanæ nobilitatis proceres odio acerbissimo inter se decertarent.

XLIII.

Nec vero irrita pontificis vota fuere: siquidem Bessarion, vetustis diplomatibus instrumentisque et chartis ejusmodi solerter excussis, id primum curavit ut scripta hæc omnia in librum concinne digesta referrentur, ne sua cœnobio jura in posterum deficerent, neu monachis, ut sæpe contigerat, penitus essent inutilia atque ignota (90). Mox bonis recuperandis vitæque **54** cœnobiticæ legibus instaurandis intentus, haud modice famam ac monasterii fortunas recreavit; nam et ædes squallore obsitas ac præ nimia vetustate labentes restituit et sacris indumentis pretiosaque supellectili ecclesiam instruxit. Hujus rei testes etiam nunc sunt cum stemma ipsius gentilitium quod ibi visitur, tum donaria nonnulla quæ in sacrario asservata supersunt. In eo, ut certior sum factus, calix unus exsistit magni ponderis, ex argento inaurato confectus, cujus in basi hæ litteræ insculptæ leguntur: BESSARION EPISCOPUS NICÆNUS. Præterea duæ ibi sunt casulæ, seu, ut Græci vocant: phænolia; sericum unum, rubri coloris, aureis floribus inspersum, et sacris post humeros et ante pectus imaginibus ornatum, quæ phrygio simul opere atque auro refulgent; alterum ex auro totum et figuris Domini passionem exhibentibus affabre intextum.

XLIV

Vidimus supra Josephum, Cpolis patriarcham, Florentiæ, antequam synodo finis

(85) Hujus facti memoria, etsi longe posterius scripta, exstat in sacello arcis Narniensis, eaque sic habet:

SACELLUM HOC
CUI ASSERVANDUM TRADIDIT
ARCIS PRÆFECTUS
EX ACHAIA ADVECTUM CAPUT
ANDREÆ APOSTOLI
PIO II SEDENTE MCCCCLXII
DUM PURPURATI TRIUMVIRI
AD URBEM DEFERRENT
IN BASILICA LOCANDUM VATICANA
FORMÆ REDDIDIT DECENTIORI
NICOLAUS CANDIOTTUS
PROTONOT. APOSTOLICUS
ET GUBERNATOR MDCLII

(86) Alexander de Oliva, domo Sentinas, ex magistro generali ordinis Augustiniani, card. presb. tit. S. Susannæ a Pio II creatus fuit an. 1460. Vitæ sanctimonia claruit et beatorum albo ascriptus fuit. Obiit Tiburi 21 Augusti 1463, cum nondum semilem ætatem attigisset.

(87) Franc. Todeschinus, patria Senensis, et Pii II nepos ex sorore fuit eamque ob causam ascitus in Picolomineorum familiam. Cardinalatum ab avunculo obtinuit an. 1460, cum adhuc esset admodum juvenis. Multas legationes et Ecclesiæ negotia gessit. Doctos homines amantissime fovit, ut ex plurimis præstantium virorum epistolis patet. Post Alexandri VI obitum Petri cathedram ascendit sub nomine Pii III, eodemque anno, qui fuit 1503, obiit.

(88) S. Nilus abbas, in Calabris ortus, D. Basilii institutum professus est, eaque in regione ac deinde prope montem Cassinum et Caietam urbem magnis virtutibus claruit. Anno 1004 monasterium Cryptæ-Ferratæ a fundamentis erexit, plurimum adjutus munificentia ac opibus Gregorii, comitis Tusculani. (Sciomm. in notis ad monast. Cryptæ-Ferratæ Romæ editis 1728.)

(89) Idem Sciomm., lib. cit.

(90) Habuit hoc cœnobium insignem quoque ac copiosam codicum optimorum bibliothecam quos antiqui monachi calligraphiam exercentes eleganter descripserant; sed horum pars magna ac potior temporibus Sixti V et Pauli V pontificum in Vaticanam bibliothecam illata est; reliqui vero, jussu Urbani VIII in Barberinam postea translerunt. Vide Petrum Pompilium Rodota, lib. II, cap. 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« benigne a Vormatiensibus, Bessarion legatos tum imperatoris, tum aliorum principum ad se vocat, quid sit agendum proponit. Disceptatur, nec semel tantum, sed iterum ac tertio. Mittit episcopos, viros gravissimos et optimos, quos secum habebat, ad vicinos principes, ne quid omitteretur quod ad concordiam faceret.

XXXVII.

« Ubi autem nihil fieri tanta sollicitudine videretur, monendo, rogando obsecrandoque, Viennam proficisci ad imperatorem instituit, omnes adhortatus ut eo se propere conferrent, arbitratus Cæsaris potentia et auctoritate rem optatam **47** ex sententia confici posse. Magnis quidem atque asperis itineribus eo tandem ventum est. Fit obviam Bessarioni imperator ad mille passus, eumque nullo non habito honoris genere in urbem ducit. Data est tantummodo dies quieti ; postea vero cum legatus ad imperatorem, contra imperator ad legatum proficisci honoris causa contenderet, pervicit imperator ad Bessarionem pergens, quocum et de pace componenda inter Germaniæ principes et de bello Turcis inferendo longissimus et gravissimus sermo est habitus. Cum itaque principes et legati multorum venissent, de eademque re quam sæpissime omni conatu frustra tractatum esset, proposito ipsius provinciæ emolumento et honore, redire tandem in Italiam legatus instituit, ne frustra et tempus et corpus valetudinarium frigoribus et labore itinerum ac tædio animi consumeret. Inter exteras gentes, Græcis et Latinis natura infestas, periclitatus est sæpius, dum temulenti et armati non solum in agris, sed in urbibus quoque grassantur; Viennæ autem potissimum, ubi gymnastici quavis licentia et petulantia utuntur. »

XXXVIII.

Fœderis Germanici negotio penitus collapso deploratoque, in Italiam animo æger ac multum de infausto hoc eventu sollicitus remeavit. Quod Romæ degeret, antequam finis instaret anni 1461, ex eo facile colligi potest quod XV Kal. Januar. consistorio interfuit in quo Pius novos cum vellet cardinales creare, Patrum sententiam rogavit. Probantibus cunctis ac provide facturum dicentibus, si firmiori præsidio Ecclesiæ statum dignitatemque communiret, confestim ille sex viros nominis fama ac natalibus claros in sacrum collegium cooptavit. Ex Italis hi fuere : Bartholomæus **48** Roverella, Ravennæ archiepiscopus (77), Jacobus Ammannatus, Ticini episcopus, postea cardinalis Papiensis nuncupatus (78), et Franciscus Gonzaga, Mantuani principis filius (79) ; ex Gallis, Joannes, episcopus Atrebatensis (80), et Ludovicus Albretus, regio Francorum sanguine ortus (81) ; ex Hispanis demum Jacobus Cardona, episcopus Urgellensis (82). Hos pontifex in publico consistorio mox palam renuntiare et meritis quemque laudibus, prout mos est, ornare debebat ; sed cum per eos dies, quemadmodum **49** ipse refert in Commentariis, chiragra laborare cœpit ac morbi cruciatu incredibili urgeri, Nicænus, cujus præcipua inter Patres tunc erat auctoritas, illius vicem cumulatissime implevit, et novos collegas eorumque virtutes diserto atque honorifico elogio decoravit (83).

XXXIX.

Thomas Palæologus, Peloponnesi despota, dum nostri bellum cum Turcis detrectant, eorumque arma quaquaversum debacchari patiuntur, omni plane ditione spoliatus, cum uxore ac liberis Romam profugerat (84). Is portum Anconæ cum primo tenuisset, sacrum ibi caput deposuit Andreæ apostoli quod Patrensi Ecclesiæ detractum secum

(77) Ferrariensis, Adriæ primum episcopus, deinde archiep. Ravennas, inter presb. card. a Pio II est adlectus. Multa et gravia gessit Ecclesiæ negotia, legatique munere functus est apud Angliæ et Neapolis reges. Umbriæ quoque et Piceno præfuit Vitam reliquit an. 1476, sepultusque est in ecclesia S. Clementis, cujus, quandiu vixit, titulum retinuit.

(78) Jacobus Ammannatus in ditione Lucensi ortus est. Sub Callisto III et Pio II Brevium apostolicorum scriptor fuit. Ab eodem Pio episcopus Ticinensis et mox presbyter cardinalis tit. S. Chrysogoni creatus est, cum illum antea in Piccolomineam familiam ascivisset. Varia exercuit Ecclesiæ munera, sed præcipue floruit ingenio ac litterarum humaniorum studio, ut ejusdem epistolæ et commentaria typis edita testantur. Obiit IV Idus Sept, an. 1479, in oppido S. Laurentii ad Cryptas, Romamque advectus in ecclesia S. Augustini tumulum habuit.

(79) Hic nondum viginti annos natus cardinalitiam dignitatem obtinuit. Legatus inde Bononiæ et episcopus etiam fuit. E vita migravit an. 1483 sepultusque est Mantuæ in ecclesia cathedrali.

(80) Joannes Golfredus e Burgundia, monachus primum Cluniacensis, deinde Atrebatensis episcopus, ac mox etiam Albiensis SS. Sylvestri et Martini in Montibus presbyter card. renuntiatus, pro Ludovico XI, Galliarum rege, magni momenti negotia explicuit. Ætate longe provecta obiit an. 1473.

(81) Titulum habuit SS. Petri et Marcellini. Plures in Gallia Ecclesias administravit. Ob egregias animi dotes Urbis totius amorem sibi conciliavit; Romæ mortuus est anno 1465, ejusque ossa quiescunt in æde S. Mariæ de Ara Cœli.

(82) Ex episcopo Urgellensi, ad preces Aragonum regis, cardinalis creatus fuit ; sed quia pedem ex Hispania nunquam movit, titulum cardinalitium minime obtinuit. Naturæ debitum solvit die 1 Decembris anni 1466.

(83) Vide Pii *Comment.*, lib. VII.

(84) Constantini, Græcorum imperatoris postremi, frater Thomas hic fuit, eoque occiso aliquando Peloponnesum tenuit donec et ipsi bellum Turcæ intulerunt. Quatuor filios habuit, duos masculos et feminas totidem. Ex masculis minor natu Manuel, Christianam religionem turpiter deserens, ad Mahumetanos transfugit. Major natu, Andreas, patrem secutus, Romæ vixit, a sede apostolica una cum parente munifice sustentatus, hospitiumque eis præbens Bessarion (a) quibuscunque rebus potuit, regiam hanc fovit familiam. Ex feminis una regi Serviæ, altera Magno Russorum duci nupsit. Vid. Raynald. ad an. 1461.

(a) Vide in hoc volumine Bessarionis epistolam ad præceptorum liberorum Thomæ despotæ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

avexerat, pontifici maximo donaturus. Ex Ancona Pius illud in arcem Narniæ transferri sancteque asservari mandaverat, donec belli tumultus in Piceno atque Umbria excitati quiescerent (85). Pacatis tandem rebus, cum insigni hoc vellet thesauro Vaticanam augere basilicam, sub initium anni 1462 tres Narniam **50** præcipuæ dignitatis ac nominis cardinales direxit, nempe Bessarionem nostrum, Alexandrum tit. S. Susannæ (86) et Franciscum Picolomineum (87) qui debito illum cum honore in Urbem deferrent. Hi Narniam profecti, et sacro recepto pignore, Romam versus, occursantibus undique populis, remearunt. Ad pontem Milvium qua die venerunt (ea fuit Dominica Palmarum, pridie Idus Apriles) sacrum λείψανον in turri, quæ ibi etiam nunc est, decentissime collocarunt, relictis interim archiepiscopis Beneventano ac Sipontino qui vigiles excubias agerent et loci custodiæ cum omni auctoritate præessent **51-52**. Quo ritu autem ac celebritate pontifex S. Andreæ caput in Urbem intulerit, ipsum habet Lector narrantem in Commentariorum suorum libro VIII.

XL-XLII.

Erat atque etiam nunc est in agro Tusculano cœnobium ordinis Basiliani, vulgo Cryptæ-Ferratæ nuncupatum (88). Eo nullum ecclesiastica ditio præclarius habuerat a longo ævo, seu monasticam spectes **53** disciplinam, sive opes ingentes ac fundos, quibus ducentos et ultra monachos diu aluit sustentavitque. Sed, ut fluxæ plerumque ac mutabiles res hominum sunt, ita sensim a primæva dignitate recesserat, tantasque in bonis ac possessionibus jacturas fecerat, ut Pio II regnante vix tenue antiqui splendoris et famæ vestigium retineret. Id pontifex animo versans, et gliscenti huic malo validum promptumque remedium opponere cupiens, V Kal. Septembris 1462, prælaudati cœnobii regimen atque administrationem Bessarioni nostro tanquam abbati commendatario commisit (89); sperabat enim fore ut ejus studio atque amore summo quo Basilianam prosequebatur familiam, nobile illud monasterium amissæ disciplinæ decus reciperet multaque statim juris beneficio vindicaret quæ ipsi tum hominum fraus, tum vis armorum abstulerat, dum bello civili omnia circum arderent et Romanæ nobilitatis proceres odio acerbissimo inter se decertarent.

XLIII.

Nec vero irrita pontificis vota fuere: siquidem Bessarion, vetustis diplomatibus instrumentisque et chartis ejusmodi solerter excussis, id primum curavit ut scripta hæc omnia in librum concinne digesta referrentur, ne sua cœnobio jura in posterum deficerent, neu monachis, ut sæpe contigerat, penitus essent inutilia atque ignota (90). Mox bonis recuperandis vitæque **54** cœnobiticæ legibus instaurandis intentus, haud modice famam ac monasterii fortunas recreavit; nam et ædes squallore obsitas ac præ nimia vetustate labentes restituit et sacris indumentis pretiosaque supellectili ecclesiam instruxit. Hujus rei testes etiam nunc sunt cum stemma ipsius gentilitium quod ibi visitur, tum donaria nonnulla quæ in sacrario asservata supersunt. In eo, ut certior sum factus, calix unus exsistit magni ponderis, ex argento inaurato confectus, cujus in basi hæ litteræ insculptæ leguntur : BESSARION EPISCOPUS NICÆNUS. Præterea duæ ibi sunt casulæ, seu, ut Græci vocant : phænolia; sericum unum, rubri coloris, aureis floribus inspersum, et sacris post humeros et ante pectus imaginibus ornatum, quæ phrygio simul opere atque auro refulgent; alterum ex auro totum et figuris Domini passionem exhibentibus affabre intextum.

XLIV

Vidimus supra Josephum, Cpolis patriarcham, Florentiæ, antequam synodo finis

(85) Hujus facti memoria, etsi longe posterius scripta, exstat in sacello arcis Narniensis, eaque sic habet :

SACELLUM HOC
CUI ASSERVANDUM TRADIDIT
ARCIS PRÆFECTUS
EX ACHAIA ADVECTUM CAPUT
ANDREÆ APOSTOLI
PIO II SEDENTE MCCCCLXII
DUM PURPURATI TRIUMVIRI
AD URBEM DEFERRENT
IN BASILICA LOCANDUM VATICANA
FORMÆ REDDIDIT DECENTIORI
NICOLAUS CANDIOTTUS
PROTONOT. APOSTOLICUS
ET GUBERNATOR MDCLII

(86) Alexander de Oliva, domo Sentinas, ex magistro generali ordinis Augustiniani, card. presb. tit. S. Susannæ a Pio II creatus fuit an. 1460. Vitæ sanctimonia claruit et beatorum albo ascriptus fuit. Obiit Tiburi 21 Augusti 1463, cum nondum semilem a latem attigisset.

(87) Franc. Todeschinus, patria Senensis, et Pii II nepos ex sorore fuit eamque ob causam asciscitus in Picolomineorum familiam. Cardinalatum ab avunculo obtinuit an. 1460, cum adhuc esset admodum juvenis. Multas legationes et Ecclesiæ negotia gessit. Doctos homines amantissime fovit, ut ex plurimis præstantium virorum epistolis patet. Post Alexandri VI obitum Petri cathedram ascendit sub nomine Pii III, eodemque anno, qui fuit 1503, obiit.

(88) S. Nilus abbas, in Calabris ortus, D. Basilii institutum professus est, eaque in regione ac deinde prope montem Cassinum et Caietam urbem magnis virtutibus claruit. Anno 1004 monasterium Cryptæ-Ferratæ a fundamentis erexit, plurimum adjutus munificentia ac opibus Gregorii, comitis Tusculani. (Sciomm. in notis ad monast. Cryptæ-Ferratæ Romæ editis 1728.)

(89) Idem Sciomm., lib. cit.

(90) Habuit hoc cœnobium insignem quoque ac copiosam codicum optimorum bibliothecam quos antiqui monachi calligraphiam exercentes eleganter descripserant; sed horum pars magna ac potior temporibus Sixti V et Pauli V pontificum in Vaticanam bibliothecam illata est; reliqui vero, jussu Urbani VIII in Barberinam postea translati sunt. Vide Petrum Pompilium Rodota, lib. II, cap. 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

imponeretur, diem clausisse supremum. Josepho Gennadius seu aliter Georgius Scholarius in throno patriarchali successit (*a*), qui, **55** Græcos a fidei unitate resilientes voce ac scriptis in officio retinere conatus est, et Marci Ephesii calumnias, quibus amenti furore stimulatus Latinam onerabat Ecclesiam, docte non minus quam pie refutavit. Hujus postea, cum patriarchatu abiisset, Pio II jubente, locum tenuit Isidorus cardinalis Ruthenus, ad eam dignitatem ideo promotus quia concordiæ studiosus et Græcis diu notus ac familiaris, omnium unus maxime idoneus ad synodi decreta tuenda videbatur. Cum vero is quoque longo difficilique morbo consumptus e vita migrasset v Kal. Maias 1463, pontifex oculos in Bessarionem conjecit, ejus doctrinæ fama ac virtutis præstantia fieri posse arbitratus ut Orientalis Ecclesia sanctiones eas firmas ac ratas esse vellet quæ in concilio fuissent unanimi sententia receptæ, nec ultra veritati obsisteret, tot præser im ac tantis calamitatibus edocta, quæ in Græcam gentem confluxerant, postquam, imperio deleto, barbaricæ feritatis jugum subierat.

XLV.

Paulo antea, hoc est Kal. April. 1463, Chalcidensis Ecclesiæ in Eubœa insula præsul a Pio eodem fuerat declaratus (91); sed novo hoc auctus patriarchatus fastigio, nullam rem habuit potiorem quam ut ea statim ageret quæ sui muneris esse et ad suam pertinere sollicitudinem ac fidem putabat. Itaque litteras encyclicas, doctrinæ atque amoris plenissimas, ad Græcos universos **56** dedit, in quibus non modo illos de sua fecit electione certiores, sed omnia collegit recensuitque argumenta quorum vi tandem resipiscere et statutam cum nostris unionem deberent amplecti. Ac primo commemorans quantum Græca natio sive imperii gloria, sive optimis artibus ac disciplinis supra cæteras nobilis ac florens evaserit, causas exquirit cur e sublimi hoc vertice in extremas corruerit humani generis calamitates. Exin ostendit, non aliunde ortas has ærumnas videri quam a longo diroque schismate, quo Græci inconsutilem Domini tunicam scindentes, a cœtu orthodoxo recedere nequaquam sunt veriti, cujus sceleris, audacter commissi et pervicacius defensi, nunc pœnas divina justitia reposcat. Hinc, rationibus in medium prolatis ob quas Græci Patres concilii decretis in fidei unitate subscripserant, perspicue docet, Romanam Ecclesiam omnium caput ac principem esse, nec ab ea quemquam baptismo renatum sine magno piaculo et salutis æternæ discrimine disjungi posse. Postremo cunctos hortatur ut dimissis contentiosis hominibus qui odio potius et æmulationis studio quam pietatis et veritatis effectu vana in Latinis errorum simulacra confingunt, Romanum pontificem, ut verum ac summum totius Ecclesiæ pastorem fateri tandem atque agnoscere velint.

XLVI.

Ex Viterbio, ubi tunc feriabatur. Nicænus, v Kal. Junias 1463, hanc misit ad Græcos encyclicam, sigillo tantum cardinalitio munitam, atque ita e Petri Arcudii versione subscriptam: ***Bessarion, miseratione divina cardinalis et œcumenicus patriarcha Constantinopoleos novæ Romæ, subscripsi.*** Torsit Arcudium hæc vox *œcumenicus*, putavitque Nicænum vel ea nusquam usum fuisse, vel si hoc loco usurpavit, id exemplo fecisse patriarchæ Josephi, qui Romanam Ecclesiam in synodo Florentina omnium supremam agnoscens, in sua tamen fidei professione *œcumenici* nomen retinuit, nemine prorsus impediente, aut ipso adversante Eugenio pontifice. At hoc ipsum valde suspectum ac dubium videtur Horatio Justiniano qui recte animadvertit (92) monetque, pontifices Romanos nec sibi unquam hunc titulum arrogasse, nec in alio quoquam tulisse, postquam Gregorius Magnus Joanni Jejunatori, patriarchæ Cpolitano, qui primus œcumenicum se dicere ausus est, invicto restitit animi robore, ejusque superbiam atque insolentiam austeritatis fuco velatam detexit. Plura super hac re Justinianus adducit historiæ documenta quæ Nicæno, **57** homini docto et in rebus ecclesiasticis apprime versato ignota fuisse nemo crediderit. Non ille igitur hunc sibi titulum arripuit, sed Græci potius librarii nonnulli tamquam Ecclesiæ Byzantinæ proprium de suo adjecere. Id ut statuam libentius hoc facit quod hujus encyclicæ exemplum ex autographo descriptum in codice habetur bibliothecæ Barberinæ (93), nec ibi ulla *œcumenici* denominatio, sive in capite, sive ad calcem epistolæ occurrit.

XLVII.

Humanæ caducitatis ac sortis memor Nicænus, locum sepulcro construendo quærebat, qui sua post mortem ossa contegeret. Huic rei aptum sacellum putavit in ipsa erectum basilica SS. XII Apostolorum, ac D. Eugeniæ dicatum, cujus sacras a longo tempore servabat exuvias. Sed cum ædificium præ nimia vetustate fatisceret ac omnem fere amisisset non modo elegantiæ, sed etiam formæ

(91) Ex lib. IV *Obliggt. sac. colleg.*, p. 52.

(92) In *Actis conc. Florent.*, Romæ 1638, p. 325.

(93) Codex bombycinus est ac n. 189 signatus. Ad pag. 105 hæc leguntur Bessarionis ad Græcos encyclica, eique subjectum librarii testimonium hujusmodi: Τὸ παρὸν γράμμα κατὰ λέξιν ἐξισάζει τῷ πρωτοτύπῳ. *Præsens scriptura ad verbum concordat cum originali.* Epistolæ titulus ita se habet: Βησσαρίων, ἐλέῳ Θεοῦ τῆς ἱερᾶς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας καρδηνάλις καὶ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχης. Subscriptio autem: Βησσαρίων καρδηνάλις ἐλέῳ Θεοῦ πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης οἰκείᾳ χειρὶ ὑπέγραψα.

(*a*) Hic omnino falsus est auctor. Gennadius Josepho non successit nec « Græcos a fidei unitate resilientes in officio retinere conatus est. » Edit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

decentis aspectum, suis illud sumptibus reficere atque ornare constituit, dummodo sibi suisque hæredibus nominandis Romanus pontifex sacellum idem tanquam jure gentilitio possidendum concederet. Gratam summopere hanc Nicæni deliberationem habuit Pius, ex eo maxime quod cardinalis jam tum sacello eos annuos destinabat proventus qui unum saltem presbyterum alerent, cujus **58** essent partes, ut sacrum ibi quotidianum atque alia officia perageret. Itaque litteris in vulgus emissis pridie Kal. Maias 1463, omnia et singula ab eo postulata benigne indulsit (94) atque apostolica simul auctoritate firmavit.

XLVIII.

Ingens exarserat anno superiore inter Dominicanos et Minoritas contentio, inde orta quod Jacobus Picens, quem sacra facundia insignem jam supra ostendi, in suis ad populum concionibus Christi sanguinem passionis tempore effusum a divinitate sejunctum pronuntiasset. Cum dignam censura hujusmodi assertionem Dominicani esse dicerent, idque Franciscani negarent, et suam uterque ordo sententiam acerrime propugnaret, veritus pontifex ne aliqua hinc flamma exitialis erumperet, huic liti mature occurrendum putavit. Quæstionis igitur judices Nicænum atque Alanum cardinales (hic enim Dominicanæ familiæ, ille Minoritarum erat patronus) elegit deputavitque et omnimodam pacis reconciliandæ largitus est potestatem. Hi, partibus ad se vocatis, rationumque momentis theologicis accurate perpensis, silentium utrinque deinceps servandum decreverunt. Et quoniam Jacobus Brixiensis, Dominicanæ partis in hoc conflictu antesignanus, in quibusdam defecisse, in aliis vero excessisse apparebat, mandato judicum veniam petere a Picente Jacobo jussus est, cui pontifex insuper honorificas litteras in suæ testimonium innocentiæ concessit (95).

59 XLIX.

Etsi Pius nunquam animo belli sacri cogitationes dimiserat, tamen hoc anno 1463 in id vehementer cœpit incumbere, cum totam ferme Italiam pacatam jam cerneret. Eo autem magis hoc studio ferebatur quod Veneti, ob clades in Peloponneso nuper acceptas et belli gravissimi periculum impendens, armorum societatem, ut antea fecerant minime videbantur aspernaturi. Quamobrem nihil ultra differendum ratus, Bessarionem eo misit legatum, qui Sedis Apostolicæ nomine iterum fœderis leges proponeret, senatumque hortaretur ad classem prævalidam ope communi parandam, cujus tantum robore ac præstantia spes erat posse hostium vires, nondum æque ac bello terrestri metuendas, infringi. His ille instructus mandatis ad Venetam profectus est urbem, et navi excelsa, quam Bucentaurum vocant, exceptus, eos omnes a senatu et duce Christophoro Mauro honores retulit qui magnis tantum principibus concedi solent (96): nam et inter patricios reipublicæ confestim adlectus est, et in supremis admistus comitiis aureum globulum non urna clausa, ut cæteri, sed aperta extraxit, potestatemque eligendi magistratus nullo sortis discrimine obtinuit.

L.

Venetiis cum degeret et legati munere fungeretur, oratorium quod pertinet ad vetustam ac prænobilem sodalitatem seu scholam, ut aiunt, Charitatis, invisere optavit. Eo inspecto, cum illum custos et sodalium primores orassent ut suum quoque nomen sodalitio ascribi **60** permitteret, eorum preces humanissime admisit, et ritu instituti servato, album sodalitatis vestem accepit. Deinde piis moribus religiosisque Societatis operibus magnopere delectatus, ut gratum se illi benevolumque probaret, antiquam tabulam, in qua Græco more reliquiæ claudebantur insignes (97), dono obtulit, ea nihilominus lege ut cimelion hoc sacrum penes se ad obitum usque remaneret. Et ne ulla posthac oblivio aut occasio incideret voluntatis commutandæ, IV Kal. Sept. 1463, notarii manu chartam donationis inter vivos confecit. Verum cum postea, hoc est sub initium anni 1472, in Galliam legatus abiret, senioque jam gravis tum vitæ exitum, tum itineris casus pertimesceus, hanc amplius **61** noluit præclaram tabulam domi retinere, sed Venetias præmisit, quemadmodum e litteris patet quas e Bononia ad sodales Charitatis dedit III Idus Maias 1472 (98).

LI.

Rerum gerendarum scientia ac morum suavitas, qua hominum animos sibi facile cardinalis devinciebat, brevi effecere ut, omni hæsitatione subiata, Venetus senatus in pontificis vota concederet fœdusque tandem percuteret quo nullum Italia gloriosius ac salubrius unquam conspexerat. Fœderis conditiones utrinque approbatas subscriptasque XIV Kal. Novembr. 1463, miro populus favore atque animi lætitia incredibili **62** audivit. Solemnes inde per urbem supplicationes ad opem divinam implorandam decretæ, ac legatus in celeberrimo D. Marci foro cum bellum Turcis publice indixit, tum Ecclesiæ thesauros universis reclusit qui vel arma corriperent vel aliquam pro viribus pecuniæ

(94) Vide Append. monum., n. 6.

(95) Pontificias has litteras ex autographo desumptas refert Wadding. *Annal. Minor.*, tom. XIII, p. 264.

(96) Vide Schioppalalb. Dissert., de qua inferius.

(97) Reliquiæ quas tabula hæc, variis imaginibus et laminis argenteis ornata, continet, duæ sunt Dominicæ crucis particulæ, duoque fragmenta tunicæ qua Christus Dominus usus est, in totidem thecis argenteis inauratis reposita. Qui plura de insigni hac tabula nosse cupit, is adeat Joan. Baptistæ Schioppalalbæ Dissertationem quam Venetiis edidit an. 1767.

(98) Vide eumdem, *ibid.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

imponeretur, diem clausisse supremum. Josepho Gennadius seu aliter Georgius Scholarius in throno patriarchali successit (*a*), qui, **55** Græcos a fidei unitate resilientes voce ac scriptis in officio retinere conatus est, et Marci Ephesii calumnias, quibus amenti furore stimulatus Latinam onerabat Ecclesiam, docte non minus quam pie refutavit. Hujus postea, cum patriarchatu abiisset, Pio II jubente, locum tenuit Isidorus cardinalis Ruthenus, ad eam dignitatem ideo promotus quia concordiæ studiosus et Græcis diu notus ac familiaris, omnium unus maxime idoneus ad synodi decreta tuenda videbatur. Cum vero is quoque longo difficilique morbo consumptus e vita migrasset v Kal. Maias 1463, pontifex oculos in Bessarionem conjecit, ejus doctrinæ fama ac virtutis præstantia fieri posse arbitratus ut Orientalis Ecclesia sanctiones eas firmas ac ratas esse vellet quæ in concilio fuissent unanimi sententia receptæ, nec ultra veritati obsisteret, tot præsertim ac tantis calamitatibus edocta, quæ in Græcam gentem confluxerant, postquam, imperio deleto, barbaricæ feritatis jugum subierat.

XLV.

Paulo antea, hoc est Kal. April. 1463, Chalcidensis Ecclesiæ in Eubœa insula præsul a Pio eodem fuerat declaratus (91); sed novo hoc auctus patriarchatus fastigio, nullam rem habuit potiorem quam ut ea statim ageret quæ sui muneris esse et ad suam pertinere sollicitudinem ac fidem putabat. Itaque litteras encyclicas, doctrinæ atque amoris plenissimas, ad Græcos universos **56** dedit, in quibus non modo illos de sua fecit electione certiores, sed omnia collegit recensuitque argumenta quorum vi tandem resipiscere et statutam cum nostris unionem deberent amplecti. Ac primo commemorans quantum Græca natio sive imperii gloria, sive optimis artibus ac disciplinis supra cæteras nobilis ac florens evaserit, causas exquirit cur e sublimi hoc vertice in extremas corruerit humani generis calamitates. Exin ostendit, non aliunde ortas has ærumnas videri quam a longo diroque schismate, quo Græci inconsutilem Domini tunicam scindentes, a cœtu orthodoxo recedere nequaquam sunt veriti, cujus sceleris, audacter commissi et pervicacius defensi, nunc pœnas divina justitia reposcat. Hinc, rationibus in medium prolatis ob quas Græci Patres concilii decretis in fidei unitate subscripserant, perspicue docet, Romanam Ecclesiam omnium caput ac principem esse, nec ab ea quemquam baptismo renatum sine magno piaculo et salutis æternæ discrimine disjungi posse. Postremo cunctos hortatur ut dimissis contentiosis hominibus qui odio potius et æmulationis studio quam pietatis et veritatis effectu vana in Latinis errorum simulacra confingunt, Romanum pontificem, ut verum ac summum totius Ecclesiæ pastorem fateri tandem atque agnoscere velint.

XLVI.

Ex Viterbio, ubi tunc feriabatur. Nicænus, v Kal. Junias 1463, hanc misit ad Græcos encyclicam, sigillo tantum cardinalitio munitam, atque ita e Petri Arcudii versione subscriptam: ***Bessarion, miseratione divina cardinalis et œcumenicus patriarcha Constantinopoleos novæ Romæ, subscripsi.*** Torsit Arcudium hæc vox *œcumenicus*, putavitque Nicænum vel ea nusquam usum fuisse, vel si hoc loco usurpavit, id exemplo fecisse patriarchæ Josephi, qui Romanam Ecclesiam in synodo Florentina omnium supremam agnoscens, in sua tamen fidei professione *œcumenici* nomen retinuit, nemine prorsus impediente, aut ipso adversante Eugenio pontifice. At hoc ipsum valde suspectum ac dubium videtur Horatio Justiniano qui recte animadvertit (92) monetque, pontifices Romanos nec sibi unquam hunc titulum arrogasse, nec in alio quoquam tulisse, postquam Gregorius Magnus Joanni Jejunatori, patriarchæ Cpolitano, qui primus œcumenicum se dicere ausus est, invicto restitit animi robore, ejusque superbiam atque insolentiam austeritatis fuco velatam detexit. Plura super hac re Justinianus adducit historiæ documenta quæ Nicæno, **57** homini docto et in rebus ecclesiasticis apprime versato ignota fuisse nemo crediderit. Non ille igitur hunc sibi titulum arripuit, sed Græci potius librarii nonnulli tanquam Ecclesiæ Byzantinæ proprium de suo adjecere. Id ut statuam libentius hoc facit quod hujus encyclicæ exemplum ex autographo descriptum in codice habetur bibliothecæ Barberinæ (93), nec ibi ulla *œcumenici* denominatio, sive in capite, sive ad calcem epistolæ occurrit.

XLVII.

Humanæ caducitatis ac sortis memor Nicænus, locum sepulcro construendo quærebat, qui sua post mortem ossa contegeret. Huic rei aptum sacellum putavit in ipsa erectum basilica SS. XII Apostolorum, ac D. Eugeniæ dicatum, cujus sacras a longo tempore servabat exuvias. Sed cum ædificium præ nimia vetustate fatisceret ac omnem fere amisisset non modo elegantiæ, sed etiam formæ

(91) Ex lib. IV *Obligat. sac. colleg.*, p. 52.

(92) In *Actis conc. Florent.*, Romæ 1638, p. 325.

(93) Codex bombycinus est ac n. 189 signatus. Ad pag. 105 hæc leguntur Bessarionis ad Græcos encyclica, eique subjectum librarii testimonium hujusmodi: Τὸ παρὸν γράμμα κατὰ λέξιν ἐξισάζει τῷ πρωτοτύπῳ. *Præsens scriptura ad verbum concordat cum originali.* Epistolæ titulus ita se habet: Βησσαρίων, ἐλέῳ Θεοῦ τῆς ἱερᾶς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας καρδηνάλις καὶ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχης. Subscriptio autem: Βησσαρίων καρδηνάλις ἐλέῳ Θεοῦ πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης οἰκείᾳ χειρὶ ὑπέγραψα.

(*a*) Hic omnino falsus est auctor. Gennadius Josepho non successit nec « Græcos a fidei unitate resilientes in officio retinere conatus est. » Edit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

decentis aspectum, suis illud sumptibus reficere atque ornare constituit, dummodo sibi suisque hæredibus nominandis Romanus pontifex sacellum idem tanquam jure gentilitio possidendum concederet. Gratam summopere hanc Nicæni deliberationem habuit Pius, ex eo maxime quod cardinalis jam tum sacello eos annuos destinabat proventus qui unum saltem presbyterum alerent, cujus **58** essent partes, ut sacrum ibi quotidianum atque alia officia perageret. Itaque litteris in vulgus emissis pridie Kal. Maias 1463, omnia et singula ab eo postulata benigne indulsit (94) atque apostolica simul auctoritate firmavit.

XLVIII.

Ingens exarserat anno superiore inter Dominicanos et Minoritas contentio, inde orta quod Jacobus Picens, quem sacra facundia insignem jam supra ostendi, in suis ad populum concionibus Christi sanguinem passionis tempore effusum a divinitate sejunctum pronuntiasset. Cum dignam censura hujusmodi assertionem Dominicani esse dicerent, idque Franciscani negarent, et suam uterque ordo sententiam acerrime propugnaret, veritus pontifex ne aliqua hinc flamma exitialis erumperet, huic liti mature occurrendum putavit. Quæstionis igitur judices Nicænum atque Alanum cardinales (hic enim Dominicanæ familiæ, ille Minoritarum erat patronus) elegit deputavitque et omnimodam pacis reconciliandæ largitus est potestatem. Hi, partibus ad se vocatis, rationumque momentis theologicis accurate perpensis, silentium utrinque deinceps servandum decreverunt. Et quoniam Jacobus Brixiensis, Dominicanæ partis in hoc conflictu antesignanus, in quibusdam defecisse, in aliis vero excessisse apparebat, mandato judicum veniam petere a Picente Jacobo jussus est, cui pontifex insuper honorificas litteras in suæ testimonium innocentiæ concessit (95).

59 XLIX.

Etsi Pius nunquam animo belli sacri cogitationes dimiserat, tamen hoc anno 1463 in id vehementer cœpit incumbere, cum totam ferme Italiam pacatam jam cerneret. Eo autem magis hoc studio ferebatur quod Veneti, ob clades in Peloponneso nuper acceptas et belli gravissimi periculum impendens, armorum societatem, ut antea fecerant minime videbantur aspernaturi. Quamobrem nihil ultra differendum ratus, Bessarionem eo misit legatum, qui Sedis Apostolicæ nomine iterum fœderis leges proponeret, senatumque hortaretur ad classem prævalidam ope communi parandam, cujus tantum robore ac præstantia spes erat posse hostium vires, nondum æque ac bello terrestri metuendas, infringi. His ille instructus mandatis ad Venetam profectus est urbem, et navi excelsa, quam Bucentaurum vocant, exceptus, eos omnes a senatu et duce Christophoro Mauro honores retulit qui magnis tantum principibus concedi solent (96): nam et inter patricios reipublicæ confestim adlectus est, et in supremis admistus comitiis aureum globulum non urna clausa, ut cæteri, sed aperta extraxit, potestatemque eligendi magistratus nullo sortis discrimine obtinuit.

L.

Venetiis cum degeret et legati munere fungeretur, oratorium quod pertinet ad vetustam ac præmobilem sodalitatem seu scholam, ut aiunt, Charitatis, invisere optavit. Eo inspecto, cum illum custos et sodalium primores orassent ut suum quoque nomen sodalitio ascribi **60** permitteret, eorum preces humanissime admisit, et ritu instituti servato, album sodalitatis vestem accepit. Deinde piis moribus religiosisque Societatis operibus magnopere delectatus, ut gratum se illi benevolumque probaret, antiquam tabulam, in qua Græco more reliquiæ claudebantur insignes (97), dono obtulit, ea nihilominus lege ut cimelion hoc sacrum penes se ad obitum usque remaneret. Et ne ulla posthac oblivio aut occasio incideret voluntatis commutandæ, IV Kal. Sept. 1463, notarii manu chartam donationis inter vivos confecit. Verum cum postea, hoc est sub initium anni 1472, in Galliam legatus abiret, senioque jam gravis tum vitæ exitum, tum itineris casus pertimesceus, hanc amplius **61** noluit præclaram tabulam domi retinere, sed Venetias præmisit, quemadmodum e litteris patet quas e Bononia ad sodales Charitatis dedit III Idus Maias 1472 (98).

LI.

Rerum gerendarum scientia ac morum suavitas, qua hominum animos sibi facile cardinalis devinciebat, brevi effecere ut, omni hæsitatione subiata, Venetus senatus in pontificis vota concederet fœdusque tandem percuteret quo nullum Italia gloriosius ac salubrius unquam conspexerat. Fœderis conditiones utrinque approbatas subscriptasque XIV Kal. Novembr. 1463, miro populus favore atque animi lætitia incredibili **62** audivit. Solemnes inde per urbem supplicationes ad opem divinam implorandam decretæ, ac legatus in celeberrimo D. Marci foro cum bellum Turcis publice indixit, tum Ecclesiæ thesauros universis reclusit qui vel arma corriperent vel aliquam pro viribus pecuniæ

(94) Vide Append. monum., n. 6.

(95) Pontificias has litteras ex autographo desumptas refert Wadding. *Annal. Minor.*, tom. XIII, p. 264.

(96) Vide Schioppalalb. Dissert., de qua inferius.

(97) Reliquiæ quas tabula hæc, variis imaginibus et laminis argenteis ornata, continet, duæ sunt Dominicæ crucis particulæ, duoque fragmenta tunicæ qua Christus Dominus usus est, in totidem thecis argenteis inauratis reposita. Qui plura de insigni hac tabula nosse cupit, is adeat Joan. Baptistæ Schioppalalbæ Dissertationem quam Venetiis edidit an. 1767.

(98) Vide eumdem, *ibid.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

summam conferrent. Ut vero et ipse, quantum domesticæ rationes sinebant, exemplum cæteris munificæ largitatis præberet, suo ære atque impensis triremem construi ac rebus omnibus ad pugnam aptis communiri mandavit. Lætum hoc nuntium ut Pius accepit, et animo valde recreatus est, et Veneto oratori apud se agenti negotium dedit ut reipublicæ maximas suo nomine grates laudesque rependeret.

LII.

Ex eo tempore quo belli societas declarata est, omnem Veneti ac pontifex curam classi ornandæ sociisque navalibus atque armis in usum pugnæ maritimæ apparandis dederunt. Assidua hæc occupatio hiemem totam absumpsit, nec ante cessavit quam anni sequentis æstas jam esset adulta. Interim Nicænus in cœnobio S. Georgii Majoris, nequam animo piam facultatum suarum dispositionem conceperat, morte præventus imperfectam relinqueret, ultimum condidit testamentum per acta rogatum Joannis de Heesbem imperialis notarii XIII Kal. Mart. 1464. Chartæ hujus exemplum, quod suo loco transcriptum exhibeo (99), tabularium asservat basilicæ SS. XII Apostolorum. In eo præter alia notatu digna, legenti animadvertere fas est quot ille quantisque donis D. Eugeniæ sacellum ditaverit, sive in argento confecto, sive in sacris vestibus, ac rebus diversi generis haud modici quidem **63** valoris. Licet etiam cognoscere qua forma sepulcrum in eodem sacello sibi fieri præceperit, epigraphen statuens paucis his verbis in fronte ponendam: ***Bessarion, episcopus Tusculanus, S. R. E. cardinalis, patriarcha Constantinopolitanus, sibi vivens posuit.***

LIII.

Paratis jam omnibus ad profectionem et bellum opportunis, ipse dux Venetus Christophorus Maurus, comite legato apostolico, classem conscendit XIII Kal. Augusti, atque iter Anconam versus direxit, ut illic se cum pontifice et reliquo triremium apparatu conjungeret. Eo Pius, moræ impatiens, aliquot ante dies perveneral, sed valitudine adeo affecta, ut corporis vires penitus fractas vix animi robore sustentaret. Itaque, hoc unum assecutus ut classem urbi adventantem conspiceret, in lectulum decidit, auctoque febris ardore, ultimum sibi diem adesse cognovit. Quamobrem, Ecclesiæ sacramentis susceptis, cardinales qui secum tunc erant ad se vocari jussit. His ocius cubiculum ingressis, veniam primum, si quid minus bene administrasset, poposcit; mox, deficiente jam spiritu, vocibus interruptis fidei custodiam omnibus et Ecclesiæ universalis curam commendavit; ad hoc enim in supremum religionis senatum adlectos fuisse **64** ut consilio et opera Christianæ rei periclitanti succurrerent, et populis facem præferrent in Dei lege adimplenda, qui pro cujusque merito præmia vel pœnas retribuit. Hæc omnia Papiensis distinctius narrat epistola 41.

65 LIV-LV.

Obiit Pius in pervigilio assumptæ in cœlum Deiparæ, cum sex annos nec integros in cathedra divi Petri sedisset. Eo defuncto id contigit quod fieri ut plurimum in rebus hujusmodi solet, nempe ut fœderis compago atque omnis belli sacri exspectatio corrueret. Nihilominus Patres, post funus rite absolutum, ne rei Christianæ pro sua facultate deessent, consilio habito, trirèmes ecclesiasticas Venetis, aurum autem a pontifice relictum (1) Pannoniæ regi Mathiæ concessere, ea lege ut hic terra, illi vero mari bellum cum Turcis inchoatum viriliter gererent. Inde Romam profecti, celebratisque de more comitiis, primo statim suffragiorum concursu Petrum Barbum, cardinalem tit. S. Marcelli, elegerunt. In quo illud animadversione dignum existimo, quod, etsi Petrus plura quam lex jubet suffragia numerabat, tamen, ut unanimis consensio haberetur, uniuscujusque sententiam iterum exquiri voluere. Itaque Bessarion, qui principem in collegio locum tenebat, singulos Patrum ordine appellans, rogavit num factam probarent reciperentque electionem. Cum sibi placere omnes ad unum respondissent, ad Petrum conversus: ***Patres***, inquit, ***hi te in pontificem elegerunt, et ego omnium nominibus ego te eligo*** (2). His dictis pontifex salutatus et vestibus consuetis indutus, Pauli II nomen, gratulantibus cunctis, accepit.

66 LVI.

Egregiam hic pontificatus initio de se opinionem ac spem commovit: nam et belli in Turcas urgendi studio flagrare visus est, et plura mitis ingenii documenta ac munificæ liberalitatis exhibuit. Verum, assentatoribus obnoxius, una in re bonorum animos haud parum offendit conturbavitque. Placita quædam seu leges Ecclesiæ perutiles in comitiis latæ fuerant, easque collegium omne ac Paulus ipse non modo ante, sed etiam post electionem firmaverat. Cum suam his legibus auctoritatem imminui putaret, grave admodum id sibi ducere, et mox partim blanditiis, partim vi contendere cœpit ut novum chirographum, quo irrita ea omnia fiebant, cardinales subscriberent. Hoc omnes pariter aversabantur, unoque ore affirmabant, sibi minime integrum esse ea pacta rescindere quæ communi suffragio atque interposito juramento sanxissent. At Paulus adeo importune ac vehementer instabat, ut præter Joannem Carvajalem, priscæ virtutis summæque constantiæ virum, unus post alium voluntati pontificis obsequi debuerit; imo intemperans adeo nimiusque in hoc fuit, ut Nicænum nostrum e cubiculo refu-

(99) Vide Append. monum., n. 7.

(1) Pecuniæ summam in belli sacri usum a Pio II advectam ejusque in locufis repertam quinquaginta duo millia aureorum fuisse Raynaldus tradit ad an. 1464 *Hist. eccles.*, tom. X, num. 52.

(2) Vide card. Papiens. Comment. lib. II.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

gientem veste apprehensa retraxerit (3), et sub anathematis pœna suam quoque manum apponere chirographo adegerit.

LVII.

Cæterum, quousque Paulus Ecclesiæ præfuit, suavem hunc fructum ex eo tulit Bessarion, quod a publicis curis solutus totum se Musis tradere atque otium potuit litterarum sectari. Multa quidem his annis 67 cum Græco tum Latino idiomate lucubravit, quæ omnia si velim percurrere, nimio fortasse molestior sim quam ratio postulat. Sed aliquam ut partem eorum attingam, præter varias epistolas, quarum editæ habentur nonnullæ, ac longe plures anecdotæ nondum prodiere (4), quatuor insignes orationes composuit quibus Italos principes post captam a Turcis Eubœam (5) plurimasque ibi cædes patratas e somno excitare et 68 ad bellum cum hoste atrocissimo capessendum impellere conatus est. Has paræneses qui leget fateri extemplo debebit, nullas ab eo partes eximii oratoris omissas, quo Barbarorum audaciam, Christianæ reipublicæ ignominiam et Italiæ periculum ob oculos poneret nisi quam primum arma ad ultimam avertendam perniciem expedirent. Frustra tamen labor omnis hic fuit, cum populi ac principes privatis cupiditatibus acti, se invicem potius lædere ac de minimis rebus conflictari vellent quam gentis laudi et securitati consulere.

LVIII.

Sed nullo opere magis inclaruit quam eo quod scripsit et Pauli II temporibus vulgavit contra Platonis calumniatorem, cujus operis ratio atque institutum ut planius innotescat, rem ab origine repetendam existimo. Georgius Gemistus, quo duce ac magistro Bessarion Platonicæ doctus evaserat, ad synodum Florentinam cum venisset e Græcia, multos doctrinæ quam profitebatur discipulos fautoresque, ac præ aliis Cosmam Mediceum habuit, tunc opibus atque auctoritate florentem. Laudis dulcedine largiorisque compendii spe ductus, ut Itala ingenia ad novum hoc studium excolendum accenderet, librum Græce conscripsit emisitque in lucem, quo Platonicam philosophiam cum Aristotelica comparans, illam in cœlum extulit, hanc vero multum depressit ac pene ludibrio traduxit. Permultas hic liber gravesque lites non tam inter nostros illius ævi philosophos quam inter Græcos ipsos excitavit. Præter alios 69 qui Gemisto responsum fecerunt, Theodorus Gaza, Græcorum omnium qui tum apud nos versabantur eruditissimus, Stagiritæ causam defendendam suscepit, librumque edidit quo, Platonicas opiniones convellens, Aristotelis auctoritatem ac gloriam asserere studuit. Huic Nicænus, Gemisto favens, contrarium libellum opposuit hoc titulo inscriptum : *De natura et arte*. At cum ambo essent viri placidis moribus ac humanissimis præditi, nil quicquam dissentiendo scripsere quod modestæ atque amicæ disputationis fines excederet.

LIX.

Eamdem hanc animi moderationem nequaquam adhibuit Michael Apostolius, qui post Græcum 70 imperium eversum patria extorris omnique fortuna exutus, in domo Nicæni unicum calamitatis perfugium invenerat. Hic, seu quadam impulsus maledicendi rabie, seu placendi fiducia, si Theodorum, Platonicis dogmatibus detrahentem, validius premeret exagitaretque, acerbissimo tum illum, tum Aristotelem scripto appetere nequaquam erubuit. Andronicus Callistus, vir doctus et Nicæno æque charus ac familiaris, hac tanta indignitate commotus, apologiam pro Theodoro, sobrie tamen benigneque scriptam confecit, eamque una cum Apostolii syntagmate legendam tradidit Bessarioni, qui omnem perosus contumeliæ speciem, Michaelis audaciam ac procacitatem gravissime tulit. Itaque, ut grates egit Andronico maximas

(3) Vide card. Papiens. Comment. lib. II.

(4) In archivo Vaticano sanctiore quatuor habentur Nicæni epistolæ autographæ ad card. Papiensem, quas Cajetanus Marinus, ejusdem archivi custos ineditas putat. In Vaticana bibliotheca plurimæ tum Græcæ tum Latinæ servantur ; multas etiam possident Veneta D. Marci et Mediceo Laurentiana. Alias prætereo quæ sparsim exsistunt in bibliothecis nobilioribus, atque unum solummodo hic addo, ex Petri Criniti litteris ad Alexandrum Sarthium datis ac editis inter Opera Politiani Lugduni 1527, manifesto colligi, Nicænum de Fabio Dorsenno, antiquo poeta comico, in sua quadam egisse epistola quam Theodoro Gazæ inscripserat.

(5) Chalcidis expugnationem et Eubœam a Turcis occupatam IV idus Julias 1470 ita describit Philelphus in litteris ad Fridericum, Urbini ducem : *Modo, inquit, Itali universo mari imperitabant, eranique Barbaris longe ac late formidolosi. Ecce repente ex Hellesponto inopinata procella tempestasque erumpit, ac velut immane ac terribile quoddam fulmen, fugato Venetorum præfecto Nicolao Canale, prudentissimo fortissimoque viro, Turcorum classis in Euripum irruit, eodemque temporis quasi puncto impius tyrannus Mahometus ingentibus copiis per continentem eodem advolat, et quod ex omni hominum memoria nunquam est auditum, Euripo freto, ut uno eodemque rumore apud omnes increbuit, ex inferiore parte saxorum molibus terræque vi completo atque obstructo, Eubœam continenti adjungit ; ex superiore autem validissimo id ponte conjungit, quem ipsum duabus utrinque lateritiis turribus ad ipsas Euripi fauces ita munit, ut ne universo quidem humano generi patere aditus viribus ullis queverit. Chalcis, urbs antiqua et nobilis, et cum propugnatoribus, tum rebus omnibus munitissima, ubi mensem totum per summas difficultates obsessa, dies septem continuatos noctibus pertinacissime terra marique oppugnatur, per ingentissimas tandem bombardarum moles latissimis illis editissimisque muris solo æquatis, ad IV idus Julias et ipsa vi capitur et universa Christianorum multitudo ad unum crudelissime trucidatur totum triduum. Heu miseram nostræ religionis sortem ! Hæc spectant perinde atque in theatrali ludo principes Christiani, et non modo non dolent seque ad ulciscendum accingunt, sed lætantur potius atque exsultant, nescii sane illi, ut mihi videntur, fore ut ea ruina nobis omnibus naufragium paret.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

eumque summopere commendavit quod, humanior longe ac prudentior, nulla in æmulum retorsisset convicia, ita severe ac graviter Apostolium increpuit elegantissima epistola, in qua Theodorum ait de bonis litteris adeo præclare meritum ut laudibus potius cumulari quam proscindi contumeliis debuerit; bonam causam non jurgiis ac maledictis, sed rationibus argumentisque defendi, 71 et eos qui alterius famam injuste lædunt, ad palinodiam absque ulla tergiversatione canendam teneri. Postremo addit se plane confidere Michaelem hæc monita tanquam benevolo ex animo ac paterno amore profecta æqui bonique facturum.

LX.

Finem hic habuisset hæc controversia, nisi Georgius Trapezuntius, in medium prosiliens et libero nimium ac fervido ingenio abreptus, novum Platoni ejusque defensoribus bellum indixisset. Nicæni domum et hic frequentabat, illiusque indulgentiam ac patrocinium suis in rebus fuerat sæpenumero expertus. Sed cum Theodorum Gazam ob doctrinæ præstantiam 72 magno apud illum in pretio esse, suamque eruditionem ac scripta posthaberi ægre ferret Georgius, sua illuc studia conatusque convertit ut nullo pacto hanc tacitam injuriam inultam dimitteret. Primo igitur Græcam epistolam edidit, cujus epigraphe : *Utrum natura consilio agat;* in qua, dum simulat sibi cum Gaza rem esse, Nicænum ipsum stylo amarulento perstrinxit, ea scribendi licentia usus quæ neminem alium, nedum hominem multis obstrictum beneficiis, deceret. Postea, hæc prima velitatio fuisset, ut suam latius evomeret bilem et præsulis animum ocrius ureret, quem Platoni addictum unice noverat, librum composuit Latino sermone, inscriptum : *Comparatio philosophorum Aristotelis et Platonis.* In eo, quemadmodum Stagiritam Platoni longe anteposuit, ita nullum delicti genus est, nulla hominum gentiumque calamitas quam non hujus doctrinæ tribuendam assignandamque censuerit.

LXI.

Parum feliciter insana hæc temeritas auctori suo cessit: etenim Bessarion in libro quem supra indicavi tanta eloquentiæ doctrinæque vi Platonis causam defendit, ut Georgius apud eruditos quosque maligni petulantisque scriptoris notam subierit, nec minimam fecerit in reliquum vitæ tempus nominis ac dignitatis jacturam. Quinto vel sexto demum Pauli II anno apologeticum hoc opus in lucem prodiit summosque doctorum hominum plausus excitavit (6), non tantum quod æmuli 73 calumnias dissipasset, sed quia omnigenum protulisset eruditionis ac scientiæ sublimioris thesaurum, ut Platina (7) confirmat his verbis : *Hinc est certe quod hauriant theologi, philosophi, mathematici, oratores, dialectici et quodvis genus hominum civilium ac studiosorum. Nullam sectam philosophorum prætermittit quam non notet; quid quisque dixerit, quid probari improbarive possit, ostendit. Ut Pythagoreorum nimiam pietatem, Cynicorum rusticitatem, Stoicorum austeritatem carpit, ita Peripateticorum et veterorum Academicorum mediocritatem laudat : extollit Aristotelem, Platonem principem philosophorum facit, quocum plura Christianis ostendit convenire quam cum aliquo philosophorum. Neque id quidem theologorum nostrorum auctoritate tantummodo probat, verum etiam syllogismo et rationibus, quibus adversarium ita circumagit et opprimit, ut neque quo se recipiat calumniator divi Platonis habeat, neque quid respondeat obrutus argumentis satis inveniat.*

LXII.

Elogio Platinæ testimonium accedat Campani (8), qui Domitio Calderino scribens, et Georgii ausum et stultitiam reprehendens, sic ait : *Ad hæc Bessario quinque libris ita respondit, ut quanquam anteponit Platonem, non minus quam ipse adversarius Aristotelem laudet. Opus est plenum modestiæ, scientiæ rerum altissimarum atque ingenii plenius. Exhaustum dicas omnem Græcorum Latinorumque auctorum supellectilem; neque enim una est consuetudo, quia impetit argumentis, pugnat testibus, premit exemplis, vimque omnem adversarii ratione enervat, dejicit copia, varietate labefactat, modis omnibus frangit, dissipat, calcat,* 74 *ut non corruisse modo quæ sunt objecta, sed evanuisse omnino videantur. Nec censeas rem tantam unius esse conatus; omnes artes, omnium artium loci aperiuntur. Ornatu vero est tanto, ut cum aliis omnibus, tum hac præcipua re dignus unus putetur Bessarion, qui Platonem tueatur; quippe luce quadam verborum sententiarumque majestate quidquid dicit illustrat. Sed hæc ingenii est felicitas. Quid arcana illa rerum divinarum? Nihil de mente Dei, nihil de cœlo mutum aut involutum dictum ab illis, quod Bessarion non, ut ita dicam, resupinaverit posueritque in aperto... Dicam aperte quod sentio, neminem alium neque Platonem potuisse defendere gravius, neque de Aristotele moderatius loqui, neque districtius et verius de utroque sentire, et Platonis atque Aristotelis disciplinam omnem contineri in his libris, nec ita contineri ut capita duntaxat subapparent rerum maximarum; res ipsæ exstant totæque aspiciuntur*, etc.

LXIII.

Lucubrandi studium ita Nicænus tempe-

(6) Inter alios qui Nicæno de insigni hoc opere gratulati sunt, id per epistolas fecere Nicolaus Perottus, Omnibonus Leonicenus, Naldus Naldius, Marsilius Ficinus, Antonius Panormita, Franciscus Philelphus et Joannes Argyropulus; quas omnes epistolas, una Naldiana excepta, a Leone Allatio e codicibus Vaticanis erutas P. Bonav. Malvasia vulgavit in libro *De SS. XII Apost. basilica*, Romæ edito 1663.

(7) V. Platinæ Orat. paneg.

(8) Joan. Ant. Campanus, Epist. lib. v, ep. 30, ed. Mediol. an. 1497.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

rabat, ut aliquam diei partem dulcibus amicorum confabulationibus daret. Præterea litterarios conventus, a se domi jam pridem habitos institutosque, tam sedulo fovere pergebat, ut nemo tunc Romæ paulo eruditior existeret qui non illuc frequentius conveniret, atque in ea se palæstra exerceret unde laudem quisque colligere et litteræ poterant adhuc rudes atque impolitæ in pristinum nitoris cultum reverti. Interdum etiam, comitibus assumptis quos magis charos ac longa consuetudine perspectos habebat, in agros 75 vel alio extra Urbem animi relaxandi gratia commeabat. Ibi, ut vires laboribus imminutas reficeret, amœnis deambulationibus jocisque liberalioribus indulgebat, prout fors vel occasio molestiæ detergendæ risusque excitandi materiam præberet. Horum unum libentius hic profero tum quia, ni fallor, ad hæc vel proxima his tempora pertinet, tum quia nos admonet quæ ratio habenda sit hominum qui, gloriæ cupidi, præter jus fasque summis ingeniis debitos præripiunt honores, et simioli cum sint, leonis pellem gerere se posse confidunt.

LXIV.

Abbatiam S. Crucis de Fonte Avellano nuncupatam in ditione Urbinate cardinalis obtinebat, illam Nicolai V aut successoris Callisti beneficio assecutus (9). Eo loci cum versaretur, insulsum quemdam nactus est hominem Paulum de Godiis, Pergulanum, qui se omnibus disciplinis ac etiam poesi egregie instructum dictitans, ipsius manu poeticæ coronæ decus accipere flagrantissime optabat. Lepida hæc res risuque digna Nicæno visa est, ac maxime postquam, experimento facto, luteus ille doctor ac vates e trivio, non omnis modo scientiæ inops, sed mentis non plane compos apparuit. Huic igitur nebuloni ut illuderet, honorem coronationis decrevit, et magno comitum ac famulorum numero deductus, in montem Catriam, unum e præcelsis Apennini jugis, ascendit. Ibi Paulo coram se provoluto, inter plausus cachinnosque astantium, sertum 76 arundinum foliis laurique contextum imposuit; qua cæremonia peracta inceptus ille thraso, ut hilaris multum inflatusque discessit, sic mirificos de se ludos omnibus qui suam futilem conspuebant coronam exhibuit. Hujus facti memoria etiam nunc exstat in diplomate quod ridicule ac barbare scriptum ex industria videtur, quodque depromptum trado (10) e codice Vaticano Urbinate n. 692.

77 LXV.

Quamvis Bessarion, quod antea ostendimus, nullam rem magis in votis haberet quam ut D. Basilii ordo per Italiam collapsus refloresceret, ejusque rei ergo cœnobia singula in veterem studuisset monasticæ disciplinæ splendorem revocare, nihilo tamen secius ea tunc morum pravitas erat ac temporum labes, ut quidquid bonæ frugis cardinalis patronus intulerat, id totum turpis quædam consuetudo vivendique licentia corrumperet. Etenim archimandritæ, ad quos præcipue munus vigilandi spectabat, ne Græci sermonis usus ac studium deflueret, neve antiquæ regulæ præscripta obsolescerent, ipsi omnium primi cœnobiticæ austeritatis leges perfringebant, non tantum labores et curas regiminis annexas refugiendo, quantum vitæ mollioris ac delicatioris 78 oblectamenta sectando, haud aliter quam laici opulentique homines facerent. Hinc proventuum clades ac dissipatio, quos in proprios usus convertere et in suos etiam consanguineos transfundere non verebantur; hinc æque monachorum ignavia atque omnis disciplinæ claustralis perversio, cum nemo hisce exemplis ante oculos positis, neque servitio rei divinæ studeret, neque scientiæ quæ viros ecclesiasticos decet, unquam intenderet.

LXVI.

Deplorandus hic status Basiliani ordinis valde Nicænum sollicitabat, qui, has regulæ maculas detergere cupiens, nullam rebatur ad hoc medelam aptiorem quam si comitia generalia haberentur in quibus abusus omnes corrigendi esset locus. Eo igitur operam dante, Romæ comitia in ipso SS. XII Apostolorum templo sunt celebrata. Multum inde amissi splendoris regularis disciplina recepit, cum nihil in rebus communi sententia decretis omissum fuerit quod perveteri instituto firmando renovandoque conduceret. Harum constitutionum exemplum vernaculo sermone conscriptum exstat in codice 6204 bibliothecæ Vaticanæ, ejusque primum caput sive exordium, quod infra hic pono (11), duo continet 79 sphalmata quæ mirari subit Petrum Pomponium Rodota nequaquam vidisse cum exordium hoc ipsum in opere suo retulit Romæ impresso

(9) Contigisse id arbitror anno 1455 vel 1456; nam viros clar. Mittarellium et Colladonium in *Annal. Camaldul.* tom. III, p. 241, hæc adnotasse reperio: *Post hunc annum (1454) defunctus est Petrus de Serra, abbas S. Crucis, post quem commendationem monasterii accepit Bessarion, episcopus Nicænus, S. R. E. cardinalis.*

(10) Vide Append. monum., n. 8.

(11) *In nomine Dei nostri Jesu Christi. Amen. Anno 1466, nel mese di Novembre.*

Capitolo generale per comandamento del nostro signore Sisto, per la divina providenza papa IV, celebrato in Roma, dalla religione di S. Basilio nella chiesa delli XII Apostoli, presenti due Rmi cardinali, cioè D. Turantino penitenziere et D. cardinale Niceno; nel qual capitolo primamente per consentimento di tutti sono eletti nove signori abati, li quali volsero chiamare definitori di ciascheduna provincia, alli quali insieme con li pred. visitatori hanno commesso autorità di statuire, ordinare e definire tutte quelle cose, quali vedranno appartenere alle loro riformazioni. Li quali pred. PP. dapoi piu et piu volte si sono congregati nel luoco deputato e avute consiglio delli altri signori abati e tutti così diligentemente esaminati, e finalmente se gli ordinò in questi statuti, overe definizioni le quali buonamente comandiamo osservare.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

an. 1640. Unum est quod comitia hæc habita dicuntur anno 1466, jussu Sixti IV pontificis, cum palam omnibus sit Sixti electionem non antea contigisse quam VII idus Augusti 1471. Alterum, quod iis una cum Bessarione nostro præfuisse narratur cardinalis Tarantinus, summus Ecclesiæ Romanæ pœnitentiarius, qui a longo tempore, nempe ab anno 1449, e vivis excesserat. Facile tamen hæc conciliari posse videntur, si comitia prædicta vel ad annum 1466, sub Pauli II pontificatu spectare velimus, vel etiam ad annum 1471, statim post Sixti creationem qui Paulo successit. Pro cardinali autem Tarantino legendum arbitror Calendrinum, episcopum Portuensem et majorem pœnitentiarium ab anno 1464 usque ad 1478, quo vivere desiit.

LXVII.

Eodem hoc anno 1466, cum D. Eugeniæ sacellum ipsemet cardinalis in formam elegantiorem restitui picturisque ornari curasset, in eo pariter tumulum quem sibi post obitum fieri voluerat, hac epigraphe insculpta construxit (12).

BESSARION EPISCOPVS TVSCULANVS
S. R. E. CARDINALIS PATRIARCHA
CONSTANTINOPOLITANVS
NOBILI GRÆCIA ORTVS ORIVNDVSQVE
SIBI VIVENS POSVIT
ANNO SALVTIS MCCCCLXVI
ΤΟΥΤ' ΕΤΙ ΒΕΣΣΑΡΙΩΝ ΖΩΝ ΑΝΥΣΑ
ΣΩΜΑΤΙ ΣΗΜΑ
ΠΝΕΥΜΑ ΔΕ ΦΕΥΞΕΙΤΑΙ ΠΡΟΣ ΘΕΟΝ
ΑΘΑΝΑΤΟΝ (13).

Post hæc, liberalitate sua ductus, et Numinis cultum ut latius proferret, præter dotem sacello jam constitutam (14) optimum eidem amplumque latifundium donavit, atque alia insuper non pauca nec minimi valoris in sacros usus adjecit, quæ legi possunt in postremo descripta instrumento donationis quod IV Idus Apriles 1467 coram se confici jussit, et solita notarii publici auctoritate rogari (15). Quo autem hæc omnia in perpetuum rata atque inconcussa manerent apostolicæ constitutionis robur a Paulo II imploravit, qui ejus annuens libentissime votis, bullam aliquot post menses emisit 81 in qua universa et singula per Nicænum disposita, tum quoad ipsam donationem, tum quoad cultum sacelli et rem sacram per Minoritas conventuales in eo peragendam inviolabiter atque omni cum fide servari mandavit (16).

LXVII.

Huc usque cardinalis Ecclesiæ Tusculanæ regimen ad quam e diœcesi Sabinensi fuerat translatus, retinuit. Verum his temporibus, hoc est anno 1468, e Tusculano iterum Sabinorum episcopus evasit. Quæ fuerit causa ob quam nova hæc accidit translatio, seu potius regressio ad veteres infulas, omnino latet. Illud solummodo notatu est dignum, quod multæ hinc ambages ac lapsus eruditorum manarunt, dum nemini prorsus hæc altera diœcesum earumdem permutatio venit in mentem. Primus hanc rem prælaudatus Schioppalalba (17) suspicari cœpit, tum quia Bessarion episcopum Sabinensem se vocat in epigraphe quam sacro donario apposuit Venetias misso sub initium anni 1472, tum quia hic titulus legitur in pluribus mss. codicibus ac etiam libris impressis ab anno 1469 ad annum 1471. Quamobrem, sedula perquisitione facta, nodum denique hunc solvit caliginemque omnem discussit ope clar. præsulis Josephi Garampi; is enim in lib. LXXXI *Obligat. cameral.*, p. 50, ad an. 1468, hæc notata invenit: *Die 29 Octob. ven. vir D. Johannes de Heesboem, canonicus S. Severini* 82 *Coloniensis, reverendiss. D. Bessarionis, episcopi Sabinensis, secretarius et familiaris, obtulit cameræ apostolicæ pro communi servitio dictæ ecclesiæ ratione translationis de persona sua de Ecclesia Tusculana ad dictam Ecclesiam Sabinensem auctoritate apostolica, sub datum Romæ apud S. Marcum pridie id. Octobr. anno* V, *florenos auri de camera*.... Ex quo testimonio satis superque liquet Ciacconium, Ughellium, Boernerum cunctosque alios esse corrigendos scriptores qui Nicænum putarunt ad exitum usque vitæ Ecclesiam Tusculanam rexisse.

LXIX.

A tenera ætate librorum exarserat studio incredibili sibique multos, ut ipse ait in epistola ad Christophorum Maurum, Venetæ reip. ducem, partim exscribendo, partim, si quos unquam nummos haberet, coemendo paraverat. Verum hæc ipsi tam chara diuque cumulata supellex tunc longe crevit cum, honoribus atque opibus auctus, Romæ sedem locavit. Potissimum vero id accidit cum Byzantio expugnato, res civium omnes ac

(12) Hodie tabula hæc marmorea translata ac parieti affixa conspicitur in atrio quod est inter basilicam et cœnobii ædes, subterque sculpta cardinalis insignia ostendit, quæ superius septem exhibent stellas totidem scutulis inclusas, inferius autem crucem Græcam duabus manibus apprehensam.

(13) Distichon hoc eruditi plures Latino carmine reddiderunt; sed nemo melius Majorano Salentino, qui sic vertit:

Bessarion feci hunc tumulum qui conderet ossa;
Venerat unde olim spiritus astra petit.

(14) Dos a Bessarione D. Eugeniæ sacello primum constituta ad hoc ut presbyter sæcularis ibi sacrum quotidie faceret, vinea fuit prope ecclesiam S. Cæsarii sita, quam propria pecunia acquisierat. At hoc anno ei latifundium longe fructuosius adjecit quod, vulgo nuncupatum *Cecchignola nova*, extra portam Capenam possidebat emeratque ab hæredibus Palutii ac Thomæ Casate de Fuscis. Voluit autem ut Minoritæ conventuales tanquam sacellani perpetui ab eo declarati hos fundos administrarent fructusque perciperent, quandiu ipsorum ordo basilicam SS. XII Apostolorum retineret.

(15) Vide Append. monum., n. 9.

(16) Vide *ibid.*, n. 10.

(17) *Dissert. in perantiquam sacram tabulam Græcam*, etc., Venetiis 1767.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

libri quoque in militis direptionem ac prædam concessere. Complura eo tempore, Græcorum præsertim scriptorum volumina congessit, multosque alios ejusdem generis libros, cum nullis expensis parceret, sibi describi amanuensium opera curavit, quorum nomina, ut moris tunc fuit, ad calcem notata Jacobus Morellius in Dissertatione super Venetam D. Marci bibliothecam recenset (18). **83** Præcipuus hic amor undique colligendi quidquid proficuum bonis litteris ac scientiis rebatur, si Platinæ credimus in sermone panegyrico, ipsi nil minus stetit quam triginta aureorum millibus, obtinuitque ea re ut nulla tunc temporis Italia tota librorum collectio haberetur quæ suæ vel numero vel præstantia anteiret.

LXX.

Diu suspensus animique anceps fuit utrum eximium hunc thesaurum Florentiæ mox, vel Romæ, an Venetiis potius asservandum relinqueret. Tandem, sive amicitiæ gratus atque honori quo se Venetus senatus inter patricios adlegerat, sive perpendens, quod ipse tradit in præfata ad Maurum ducem epistola, nullum Græcis e patria extorribus qui operam litteris navare cuperent, aptiorem locum, aut magis obvium, quam Venetiam urbem inveniri posse, D. Marco, ut antea fecerat Franciscus Petrarcha, bibliothecam suam perpetuo custodiendam largiri constituit. Itaque, habito primum indulto pontificio, memoratam epistolam ad Maurum ducem e Balneis Viterbiensibus, ubi tunc degebat, pridie Kal. Junias 1468 conscripsit. Hæc ejus deliberatio **84** ut mire placuit senatui ac duci, ita litteris honorificentissime scriptis multas ei grates retulerunt.

LXXI.

Integrum fere post annum, hoc est, mense Aprili 1469, hanc Nicæni bibliothecam Venetias deportatam et in ducali palatio repositam fuisse constat (19). Primus, ut fertur, illius curam præfecti titulo gessit M. Antonius Sabellicus, vir magni nominis ac doctrinæ; non antea tamen publico eruditorum usui patuit sedemque obtinuit propriam quam circa annum 1553, in quo splendidum elegansque ædificium, ubi nunc diligentissime custoditur, senatus decreto constructum fuit. Hinc factum haud temere quis asseveret, ut retroactis temporibus non levis momenti damnum sit passa sive custodum fraude sive oscitantia, qui veteres libros consulendos aut etiam describendos alienis manibus passim committere non dubitabant (20). Certum enim est quod **85** volumina aliquot insignia, olim a variis memorata scriptoribus, ibi nunc desunt (21). Imo si fides antiquo debet catalogo haberi, quem Cæsarea servat bibliotheca Vindobonensis, ex eo patet, codices a Bessarione donatos longe plures initio exstitisse quam ii sunt quos Index novissime confectus recenset (22). His mihi liceat hæc superaddere quæ penes Ptolemæum Flavium Anconitanum in *Sylloge cons.*, cap. 18, adnotavi: *Ostendit* (sic ille de Juvenale Sermonem habens) *mihi olim Theophilus Caballinus, Sentinas, codicem qui fuit Bessarionis.*

LXXII.

Sub finem anni 1468, Fridericus III imperator voti solvendi causa Romam venit. Huic tanto hospiti ut debitos præberet honores Paulus pontifex, quatuor primum episcopos designavit qui longius progressi Cæsarem adventantem exciperent. Duobus præterea cardinalibus, nempe Rothomagensi ac Francisco Picolomineo S. Eustachii diacono, negotium dedit ut bidui viam decenti cum pompa dimensi, idem et ipsi præstarent officium. Milvium pontem imperator aditurus cum esset, obviam habuit primo Urbis præfectum cum populi conservatoribus **86** capitibusque regionum; mox curiæ Romanæ præsules omnes cum tota pontificis aula, belli ducibus atque toparchis, qui longo agmine ac splendido ornatu ad portam Flaminiam in equis præcessere, quemadmodum narrat Papiensis (23). Ante portam sacer cardinalium senatus astabat, pro quo Bessarion, ut pote antiquior, principem Christianæ reipublicæ summum ornatissimis verbis allocutus est. Cætera quæ ad ingressum hunc pertinent apud Papiensem et Augustinum Patricium in litteris ad Joannem Manellum Cremanum scriptis, quas e bibliotheca Vallicellana erutas in tomo I *Musei Italici* p. 265 Mabillonius edidit, fuse satis ac luculenter exposita videri possunt.

LXXIII.

Licet Nicænus, præter cæteras quibus excelluit dotes, ea foret indole ingenii atque animi magnitudine, ut gloriam omnem in benefactis, non alienis in laudibus poneret, haud tamen defuere qui præclaras illius **87** virtutes, etiam dum viveret, scriptis extollere atque hominum tradere memoriæ sata-

(18) Græci calligraphi quorum opera in describendis codicibus cardinalis usus fuit, plerumque viri cogniti erant eruditione ac litteris, ut Joannes Argyropulus, Michael Apostolius, Demetrius Sguropulus, Joannes Plusiadenus, Cosmas monachus. Georgius Zangaropulus et Joannes Rhosus, de quo supra mentionem feci.

(19) Vide Flam. Corn. *Eccles. Venet.*, Supplem., p. 416.

(20) Ex nonnullis Ang. Politiani litteris apparet Laurentium Medicem pluries a senatu impetrasse D. Marci codices cum Florentiæ, tum Venetiis describendos. In ea quæ Laurentio Veneto data fuit an. 1486, sic ait: *Libellos tuos atque item quos ex bibliotheca ista codices habemus, remittemus cum primum isthuc orator noster Florentinus se contulerit. Pausaniam vero exspectamus cum sibi erit commodum.*

(21) Vide Jac. Morellii Dissert. super D. Marci biblioth., editam Venetiis an. 1774.

(22) Catalogus Vindobonensis 980 Græcos Latinosque codices exhibet; 834 duntaxat is quem Zanetrius et Bongiovannus in lucem protulere an. 1740 et 1741.

(23) Comment. lib. VII.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

gerent. Cumulate id præstitit episcopus Aleriensis (24) in ea Præfatione qua typis excusos in domo Petri de Maximis Apuleium et Alcinoum anno 1469 in publicum rei litterariæ commodum ac emolumentum emisit (25). Idem fecit et alius quidam anonymus cujus elogium, his ferme temporibus scriptum et e codice Vaticano 3621 desumptum inter Appendicis monumenta communico (sub num. 11). Novissime Platina sermonem panegyricum, de quo pluries occurrit mentio, composuisse videtur ; in eo siquidem apologeticum opus quod Nicænus Platonis doctrinam ac dignitatem vindicaturus elucubravit, nec antea, ut arbitror, prelo subjecit quam anno vertente 1470, jam plane absolutum atque ubique vulgatum sic inquiens ostendit : *Non est passus quempiam bene de genere humano meritum maledicentia post mortem lacerari ; unde acerrime in calumniatorem Platonis insurgit eo volumine, et quidem divino, quod nuper magna cum vestra exspectatione edidit.*

88 LXXIV.

Oriente toto subacto, atque etiam Illyrico occupato, Turcarum potentia eo usque creverat, ut ipsi Germaniæ arma ostentando terrorem inculeret. Hanc pestem ut averteret Cæsar, principum auxilia postulanda decrevit, simulque pontificem rogavit ut aliquem e sacro collegio illuc mitteret qui Ratisponensi conventui præesset, ac ea proponeret quæ ad salutem facerent Christianæ gentis in tuto collocandam. Ad hoc muneris Paulus cardinalem Senensem Franciscum Picolomineum elegit, cujus prudentia supra ætatem fulgebat, quemque Germanis ex eo gratum acceptumque sperabat quod penitus eorum linguam ac mores cognosceret. Hic reliquos inter egregios viros quos ea in legatione comites habuit familiaresque, Joan. Antonium Campanum, episcopum Interamnensem elegit, ut ejus insigni dexteritate ac facultate oratoria uti posset in iis quæ confici et a principum conventu impetrari oportebat. Dein, paratis omnibus ad profectionem necessariis, XV Kal. April 1471 Urbem reliquit et in Germaniam quam maximis potuit itineribus properavit.

LXXV.

Nihil inexpertum legatus omisit quo Imperii ordines in unum collectos expergefaceret, eisque tum damna Christiani populi, tum gloriam futuram proponeret, si tandem armis alacriter sumptis in hostem infensissimum irent ejusque ferociam in dies magis tumescentem comprimerent. Sed lente negotium procedebat, partim ob Cæsaris naturam nihil quicquam agere nisi remissius consueti, partim quia principes multa statim polliciti fuerant, quæ postea negata aut saltem dilata esse cuperent ; adeo verum est homines serio nunquam nisi proprio ac præsente periculo commoveri. Hujus rei pertæsus Campanus, ac insuper cœli asperitatem et gentis mores perosus, quos truculentos vocat, atque omnis expertes humanitatis, Romam cum scriberet, ab amicis petebat ut honestum sibi reditum in amœnissimas Italiæ oras quacunque possent ratione impetrarent. Id autem assequi per Nicænum præsertim sperabat, cujus quanta tunc esset in aula pontificia nominis dignitas et gratia, ex binis ejusdem Campani epistolis, quas hic inserere consultum duxi, unusquisque facile intelliget.

89 LXXVI.

Prima, quæ libri VI nona ac decima est, ad virum insignem pertinet Domitium Calderinum, qui Romæ docendi munere jam pridem clarus, nec multo antea in cardinalis domum traductus, ei operam in scribendis epistolis dabat.

« Campanus Domitio S.

« Quid tu de me, quo in loco sim, curas? « Ego ex numine nostro totus quantus sum « pendeo, nec est mihi numen in terris aliud « quam Bessario; nam cæteris quidquid « exhibetur observantiæ, ex fortuna est, « huic uni ex magnitudine incredibili me- « ritorum, quæ in eo sunt tanta ut enarrari « de cæteris sine adulatione aperta non pos- « sint, referri de illo sine detractione aliqua « nequeant; nihil enim tam amplum de ma- « gno Bessarione dici potest quod non longe « divinis ejus meritis superetur. Redde eum « tu mihi quoque nunc beneficum qui hac- « tenus propitium liberalemque reddidisti. « Ego multorum quidem, sed nullius æque « ac magni Bessarionis beneficium exspecto. « Habet hoc quidquid ille hominibus præ- « stat, ut non modo utilitatem accipienti, « sed eximiam quoque gloriam afferat. Qua- « mobrem, etsi jucundum mihi erit quoquo « modo redire in Italiam, multo tamen erit « jucundissimum magni **90** Bessarionis « opera reductum videri. Jamque tuæ sint « partes ; quid ex tanta benevolentia expe- « tam optime intellexisti. Sunt munera pu- « blica Romæ ; sunt provinciæ, sunt arces, « sunt annua præsidia. Si impetrare mihi « maxima non poteris, poteris mediocria, « quanquam, propitio numine nostro, nec « maxima quidem despero. Vale. »

LXXVII.

Altera, quæ libri ejusdem nona est ac vicesima, Nicænum ipsum Campanus rogat ut

(24) Joan. Andreas de Buxis, Viglebanensis, altorem habuit et præceptorem Victorinum Feltrensem, a quo moribus et litteris egregie imbutus, Romam venit, ubi emendandis atque edendis antiquis auctoribus doctorum æstimationem et simul gratiam pontificum sibi promeruit. A Paulo II, cui aliquot editiones inscripserat, Adiacensis primum, post Aleriensis episcopus creatus, sub Sixto IV secretarii munus gessit et bibliothecæ insuper præfectus fuit. Obiit Romæ pridie non. Febr. 1475.

(25) Alcinoi *Epitomen disciplinarum Platonis* ipse Nicænus e Græco transtulit et Nicolao cardinali Cusano inscripsit honorifica epistola quam editor episcopus ejusdem Alcinoi opusculo præmisit ; de hac Nicæni versione nihil Boernerus refert in suo catalogo.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

optatum in Urbem reditum aliquo sibi cum honore atque emolumento conficiat.

« Campanus magno Bessarioni card. patriarchæ Nicæno S.

« Ad illam incredibilem ac divinam magnitudinem laudum tuarum hæc quoque « accedit quod neminem eorum quos vel « semel fueris amplexus in abjecto esse pateris, gloriamque eximiam censes com- « municare fortunam, et tantum præstare « hominibus auxilii quantum es assecutus, « conferreque aliis ingenita beneficientia « quidquid virtute tua divina atque eminen- « tissima peperisti, dignus profecto in « quem tot fuerint divinitus cumulata orna- « menta, qui ornare cæteros nunquam de- « sieris. Et cum sis ipse muneribus iis quæ « parare quisquam virtute atque industria « possit, mortalium omnium maximus, in « eo tuam magnitudinem repositam arbitra- « ris ut maxime prosis cæteris. Quæ spes si « communis est omnibus, quid ipse mihi « de te persuadeam facile intelligis, quem « *mihi* vel fortuna mea vel incredibilis hu- « manitas tua potius conciliavit. Quid autem « nunc expetam? Unum est præcipuum et « solum. Cupio tua opera in Italiam revo- « cari, sed eo modo ut accitus ad locum « aliquem dignitatis, non tanquam reduc- « tus ab exsilio videar. Id mihi præstare so- « lus et pro magnitudine tua potes et pro na- « tura debes. Quamobrem oro te per numen « illud **91** genii tui, quod ideo te protulit « ut esses in quem unum ornamenta omnia « quæ universi capere mortales possunt, « cumularentur, tua ut opera quamprimum « in Italiam revocer, accepturus quæcun- « que mihi obtigerint in reliquam vitam, « fortunas et beneficia tua. Vale. »

LXXVIII.

Hæc inter inopinata mors Paulum, ætate ac viribus adhuc florentem abstulit, cum nondum septimum pontificatus annum explesset. Funebri pompa de more peracta, Patribusque inter se consultantibus cuinam potissimum Ecclesiæ regendæ curam committerent, parum abfuit quin paucas intra horas Nicænum omnes uno ore pontificem renuntiarent. At morum sanctitas animique constantia, qua Latinum cardinalem de Ursinis, nonnulla sibi suisque flagitantem commoda, repulit, hac etiam vice rem totam turbavit, alioque transtulit illorum animos qui Ursino adhærebant. Hæc mihi causa magis probatur quam Jovii narratio qui ait, venisse ad illum, cum abditus in cubiculo foret, tres magnæ auctoritatis cardinales ut omnium nomine pontificem salutarent; verum a Perotto cohibitos repulsosque fuisse, qui dixerit parcendum Nicæno tunc lucubranti; ex quo factum ut retro abeuntes hæc verba non sine stomacho atque indignatione protulerint: *Ergo nec prensanti, nec roganti quidem summa dignitas erit inculcanda, ut cum e cœlo suffragia exspectet, superbis demum ac stolidis janitoribus pareamus.* At bona Jovii pace, quis unquam credat, Perottum, solertis judicii virum diuque artibus aulæ innutritum, aut ea nescisse quæ tum agitabantur, aut minime saltem cavisse ne, spe adhuc integra, superbiæ notam patrono atque odium conflaret?

92 LXXIX.

Ita Bessarion, sive fortunæ injuria, sive hominum culpa, qui tantum ei decus invidere, supremum amisit præsulatus fastigium, quod ipsæ trans Alpes positæ gentes ejus deberi virtutibus prædicabant. De qua re operæ pretium est Campanum rursus audire in ea quam scripsit ad Calderinum præfatum epistola, simul ac rumor de Pauli obitu inter Germanos percrebuit.

« Campanus Domitio, secret. Bessarionis, « salutem.

« Censes ausum me quidquam scribere « divo nostro? Non sum ausus; tanta illius « majestas, tanta mea observantia est, ut « etiam in Germania agentem me terreat. « Et plane nihil habeo quod scribam; omnia « illi per legatum significantur. Ingerere « me tantis rebus, tam arcanis, nec pul- « chrum nec tutum est. O utinam! o uti- « nam! o utinam! Sed, mi Domiti, operæ « pretium erit videre quam curæ superis « simus Christiani. Salva res est si Bessa- « rionem, ut est omnibus in rebus quas ca- « pere ingenium humanum possit, longe « maximus, ita et titulo quoque maximum « faciemus; alioquin dubio vento inter flu- « ctus navigamus. Tu vero te erige. Utinam « adessem! Quid. inquies. Clamarem, in- « surgerem, vociferarem, ne se perderent, « ne religionem unico quod superest præ- « sidio fraudarent. Illum Græci, illum La- « tini, illum Pannonia, illum voce una tota « Germania postulat. Qua lætitia affectum « me censes cum nudius tertius clarus vir « Narcisus, orator regis Ferdinandi apud « Cæsarem, inter orandum quater Bessario- « nem nominaret tanta cum laude quantam « aut nullus mortalium aut solus Bessario « meretur. Tu de Gallis ne cogita. Vale, et « si quid curare absenti honoris aut com- « modi potes, ne neglige. »

93 LXX.

Paulo II cardinalis Franciscus Roboreus, natione Ligur, sub nomine Sixti IV successit. Minoritarum familiæ nomen hic dederat a primis adolescentiæ temporibus, eique Nicænus ob ingenii laudem adeo impense faverat, ut eo adnitente non ordinis modo totius præfecturam, sed etiam cardinalatus honorem mox esset adeptus. Sed beneficia hæc magna, ut plerumque usuvenit, levis una offensiuncula delevit, post quam illum Sixtus haud æque sibi pronum ac facilem in electionis negotio intellexit. Itaque sub ipsa regni primordia cum declarasset nihil suis votis jam reliquum esse quam bello Turcas asperrimo persequi, omnemque in re tam præclara suam operam ac studium obtulisset Bessarion, ut virum summum sibique jam gravem longius ab aula removeret, ei percupide ac statim Gallicam legationem commisit. Oneris immensi hæc moles nedum

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

homini seni ac morbo vesicæ laboranti, sed juveni alacri vigentique, committenda videbatur, cum præter cæteras difficultates regis animus Burgundiæ duci summopere infensus ita delinîri oporteret, ut ambo, depositis armis obliteratisque injuriis ultro citroque illatis, in sacram belli societatem concurrerent. Quibus mature perpensis, cardinalis hujusmodi manus refugere ac tanquam humeris suis majus a se cœpit in publico consistorio deprecari. Verum pontifex adeo firmus in proposito mansit ut invitus legationem suscipere debuerit.

LXXXI.

Vere igitur ineunte anni 1472, in viam se dedit rectaque in Belgium contendit, cum Burgundo colloquium **94** de pace habiturus (26); rebatur enim Galliæ regem æquas facilius aures concordi æ daturum si ducem prius audisset pontifici obsequentem pacis consilia non respuere. At valde hæc illum opinio fefellit. Nam Ludovicus XI, suspicax, et aliter prorsus hoc factum interpretatus, nec ullo coluit legatum ad se venientem officio consueto, nec alloquendi cupidum nisi duos post menses admisit. Tunc etiam, eo impensius orante, ut suam vellet in gratiam Burgundiæ ducem recipere et rem Christianam, in summo positam discrimine tueri, paucis respondit, nullum habendum de pace sermonem nisi ipse prius Burgundiæ et Armoricæ duces anathemate feriret, eosque sibi, ut regni feudatarios, obtemperare compelleret. Il legatus cum detrectaret, et hanc rem diceret suæ potestatis neutiquam esse, colloquio abrupto atque omni spe reconciliationis negata, dimissus est. Quæ omnia strictim Papiensis epist. 500 his verbis expressit: *Mox ut regnum ingressus est, ipsi regi cœpit esse suspectus; progredi ad eum est vetitus menses duos: ludibrio habitus, tertio tandem admittitur; uno atque eodem ingrato colloquio finitur legatio.* Sunt qui scribant Ludovicum regem, ubi Nicænus in conspectum venit, ejus barba contumeliose apprehensa versiculum hunc protulisse: *Barbara Græca genus retinent quod habere solebant* (a). Sed hæc tanto principe indigna viri cordati plerique inter cæterasvulgi fabellas reponunt.

95 LXXXII.

Mœrore affectus ingenti quod tam indecore habitus dimissusque a rege fuisset, in Italiam regredi quam celerrime statuit. Eo in itinere febri correptus ac dysenteria, cum Alpes superasset et Augustam venisset Taurinorum, ita ægrotare cœpit, ut, omnis vectationis impatiens, Pado flumine Ravennam usque deferri debuerit. Ravennæ decumbens in domo Antonii Danduli, qui pro Venetis urbem illam regebat, Ecclesiæ sacramenta suscepit, et morbi tandem vehementia oppressus XIV kal. Decembr. 1472 ad vitæ cœlestis præmia migravit, cum annum ageret ætatis septimum et septuagesimum. Magnum bonis doctisque omnibus sui desiderium reliquit, ac præsertim Venetis patriciis, qui, *partim privato officio, partim publico ad eum venerant, quippe videntes irruentem turbam suis humeris elatum corpus in episcopium detulerunt, præbueruntque omnibus deosculandum atque venerandum*, ut ait funebris orationis auctor Nicolaus Capranica, episcopus Firmanus (28). Defuncti cadavere Romam delato, Sixtus pontifex, post solemnes exsequias in basilica SS. XII Apostolorum celebratas, quibus ipse interfuit, illud in tumulo quem sibi vivens Nicænus paraverat, recondi jussit, quemadmodum Phrantza testatur, atque anonymus scriptor cujus verba hic trado ex codice Vaticano 3920: *Ravennæ obiit Nicænus* XIV *kal. Decembr. anno Christi* 1472, *luna eclipsim patiente. Corpus delatum est Romam sepultumque in ecclesia Apostolorum sepulcro marmoreo quod ipse sibi vivens posuerat. Exsequiis ejus Sixtus papa IV interfuit, exemplo Eugenii IV, qui Senis interfuit exsequiis Nicolai Albergati, Bononiensis, S. Crucis in Jerusalem presb. cardinalis.*

96 LXXXIII.

Tanti præsulis obitum complures viri eruditi carminibus deflevere, quæ tum apud Jovium tum apud Ciacconium videri possunt. Nonnulli etiam ejusmodi epicedia e mss. deprompta bibliothecæ Mediceo-Laurentianæ leguntur in tom. II catalogi cod. Lat. Unum proferam, Theodori nomine inscriptum, sed parum adeo eleganter scitequ compositum, ut cuivis potius quam celebri Theodoro Gazæ tribuendum existimem.

Nicænus sacro Romano cardine præsul
Bessarion summa relligione pater,
Pontus quem genuit, coluit Saturnia tellus,
Eximium Graiis Ausoniisque decus,
Conditur hoc tumulo, sed magno claret in orbe
Artibus, eloquio, moribus, ingenio.
Usque exstinctum quem gentes flevere, beatus.
Re gesta, sedis consilioque manet
Huic corpus periit, sed nunquam fama peribit
Dum rapidus volvet sidera clara polus.
Reddite, Graj, reddite patri thura Latini,
Virtus quem fecit divum adire domos.

His addendi qui pedestri sermone defuncti, res gestas memoriæ tradiderunt, inter quos Michael Apostolius Græcam orationem a Leone Allatio Latine redditam, et Anonymus alius Vitam Græca itidem lingua conscripsit, quam penes cardinalem S. Susannæ exsti-

26) Hac occasione fortassis bibliothecæ collegii theologorum Lovaniensium libros nonnullos, quorum fit mentio apud Colerum, not. ad Struvii *Introduc in notit. rei litter.* 8° Francofurti et Lipsiæ 1754, p. 276.

(28) Orationem hanc e Vaticana bibliotheca eruit typisque dedit P. Malvasia in *Comp. hist. basil. SS. XII Apost.*

(a) Innuere rex volebat, ut erat ingenii mordacissimi, quod, barbarorum Græcorum nominum exemplo, quæ idem apud Latinos quod apud Græcos genus retinerent, pariter ipse, homo Græcus, Græcam fidem, lubricam suspectamque haberet; cujus proinde dicta ac promissa flocci penderet. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

tisse olim ferunt (29). Præterea Nicolaus Perottus, Sipontinus antistes, amplum ipse de Nicæni gestis ac moribus commentarium **97** elucubravit (30), quod in primis dolendum est vel penitus intercidisse vel aliquo in angulo ignotum delitescere. Quæ unica superest Bessarionis Vita, per coævum auctorem Vespasianum Florentinum (31) Italice scripta, eam licet mendosam nec stylo satis eleganti confectam, mei tamen muneris esse putavi ut e codice Vaticano 3224 erutam inter anecdota monumenta referrem (32)

LXXXIV.

Sed nemo uberius et gravius Nicæni interitum Ecclesiæque Romanæ jacturam deploravit quam cardinalis Papiensis, in litteris post mortis nuntium acceptum datis ad Campanum, utriusque amicum ac familiarem (33). En illius verba :

« Voco te, Campane frater, ad lamenta et « lacrymas. Mortuus Nicænus noster est, vir « sine controversia magnus, cujus doctrina « ingens erat, ingenium singulare, admira- « bilis eloquentia, studium autem ad pu- « blice non modo continuum, sed supra æta- « tis ac valetudinis vires, forte **98** etiam « pertinax. Nihil habuit Romana sedes quo « gloriari amplius posset, nihil quod ad « suum ministerium efficacius inveniret. « Videbat prudenter, explicate monstrabat, « sine intermissione operabatur, alienæ etiam « segnitiei reprehensor semper erat ac ca- « stigator. Ad hunc referebantur nostra con- « silia, ad hunc legationes undecunque nos « adeuntes. Sine Nicæno nec operum initia « erant, nec exitus; tota operum moles hu- « jus unius humeris insistebat. Omitto amo- « rem in nos, qui major esse non poterat, « officia in cæteros, quæ plura prope ab « uno illo proficiscebantur quam a reliquis « Patribus. Religionem quoque, pietatem, « munificentiam, animi magnitudinem, qui « nil humile, nil quod non dignitati con- « junctum esset poterat cogitare. Flendus « tantæ jacturæ obitus est, flendæ vices Ec- « clesiæ, flenda etiam bonorum omnium « orbitas; mihi quidem accidere nihil dolen- « tius potuit. » — Et paucis interjectis : « Sanctus senex, ob falsam de fide sua sus- « picionem, videns incassum esse labores « susceptos, relictam in armis provinciam, « perditam spem magnorum pro religione « subsidiorum, supra urgentem valetudinem « etiam animo consternatus, Ravennæ quo « a Taurino devectus Pado erat, spiritum « Domino reddidit, tanta, quod exploratum « mihi est, constantia, ut sanctissimæ vitæ « sanctissimus quoque inventus sit exitus. « Quibus ergo aut laudibus prosequemur « magni meriti Patrem, aut monumentis « ornabimus pro republica mortem susce- « ptam, aut doloribus requiremus nostri or- « dinis lumen exstinctum? Conatus quidem « nostri, et decreta, et litteræ quoque mi- « nora sunt meritis. Ut virtute anteivit « quidquid in Ecclesia præclarum fuit, sic « ad referendas defuncto gratias impar est « omne quod quæritur. Benedicamus tan- « tum nomini ejus commemorationibus quo- « tidianis, recenseamus sanctas actiones « ejus et in opera sensi tanquam in exem- « plum sacerdotale inspiciamus; lugeamus « autem ad singula et damna ingentia de- « ploremus. Sæculis quidem multis alterum « Nicænum habituri non sumus; tum autem « noster ordo in tenebris relictus est. Luce « sua illuminabat obscura, et multorum in- « scitiam unius sapientia tolerabat. »

99 LXXXV.

Quoad corporis habitum et oris lineamenta Nicæni dum viveret, ex Campani epigrammate quod sum infra daturus, discimus, Bessarionem procera statura fuisse aspectuque decoro et cunctis in rebus a l gravitatem composito. Quandiu Romæ permansit, ad collis Quirinalis radices habitavit, easque ipsas incoluit ædes quæ ad dextrum sunt latus basilicæ SS. XII Apostolorum et nunc cœnobii recentioris frontem constituunt, in quo degunt Minoritæ conventuales; nam licet hodie (1777) earum facies aliqua ex parte immutata nonnullisque aucta ornamentis appareat, multa tamen adhuc atque indubia retinent antiquitatis vestigia Id quamvis liquido constet ex documento 9 ad calcem hujus dissertationis posito, magis tamen ac magis ea comprobant quæ hic refero alio ex instrumento emptionis per eum factæ anno 1458 (34).

(29) Vide Ciacconium, tom. II, col. 909.

(30) Vid. *Cornucop. Linguæ Lat.* edit. Ald. 1513, p. 905.

(31) Vespasianus Florentinus bibliopolæ artem exercuit, sed cum eruditior esset ac penitus libros cognosceret, notus apprime charusque exstitit non modo litteratis hujus ævi hominibus, sed etiam principibus viris, ac præsertim Nicolao V pontifici, Borso Estensi, Ferrariæ duci, ac Cosmæ Mediceo seniori. Nulla alia, quod sciam ingenii monumenta reliquit præter aliquot virorum illustrium Vitas vernaculo sermone scriptas. Fr. Zacharia duos codices ab eo donatos biblioth. Florent. S. Marci commemorat in suo *Itin. lit. per Italiam*, p. 47.

(32) Vide Append. monum., n. 12.

(33) Epist. 498.

(34) Exstat hujus instrumenti apographum in archivo Basilicæ SS. XII Apost. In eo Bessarion emit pretio sexcent. auri floren. ab hæredibus q. Thomæ Casate de Fuscis, nob. Romani, certam latifundii partem extra portam Capenam siti. Instrumenti initium hoc est : *In nomine Domini. Amen. Anno Domini* 1458, *pontif. SSmi in Christo Patris Dni N. D. Pii, divina providentia papæ II, indict.* VII, *mens. Sept. die* 17. *In præsentia mei notarii et testium infra scriptorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, constituta personaliter coram sapienti viro D. Gilfredo de Caballis de Ferraria, legum doctore, judice palatino et collaterali curiæ Capitolii, et magnif. viri D. Joannis de Leone de Padua, legum doctoris et militis, Dei gratia almæ urbis præsentis senatoris, sedentis pro tribunali in quadam capsa lignea in anticamera sive capella infrascripti Rmi D. episcopi et card. in palatio SS. Apost., quem locum ob reverentiam infrascripti Rmi Dni, et honestatem infrascriptæ Dnæ venditricis, pro suo tribunali ante omnia elegit et deputavit, nobilis Dna Genepra, relicta q. nob. viri Thomæ de Casatis de*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

100 LXXXVI.

Multa de virtutibus commentanda nunc essent, quibus antistes hic magnus eluxit, tantumque sibi nominis et gloriæ comparavit, nisi quæ de perpetuo vitæ ejus cursu tradidi supervacaneam hanc operam facerent. Haud abs re nihilominus erit, si pauca quædam coronidis loco subjungam quæ præcipuum ipsius amorem et liberalitatem erga homines doctrina præditos atque ingenio declarant. Ut Græcos præteream, quos profugos et e communi patriæ naufragio in Italiam delatos, patrocinio, officiis atque opibus fovit, quid nostris ipsis hominibus non præstitit aut quem obviis ulnis non est complexus, cui vel aliqua virtutis opinio vel scientiæ laus adesset? Bononiam legatus cum regeret, et Aristoteles Floravantius, architectus eo tempore insignis, miro artificio atque audacia turrim quæ vulgo *Mansionis* dicitur, a fundamentis divulsam alio transtulisset, illum proprio ære, hoc est 50 librarum, summa minime tunc contemnenda, donavit (35). Ipsemet Platina, qui tanquam initæ in Paulum II conjurationis conscius ac particeps in carcerem detrusus languebat, non prius e vinculis expedire se potuit quam suas Nicænus interponeret preces, ac pro eo tandem sponsorem se faceret. Vide Platinæ Vitam ejus operi *De vitis Rom. pont.* præmissam. Eruditissimus Joan. Christ. Amadutius Platinæ epistolam qua, vinculis astrictus cum esset, Bessarionis opem imploravit e codice chartac. sæc. xv, qui se penes est, adhuc ineditam mecum perbenigne communicavit. **101** Eam, qui a illustris viri calamitatem et calamitatis causas uberius aperit, dignam plane censeo quæ hic locum habeat. « Si tuo fidelissimo consilio « obtemperassem, Rme ac doctissime Pater, « non essem, sat scio, tanta calamitate cir- « cumventus; me enim adhortabaris, si di- « scedere ab Urbe instituissem, proposito « non contemnendo præmio, ut clarissimi « atque optimi principis Urbinatum comi- « tis obsequio me addicerem. Non contem- « psi ego tantam conditionem et a tanto viro « mihi propositam, cui certe, tua præsertim « gratia, mallem, posthabita omni mercede, « servire quam cuivis Italicorum principum. « Neminem profecto adhuc novi, pace alio- « rum loquar, qui nobilitate animi, eruditione, humanitate, rei militaris scientia, « justitia, comitate possit cum hoc principe « comparari. Quare fit ut meam vicem mi- « rum in modum doleam, quod oblatam oc- « casionem non mediocris fortunæ parum « sapienter omiserim. Sed quis arbitratus « fuisset unius Callimachi ebrietatem et « stultitiam, quem contemnebamus, quem pro « ludibrio habebamus, tantam nobis et tam « indignam calamitatem, non dico struere, « sed vel excogitare saltem posse? O nos « miseros! o nos infelices! qui alienæ stul- « titiæ et temeritatis pœnas luimus. Vaga- « tur, liber, quoquo vult, post vinum et « epulas, ille regnorum et divitiarum im- « pudentissimus largitor; nos vero, qui tan- « tum imprudentia peccavimus, qui homi- « nis stolidi somnia non deteximus, post « cruciatus et tormenta in hoc infelicissimo « carcere detinemur. Non negaverim ego « justum fuisse pontificis dolorem, justam, « in tanta re præsertim, quæstionem; sed « deberet, re deprehensa et cognita, nos « tandem qui clementiæ suæ futuri sumus « simulacra et imagines, a tanta miseria li- « berare, his præsertim diebus quibus Sal- « vator noster clementiæ, pietatis, miseri- « cordiæ, et aliarum virtutum exempla, « sanctissima illa ac saluberrima sua pas- « sione in terris ad salutem humani gene- « ris reliquit. Multa sunt quæ principem « decent, maxime vero pontificem; sed « nulla virtus est quæ magis tantæ potentiæ « conveniat post religionem, quam clementia « et misericordia. Ob hanc conservati, si non « omnino insanabiles sunt, meliores deinceps « fiunt. Sanabilia profecto sunt ingenia no- « stra, et si quid licentia scholastica, quæ « in studiis universalibus ob disceptationes « major esse consuevit, admisimus, hac « adhibita castigatione ita constanter emen- « damus, ut oves quas perditas esse Dominus « arbitrabatur inventas tandem sua diligen- « tia lætetur et gaudeat. Te igitur, Rme et « optime Pater, quem semper ob dignitatem « et singularem doctrinam cum admiratione « laudamus, quemque unicum litteraturæ « et eruditionis tam Græcæ, tum Latinæ, co- « lumen ducimus, suppliciter rogamus, « manus ad te tanquam ad saluberrimum « sidus tendentes, ut tu omnium doctissimus « eruditionis studiosos et cupidos a tanta « calamitate tuo patrocinio, tua auctoritate « et gratia, quæ maxima apud pontificem « est, ab hac captivitate vindices ac liberes. « Habiturus nos es ob hoc non modo gra- « tos et memores tanti officii, tantæ clemen- « tiæ, sed prosa et carmine amplissimarum « laudum tuarum constantes ac indefessos « præcones. »

102 LXXXVII.

Munificentiam vero qua Campanum, episcopum Interamnensem, prosecutus est, quod se carminibus celebrasset, ipsis referam Michaelis Ferni verbis, qui Campani ejusdem Vitam descripsit (36).

« Nunc magni in hunc Bessarionis munificentiam operæ pretium erit explicare. « Urbs tota festivitatibus et cantu aliquando « exsultabat, ut fit in carnis priviis; debac- « chantium turba larvatorum, plausibus et « cantu plena omnia. Magni Bessarionis oc-

Fuscis de regione S. Angeli, mater, tutrix, et persona legitima Catherinæ et Mariannæ fil. et hæred. q. Thomæ Casate de Fuscis, etc.

(35) Aristoteles hic idem et aliam in oppido Centi turrim quæ ruitura pendebat ad normam restituit, et a Magno Moschorum Duce postea evocatus, nonnulla Moscuæ ingentia ædificia a fundamentis erexit, ac signanter basilicam seu templum urbis maximum Deiparæ Virgini sacrum. Vid. Tiraboschi, *Storia della lett. ital.*, tom. VI, parte 1, p. 325, et Herc. Zani. *Relat. Itin. Moschici.*

(36) Vide Campani Oper. ed. Mediol. 1494.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

« casionem nactus tectius laudandi Campa-
« nus epigramma hoc condidit.

Bessario, totum cui se concessit Apollo,
Et quo nil majus sæcula nostra vident;
Per te priscorum laudes excessimus, ire
In trutinam victor cum Cicerone potes.
Victa etiam per te magni Demosthenis ora,
Uberior per te Græcia facta tua est.
Pectoris at tanti minimas facundia partes
Obtinet, exiguum splendida verba putas.
Terra patet, pelagus notum, mens alta deorum
Cognita, scis cœlum scisque quid astra ferant
Quicquid te latuit non est in rebus, ad omnes
Ingenium latebras it penetratque tuum.
Imperio ac rerum sceptris, et ad omnia natus
Unus mille geris pectora, mille sapis.
Ipsaque cum tantum fecit natura, videtur
In vires, quanta est, incubuisse suas.
Corpore in excelso majestas cana fatetur
Plus homine; heroum frons tibi, Bessario, est;
Et data cum fuerit tanta præstantia membris,
Di animam membris inseruere parem.

« Quod cum larvatus ephebus vocalissimus
« festo die quodam, submodulante lyra,
« incinuisset, tantis perfusus lætitia laudibus
« ille, lyristæ, quot illa erant carmina, au-
« reos tot nummos elargitur; Campanum
« mox adventantem, factumque dissimulan-
« tem complexus: *Campane*, inquit, *Campane,*
« *ubi sunt illi digiti qui tot de me mendacia*
« *scripserunt?* et aureo gemmæ adamantco
« pretii 70 ducat. annulo donavit. Inde mus-
« tellina efferri jussa fultura, quam ex variis
« nostri vocant, dono sibi olim a rege Polo-
« norum missa, cumulati muneris monu-
« mentum addit (37). »

(37) Joan. Bonifacius in dialogo cui titulus : *Il Frachetta*, rem paulo aliter narrat ; ait enim, Campanum in festis bacchanalibus Bessarionem adiisse, et personatum (quod vero absimile videtur) carmina quædam Latina in ejus laudem ad lyram cecinisse, pro quibus tot nummos acceperit quot illa fuerant; redeunti deinde absque persona cardinalem dixisse : *Ubi sunt ii digiti*, etc., apprehensaque ejus dextra haud modici pretii annulum inseruisse.

Hic exhibebat Auctor Dissertationis Catalogum operum Bessarionis, at parum accurate confectum et multis lacunis laborantem; quem ideo potius omittendum quam supplendum judicavimus. Vide infra eorumdem operum recensionem accuratissimam ex Fabricio et Harlesio depromptam. EDIT.

APPENDIX MONUMENTORUM

ANECDOTORUM

PARTIM EX ARCHIVO BASILICÆ SS. XII APOSTOLORUM, PARTIM EX VATICANA BIBLIOTHECA DESCRIPTORUM.

103-115

Bulla reductionis canonicorum basilicæ SS. XII Apostolorum, facta per Eugenium papam IV.

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Bessarioni, basilicæ SS. XII Apostolorum presbyt. card., salutem et apostolicam benedictionem.

Dum ad personam tuam, quam divina clementia magnis illustravit muneribus gratiarum, paternæ dirigimus considerationis intuitum, et attente prospicimus quod tu Romanam Ecclesiam, cujus honorabile membrum exsistis, tuorum honoras magnitudine meritorum, dignum, quin imo potius debitum reputamus ut ea tibi favorabiliter concedamus per quæ cum divini cultus instauratione animarum periculis et ecclesiarum tuæ curæ commissarum dispendiis salubriter occurratur. Cum itaque, sicut nobis nuper exposuisti, fructus, redditus ac proventus canonicatuum et præbendarum basilicæ XII Apostolorum de Urbe, quæ tui cardinalatus titulus parochialis exsistit, cujusque parochianorum, qui in numero copioso sunt, animarum cura per illius canonicos regi consuevit, et in qua unus cardinalis, quæ ipsam basilicam pro tempore obtinet, necnon octo canonici totidem inibi præbendas obtinentes ab olim instituti fore noscuntur propter hostiles incursus, guerrarum discrimina, mortalitatem, pestes, aliasque diversas calamitates, adeo tenues et exiles facti sunt, quod dilecti filii ipsius ecclesiæ canonici ex illis se commode sustentare non valentes, apud præfatam basilicam residere, illi in divinis deservire non curant, ac propterea ipsa basilica tam circa cultum quam regimen curæ hujusmodi magna hactenus passa fuerit, et nisi super his salubriter provideatur, majora in dies passura sit detrimenta, 116 et sicut accepimus, canonicatus et præbendæ prædictæ basilicæ, quos quondam Laurentius de Surdis, ipsius basilicæ canonicus dum viveret, obtinebat, per obitum ejusdem Laurentii, qui in alma urbe nostra domicilium habebat, diem clausit extremum, vacaverint et vacant ad præsens; nos qui divinum cultum ubilibet et præsertim in ecclesiis dictæ urbis, quarum nobis cura specialius est commissa, jugiter intensis desideriis affectamus, volentes ea tibi concedere per quæ basilicæ statui et paro-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

chianorum præd. animarum saluti valeat salubriter provideri, ac mensæ capitularis dictæ basilicæ, si qua sit, fructuum, reddituum ac proventuum veros valores annuos præsentibus pro expressis habentes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, circumspectioni tuæ auctoritate nostra prædicta, canonicorum et præbendarum numerum ad numerum quatuor reducendi ac statuendi et ordinandi, quod vacantes prædicti, et tres alii si vacant ad præsens, vel quos primo vacare contigerit, personis in sacerdotio constitutis quæ apud dictam basilicam personaliter residere illique in divinis hujusmodi deservire ac curam prædictam gerere et exercere continuo teneantur. Alioquin non residentes et non deservientes, ac curam hujusmodi non exercentes, ut præfertur, canonicatibus et præbendis per eos obtentis prædictis privati sint, illique vacare censeantur eo ipso, de cætero perpetuis futuris temporibus conferantur, ac reliquos ex eisdem canonicatibus et præbendis quam primum illos simul vel successive per cessum aut decessum illos obtinentium, seu aliis quibusvis modis vacare contigerit, etiamsi omnes canonicatus et præbendæ vel eorum aliqui specialiter seu generaliter dispositioni apostolicæ reservati existant, supprimendi penitus et exstinguendi; ac subsequenter terras, jura, possessiones et bona suppressorum canonicatuum et præbendarum hujusmodi dictæ mensæ, si qua sit, alioquin de nova per te instituendæ pro quotidianis distributionibus inter canonicos et capellanos ejusdem basilicæ in illa divinis officiis interessentes distribuendis cum eorum fructibus, redditibus ac proventibus, aliisque juribus et pertinentiis suis in perpetuum uniendi, annectendi, applicandi et approbandi, necnon quod interim, quousque reductio et alia præmissa, si per te fient, debitum sortiantur effectum, quilibet ex dictis canonicis apud præfatam basilicam non residentibus, et in illa divinis officiis hujusmodi non interessentibus unam duntaxat percipiat, alia vero medietas suorum canonicatuum **117** et præbendarum hujusmodi dictæ mensæ pro distributionibus præfatis assignetur, quodque nullus ex eisdem canonicis de prædictis seu aliis distributionibus ipsius basilicæ, etiamsi illa in oblationibus seu aliis quibuscunque consistant, pro residentia seu interessentia alicujus diei aliquid percipere possit, nisi in eadem basilica per totum annum residentiam personalem fecerit et in ea divinis hujusmodi interfuerit, ac omnia et singula alia circa præmissa necessaria, seu quomodolibet opportuna, statuendi, ordinandi, decernendi, faciendi et exsequendi; contradictores quoque per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia, appellatione postposita, compescendi plenam et liberam auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus facultatem: non obstantibus quibuscunque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dictæ basilicæ Juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in præsentibus habenda foret mentio, quibus omnibus, alias in suo robore permansuris, derogare intendimus et derogamus per præsentes, privilegiis, gratiis et indultis de percipiendis fructibus in absentia præsertim patriarchalium ecclesiarum de dicta urbe canonicis pro tempore exsistentibus per sedem apostolicam in specie seu in genere concessis, cæterisque contrariis quibuscunque. Aut si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in dicta basilica in canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant, seu super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et præbendis ipsius basilicæ speciales, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ sedis vel legatorum impetrarint litteras, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum, vel aliis quomodolibet sit provisum; quas quidem litteras et processus habitos per easdem, necnon quæcunque inde secuta, ad canonicatus et præbendas hujusmodi volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatuum et præbendarum aut beneficiorum aliorum præjudicium generari; necnon quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum exsistant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super iis a **118** quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Dominicæ millesimo [quadringentesimo quadragesimo tertio, XI Kal. Martii, pontificatus nostri anno XIII.

II.

Statuta et ordinationes Ecclesiæ SS. XII Apostolorum de Urbe.

Bessarion, miseratione divina SS. XII Apostolorum de Urbe presb. cardin., dilectis nobis in Christo capitulo, canonicis et capellanis dictæ ecclesiæ salutem in Deo sempiternam.

Quoniam effrenata hominum cupiditas et noxius appetitus, semper ad malum sua labilitate declinans, nisi sub juris et rationis regula limitetur, prava quadam abusione et corruptela bene vivendi justum ordinem corrumpit, sicque passim divina pariter et humana instituta æquissima depereunt: idcirco, volentes ad honorem et laudem Altissimi, omnium Creatoris, apostolorum quoque Philippi et Jacobi, quorum corpora in eadem ecclesia recondita sunt, et aliorum apostolorum sub quorum nominibus dicta ecclesia consecrata est, proque ampliatione divini cultus respicere, ac etiam ex debito nostri tituli, quo eidem præsiden-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tes ecclesiæ ad id nos cognoscimus obligatos, infrascriptas edidimus super reformatione præfatæ ecclesiæ ac ministrorum ejus constitutiones et reformationes tam spiritualium quam temporalium. Ad eas igitur, filli dilecti, inclinate unanimiter aures vestras, adhibete promptitudinis intellectum, colligentes seminum fructus quos in agro vestræ devotionis providentia paterna conspergit, sic ea culturi studio diligenti, quod sparsa fructificent et operosi laboris speratam utilitatem conducant. Eas igitur hujusmodi constitutiones et ordinationes vobis et cuilibet vestrum sub pœnis in iis constitutis observari præcipimus et mandamus.

De numero canonicorum et residentia.

In primis quidem statuimus et ordinamus, quod in dicta ecclesia perpetuis futuris temporibus sint et esse debeant quatuor canonici præbendati duntaxat, juxta constitutionem et ordinationem fel. record. Eugenii papæ IV, prout in ipsius litteris **119** super inde confectis plenius continetur. Qui quidem quatuor canonici, qui pro tempore fuerint, teneantur et debeant in dicta ecclesia residere ac nocturnam ibibi residentiam per totum annum integrum a Kalend. mensis Octobris, et successive ut sequitur, continuo facere; quodque si hujusmodi residentiam integraliter non fecerint, sed per sex tantum menses pernoctaverint, tres florenos Romanos; qui vero integram residentiam perfecerint per totum annum, sex florenos similiter de communibus ecclesiæ proventibus a camerario dictæ ecclesiæ qui fuerit pro tempore percipiant; ac qui minus sex mensibus pernoctaverit, nisi infirmitate aut alia legitima causa fuerit impeditus, nihil omnino percipiat. Si vero aliquis canonicorum per annum integrum residentiam non fecerit, canonicatu præfatæ ecclesiæ sit ipso facto privatus, ita quod ex tum dicto anno elapso, nisi de legitimo impedimento constiterit, liceat cardinali pro tempore exsistenti, seu etiam vicario canonicatum et præbendam non residentis canonici alii de jure conferre, nec superioris aliqua juris solemnitas aut sententia privationis et declaratoria requiratur.

De juramento canonici non residentis et absentia punillanda per camerarium.

Item, ne in pernoctando fraus aliqua committatur in posterum, statuimus et ordinamus quod singulis duobus mensibus quilibet canonicus teneatur et debeat in manibus præfati vicarii cardinalis præsentiam seu absentiam suam nocturnam medio juramento accusare, et camerarius dictæ ecclesiæ illam in libro suo annotare et describere teneatur; ita quod completo anno residentiæ prædictæ possit de præsentia et absentia canonici constare.

De duabus missis dicendis quotidie per canonicos.

Item, statuimus et ordinamus quod dicti quatuor canonici teneantur ad minus qualibet die celebrare duas missas secundum nota; et si defecerint quilibet deficiens puniatur pro qualibet missa in bolendinis tribus de suis fructibus per camerarium qui pro tempore fuerit deducendis. Volumus tamen quod camerarius provideat de communibus ecclesiæ pecuniis, ne in divinis ecclesia in hoc detrimentum aliquod patiatur.

120 *De hora Vesperarum et Matutino in duplicibus festis.*

Item, statuimus et ordinamus quod in festivitatibus et Dominicis diebus dicti quatuor canonici teneantur cum nota cantare Vesperas utriusque diei, vigiliæ et festivitatis, ac matutinum et missam; et si contrafecerint, quilibet absens puniatur pro qualibet horarum hujusmodi in uno bolengeno cum dimidio; missa vero in bolengenis quatuor, nisi fuerit infirmus seu in factis ecclesiæ occupatus, ita quod infirmitas sit evidens taliter quod non possit exire domum suæ habitationis, aut parum extra ambulare, seu secundum discretionem vicarii judicandum. Volumus tamen, quod unus ipsorum faciat cantoriam in prædictis horis cum superpelliceo; in festivitatibus vero majoribus duplicibus cum piviale.

De habendo capellano sumptibus canonicorum, et ecclesia custodienda per eos.

Item, statuimus et ordinamus quod dicti quatuor canonici continuo retineant unum honestum capellanum qui canere sciat cantum planum, et in omnibus horis in ecclesia, sicut alii canonici, deserviat. Et si contrafecerit, in uno bolengeno vice qualibet puniatur. Volumus tamen quod dicti canonici qui ibi pernoctabunt, omni sero claudere ecclesiam teneantur. Et si contrafecerint, in pœnam quatuor bolengenorum incurrat, vice qualibet, qui in eadem culpabilis fuerit.

De honestate servanda in choro.

Item, statuimus et ordinamus quod canonici qui præsentes erunt in choro, dum celebrabitur divinum officium, stent cum maxima honestate et absque alia confabulatione; et medietas ipsorum sit ab una parte chori, alia vero ab alia: neque ab una parte chori ad aliam discurrat, aut ab inde recedere vel abire præsumat, nisi necessitas immineat corporis vel negotium ecclesiæ. Et si quispiam fecerit adversus ea aliquod indecorum, quoad illam missam vel horam pro absente penitus habeatur.

121 *De administratione sacramentorum facienda per canonicos solum.*

Item, statuimus et ordinamus quod dicti quatuor canonici habeant administrationem parochiæ ecclesiæ; et quod nullus capellanus seu aliqua alia persona se in ejus cura aliquo modo misceat nisi in casu necessitatis, vel de expressa licentia cardinalis, vel ejus vicarii, seu canonicorum.

De missis dicendis per capellanos habentes capellas intra corpus ecclesiæ.

Item, volumus quod capellani qui in dicta ecclesia capellas habent, suas missas celebrent statutis

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

diebus, aut celebrari faciant per idoneos secundum fundationem et ordinem patronorum capellarum; et si contrafecerint, qualibet vice in bolengenis tribus puniantur.

De lampadibus accendendis ante altare majus per capellanum capellæ S. Thomæ.

Item, statuimus et ordinamus quod capellanus capellæ S. Thomæ, sitæ in dicta ecclesia, qui tenetur ex testamento quond. Mancini accendere sumptibus capellæ duas lampades ante majus altare, quæ diu noctuque ardere debent, ita diligentem in hujusmodi luminaribus se exhibeat, quod nulla hora, nisi casu fortuito, reperiantur exstinctæ; et si contrafecerit, vice qualibet puniatur pro qualibet lampade in bolengenis duobus. Et de hoc stetur dicto camerarii, seu alius honestæ personæ, medio juramento. Et si capellanus hoc facere recusaverit, vicarius cardinalis teneatur ordinare quod dictas lampades accendat cum eadem pœna apposita.

De electione camerarii et ejus officio.

Item, statuimus et ordinamus quod omni anno, in Kalendis Januarii, eligatur per vicarium præfatæ ecclesiæ canonicus unus ex canonicis qui camerarius nuncupetur, ante cujus electionem singuli canonici teneantur in manibus vicarii jurare quod eligent meliorem et magis utiliorem ad prædictum **122** officium exercendum. Prædictus autem camerarius sic electus omnes reditus et proventus dictæ ecclesiæ recipiat et describat, et de ipsis administret æqualiter canonicis residentibus et in ecclesia servientibus, ut supra notatum est in cap. de residentia et in seq. cap. de divina servitute; et omnes alias expensas ecclesiæ faciat fideliter usque ad annum unum. Et singulis duobus mensibus teneatur coram vicario et canonicis reddere rationem de omnibus introitibus et exitibus dictæ ecclesiæ, ac etiam de noctibus, horis et missis per canonicos prædictos, prout superius notatum est. In fine vero anni sui officii, tam de receptis quam de expensis, et generaliter de omnibus administratis per eum plenariam rationem reddere teneatur; et si aliquid superfuerit, coram vicario et capitulo, novo camerario infra quindecim dies postquam de prædictis rationem fecerit, hoc consignare, alias, elapso termino in pœnam dupli ipso facto incurrat. Et ne camerarius sine mercede laboret, pro aliquali sua mercede laboris recipiat de fructibus ecclesiæ solidos decem pro quolibet mense.

De libro camerarii et fallis scribendis in eo.

Item, statuimus et ordinamus quod dictus camerarius teneatur unum librum facere in quo fallas seu absentias canonicorum et capellanorum describere et annotare teneatur, nec non absentias noctium earumdem, ac de præmissis coram vicario et canonicis dictæ ecclesiæ reddere calculum et rationem, nulla fraude interveniente, sub pœna privationis officii ac præstiti juramenti, adjicientes quod ii qui non venerint in secundo psalmo Vesperarum et matutini, et in missa dum presbyter incipit *Gloria in excelsis*, seu finito *Kyrie eleison*, camerarius in continenti sine aliqua dilatione annotet in libro sub pœna contenta superius in isto capitulo.

De quotidiana distributionis quantitate.

Item, qui altario servit de altario vivere debet. Statuimus quod prædicti canonici habeant cotidianas distributiones de fructibus dictæ ecclesiæ in hunc modum, videlicet, quod quilibet canonicus qualibet die habeat bolengenos tres; in duplicibus vero et Dominicalibus, quinque, quilibet pro qualibet **123** die, si præsens fuerit in supradictis horis, prout in capitulo superius notatum est.

De solutione facienda per novos canonicos in ingressu.

Item, statuimus et ordinamus quod antequam canonici de novo recipiantur in dicta ecclesia, pro paramentis et ornamentis dictæ ecclesiæ solvere florenos Romanos octo camerario teneantur, quos ipse camerarius in dictis paramentis, quam citius poterit, convertere teneatur sub pœna præstiti juramenti, nisi cardinalis vel ejus vicarius in specialem utilitatem vel necessitatem ecclesiæ ipsam pecuniam duxerit convertendam.

De juramento præstando per novos canonicos de servandis statutis ecclesiæ.

Item, statuimus et ordinamus quod quilibet canonicorum recipiendus in dicta ecclesia, in manibus vicarii præstet juramentum de observandis statutis et consuetudinibus ecclesiæ memoratæ.

De quibus mulieribus permittitur canonicis ut interdum intrent domos eorum.

Item, statuimus quod nullus canonicus tantæ temeritatis et audaciæ sit quod in cameris ipsorum aliquam mulierem suspectam audeat, nisi matrem, sororem aut amitam, intromittere, et hoc de raro, neque receptare aliquem homicidam vel aliquo enormi crimine diffamatum, sub pœna arbitrio Dni cardinalis vel ejus vicarii.

De capellano qui fuerit absens per menses tres.

Item, statuimus et ordinamus quod si quis capellanus absque licentia cardinalis vel ejus vicarii se absentaverit, et infra trium mensium spatium non redierit ad ecclesiam præfatam ad serviendum capellæ, extunc per edictum publicum in choro ecclesiæ, dum missarum solemnia celebrantur, publicandum, et postea in portis ejusdem ecclesiæ affigendum ad serviendum revocetur: et si infra mensem alium a tempore **124** citationis hujusmodi non redierit, justo impedimento cessante, per ipsum vicarium capellania sua absque alia juris solemnitate privetur et alius suo loco substituatur.

De audiendis excusationibus fallentium per vicarium.

Item, statuimus et ordinamus quod vicarius te-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

neatur singulorum qui se excusare voluerint, aut potuerint, excusationes audire singulis duobus mensibus, excusationes legitimas admittere, ipsius qui se excusat medio juramento.

De funeralibus quæ veniant ad manus camerarii.

Item, statuimus quod omnis ceræ quantitas obveniens ecclesiæ ex exsequiis defunctorum, omnisque pecunia ratione soli, veniant ad manus camerarii pro candelis cereis in festo purificationis gloriosæ Virginis Mariæ, ac etiam pro aliis luminaribus opportunis in dicta ecclesia. Et si aliquod supererit, inter præsentes in dictis exsequiis distribuatur.

De distributione in locum absentis canonici vel capellani.

Et ne circa divini cultus exhibitionem dicta ecclesia defectum aliquem patiatur, statuimus quod si quando canonicus vel capellanus contigerit ab ecclesia absentari, post 15 dies vicarius de substituto provideat qui loco absentis ecclesiæ vel capellæ deserviat; qui substitutus omnes et singulas dicti canonici vel capellani distributiones, sicut ipse, si personaliter interesset, percipiat.

De rebus mobilibus ecclesiæ non commodandis sine licentia vicarii.

Item, statuimus quod nullus canonicus neque camerarius reliquias, pannos, libros, paramenta vel alia sacra vasa, aut ornamenta, seu argentum ad divinum cultum ecclesiæ deputata extra ecclesiam alicui commodare ullo modo præsumat, licentia Dni cardinalis vel ejus vicarii non obtenta. Et quando de licentia præfati vicarii contigerit, tum camerarius debeat in suo libro adnotare portitores; et si contra fecerit, puniatur arbitrio vicarii.

125 *De residentia facienda iterum usque dum sint reducti canonici ad numerum quaternarium.*

Item, quod secundum statutum et ordinationes præfati Dni Eugenii numerus canonicorum sit ad quatuor duntaxat redactus, ne præfata ecclesia in divinis incommodum interim patiatur, statuimus et ordinamus quod canonici qui a data litterarum dicti Dni Eugenii citra in dicta ecclesia recepti fuerint, nec non capellani qui vice absentium canonicorum divina secundum deputatas eis portiones supplere teneantur ac debeant, ex tunc a publicatione præsentium statutorum, secundum hujusmodi nostras ordinationes et statuta, in præfata ecclesia pernoctare et deservire nocturnis pariter et diurnis officiis debeant in omnibus et per omnia ac si prædictus numerus esset plenarie adimpletus.

De oblatione altaris majoris.

Adjicimus quoque de oblationibus majoris altaris ipsius ecclesiæ, videlicet a decem solidis infra capellani dictæ ecclesiæ, qui pro canonicis absentibus nunc deserviunt, participare debeant, prout canonici ipsi participant

De lampade accendenda ante corpus Christi.

Adjicimus insuper quoque, quod camerarius dictæ ecclesiæ de fructibus ipsius ecclesiæ teneatur accendere lampadem ante corpus Christi dum divina celebrantur; et si contrafecerit, in bolengenis tribus qualibet vice puniatur, et stetur dicto canonicorum, medio juramento.

III.

Bulla qua Eugenius IV cardinali Bessarioni, et post ejus mortem basilicæ SS. XII Apostolorum, ecclesiam S. Andreæ, una cum domibus et hortis ad eam pertinentibus, concedit.

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Illas potissime petitiones ad exauditionis gratiam favorabiliter admittimus per quas venerab. fratrum nostrorum **126** S. Romanæ Ecclesiæ cardinalium commodo speratur atque profectui provideri. Sane, sicut nobis dilectus filius noster Bessarion, basilicæ XII Apost. presb. card., nuper exponere curavit, ecclesia S. Andreæ, sita in via Ergatica de Urbe, quæ olim monasterium monialium esse solebat, et post translationem monialium hujusmodi ab inde, cum quondam habitationibus monialium ac certis domibus censualibus eidem ecclesiæ contiguis sive adjacentibus, nec non hortis, hortalitiis ac juribus et pertinentiis suis monasterio S. Clementis de dicta Urbe, ordinis S. Jeronymi, sub certis modo et forma auctoritate apostolica unita et incorporata exstitit, totaliter discooperta et destructa, ac habitationes necnon domus prædictæ pleræque ruinosæ; ac præterea dilectis filiis priori et fratribus dicti monasterii S. Clementis minus utiles et accommodæ fore noscuntur. Cum autem, sicut accepimus, ecclesia, habitationes et domus prædictæ juxta domum suæ habitationis sive residentiæ consistant, ac habitationes et domus prædictæ, quæ quinque numero sunt citra viam ad latus occidentale situatæ, eidem cardinali pro sua in eis collocanda familia plurimum necessariæ exsistant, ipseque cardinalis si habitationes et quinque domus hujusmodi ei concedantur, eas posse tenus reparare et restaurare intendat: nos quibus ven. frater noster Franciscus episcopus Portuensis, S. Rom. Eccl. vicecancellarius, cui ut se super præmissis informaret commisimus, relationem fecit fidelem, quique per hujusmodi informationem ita esse, et quod in his ipsorum priorum et fratrum expressus accessit assensus, invenimus, ipsius cardinalis in hac parte precibus inclinati, hujusmodi ecclesiam, nec non quondam habitationes monialium, ac quinque domus prædictas cum hortis et hortalitiis ac juribus et pertinentiis præmissis, ipsi cardinali, quoad vixerit, et post ejus decessum, basilicæ XII Apostolorum hujusmodi auctoritate apostolica perpetuo applicamus, appropriamus, deputamus et assignamus; ita quod liceat ex nunc cardinali prædicto per se vel per alium seu alios, ecclesiam habita-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tiones et quinque domus præfatas cum hortis, horfalitiis et aliis supra dictis auctoritate propria libere apprehendere ac illas inhabitare seu inhabitari facere, aliasque de eis disponere et ordinare, alicujus super hoc licentia minime requisita : non obstantibus litteris unionis monasterio S. Clementis factæ hujusmodi ac in eis contentis, ac constitutionibus apostolicis cæterisque contrariis **127** quibuscunque.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ applicationis, appropriationis, deputationis et assignationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et BB. Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnat. Domini 1446, VIII kal. Sept., pontificatus nostri anno XVI.

IV.

Bulla extinctionis clericatuum S. Mariæ in Campo, S. Nicolai de Columna, ac S. Sylvestri de Arcioninis, et applicatio fructuum rectoribus et reparationi dictarum ecclesiarum.

Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Johanni Gundisalvi de Deza, archidiacono de Baroncelle in ecclesia Aurien., salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam, dum ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum opportunitates et commoda temporalium rerum tenuitas minuit, illarum vilescit decentia et divinus cultus in domo Domini desinit exerceri, apostolicæ ad hoc non indigne extenditur provisionis opera, ut hujusmodi dispendiis per remedia occurri valeat opportuna. Nuper siquidem dilectus filius noster Bessarion, tit. basilicæ SS. XII Apost. presb. card., coram nobis exposuit quod, licet in quampluribus parochialibus ecclesiis de Urbe ab ipsarum fundatione pro divini cultus honorificentia et augmento nonnulla perpetua beneficia, clericatus nuncupata, pro nonnullis clericis qui rectoribus earum pro tempore in divinis Officiis et Missis deservire, pulsare campanas, claudere et aperire ecclesias et alia eis incumbentia supportare deberent, quique æquis portionibus cum rectoribus dictarum ecclesiarum illarum fructus, reditus et proventus prædicti, causante temporum malitia, adeo effecti sunt tenues et exiles, quod propter ipsorum exiguitatem rectores et clerici præfati se ex illis commode sustentare et alia eis pro tempore incumbentia onera supportare commode non possunt; ac dicti clerici qui in exhibitione ministerii et servitiorum **128** hujusmodi se reddunt plurimum negligentes, fructus, reditus et proventus prædictos minus debite etiam non deserviendo percipiunt, sicque cedit in divinæ majestatis offensam quod ad ejus laudem et dictarum ecclesiarum decorem fuerat primitus institutum. Et sicut idem cardinalis nobis etiam exponere curavit, si in singulis S. Mariæ in Campo, cujus decem; S. Nicolai de Columna, cujus similiter decem, ac S. Sylvestri de Arcioninis parochialibus ecclesiis et de Urbe præfatæ basilicæ immediate subjectis, cujus quindecim flor. auri de camera singularum videlicet rectores et clericos ipsarum pro tempore exsistentes contingentium portionum fructus, reditus et proventus, secundum communem æstimationem, valorem annuum, ut asseritur, non excedunt, singula perpetua beneficia clericatus nuncupata hujusmodi prout in nonnullis aliis parochialibus ecclesiis dictæ urbis per quosdam Romanos pontifices prædecessores nostros pro salubri ipsarum ecclesiarum statu factum fuisse dignoscitur, supprimerentur et extinguerentur, ac ipsos clericos contingentium portionum fructus, reditus, proventus, possessiones et bona portionibus rectores præfatos contingentibus perpetuo applicarentur, incorporarentur et annecterentur, id in non modicum subjectarum ecclesiarum et rectorum in præmissis cederet levamen.

Quare pro parte dicti Bessarionis cardinalis, asserentis se dictam basilicam, quæ titulus sui cardinalatus exsistit, pro parte reformasse, in ea divinum cultum auxisse et pro posse adaugere, nec non præfatas subjectas ecclesias reformare intensis desideriis affectare, nobis fuit humiliter supplicatum ut super his opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui de præmissis certam notitiam non habemus, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus quatenus si, et postquam, super quo tuam conscientiam oneramus, tibi de præmissis legitime constiterit, auctoritate apostolica statuas et decernas quod omnia et singula oblationes, funeralia, obventiones et emolumenta in dictis subjectis ecclesiis pro tempore obvenientia, nec non una ex tunc, alia vero medietas omnium et singularum portionum prædictarum eosdem clericos contingentium, quam primum illorum beneficia hujusmodi per ipsorum clericorum cessus vel decessus, aut alicujus beneficii ecclesiastici seu aliquorum beneficiorum ecclesiasticorum assecutione, cujus seu quorum fructus, reditus ac proventus æquivaleant fructibus, **129** reditibus et proventibus portionum clericorum prædictorum, quæ fuerint pacifice assecuti, seu aliquis eorum fuerit pacifice assecutus per quascunque assecutiones, beneficia hujusmodi auctoritate præfata tenore præsentium vacare decernimus, seu alias quasvis dimissiones vacare contigerit, prout ipsa beneficia vacabunt ex tunc in antea perpetuis temporibus, portionibus rectorum prædictorum applicentur, uniantur et etiam incorporentur, ita quod liceat præfatis rectoribus omnium et singulorum oblationum, funeralium, obventionum et emolumentorum, nec non medietatum portionum clericorum prædictorum quamprimum, ut præmittitur, per cessus vel decessus, aut assensiones hujusmodi vel aliter vacare contigerit, fructus, reditus et proventus percipere, et illos in suis pro

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tribus, et pro quarta partibus in dictarum ecclesiarum reparatione convertere, cujuscunque licentia desuper nullatenus requisita, dictaque beneficia suppressa et exstincta sint et esse penitus censeantur: non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis cæterisque contrariis quibuscunque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolicæ sedis vel legatorum ejus litteras impetraverint, etiamsi per eas ad inhibitiones, reservationem et decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem litteras et processus etiam pro tempore habitas per easdem, et quæcunque inde secuta, ad dicta beneficia volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem aliorum beneficiorum præjudicium generari, et quibuslibet privilegiis, indulgentiis ac litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum exsistant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Volumus autem quod ex nunc singuli dictarum subjectarum ecclesiarum rectores unum clericum qui illis in missis et aliis divinis officiis deserviat, perpetuo retinere ac ei vitæ necessaria ministrare teneantur. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnat. Domin. 1447, id. Martii, pontificatus nostri anno I.

130 V.

Bulla Pii II, qua committit Nicolao arch. Sipontino ad instantiam card. Bessarionis, ut basilicam SS. XII Apostolorum, amotis inde canonicis, ad Fratres Minoritas transferat.

Pius episcopus, servus servorum Dei, ven. fratri Nicolao, archiepiscopo Sipontino, salutem et apostolicam benedictionem.

Sedis apostolicæ providentia circumspecta, Ecclesiarum omnium debitam curam gerens, assidue vigilat et se continue reddit attentam ut ecclesiæ ipsæ, quæ domus sunt orationis in terris, per divinorum officiorum observantiam digna devotione et fidei reverentia a Christifidelibus venerentur, et quibus subtrahi conspicit divinum cultum, huc brachium potestatis extendit ut ad Dei laudem et fidelium animarum salutem in spiritualibus maxime dirigi valeant et augeri. Sane nuper ven. frater Bessarion, episcopus Tusculanus, basilicæ XII Apostolorum de Urbe perpetuus administrator, ab eadem sede deputatus, nobis exposuit quod præfata basilica, quam diu antequam ad episcopatum promoveretur in sui cardinalatus parochialem titulum obtinuerat, nunc vero in commendam obtinet, propter devotionem fidelium, tam civium quam forensium, non parum habet hominum concursum, qui basilicam prædictam visitare et missas ac alia divina officia inibi audire consueverunt, et quod licet numerus canonicorum ipsius ecclesiæ, qui olim octo esse consueverant, per fel. rec. Eugenium IV, prædecessorem nostrum, ad ipsius episcopi supplicationem, ad numerum quatuor canonicorum per cessum vel decessum reductus fuerit, ad hoc ut prædicti quatuor canonici facilius se sustentare et in dicta basilica residentiam facere ac ei in divinis continue deservire possent. Cum autem id tempus nullus ex canonicis in ea resideret, ac unus tantum capellanus nomine omnium ipsorum canonicorum in ea deserviret, nihilominus, non obstante reductione hujusmodi et aliis remediis quæ ipse episcopus adhibere continue conatus fuit, modicus vel quasi nullus in ea servatur cultus divinus, et vix duo ex dictis canonicis qui nunc ad numerum sex reducti sunt, inibi resident, ipsique canonici ad divinum officium sufficientes aut dispositi non exsistunt, ipsa quoque basilica in suis ædificiis nimium **131** est collapsa et etiam ruinosa; quodque idem episcopus prædictam basilicam ad religiosos transferri, et in ea tot fratres ordinis Minorum, quorum unus sit guardianus, qui curam aliorum fratrum habeat, et ad curam animarum in dicta basilica aliquem presbyterum sæcularem de consensu cardinalis, qui pro tempore fuerit, deputare possit, creari et institui quot poterunt ex ipsius ecclesiæ fructibus congrue sustentari, desiderat et affectat. Quare pro parte dicti episcopi nobis fuit humiliter supplicatum ut, cum procurator generalis dict. fratrum in dicta urbe sit præsens, et ad receptionem dictæ ecclesiæ paratum se offerat, pluresque parochiales ecclesias de dicta urbe per hujusmodi religiosos sint solitæ gubernari, dictam basilicam ad hujusmodi religiosos transferri, et ibidem fratres creari et institui prædictos, ita quod fructus et proventus canonicatus et præbendæ quos ipse episcopus et administrator obtinet, ac alii ejusdem basilicæ cardinales obtinere consueverunt, nec non fructus et reditus communes ad dictam basilicam provenientes ex nunc, cedentibus vero et decedentibus ipsis dictis sex canonicis et aliis presbyteris, et clericis, perpetuis beneficiariis in eadem basilica, vel suos canonicatus et præbendas ac beneficia quomodolibet dimittentibus, reliqui omnes fructus, reditus et proventus hujusmodi canonicatuum, præbendarum et beneficiorum, ac etiam possessiones et bona quæcunque ad dictos canonicos et perpetuos beneficiatos ratione suorum canonicatuum et præbendarum ac beneficiorum hujusmodi pertinentia prædictis fratribus et eorum ordini applicentur, de benignitate apostolica mandaremus.

Nos itaque, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus dictam basilicam auctoritate apostolica ad hujusmodi religiosos transferas, et ibidem tot ex hujusmodi fratribus Minorum, quorum unus sit

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

guardianus, qui unum presbyterum sæcularem ad curam animarum de consensu cardinalis deputare possit et valeat, qui parochianis ministret ecclesiastica sacramenta, ibidem instituas, quot ex fructibus prædictis poterunt congrue sustentari, ac statuas auctoritate prædicta et ordines, quod fructus, reditus et proventus ac possessiones et bona ad canonicatum et præbendam præfati episcopi et commendatarii, seu cardinalis pro tempore exsistentis, nec non fructus, reditus et proventus, communiter ad dictam basilicam provenientes ex nunc, cedentibus vero et decedentibus **132** canonicis et beneficiatis prædictis, vel suos canonicatus et præbendas et beneficia supradicta quomodolibet dimittentibus, reliquos omnes fructus, reditus et proventus ac possessiones et bona ad canonicos et beneficiatos prædictos ratione canonicatuum et præbendarum et beneficiorum hujusmodi pertinentia, ut præfertur, etiamsi ipsi canonicatus et præbendæ ac beneficia sint dispositioni apostolicæ quomodolibet reservata, eisdem fratribus et eorum ordini applicentur eo ipso. Ac nihilominus eisdem guardiano et fratribus, postquam in dicta basilica creati et instituti fuerint, locandi et arrendandi fructus, reditus et proventus, jura et obventiones canonicatuum et præbendarum ac beneficiorum prædictorum, a canonicis et beneficiatis prædictis obtinentibus illa, quandiu ipsi canonici ea obtinuerint, pro certo pretio eisdem canonicis et beneficiatis annuatim persolvendo, si de hoc inter se convenerint, auctoritate prædicta licentiam largiaris, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo : non obstantibus quibuscunque constitutionibus ac privilegiis et litteris apostolicis, nec non statutis et consuetudinibus basilicæ et ordinis prædictorum contrariis, juramento, confirmatione apostolica vel quacunque firmitate roboratis.

Aut si aliqui, apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem basilica in canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant; seu si super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi canonicatibus et præbendis ipsius basilicæ speciales, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales apostolicæ sedis vel legatorum ejus litteras impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem et decretum, vel alias quomodolibet sit processum : quas quidem litteras et processus habitos per easdem, et quæcunque inde secuta ad hujusmodi canonicatus et præbendas et alia beneficia ipsius basilicæ volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem canonicatuum et præbendarum ac beneficiorum aliorum præjudicium generari. Seu quibuscunque privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus, cujuscunque tenoris exsistant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus eorum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis; nos enim dicto episcopo et cardinalibus in dicta basilica successoribus, in **133** ipsa basilica ac guardiano et fratribus ibi commorantibus, dum inibi fuerint, nec non parochianis dictæ basilicæ omnem correctionem, jurisdictionem ac justitiam reservamus, quam in canonicis et beneficiatis ac parochianis dictæ ecclesiæ ipsius episcopi prædecessores dictam basilicam obtinentes habuerunt et idem episcopus noscitur habere de præsenti. Et insuper ex nunc irritum decernimus et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attemptari.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnat. Domini 1463, pridie kal. Julii, pontificatus nostri anno v.

VI

Bulla qua Pius II card. Bessarioni concedit ut S. Eugeniæ sacellum restaurare, sacellanum instituere atque eligere, illudque in posterum jure patronatus obtinere possit.

Pius episcopus, servus servorum Dei, venerab. fratri Bessarioni, episcopo Tusculano, cardinali Nicæno, salutem et apostolicam benedictionem.

Personam tuam, nobis et apostolicæ sedi devotam, tuis exigentibus meritis, paterna benedictione prosequentes, vota tua quæcunque, præsertim ex quibus divini cultus augmentum et salus speratur animarum, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, et ut optatum sortiantur effectum, opem et operam impartimur. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat quod tu capellam sub invocatione S. Eugeniæ in basilica XII Apostolorum de Urbe sitam, quæ indotata exsistit et restauratione indiget, pro tuæ et tuorum progenitorum animarum salute sub invocatione SS. Michaelis archangeli et Joannis Baptistæ, restaurare, litteris, paramentis et aliis ecclesiasticis ornamentis ad divinum cultum necessariis fulcire, ac competentibus pro uno presbytero, qui inibi missas et alia divina officia celebret, reditibus de bonis tuis etiam per Ecclesiam acquisitis dotare proponis, affectans quod jus patronatus dictæ capellæ tibi et post te nomine tuo abbatibus S. Pauli de Urbe S. Benedicti et priori S. Mariæ de Populo S. Augustini ordinum in perpetuum servetur : et eapropter nobis **134** humiliter supplicasti ut tuo proposito et affectui hujusmodi annuere de benitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui cultum ipsum divinum augeri intensis desideramus affectibus, dictum tuum propositum in Domino plurimum commendantes, tuisque hujusmodi, qui etiam prædictam basilicam in commendam obtines, pro ipsius basilicæ decore et cultus prædicti in ea augmento devotis supplicationibus inclinati, tibi capellam prædictam restaurari, reparari faciendi, libris, paramentis et ornamentis prædictis fulciendi, nec non reditibus, ut præfertur, de bonis tuis etiam per Ecclesiam acquisitis dotandi, auctoritate apostolica tenore præsentium

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

facultatem concedimus ; ac postquam illam restaurari feceris et dotaveris, ut præfertur, tibi et post te nomine tuo, abbati et priori prædictis in perpetuum, vel si aliter ante mortem tuam disponas jurispatronatus, et præsentandi personam Idoneam ad dictam capellam hac prima vice et quoties in antea illam vacare contigerit, presbytero cardinali dictæ Ecclesiæ pro tempore exsistenti dicta auctoritate reservamus, decernentes capellam ipsam sub invocatione eorumdem SS. Michaelis archangeli et Joannis Baptistæ, et sanctæ Eugeniæ, de cætero nominari debere, jure tamen ipsius basilicæ in omnibus semper salvo.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, reservationis et constitutionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnat. Domin. 1463, pridie kal. Maii, pontificatus nostri anno v.

VII

Dispositio testamentaria qua card. Bessarion varia sua bona sacello S. Eugeniæ in basilica XII Apostolorum donat, ac in eo monumentum sibi poni præcipit.

In nomine Domini. Amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, indict. XII, die vero Veneris 17 mensis Februarii, pontificatus Smi **135** in Christo Patris et domini nostri D. Pii, divina providentia papæ II anno sexto, in mei notarii publici testiumque infrascriptorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, præsentia, personaliter constitutus Rmus in Christo Pater et dnus D. Bessarion, miseratione divina episcopus Tusculanus et Romanæ Ecclesiæ cardinalis, patriarcha Constantinopolitanus, et apostolicæ sedis legatus de latere, sanus et potens corpore et mente, volens quoque, ut asseruit, de capella perpetua, quam alias ex facultate sibi per præfatum dominum nostrum concessa fundavit in ecclesia SS. Apostolorum de Urbe, sub vocabulo seu invocatione BB. Michaelis archangeli, Joannis Baptistæ et S. Eugeniæ, et circa illam quæ suæ voluntatis suggerit affectus, donec in corporeis membris quies viget et ratio mentem regit, salubriter providere, ordinare et disponere omnia et singula in infra seriatim insertis capitulis, sponte ac libere ordinavit, disposuit, instituit, donavit, dimisit atque fecit, prout in eisdem capitulis alta et intelligibili voce per dominationem suam Rmam coram me notario et testibus infrascriptis, lectis, quorum tenor de verbo ad verbum talis est :

« In primis instituo in capellanos capellæ meæ, « in perpetuum fundatæ sub vocabulo BB. Michaelis « archangeli, Joannis Baptistæ ac S. Eugeniæ, « sitæ in ecclesia SS. Apostolorum de Urbe, reli- « giosos viros fratres et conventum ordinis S. Fran- « cisci in eadem ecclesia SS. Apostolorum inhabi- « tantes, quacunque ordinatione per nos alias « super inde facta non obstante ; et ordino ac dis- « pono ut in eadem capella faciant dicti prædicti « fratres omni die unam missam, diebus Mercurii, « Veneris et Sabbati, missam pro defunctis, Domi- « nica vero die missam currentem ; die Lunæ, « S. Angeli ; die Martis, S. Joannis Baptistæ ; die « Jovis, S. Trinitatis, cum collecta in qualibet pro « defunctis, referendo pro vivis nomen meum, pro « mortuis post mortem nomen meum, Isidori et « Dorothei episcoporum ; item Theodori et Theo- « doræ, et Michaelis, ac aliorum quos in intentione « mea habeo. Si tamen casu aliquo fratres prædicti « a loco prædictæ ecclesiæ recederent, et ecclesia « in pristinum statum reducta fuerit, tunc volo et « ordino ut jus eligendi vel unum tantum capella- « num, si reditus ipsius capellæ triginta ducatos « auri de camera non excesserint, vel duos, si ad « sexaginta ascendant, remaneat abbati S. Pauli et « priori B. Mariæ de Populo, monasteriorum de « Urbe, qui dicant quinque missas in qualibet se- « ptimana, tres pro defunctis et **136** duas de « sanctis, videlicet de S. archangelo et S. Joanne « Baptista, ut superius ordinatum est. Item volo et « ordino ut singulis annis, decima die mensis Sep- « tembris, prædicti fratres cantent vigilias mortuo- « rum et missam solemnem pro defunctis meis « prænominatis, vel capellani sæculares in absentia « fratrum dicant totum officium legendo. Item volo « ut duæ vineæ quas donavimus capellæ prædictæ « pro dote sua, vendantur plus offerenti, et eisdem « pecuniis emantur pro dote ejusdem capellæ, in « locis bonis, liberis et utilibus, responsiones vini « secundum consuetudinem quæ fieri solet Romæ. « Concedo autem plenam facultatem et liberam « vendendi vineas prædictas Rev. Patri D. Joanni « Bapt. de Sabellis, apostolicæ sedis protonotario, « ac D. Laurentio de Venetiis, canonico Principis « apostolorum de Urbe, et D. Simeoni de Pellinis, « auditori nostro, subdiacono apostolico, et Petro « de Rubeis de Velletro, vel majori parti eorumdem, « qui deponant pecunias prædictas in aliquo banco « securo ubi custodiantur, nec aliquis eas tangat « donec emantur responsiones prædictæ. Sed ne « diu capella stet sine fructu dotis suæ, conentur, « si possibile fuerit, simul et semel hoc facere, et « vendere vineas et emere responsiones.

« Item dono ex nunc in perpetuum capellæ præ- « dictæ paramenta et jocalia infrascripta, videlicet : « unum paramentum pro quotidiano servitio co- « loris albi de drapo damascino ; aliud coloris bysci « similiter de damascino plano, et stolas, manipula « et camises ; item plumalia tria, videlicet, album, « brocatum de auro, et aliud pavonatzium de da- « mascino simplici cum armis meis, empta ab hæ- « reditate bon. mem. Rmi Dni card. de Columpna ; « et quoddam aliud nigrum de damascino, emptum « ab hæreditate Rmi Dni cardinalis Rutheni bonæ

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

« mem.; omnia cum pulchris frigiis; item unam « planetam de damasceno pavonatzio, emptam ex « prædicta hæreditate Dni card. de Columpna cum « frigio de foleis aureis recamatis; item calicem et « patenam, duas ampullas argenteas, quas porta- « vimus de Vienna; item de duobus novis calicibus « quos fecit nunc mihi magister Simeon aurifex, « unum cum patena sua; item crucem unam quæ « ante me ferebatur in legationibus, factam Bono- « niæ; item thecas corporalium duas, una in qua « est nomen Jesu cum perlis, et unam aliam de « veluto rubeo cum corporalibus suis; item super- « pellicea quatuor; item de panniculis pulchris « ornatis serico pro cooperiendo calice duos; item « tobalcas majores ad cooperiendum altare **137** « quatuor de melioribus; item tapetum unum bo- « num ad ponendum ante altare; item unum mis- « sale magnum, emptum ab hæreditate D. cardi- « nalis Rutheni prædicti.

« Item duo eidem capellæ ex nunc inter vivos « infrascriptas res quarum usum mihi reservo dum « vivam: scilicet thuribulum quod nunc habemus, « navicellam et vas pro aqua sancta cum suo asper- « sorio, quæ nunc fecit nobis aurifex supradictus, « et duo candelabra de capella nostra quibus utimur « in eadem; item pannum de veluto Alexandrino « quo utimur in capella nostra, et ante altare « super altum, ac breviarium magnum, emptum ab « hæreditate Rmi D. card. Rutheni piæ mem. et « duo bancalia de panno de ratgia quæ habent « SS. apostolos, et alios quatuor pannos de ratgia « parvos, quorum tres habent Annuntiationem, « quartus vero Crucifixum; item tapetos tres; item « duo candelabra magna ferrea; item quæcunque « paramenta capellæ nostræ, jocalia, et missale « unum, quibus utor domi et quæ tunc inveniun- « tur; item unum thuribulum Græcum planum cum « manica; item duo ova de Struzio ornata de ar- « gento; item legia duo; item faldistorium pon- « tificale.

« Item volo ut pro nunc fiat una capsa pulchra « in qua deponi debeant ista omnia paramenta « nostra et custodiri in sacristia præsenti donec « Deo dante faciemus sacristiam in loco designato « per nos. Item volo et ordino ut omnino depingatur « capella eo modo prout conveni et ordinavi cum « magistro; item, postquam depicta fuerit capella, « primo fiat subtus tectum ligneum quod est in « quadro exteriori unum supercilium pulchrum, « et super trabes tecti imponantur aliquæ tabulæ « grossæ per modum pontis, ut possint transiri « per longitudinem de una parte ad aliam; et « claudantur bene foramina muri; et a parte « orientali illa magna apertura in qua dimietatur, « apertum tantum quantum sufficiet uni homini ad « intrandum; et illud etiam claudatur ostio ligneo « cum clavi; item post supercilium totum illud « quadrum exterius incoletur et dealbetur bene, et « in facie majori, videlicet septentrionali, quæ est « contra altare, depingatur Dominus noster Jesus « sedens in sede, cui assistant B. Virgo, S. Ange- « lus, S. Joannes Baptista et S. Eugenia, et imago « mea genuflexa ante pedes Christi, et sub me « arma mea; item, istis factis volo ut adaptetur et « suppleatur si quid deficit in pavimento inter can- « cellos; item ponantur in cancello columpnæ al- « tiores, pulchriores et æquales, et trabs marmorea « pulchra super columpnis, item parapecta mar- « morea ornentur **138** melius; deinde spatium « vacuum inter parapecta et trabem superiorem « claudatur cratibus ferreis quæ in summitate ha- « beant folia, sicut solent fieri, et sicuti in altari « S. Petri, quæ attingant trabem superiorem, ita « ut nullus possit illic intrare. Fiat etiam porta « ferrea pulchra cum bona seratura. Supra autem « trabem marmoream figantur candelabra sex de « ferro pulchro, prout in capella palatii pro tor- « ticiis. Item in altari in angulo dextræ partis in- « trando prope cancellos fiat sepulcrum meum in « hunc modum. Fodiatur in longum et largum « quantum sufficiat ad profunditatem octo pedum, « et murentur omnes quatuor parietes, solario di- « misso sine muro, et in altitudine duorum pedum « figatur inter murum, dum fit murus, una crati- « cula ferrea, ubi jacebit cadaver. Deinde supra « craticulam ad duos pedes murus habeat incastra- « turam circumcirca, ut superponatur supra corpus « una tabula marmorea. Deinde ad æqualitatem « pavimenti capellæ alia tabula marmorea, quæ ex « nunc possit parari et poni tali modo quod possit « extrahi et poni; post hæc super illam tabulam « ex tribus partibus, nam quarta erit murus tribu- « nalis, erigantur tres marmoreæ tabulæ altitudinis « quinque palmarum, et supra eas ponatur una pul- « chra marmorea tabula. In istis autem tribus ta- « bulis erectis fiat aliquis ornatus, in quarum ante- « riori scribantur hæ litteræ: *Bessarion, episcopus « Tusculanus, S. Romanæ Ecclesiæ cardinalis, pa- « triarcha Constantinopolitanus, sibi vivens posuit « anno salutis*, etc., cum designatione annorum « Domini tunc occurrentium. Hoc autem sic factum « ædificium erit credentia, si quando pontifex ali- « quis in capella celebraverit; et ideo ponatur supe- « rius una pulchra tabula marmorea. Item volo ut « post hæc completa adaptetur totum pavimentum « quadri exterioris, vel marmoribus, si reperian- « tur, vel matonibus magis quadris secundum for- « mam antiquorum matonum, vel aliqua materia « convenienti; et similiter etiam pulpitum.

« Item volo ut domus quæ erat quondam Basilii « de Episcopinis, scutiferi et familiaris mei, sita « Romæ in regione Columpnæ, cum omnibus adja- « centiis suis et pertinentiis, vendatur plus offe- « renti, et ex eisdem pecuniis emantur pro dote « ejusdem capellæ in locis bonis et liberis ac utili- « bus responsiones vini secundum consuetudinem « quæ fieri solet Romæ. Concedo autem plenariam « facultatem et liberam vendendi domum prædic-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

« tam præfato D. Simeoni de Pellinis, auditori « nostro et subdiacono apostolico, solum et in soli- « dum, qui deponat pecunias prædictas in hanco « aliquo **139** securo ubi custodiantur, nec aliquis « eas tangat donec emantur responsiones prædictæ, « sicut prædiximus; bene et diligenter attendat ut « responsiones sint bonæ et securæ et in bonis, se- « curis atque tutis consistant locis. »

Quæ omnia et singula præfatus Rmus D. Bessarion, episcopus, cardinalis, patriarcha et legatus, omnibus melioribus modo, via, jure, causa et forma, quibus melius et efficacius potuit et debuit, fecit, ordinavit, instituit, et dimisit volens, præmissis omnibus et singulis, nunc et in perpetuum tam in judicio quam extra et ubique locorum fidem indubiam adhiberi. Super quibus omnibus et singulis idem Rmus D. Bessarion sibi a me notario publico infrascripto unum, vel plura, publicum seu publica fieri et confici voluit instrumentum et instrumenta.

Acta fuerunt et sunt hæc Venetiis in monasterio S. Georgii Majoris, sub anno, indictione, die, mense et pontificatu quibus supra, præsentibus ibidem Rmo in Christo Patre et Dno Nicolao, Dei et apostolicæ sedis gratia archiepiscopo Sipontino, ac venerabilibus viris Dnis Eugenio Maurocceno, decretorum doctore, ac Matthæo de Narnia, præfatis presbyteris capellanis præfati Rmi D. Bessarionis, episcopi cardinalis, testibus ad præmissa vocatis specialim atque rogatis.

Et ego Joannes de Heesboem, clericus Cameracensis diœcesis, publicus sacra imperii auctoritate notarius, quia præmissis ordinationi, dispositioni, institutioni, donationi et dimissioni, ac voluntati, omnibusque aliis, prout in dictis capitulis continetur, et singulis, dum sic ut præmittitur, per præfatum Rmum D. Bessarionem episcopum cardinalem, patriarcham et legatum fierent et agerentur, una cum prænominatis testibus præsens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, ideo hoc præsens publicum instrumentum exinde confeci et in notam scripsi, subscripsi, publicavi, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi. In fidem et testimonium omnium et singulorum præmissorum rogatus et requisitus ego idem notarius, qui approbo supra et constat mihi de verbis rasis in ultima linea ultimi capituli præinserti, scilicet, sed, ut prædiximus, bene et diligenter attendat ut responsiones sint bonæ et securæ, et in bonis, securis ac tutis locis consistant, quod protestor manu propria ego idem Joannes de Heesboem, clericus et notarius.

140 VII

Bessarionis diploma, ironice ab eo scriptum, in gratiam poetastri Pauli de Godiis, qui ab eo coronari volverat. Ex codice Vaticano Urbinate n. 692, membran., in-4°, p. 187 sqq.

In nomine, etc. Nos Bessarion, Dei et apostolicæ sedis gratia episcopus Tusculanus ac cardinalis Nicænus, universis et singulis Christifidelibus et aliis quibuscunque ad quos præsentes advenerint, salutem in Domino.

Ut clarius innotescat qualiter ad nostram notitiam pervenit ex fide dignis privilegiis nobis delatis, quod eximius artium medicinæ aliarumque omnium liberalium artium doctor D. magister Paulus Joannes de Godiis, Pergulanus, ob ejus plurimas et immensas virtutes a nonnullis principibus et marchionibus quatuor laureatus ac aureas coronas in capite suo digne atque dignissime acquisivit, et visis publicis disputationibus coram nobis sparsis cum argumentis sophismaticis, philosophando, musicando, tripudiando cum puntis pedum novissimo ritu cum maxima delectatione circumstantium, Spiritu divino commoti, ut idem dom. et magister prælibatus gloriari valeat abundantia dignitatum, manibus propriis, auctoritate qua fungimur, ipsum decrevimus laureare. Et veluti ille pater antiquus Moyses a Creatore nostro in alto monte Sinai legem assumpsit, ita et nos in altissimo monte Italico Catriano cum cannis et foliis lauri nati in summitate montis illius in capite et ad templas, more poetarum, eumdem D. et magistrum Paulum præsentem et flexis genibus procliva devotione poscentem legitime laureavimus, volentes ut in posterum auctoritate nostra valeat per omnes partes Italicas et extra Italiam, in Achaiam, Corinthum, Athenas, in mare Abydos usque Constantinopolim et citra mare Magnum quod Ponticum dicitur, discurrendo per Latiam regionem, Antiochiam, Cæsaream Philippi, Achaiam, Palæstinam, Lætam Græcam, Ascaloniam, Feniceam et Albaniam, per Alexandriam et totum mare Mediterraneum usque ad montem Cathaformet, et per Sirtes majores, et per totam Africam atque per totam Tripolitanam regionem usque ad Sirtes minores, et per totum regnum Carthaginensium, et per regiones Bysantium Numidiæ et Getulorum, et ultra flumen Nulcanum qui intrat in mare, et per totam Mauritaniam Cæsariensem discurrendo cum fortuna per totum mare Oceanum incipiendo ab Occidente per Septentrionem usque in Orientem ultra **141** Hispaniam, Scotiam, Britanniam, Galliam, Normandiam, Flandriam, usque ad Rhenum flumen, et ultra usque ad montes Rifeos, et postea in civitate Jansbonæ et per totam Barbariam, et per Germaniam superiorem et inferiorem, Svetiam, Daciam, Syriam et usque flumen Tanais qui intrat in mare Ponticum, et ultra Danubium per totam Hungariam usque ad Paleos montes retrocedendo in Pannoniam et Macedoniam et Thraciam, et per mare Rubeum usque ad columnas Herculis circumeundo omnes alias regiones usque ad Paradisum deliciarum; et per Asiam Minorem, et in illa nobilissima civitate Assur, et per Chaldæam et Babyloniam totam discurrendo in fluminibus Tigris et Euphratis, ac Arabiam et Damascum et usque ad montes Libani ad cujus radices nascitur Jordanes, et ultra Jordanem per regionem vide-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

licet Idumæam, Phœniceam, Judæam, Jerusalem et Bethleem, et generaliter per totum et universum mundum infandas ejus mirabiles artes legere..... exercere cum libero transitu tam per aquam quam per terram, cum omnibus et singulis exceptionibus, commodis et incommodis ad ipsum merito spectantibus et pertinentibus : mandantes, quantum possumus, omnibus linguis supradictarum regionum et locorum ut præsentes nostras litteras observent faciantque inviolabiliter observari.

In quorum fidem, etc.

IX.

Posterior cardin. Bessarionis dispositio, qua fundationem ac dotationem sacelli S. Eugeniæ in melius mutavit, multa insuper bona eidem attribuit, ac fratres ord. Minorum in ea perpetuo sacellanos instituit.

Bessarion, miseratione divina episcopus Tusculanus, S. R. E. cardinalis et patriarcha Constantinopolitanus, universis et singulis, tam præsentibus quam futuris, has nostras litteras inspecturis et audituris, salutem in Dno sempiternam.

Ad universitatis vestræ notitiam deducimus et deduci volumus per præsentes : quod nos quidem de nostræ et progenitorum nostrorum animarum salute cogitantes, ac laudem et gloriam omnipotentis Dei et SS. Michaelis archangeli et Joannis Baptistæ et S. Eugeniæ virg. et martyris, nec non pro divini cultus augmento, **142** infrascripta propterea facere designantes, fel. record. Dnus Pius papa II ad nostram supplicationem nobis, qui basilicam XII Apostolorum de Urbe in commendam tunc obtinebamus prout obtinemus de præsenti, pro ipsius basilicæ decore et cultus præd. in ea augmento saluteque animarum, ut capellam in dicta basilica sitam, quæ tunc sub invocatione S. Eugeniæ duntaxat nominata et indotata erat, ac reparatione indigebat, ad omnipotentis Dei laudem et gloriam reparare ac sub invocatione dictorum SS. Michaelis archangeli et Joannis Baptistæ ac S. Eugeniæ intitulare, nec non libris, paramentis et aliis ecclesiasticis ornamentis ad divinum cultum necessariis fulcire, ac competentibus pro uno presbytero missas et alia divina officia celebraturo, reditibus de bonis nostris etiam per Ecclesiam acquisitis dotare possemus, licentiam et facultatem per suas litteras concessit, ac ipsius capellæ jus patronatus et præsentandi presbytero cardinali dictæ basilicæ pro tempore exsistenti personam idoneam ad illam tam prima vice quam quoties vacare eam contigerit, nobis et post nos abbati S. Pauli extra muros Urbis, et priori domus S. Mariæ de Populo de eadem urbe, S. Benedicti et Eremitarum S. Augustini ordinum, etiam pro tempore exsistentibus in perpetuum, nisi aliter ante mortem nostram disponeremus, idem jus patronatus et præsentandi Rmo D. cardinali dictæ basilicæ pro tempore exsistenti reservavit, decernens capellam ipsam sub invocatione eorumdem SS. Michaelis, Joannis Baptistæ et S. Eugeniæ ex tunc in antea nominari debere, prout in ipsius domini Pii papæ litteris sub dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnat. Domin. 1463, prid. kal. Maii (1), pontific. sui anno v, desuper confectis, plenius continetur.

Et postquam nos eamdem capellam reparare et ornare cœpimus, ac ei pro dote nonnulla tunc expressa bona emimus atque donavimus, præfatus fel. record. D. Pius papa II, multis bonis respectibus, ex eo præsertim quod in basilica prædicta, in qua nonnulli clerici sæculares canonici præbendarii tunc deserviebant ; propterea quod reditus et proventus dictorum canonicorum valde exigui et tenues erant, manifeste et aperte neglectus et valde imminutus divinus cultus erat, in honoris Dei diminutionem et salutis animarum parochianorum ejusdem ecclesiæ præjudicium non parvum et detrimentum ; item ædificia omnia quasi ultimam minabantur ruinam, supplicationibus **143** nostris inclinatus, ut ipsa basilica in divinis congrue serviretur, illam de sæculari ecclesia ad ordinem Fratrum Minorum reduci intendens, per quasdam alias suas litteras Rev. P. Dno Nicolao archiepiscopo Sipontino dedit inter cætera in mandatis ut ipsam basilicam professoribus dicti ordinis Fratrum Minorum concederet et in ea tot fratres instituere quot ex ejus fructibus congrue sustentari possent, nec non statueret et ordinaret quod omnes et singuli fructus, reditus, proventus, possessiones et bona ipsius basilicæ communia, ac illa quæ ad canonicatum et præbendam cardinalis pro tempore exsistentis tituli dictæ basilicæ ex tunc, alia vero quæ ad alios canonicatus et præbendas ac beneficia ipsius basilicæ pertinebant, quamprimum canonicos vel beneficiarios ejusdem basilicæ cedere vel decedere, aut ea alias quoquo modo dimittere contingeret, eisdem fratribus Minorum eorumque ordini applicaret ; quarum quidem posteriorum litterarum vigore præfatus D. Nicolaus archiepiscopus basilicam ipsam fratribus concessit, ac statuit et ordinavit, fructus, reditus, proventus, possessiones et bona prædicta ipsis eorumque ordini Minorum applicari, prout in ipsis posterioribus Dni Pii litteris et dicti Nicolai archiepiscopi processu desuper habito super inde confectis plenius continetur. Et deinde possessione pacifica basilicæ et possessionum prædictarum, ac jurium ac pertinentiarum earumdem per dictos Fratres adepta, nos in eadem capella nostram elegimus sepulturam ad honorem et laudem omnipotentis Dei et B. Mariæ Virginis, ejus Genitricis, sub invocatione dictorum SS. Michaelis et Joannis Baptistæ ac S. Eugeniæ, ac cujuslibet ipsorum intitulavimus, et deinceps nominari volumus ; tenoreque præsentium et auctoritate apostolica nobis in hac parte in dictis prioribus Dni Pii litteris concessa, eligimus, dedicamus, intitulamus et nominamus ; quæque antea, timentes ne morte prævenieremur, per alios ut fierent ordinavimus etiam in scriptis, nos ipsi

(1) *Julii* in bulla Pii II, supra col. LXXVI.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Dei misericordia, vita nobis prolongata, vel majorem partem eorum complevimus; et quamvis olim pro dote ipsius capellæ quinque partes ex duodecim partibus infrascripti casalis et certa alia tunc expressa bona dictæ capellæ donaverimus, ideo illa donatione et quibuscunque aliis anterioribus donationibus et instrumentis revocatis, hanc dispositionem et ordinationem tanquam fecundiores de novo facimus et ordinamus.

Et in primis, personis in dicta basilica, sicut præfertur, mutatis et ampliori bonorum 144 facultate nobis a Deo concessa, propter quam deliberavimus dictam capellam majori et fecundiori dote quam prius fecimus, dotare, unde et Fratres dicti ordinis Minorum, quos in ipsa capella infra instituimus, ex ea et pro ejus oneribus infrascriptis commoditatem aliquam in perpetuum suscipiant; vel si quo casu aliquando contingeret quod dicti Fratres ab eadem basilica decederent eamque dimitterent, ac ipsa ad clericorum regularium regimen reduceretur, ut tunc et eo casu duo capellani in ea juxta ordinationem infrascriptam instituendi, habeant unde decenter vivere et se sustentare possint et valeant, volumus et deliberavimus, id quod longo tempore summe desideravimus, exsequi et implere, videlicet ipsam capellam nobis adhuc in humanis agentibus sufficienter pro deservientibus eidem dotare ac calicibus, libris, paramentis et aliis ecclesiasticis ornamentis divino cultui aptis decenter fulcire et ornare.

Quapropter, revocantes, ut prædictum est, omnes et singulas ordinationes, dotationes et concessiones, præter infrascriptas per nos circa dotem et bona quæcunque mobilia et immobilia ipsi capellæ quomodolibet factas, de quibus nunc et in posterum fortasse quoquo modo constare posset, attento præsertim quod nobis potestatem talia bona in utiliora et fructuosiora commutandi vel alienandi semper reservavimus, vel saltem hæc nostra intentio fuerit, quodque in melius et abundantius per Dei gratiam omnia disposita et ordinata sunt, tenore præsentium ex nunc, ex nostra mera scientia et liberalitate ac spontanea voluntate, ad honorem, gloriam et laudem omnipotentis Dei, B. Mariæ Virginis, ejus Genitricis, SS. Michaelis et Joannis Baptistæ, ac S. Eugeniæ, omnibus melioribus, modo, via, jure, causa et forma, quibus melius et efficacius possumus et debemus, capellam prædictam possessionibus, bonis et rebus infrascriptis ex nunc et in perpetuum donamus, easque et ea capellæ prædictæ in dotem perpetuam pure, libere et simpliciter ex nunc donamus, transferimus et assignamus. In primis autem donamus dictam capellam et ei in dotem perpetuam damus, et ex nunc constituimus totum integrum casale vocatum *della Cicognola nova* et ejus totum et integrum tenimentum, quod constat ex duodecim unciis principalibus partibus ipsius casalis et ejus tenimenti per nos successive emptis a diversis personis, ut sequitur: Emimus enim unam tertiam partem quinque unciarum ipsius casalis et ejus tenimenti a Dna Bartholomea, filia quondam Palutii Casate, et duas alias 145 partes earumdem quinque unciarum ab honesta Dna Jenepra, relicta quondam Thomæ Casate de Fuscis, matre et tutrice Marianæ et Catherinæ, filiarum dicti Thomæ; ac duas alias uncias et mediam a præfata Catherina, filia prædicti Thomæ, et Hieronymo q. Laurentii Pauli ejusdem Catherinæ marito, prout in tribus instrumentis publicis desuper confectis et per discretum virum Petrum de Millinis, notarium publicum de Urbe subscriptis, respective plenius continetur. Item emimus etiam duas alias uncias et mediam a Francisco Abbatis Joannis de Framapanibus de Brachiano, marito dictæ Marianæ, ac duas alias uncias ab honesto viro Paulo de Fuscis, cive Romano, prout in duobus instrumentis publicis per discretum virum Petrum de Caputgallis, notarium publicum de Urbe, subscriptis, etiam respective plenius continetur. Et in venditiones prædictas a præfato Francisco pro duabus et media, et a dictis Hieronymo et Catherina pro aliis duabus et media unciis factas dictæ Jenepræ ac dictorum Francisci, Hieronymi, Catherinæ et Marianæ, quarum altera alteri in bonis post mortem succedit, mutuus expressus consensus et ratificatio accesserunt, prout ex tribus instrumentis publicis desuper confectis, et per Joannem de Heesboem, notarium publicum infrascriptum, subscriptis respective continetur. Et de jure supradicti Pauli de Fuscis ad dictas duas uncias nobis, ut præfertur, per eum venditas constat plene ex instrumento emptionis earumdem unciarum prædicto Paulo et q. Petro de Fuscis, cui præfatus Paulus in bonis successit per discretum virum Laurentium Venantii, notarium de Urbe, subscripto. Quæ omnes uncias sic, ut præfertur, per nos emptæ constituunt dictum casale di Cicognola nova et ejus tenimentum totum et integrum per nos, ut præmittitur, in dotem perpetuam dictæ capellæ datum. Quod quidem casale et ejus tenimentum positum est in territorio Urbis, extra portam Appiam, in partibus Latii, inter hos fines: cui ab uno latere tenet et est tenimentum casalis S. Alexii; ab alio tenimentum casalis Cicognolæ veteris; ab alio tenimentum casalis Pignotti; et ab alio tenet et est tenimentum casalis S Joannis ante Portam Latinam; vel si qui sint aut esse possunt plures aut veriores confines antiqui et moderni ad præfatum casale de Cicognola nova, et ejus tenimentum spectantes, tam de jure quam de consuetudine, cum omnibus et singulis terris cultis, incultis, pratis, prataritiis, pascuariis, montibus, collibus, stirpariis, aquis, 146 fontibus et aquarum decursibus cæterisque juribus et pertinentiis universis.

Item similiter in dotem perpetuam ex nunc donamus et constituimus dictæ capellæ quamdam vineam septem petiarum plus vel minus quanta est, videlicet vitium et arborum ipsius cum vasca, vascali, tino, statio et puteo intra se, et aliis ejus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

juribus et pertinentiis; quam vineam eminus a Dna Cilla, filia quondam magistri Joannis Barberii de regione Pontis, tunc uxore Nannini Bartholomæi de Chechis de Bononia, cum consensu ejusdem Nannini, prout in instrumento desuper confecto et per Paulum Joannis Antonii de Capitibus, notarium imperialem de Urbe, subscripto, plenius continetur. Et quæ vinea posita est infra mœnia urbis, in loco qui dicitur S. Cæsarii in Turri, sub proprietate ejusdem monasterii S. Cæsarii ad respondendum eidem annis singulis tempore vindemiarum duas caballatas cum dimidia musti mundi quod excreverit ex dicta vinea, et unam quartam uvarum more Romano inter hos fines; cui ab uno latere est dictum monasterium; ante est strata publica; ab alio latere tenet et sunt res societatis Fraticellorum tertii ordinis S. Dominici de monte Magnanapoli; ab alio latere tenet et sunt res Thomasii de Cesarinis; vel si qui sunt aut esse possunt plures aut veriores confines antiqui vel moderni ad dictam vineam spectantes seu pertinentes tam de jure quam de consuetudine; cum omnibus et singulis introitibus, exitibus, usibus, utilitatibus, juribus, pertinentiis casalis et sui tenimenti de Cicognola nova, et vinea supradictorum, seu alterius eorum ad ea omnia et singula a fratribus dictæ basilicæ per eorum procuratores seu syndicos, et in eam reintroductionis prædictæ a duobus capellanis tunc pro tempore, ut præfertur, eligendis, in perpetuum habendum, tenendum, possidendum, laborandum, fructificandum, administrandum; fructus quoque, reditus et proventus eorum levandum et a dictis Fratribus in usum eis a sede apostolica permittendos et concedendos; ab ipsis vero duobus capellanis in casum prædictum in proprios honestos usus simpliciter convertendum et se ex illis manutenendum et sustentandum. Et pro præmissis renuntiamus et plenarie transferimus ex nunc in dictam capellam ac Fratres prædictos; et in casum reintroductionis prædictæ duos capellanos pro tempore eligendos, omnia et singula jura, nomina, actiones, rationes reales et personales, utiles, directas, tacitas, expressas, hypothecarias, pignoraticias, mistas, civiles, prætorias in rem **147** scriptas et officium judicis, ac interesse, quæ, quas et quod in et super casali et ejus tenimento de Cicognola nova integro ac vinea supradicta, nobisque in eis et ad eas competere potuerunt nunc et quomodolibet in futurum.

Insuper donamus ex nunc simpliciter et in perpetuum capellæ supradictæ paramenta, jocalia, res et bona infrascripta: videlicet, unum paramentum pro quotidiano servitio, coloris albi, de drapo damascino; item unum aliud coloris bisci, similiter de damascino plano, et stolas, manipula et camises; item plumalia tria, videl. album brocatum de auro et alium pavonatgium de damascino simplici cum armis nostris, et quoddam aliud nigrum de damascino, omnia cum pulchris frigiis; item unam planetam de damascino pavonatgio cum frigio de foleis aureis recamatis; item unum calicem magnum et unam patenam magnam; item unum alium calicem minorem et unam patenam minorem argenteos deauratos; item ampullas argenteas duas; item crucem unam pulchram et magnam argenteam; item thecas corporalium duas, unam in qua est nomen Jesu cum perlis, et aliam de veluto rubeo cum corporalibus suis; item superpellicia quatuor; item de paniculis pulchris ornatis serico pro cooperiendo calice duos; item tobalias majores ad cooperiendum altare pulchras decem; item tapetum bonum ad ponendum ante altare; item unum missale magnum et bonum; item unum breviarium magnum et bonum, coopertum tabulis et corio rubro antiquo cum quatuor seraminibus; item unum dossale seu paramentum pro altari ejusdem capellæ de veluto rubeo figurato floribus seu figuris diversorum colorum, et subornatum circumcirca subena damascini viridis; item aliud dossale de damascino rubeo figurato, subornatum circumcirca subena damascini viridis; item unum aliud dossale pro quotidiano usu ejusdem capellæ de serico coloris rubei figuratum cum foliis aureis antiquum; item unam planetam, unam tunicellam pro subdiacono, unam dalmaticam pro diacono de drapo damascino albo de auro cum frigiis quadris et manicis pretiosis; item stolas duas et manipulos tres de eadem drapo de auro; item unum vexillum pro cruce de damascino albo de auro cum una petia recamata de figura S. Georgii; item unum thuribulum argenteum ponderis librarum duarum unciarum septem; item duas tobalias bonas longas laboratas serico pro cooperiendo legio.

Postremo damus eidem capellæ ex nunc donatione quæ fit inter vivos bona infrascripta **148** quorum usum nobis reservamus quousque vixerimus, videlicet: in primis donamus inter vivos dictæ capellæ navicellam et vas argenteum pro aqua benedicta cum suo aspersorio; item duo candelabra de capella nostra cum armis nostris, quibus utimur in eadem; item pannum de veluto Alexandrino, quo utimur in capella nostra ante altare, et superpelliceum; item duo bancalia de panno de ratgia quæ habent SS. Apostolos, et alios quatuor pannos de ratgia parvos, quorum tres habent Annuntiationem, quartus vero Crucifixum; item tapetos tres; item duo candelabra magna ferrea; item duo alia candelabra majora et longiora de argento; duos calices et duas patenas, quorum major ponderat libras duas; planetas quatuor, videlicet unam albam de damascino simplici, aliam pavonatziam de damascino simplici; aliam celestri (*sic*) coloris de seta; aliam de seta coloris varii cum floribus; albas duas cum stolis et manipulis suis; plumalia duo, unum album, aliud pavonatzium de damascino simplici cum frigiis de drapo Cyprio; item alias duas ampullas et barile parvum, et missale unum, quo utitur quotidie capellanus in capella nostra; item unum thuribulum Græcum planum cum manica;

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

item duo ova de strusio ornata argento; item legia duo; item faldistorium pontificale.

Cæterum, quia post emanationem priorum litterarum prædictarum dicti Dni Pii, dicta basilica præfatis fratribus ordinis Minorum concessa et ad eorum ordinem reducta exstitit, ut præfertur, nos, existimantes per eosdem fratres posse dictæ capellæ in divinis convenientius et facilius quam per sæculares presbyteros deserviri, in personas quæ eidem capellæ deservire debent religiosos viros fratres dicti ordinis Minorum in dicta basilica nunc et in posterum habitantes in perpetuum ex nunc instituimus et tenore præsentium pro institutis a nobis in perpetuum haberi volumus, volentes etiam et ordinantes quod ipsi fratres jurepatronatus interim a dictis abbate et priore penitus abdicato, præfatam capellam et per ipsorum procuratores vel syndicos ejus bona teneant, et in eadem capella omni die unam missam celebrent vel celebrari faciant hoc modo, videl. diebus Mercurii, Veneris et Sabbati, missam pro defunctis; die vero Dominica, missam currentem; die Lunæ, missam S. Angeli; die vero Martis, missam S. Joannis Baptistæ; et die Jovis, missam S. Trinitatis cum commemoratione S. Eugeniæ, et etiam cum collecta in qualibet pro defunctis referendo pro vivis nomen nostrum, pro mortuis post **149** mortem nomen nostrum, Isidori et Dosithei episcoporum; item Theodori et Theodoræ, ac Michaelis et Georgii, et aliorum quos in intentione nostra habemus, nec non quod annis singulis, decima die mensis Septembris, teneantur fratres ipsi cantare vigilias mortuorum et missam solemnem pro defunctis nostris prænominatis. Si tamen casu aliquo aliquando contingeret, ut prædictum est, quod dicti fratres Minorum ab eadem basilica recederent eamque dimitterent, ac ipsa ad clericorum regularium regimen reduceretur, tunc et eo casu dictum jus patronatus et præsentandi locum habere illudque ad abbatem monasterii S. Pauli et priorem domus S. Mariæ de Populo prædictos in perpetuum pertinere volumus et ordinamus, qui abbas et prior pro tempore exsistentes, attento quod ipsa capella pro nunc a nobis pro duobus capellanis sufficienter dotata est, debeant tam prima vice quam quoties casus vacationis illius occurrerit, duas personas idoneas in sacerdotio constitutas cardinali ejusdem basilicæ pro tempore exsistenti per eum instituendas præsentare juxta dispositionem in dictis prioribus Dni Pii litteris circa unum capellanum factam. Qui quidem capellani qualibet septimana septem missas, singulis videlicet diebus in eadem capella vicissim, modo et ordine superius ordinatis et expressis, et prædicta decima die vigilias mortuorum et officium totum ac missam pro defunctis legere teneantur. Insuper casalis et vineæ ac aliorum bonorum et jocalium prædictorum ipsi capellæ, ut prædicitur, per nos donatorum, et quorumcunque aliorum vita nobis comite per nos in posterum donandorum, alienationem cujusvis speciei aut generis tam fratribus ordinis Minorum et eorum syndicis, quam in casum præmissum capellanis prædictis et quibuscunque aliis dictæ capellæ et ejus bonorum administratoribus perpetuo interdicimus atque prohibemus, volentes alienationes ipsas, si quæ fierent, nullius esse roboris vel momenti, sed adversus emptores aut alios ipsorum casalis, vineæ et bonorum quocunque titulo receptores pro dictis fratribus vel capellanis quocunque tempore fore ad illa regressum.

Quæ omnia et singula suprascripta et quodlibet eorum nos Bessarion episcopus, cardinalis et patriarcha prædictus, sponte et ex mera nostra scientia ac liberalitate, ut præmittitur, donamus, concedimus, renuntiamus, facimus, atque manu nostra pectori more prælatorum apposita, promittimus dictæ capellæ et ejus capellanis **150** suprascriptis omnibusque aliis et singulis quorum interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum, ac notario publico infrascripto, tanquam publicæ et authenticæ personæ rite et legitime stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum prædictorum, perpetuo attendere et inviolabiter observare, nec in aliquo directe vel indirecte per nos vel alium seu alios quoquo modo contravenire velle. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium præmissorum præsentes nostras litteras, sive præsens publicum instrumentum per notarium infrascriptum fieri, subscribi et publicari, nostrique sigilli jussimus et fecimus appensione communiri.

Datum et actum Romæ in domibus nostris apud SS. Apostolos, anno a nativ. Domini 1467, indict. XV, die vero Veneris decima mensis Aprilis, pontificatus SS. in Christo Patris ac Dni nostri Dni Pauli, divina providentia papæ II, anno tertio; præsentibus ibidem provido ac discretis viris magistro Joanne Knyff, decretorum doctore, auditore et capellano; Joanne Lenss, canon. ecclesiæ S. Andreæ Colonien., Joanne Franc. de Benthevogliis, litterarum sacræ Pœnitentiariæ apostolicæ scriptore, et Raphaele Baldulo, clerico Fulginaten., scutiferis nostris, testibus ad præmissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Joannes de Heesboem, clericus Cameracensis diœcesis, publicus sacra imperiali auctoritate notarius, quia præmissis omnibus et singulis, dum sic, ut præmittitur, per præfatum Rmum in Christo Patrem et D. Bessarionem, episcopum cardinalem et patriarcham, fierent et agerentur, una cum prænominatis testibus interfui, eaque sic fieri vidi et audivi; ideo hoc præsens publicum instrumentum manu alterius, me aliis legitime occupato negotiis, fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi et publicavi et in hanc publicam formam redegi, signo et nomine meo solitis et consuetis, una cum præfati Rmi Dni cardinalis sigilli appensione signavi: in

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

fidem et testimonium omnium et singulorum præmissorum rogatus et requisitus.

151 X.

Bulla qua Paulus II donationem sacelli S. Eugeniæ a cardinali Bessarione factam confirmat, sacellumque ipsum cum dote PP. Minoribus conventualibus S. Francisci attribuit.

Paulus episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. In eminenti apostolicæ sedis speculo constituti, quæ pro ecclesiarum decore et divini cultus augmento præsertim per venerabiles fratres nostros S. Romanæ Ecclesiæ cardinalium provide gesta sunt, placidi pastoris aspectu benignius intuemur; ut ne illa alicujus ambiguitatis subjiciantur scrupulo, sed perpetuo illibata permaneant, opem et operam efficaciter impartimur. Sane cum dudum fel. record. Pius papa II, prædecessor noster, ven. fratri nostro Bessarioni, episcopo Tusculano, cardinali Nicæno nuncupato, qui etiam tunc titulum presbyteri cardinalis basilicæ XII Apostolorum de Urbe in commendam obtinebat, prout obtinet, ut capellam sub invocatione S. Eugeniæ, sitam in eadem basilica, quæ indotata erat et restauratione indigebat, quamque ipse Bessarion episcopus pro suæ progenitorumque suorum animarum salute pro uno capellano sufficienter dotare desiderabat, ad omnipotentis Dei laudem et gloriam reparare ac sub invocatione SS. Michaelis archangeli et Joannis Baptistæ ac S. Eugeniæ intitulare, nec non libris, paramentis et aliis ecclesiasticis ornamentis divino cultui necessariis fulcire, et competentibus pro uno presbytero inibi missas et divina officia celebraturo reditibus de bonis suis etiam per Ecclesiam acquisitis dotare posset, licentiam et facultatem per suas litteras concessisset, ac ipsius capellæ jus patronatus et præsentandi cardinali dictæ basilicæ pro tempore exsistenti personam idoneam ad illam tam prima vice quam quoties eam vacare contingeret, sibi et post eum abbati monasterii S. Pauli extra muros Urbis, et priori domus S. Mariæ de Populo de eadem urbe, S. Benedicti et Eremitarum S. Augustini ordinum, etiam pro tempore exsistentibus, in perpetuum, nisi aliter ante mortem suam disponeret, idem jus patronatus et præsentandi presbytero cardinali basilicæ prædictæ pro tempore exsistenti reservasset, ac præfatus Bessarion dictam capellam reparare et ornare cœpisset, eique **152** pro dote nonnulla tunc expressa bona emisset atque donasset, præfatus prædecessor postmodum ad ipsius Bessarionis instantiam, et ex certis rationalibus causis tunc expressis, et præsertim ut in ipsa basilica in divinis congrue serviretur, illam de sæculari ecclesia ad ordinem Fratrum minorum reduci intendens, per quasdam alias suas litteras venerab. frat. nostro Nicolao archiepiscopo Sipontino dedit inter cætera in mandatis ut ipsam basilicam professoribus dicti ordinis Fratrum Minorum concederet, et tot fratres in ea institueret quot ex ejus fructibus congrue sustentari possent, nec non statueret et ordinaret quod omnes et singuli fructus, reditus, proventus, possessiones et bona ipsius basilicæ communia, ac illa quæ ad canonicatum et præbendam cardinalis pro tempore exsistentis supradictæ basilicæ ex tunc, alia vero quæ ad alios canonicatus et præbendas ac beneficia ipsius basilicæ pertinebant, quam primum canonicos vel beneficiatos ejusdem ecclesiæ cedere vel decedere, aut ea alias quoquo modo dimittere contingeret, eisdem fratribus eorumque ordini Minorum applicaret. Quarum quidem posteriorum litterarum vigore præfatus Nicolaus archiepiscopus basilicam ipsam Fratribus concessit, ac statuit et ordinavit fructus, reditus et proventus, ac possessiones et bona prædicta ipsis eorumque ordini Minorum applicari.

Cum itaque, sicut præfatus Bessarion coram nobis nuper exposuit, et rei etiam evidentia manifestat, ipsam dictam capellam reparaverit, et dignis picturis ac paramentis et ornamentis tam sericeis quam argenteis divino cultui aptis decenter ornaverit, et in ea suam sepulturam elegerit, et quamvis olim pro dote ipsius capellæ quinque partes ex duodecim partibus infrascripti casalis, et certa alia tunc expressa bona dictæ capellæ donaverit, tamen nuper suo animo in bonum quotidie magis fervescente, emptis ab eo a diversis personis reliquis septem partibus casalis Cicognolæ novæ, siti in Latio extra portam Appiam almæ Urbis, et alia donatione prædicta, tanquam minus fecunda, per eum revocata, totum dictum casale cum omnibus et singulis tenimentis, terris cultis et incultis, pratis, aquis, aquarum decursibus aliisque juribus et pertinentiis suis, nec non quamdam vineam mensuræ septem petiarum, vel circa, sitam infra mœnia Urbis in loco S. Cæsarii in Turri nuncupato, simliter a se emptam; aliaque jocalia et ornamenta prædicta eidem capellæ donavit et in dotem constituit ac assignavit. Et quia post **153** emanationem priorum litterarum prædictarum ipsa basilica dictis Fratribus ordinis Minorum concessa et ad eorum ordinem reducta exstitit, ut præfertur, idem cardinalis, existimans per eosdem Fratres posse dictæ capellæ in divinis convenientius et facilius quam per sæculares presbyteros deserviri, ipsos Fratres in dicta capella instituit, ac voluit et ordinavit, quod ipsi Fratres dictam capellam et per ipsorum procuratores vel syndicos ejus bona tenerent, et in eadem capella omni die unam missam celebrarent vel celebrari facerent, hoc modo videlicet, diebus Mercurii, Veneris et Sabbati, missam pro defunctis, die vero Dominico missam currentem, et die Lunæ missam S. Angeli, die vero Martis missam S. Joannis Baptistæ, et die Jovis missam S. Trinitatis cum commemoratione S. Eugeniæ, et etiam cum collecta in qualibet pro defunctis referendo pro certis per ipsum Bessarionem nominatim expressis, nec non quod annis singulis, decima die mensis Septembris, teneantur fratres

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ipsi cantare vigilias mortuorum, et missam solemnem pro defunctis expressis prædictis ac voluit idem Bessarion. Quod si quo casu aliquando contingeret quod dicti fratres ab eadem basilica recederent eamque dimitterent, dictaque basilica ad dictorum sæcularium regimen reduceretur, tunc et eo casu dictum jus patronatus locum habere, illudque ad abbatem monasterii S. Pauli et priorem domus S. Mariæ de Populo prædictorum pertinere. Et quia ipsa capella pro duobus capellanis sufficienter per præfatum Bessarionem dotata est, quod nunc et eo casu ipsi abbas et prior, tam prima vice quam quoties casus illius vacationis occurrerit, duas personas in sacerdotio constitutas cardinali ejus basilicæ pro tempore exsistenti per eum instituendas præsentare debeant; qui quidem capellani qualibet septimana septem missas, singulis videlicet diebus singulas in eadem capella vicissim modo et ordine superius expressis, et prædicta decima die vigilias mortuorum et officium totum et missam pro defunctis legere teneantur. Casalis vero et vineæ et aliorum bonorum et jocalium prædictorum ipsi capellæ, ut prædicitur, donatorum, et quorumcunque aliorum ei, vita comite, in posterum donandorum alienationem cujusvis speciei ac generis idem Bessarion, tam Fratrum ipsorum syndicis quam in promissum eventum capellanis prædictis, et quibuscunque aliis dictæ capellæ et ejus bonorum administratoribus, perpetuo interdixit atque prohibuit, volens **154** alienationes ipsas, si quæ in toto vel in parte, quod absit, fierent, nullius esse roboris vel momenti, sed adversus emptores aut alias ipsorum casalis, vineæ et bonorum quocunque titulo receptores prædictis fratribus vel capellanis quocunque tempore fore ad illa regressum, prout tam in prædictis litteris quam processu per ipsum archiepiscopum super eisdem posterioribus litteris habito, et quodam publico instrumento super donatione et in dotem constitutione, assignatione, voluntate, ordinatione et aliis præmissis confecto, quorum omnium tenores diligenter inspici et examinari fecimus, et eos ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, haberi volumus pro expressis, plenius continetur. Quare præfatus Bessarion nobis humiliter supplicavit ut præmissis omnibus et singulis pro illorum subsistentia firmiori robur apostolicæ confirmationis adjicere aliasque super his opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui hujusmodi laudabilium operum, per quæ divinus cultus augetur, ecclesiarum basilicæ decorantur, et animarum tam instituentium quam aliorum fidelium saluti provide consulitur, commendatores atque fautores libenter exsistimus, et ut perpetuum vigorem habeant, quantum nostra valet provisio, efficaciter operamur, hujusmodi supplicationibus inclinati, reparationem et ornamentum capellæ prædictæ, eisdem Fratribus factam concessionem eorumque in illa institutionem, et casalis et vineæ, nec non jocalium et ornamentorum ac bonorum prædictorum ipsi capellæ factam posteriorem donationem, ac jus patronatus in eventum prædictum duntaxat concessionem priorisque revocationem, nec non interdictum, et prohibitionem ac voluntatem et ordinationem ipsius Bessarionis cardinalis aliaque præmissa rata habentes et grata, illa omnia et singula in litteris et processu ac instrumento prædictis contenta et qualibet inde secuta auctoritate apostolica et ex certa scientia tenore præsentium confirmamus et approbamus, ac plenum robur obtinere decernimus, supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, nec non cum dictis fratribus ut prædictam capellam, et illius ac dictæ basilicæ possessiones et alia bona prædicta pro paramentis, libris, ornamentis, luminaribus, cera et aliis sacristiæ ipsius basilicæ, eorumdem quoque Fratrum necessitatibus, si aliunde vitæ necessaria consequi nequeant, retinere, ac possessiones et bona hujusmodi per œconomum vel procuratorem idoneum aut syndicum laicum administrare, illorum quoque fructus, reditus et proventus in usus prædictos convertere libere ac licite valeant, auctoritate prædicta tenore præsentium **155** de speciali gratia dispensamus; mandantes insuper presbytero cardinali dictæ basilicæ qui pro tempore fuerit, ut præmissa omnia et singula faciat per eosdem Fratres vel in prædictum eventum capellanos dictæ capellæ qui pro tempore fuerint, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo: non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac eorumdem basilicæ et ordinis Fratrum Minorum statutis et consuetudinibus, juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, contrariis quibuscunque; aut si aliquibus communiter vel divisim a prædicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem.

Nulli ergo omnino hominum liceat, etc.

Datum Romæ, apud S. Marcum, anno incarnat. Domin. 1467, XVI kal. Octobr., pontif. nostri anno IV.

XI.

Breve Bessarionis elogium, ab auctore anonymo ei coævo, scriptum. Ex codice bibl. Vaticanæ n. 3621, p. 10.

Cardinalis Bessarion, Nicænus, tempore pontificis Pauli II maxime floret et in pretio non parvo esse pernoscitur, licet et antea exstiterit; nec immerito, nam litteratissimus est, et omnibus, Latinis ac Græcis, multo dilectissimus, præterquam Georgio Trapezuntio, odio quodam privato. Hic cardinalis litteratura semper oblectatur, et lectione tum Græca, tum Latina semper aliquid componit aut transfert. Nunc est in ejus manibus opus *De comparatione Platonis et Aristotelis*, in quo sui vires ingenii

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

evidenter ostendit; nam, bone Deus! quanta est intelligentia ejus in eo codice atque profunditas! **156** quod tamen nondum absolvit opus; quanta majestas! Quid dicam de acumine ingenii, quid de elegantia utriusque sermonis? Hic enim Latine proloquitur, ut si ab ipsis incunabulis a Latinis Musis esset educatus. Grandi consilio vir est quod videlicet Bononiæ satis eluxit, ubi diu legatus, homines duræ cervicis sapientissime moderatus fuit, et apud Germanos gentem barbaram et efferam legatione functus, apud quos mirum est quam prudenter se gesserit, quamque mire ab eis se excluserit atque dissolverit. Eum vero censuit imperator Fridericus, censuit, inquam, sapientissimum dominum uniceque dilexit. Qui licet in legatos alios amore et reverentia quadam fuerit usus, in hunc maximo cultu primo usus est; secundo vero loco in episcopum Torcellanum, nunc Brixiensem; tertio in archiepiscopum Sipontinum Nicolaum Helium, quem secum Nicænus illuc ab Urbe abduxit, consilio et lingua mirum. O quam largus munificusque est in eum Paulus II! attamen ea lege servata ne quid ab ipso præter bonum honestumque petatur, quod semper servavit cardinalis, quippe modestissimus est. Taceo quam librorum linguæ utriusque, Græcæ Latinæque multitudinem comparavit. Taceo quod plerosque juvenes alit, et ut discant præceptoribus abunde persolvens. Equidem paucis eum comparo. Hic calculo vesicæ renumque sinistime antea laboraverat, nunc sospes. Qualia convivia instruat spectatissimis et clarissimis viris legatisque nemo est qui ad unguem describere facile possit. Hic, ut dulci et serena est facie vultuque jucundo, sic sermone et moribus humanus et comis. Bibliothecam grandem utriusque linguæ est aut Romæ, aut Florentiæ, aut potius Venetiis ad usum publicum dimissurus. Hic ab Eugenio est cardinalis, nemine adversante, creatus, ex ingenii acumine atque doctrina, adjutore prudentissimo cardinale Cesarino.

XII.

Elogium alterum, vernacule scriptum. Ex cod. Vatic. 3224, p. 127.

Messere Bissarione, Greco di nazione, vescovo cardinale, fu uomo di grandissima autorità nella Chiesa di Dio. Fu monaco dell' ordine di Santo Basilio, e venne in Italia quando **157** ci venne l'imperadore de' Greci; de primi singolari uomini che vi venissino fu lui. Dipoi, fatta l'unione de' Greci per le sue singolari virtù fu fatto cardinale in Firenze da papa Eugenio insieme con 18 cardinali che fece in Firenze; ve n'era uno altro Greco che era cardinale arcivescovo di Rossia, che si chiamava cardinale Ruteno. Fu di grandissima riputazione nella Chiesa di Dio, e tutte le cose ardue e difficili che occorrevano al tempo suo, ricorrevano a lui. Fu vescovo Tusculano; andò legato in più luoghi, e sempre ebbe grandissimo honore dov'egliandò per essere uomo giusto et di laudabili costumi. Fu legato di Bologna più tempo et governò maravigliosamente, et ebbevi grandissimo onore per le suo giusto governo. Non pareva nella sua vita, et costumi.... ma ne' principali luoghi d'Italia. Andò legato in Francia, dove ebbe grandissima riputazione in quello ebbe a fare. Fu dottissimo nella lingua Greca et nella Latina; fu amatore delle lettere et delli uomini literati; fu multo affezionato alla dottrina di Platone, et altri erano a quella d'Aristotele; et perchè erano alcuni che impugnavano la dottrina di Platone, il cardinale la difendeva, et in sua difensione compose un bellissimo libro, il titulo del quale è: *In difensione di Platone*, opera molto degna et di grandissima riputazione. Tradusse un libro *De factis et dictis memorabilibus Socratis*. Venne in tanta riputazione appresso tutto il collegio de' cardinali, che sendo morto papa Pio, istette una notte papa, perchè sendo istato eletto sommo pontefice in conclavi, il secondo isquitinio che non voleva che fosse papa, disse: Egli è papa; a noi non monta nulla; domattina nel primo isquitinio et noi lo publicaremo. Rimasono d'accordo a questo modo et tutta la notte non si fece mai altro che adoperare, che non fosse papa; che chi ne fu cagime capitò di poi male, et non si attendeva ad altro, che andare dall'uno cardinale all'altro a dire loro: E'non sono molti anni che Niceno era eretico. Vogliamo noi che si dica che noi abbiamo fatto uno eretico, che sarà una vergogna? Et bene che dicessino a questo modo, l'opinione loro era per fare un pontifice a loro modo, come fu fatto; venendo di poi il dì seguente a fare il pontefice feciono Pagolo, e fu buona lezione, e andovvi canonicamente senz'altra intelligentia, e lasciarono lui come uomo savissimo, e non fece ignuna dimostrazione, e lasciolla **158** correre. Niente di meno il pontefice per la sua virtù l'ebbe in grandissima riputazione, come era istato per lo tempo passato. Istando a questo modo venne la morte di papa Pagolo et succedette Sisto. In tutto il tempo era istato in corte di Roma sempre a fare iscrivere libri in ogni facoltà così in Greco come in Latino; et non solo iscriveva, ma comperava tutti i libri ch'egli non aveva, e grande parte di quello gli avanzava delle sue rendite isprendeva in libri a un fine. Avendo già condotta grandissima quantità di volumi così Greci come Latini, et sacri come gentili, determinò di mettergli in qualche luogo degno et massime i libri Greci, che se mai quella infelice patria tornasse a' termini suoi, e che sendo di là perduti i libri, fossino in luogo ove potessino avere qualche comodità; et non gli parve fosse luogo ignuno in Italia più comodo che Venetia sendo luogo di marina et che chi viene di là capita quivi. Et per questo avendo grandissima amicitia co' Veneziani determinò di fare quivi una libraria publica, che ognuno vi potesse andare et avere comodità. Et per questo ordinò colla Signoria et col doge, che si facesse per solenne deliberazione, che si murasse una libraria

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

publica dove istessino due del continuo a fine che ognuno, che vi volesse andare potesse, et così s' ordinò. Fu il numero de' volumi tra Greci et Latini più di seicento, i quali libri nella vita sua gli mandò tutti a Vinezia, et consegnolli dove era ordinato. Costarono questi libri un tesoro infinito. In tutto il collegio de' cardinali non vi fu ignuno che avesse l'animo tanto generoso quanto ebe questo cardinale che ordinò questa biblioteca. Non solo in questo volle fare cosa, che fusse utile a lui proprio, ma ebe rispetto all'utile universale di quelli che avessero voglia di dare opera alle lettere, acciocchè non mancassero loro libri. Dette sempre favore agli huomini literati et tirogli innanzi. Messer Lauro Quirino, Veneziano gentile, huomo dotto in Greco et in Latino et bonissimo filosofo, istette in casa di Niceno più tempo. Messer Nicolò Perotto, vescovo, Sipontino, venendo a Roma con messer Gulielmo Graim, procuradore allora del re d'Inghilterra, desiderando questo messer Nicolò imparar bene le lettere Greche, chiese di grazia, che l'accontasse col card. Niceno, et così fece, et in casa sua si fè dottissimo, et il cardinale li fè di poi avere quello vescovado, et governava tutta **159** la sua casa; e fu cagione col mezo di fargli avere quello vescovado, et al padre et a' sua uffici di quelli della chiesa, in modo che oltre alla doctrina che imparò a casa sua, et le dignità che ebe mediante lui, fece avere a suoi tanti uffici, che gli fè richi, et fece fare il padre cavaliere. Molto gli furono obligati gli huomini dotti et da bene. Venendo in corte maestro Francesco di Savona, di poi fu papa Sisto, lo tolse in casa et facevagli leggere certe lezioni di Scoto, che era maraviglioso iscolista, parendogli huomo dotto fece tanto con papa Pagolo, che lo fece fare cardinale, che mai non sarebbe suto senza il mezo suo. Di poi l'ebe fato fu volta se ne pentì assai non li parendo riuscissi quello che istimava; et sempre intervenne che grandi beneficj si pagano di grandissima ingratitudine. Morendo papa Pagolo, come le cose s'andassino, nollo voglio giudicare. Fu fatto maestro Francesco da Savona papa fatto fare cardinale da Niceno. In questa lezione del pontificato Bessarione non li parendo huomo sufficiente a tanto peso, non gli dette la voce sua. Venuto alla degnità del pontificato, ed il cardinale non vi aveva molta cognizione, intervenne un dì che andando il papa in castello a vedere le gioje di papa Pagolo due cardinali Veneziani nipoti di papa Pagolo, ch' erano intervenuti a eleggerlo papa con certe condizioni, inginocchiaronsi a' piedi del papa a' domandargli la dota per certe loro fiozze era istata loro promessa. Il papa si volse a Niceno vergognandosi di lui sendo huomo di tanta autorità quant' era, et disse: Questi sono beni della Chiesa. Il cardinale Niceno rispose: E sono beni della Chiesa, i quali voi non potete, ne dovete gittargli via. Per questo per allora il papa licentiò i due cardinali senza dare loro nulla, solo per l'autorità del cardinale Niceno. Ora avendolo fatto fare cardinale, essendo huomo di tanta autorità quant'egli era, lo sopportava il papa molestamente, ch'egli istesso in corte di Roma, et per questo lo fece legato in Francia istimando quello gli intervenne, ch'egli s'avessea morire in questo viaggio, sendo vecchio et infermo, et massime avendo male di pietra crudelissimo. Andò in Francia, benchè malcontento conoscendo la cagione. Perchè giunto in Francia per la mala disposizione del principe et par la sua varietà et inconstanzia non gli fu molto accetto, et bisognò si partisse con poca riputazione. Conoscendolo et stimando assai l'onore **160** se ne venne in Italia; sendo vecchio et infermo et male contento ammalò, et in pochi dì si morì. Tutte le cose umane le più hanno questo fine, et massime quelle sono fondate in su le cose humane et su gli honori; et per questo è nessario voltarsi a Dio in tutte le nostre operazioni. Più cosè degne ha fatto il cardinale Niceno, le quali non sono note a me; ma chi n' avrà più notizia, potrà meritamente scrivere la Vita sua.

INDEX RERUM

PRÆCIPUARUM.

Revocatur Lector ad numeros crassiores textui insertos.

A

Atanus, cardinalis archiep. Avenionensis, in comitiis post Nicolai V obitum Nicæni electionem disturbat, 33. *Judex controversiæ inter Franciscanos et Dominicanos,* 59.

Albergatus (Nicolaus), cardinalis tit. S. Crucis in Jerusalem, una cum Ferrario marchione obviam fit Græco imperatori ad concilium venienti, 9.

Albertus (Ludovicus), natione Gallus, a Pio II cardinalis creatus, 48.

Alphonsus, Aragoniæ et Siciliæ rex, Bessarionem ad se venientem honorifice excipit, 34.

Ammannatus (Jacobus), episcopus Papiensis, a Pio II inter cardinales conscriptus. 78.

Andreas (S.). Ejus caput e Peloponneso Anconam et Narniam, ac inde Romam solemni cum pompa traductum, 49.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Apologeticum Nicæni opus contra Platonis calumniatorem quando in lucem prodierit, 72.
Apostolius (Michael) Aristotelicos et præcipue Theodorum Gazam scripto insectatur, 70.
Atrebutensis episcopus Joannes cardinalium collegio ascribitur, 48.

B

Bajazetes, Turcarum imp., Cpolim obsidet, et paulo post profligatur et vivus capitur a Tamerlano, 7.
Barbus (Petrus) episcopus Tropiensis, Græce ac Latine doctus, 3.
Bentivolus (Ludovicus), ense sacro donatus a Nicolao V, et publice laudatus a Bessarione, 30.
Bessarion, quo anno et loco natus, 1. *Ejus studia et monachatus initia*, 2, 3. *Quo nomine appellatur in sæculo*, 4. *Archiepiscopus Nicææ creatus ad concilium Florentinum venit*, 8. *Græcorum opiniones primo tuetur*, 11. *Mox Latinis favet et unionem sedulo promovet*, 12. *In Græciam redit ac statim cardinalis ab Eugenio IV creatur*, 18. *Coluthi et Q. Smyrnæi poemata in lucem eruit*, 19. *Romæ cœtum litterarium instituit*, 20. *Basilicæ SS. XII Apostolorum cultum restituit*, 23. *Græci ritus in monasterio Cryptæ Ferratæ mutatio ei vulgo tribuitur*, 21. *D. Laurentii martyris corpus eo præsente recognitum*, 27. *D. Bernardini Senensis Acta expendit*, 28. *Bononiæ legatus constituitur*, 29. *Cœnobium Messanense administrat et ibidem Græcas litteras instaurat*, 35. *Basilicam SS. XII Apostolorum ad Minoritas transfert*, 38. *In Mantuano conventu principes ad bellum sacrum hortatur*, 41. *In Germaniam legatus proficiscitur*, 44. *S. Andreæ caput e Narnia Romam defert*, 50. *Cœnobium Cryptæ-Ferratæ regendum accipit*, 53. *Patriarcha Cpolitanus electus Græcos ad unionem hortatur*, 55. *Judex controversiæ inter Dominicanos et Minoritas*, 59. *Legatus ad Venetos*, 60. *Venetum charitatis sodalitium cimelio sacro donat*, 61. *Testamentum condit*, 62, *et Append. n.* 7 *et* 9. *Pauli II chirographum subscribere adactus*, 66. *Eubœa capta, Italos principes ad bellum in Turcas excitat*, 67. *Scribit contra Platonis calumniatorem*, 68. *Comitiis generalibus Basiliani ordinis præest*, 78. *Ecclesiam Tusculanam dimittit et ad Sabinensem redit*, 81. *Bibliothecam suam reipublicæ Venetæ donat*, 83. *Pontificatu excidit*, 91. *In Galliam legatus*, 94. *E Gallia infirmus revertitur et Ravennæ obit*, 95.
Borgia (Alphonsus), pontifex creatus Callixti III nomen assumit, 33. *Bellum adversus Turcas fortiter urget*, 34. *Ejus mors*, ibid.
Bossi (Matthæi) opusculum pro lege sumptuaria Bononiæ a Bessarione promulgata, 30.
Bracciolinus Poggius, Nicæno familiaris, 21.
Bussis (Joan. Andreas de), episcopus Alerienſis, 87.

C

Cæsarinus (Julianus), cardinalis, concilio Florentino interest et pluries disputat cum Marco Ephesino, 14.
Calandrinus, cardinalis et episcopus Portuensis, una cum Nicæno comitiis Basiliani ordinis præest, 79.
Calderinus (Domitius), eruditione insignis et Bessarionis familiaris, 21, 89.
Callimachus auctor suarum calamitatum a Platina dictus, 101.
Callistus (Andronicus) defensionem suscipit Theodori Gazæ contra Michaelem Apostolium, 70.
Campanus (Joannes Antonius), episcopus Interamnensis, poesi ac oratoria celebris, 21. *E Germania revocari per Nicænum postulat*, 89.
Canonici basilicæ SS. XII Apostolorum Nicæni opera ad quatuor tantum redacti et novis regulis instructi, 23.
Canonici SS. Salvatoris congr. Rhenanæ cœnobium S. Joannis Evangelistæ a Nicæno resignatum obtinent, 44.
Capranica (Dominicus), card. tit. S. Crucis in Jerusalem, 35.
Cardona (Jacobus), a Pio II cardinalis creatus, 48.
Carvajal (Joannes), cardinalis, in Hungaria legatus, 43.
Chalcidensis Ecclesia a Pio II Nicæno collata, 55.
Chrysococces (Georgius) quis fuerit, 3.
Coccius Sabellicus (M. Antonius), primus bibliothecæ D. Marci custos, 84.
Columna (Prosper), cardinalis, Martini V ex fratre nepos, 55.
Coluthi Lycopolitani poemation a Bessarione inventum, 18.
Concilium ab Eugenio IV Ferrariæ indictum, 8. *Florentiam transfertur*, 11. *Unione peracta dissolvitur*, 16.
Condulmerius (Antonius) triremium pontificiarum præfectus, 8.
Constitutiones D. Basilii a Nicæno in vernaculam linguam conversæ, 35.
Crinitus (Petrus) Nicæni cœtus litterarios commemorat, 19.
Crucis (S.) de Fonte Avellano monasterium Nicæno commendatum, 75.
Cryptæ Ferratæ cœnobium Nicæni opera antiquo splendori restitutum, 54.
Cusanus (Nicolaus), cardinalis, Romæ legatus in absentia pontificis, 40.
Cyriacus Anconitanus, 18.

D

Demetrius Palæologus, Græci imperatoris frater, cum eo in Italiam ad concilium venit, 8.
Ducis Burgundiæ cum Nicæno legato de pace colloquium, 94.
Dux Venetæ reipublicæ Christophorus Maurus Nicænum legatum honorifice excipit, 60.

E

Eubœa a Turcis magna Christianorum strage occupata, 67.
Estouteville (Guillelmus d'), cardinalis archiep. Rothomagensis, 37.
Eugenius IV pontif. concilium Ferrariæ indictum inchoat, 9. *Inde Florentiam transfert*, 11. *Concilium dimittit et paulo post Nicænum cardinalem creat*, 18. *Ejus mors*, 26.
Eugeniæ (S.) sacellum a Bessarione ornatum restitutumque, 67.

F

Fernus (Michael), Campani operum editor, 102.
Flavius Blondus, Foroliviensis, Bessarioni amicus et familiaris, 21.
Floravantius Aristoteles, insignis architectus, 109.
Fœdus inter Pium II et Turcas contractum et Venetiis in D. Marci foro publicatum, 62.
Friderici Cæsaris in Urbem adventus, 85.

G

Galinotus (Andronicus), monachus Cpolitanus, Græcæ linguæ doctor in cœnobio Basiliano Messanensi, 36.
Gaza (Theodorus) Græcæ Latinæque eruditionis laude insignis, 69.
Gemistus (Georgius) Platonicorum doctissimus, 5. *Ejus opera*, ibid.
Glycas (Michael) litteras Græcas docet in cœnobio Messanensi, 36.
Godiis (Paulus de), Pergulanus, ludicra corona a Bessarione donatus, 75.
Gonzaga (Ludovicus) Mantuæ marchio, 40.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Gonzaga (*Franciscus*), *cardinalis a Pio II creatus*, 48.
Gymnasium Bononiense a Bessarione restitutum, 31.

I

Isidorus Ruthenus, metropol. Kioviensis, una cum Bessarione Latinis dogmatibus favet. Ejus mors et res gestæ, 11.

J

Jacobus Brixiensis, in controversia de sanguine Christi Dominicanorum antesignanus, 59.
Joannes Palæologus, Græcorum imp., in Italiam ad concilium cum aulæ proceribus venit, et Eugenio pontifici reverentiam exhibet, 8, 9. *Concilio dimisso in Græciam redit*, 16.
Josephus, patriarcha Cpolitanus, ad concilium venit et publice pontificem adit, 9. *Morti proximus unionem perfici celerius cupit et fidei professionem emittit*, 13.
Justinianus (*Horatius*), *Actorum Florentini concilii editor*, 57.

L

Lascaris Philanthropinus (*Alexius*), *Nicæno amicus*, 17.
Lascaris (*Constantinus*), *insignis litterarum Græcarum professor*, 36,
Latifundium Cecchignolæ novæ pro dote sacello S. Eugeniæ assignatur, 80.
Laurentii (*S.*) *martyris corpus a tribus cardinalibus recognitum*, 27.
Lex sumptuaria per Nicænum Bononiæ constituta, 30.
Lis inter Dominicanos et Franciscanos de Christi Domini sanguine, 59.
Ludovicus XI, Gallorum rex, Nicæni colloquium cum duce Burgundo de pace suspectum habet, 94.

M

Malatesta (*Sigismundus*), *Arimini dominus, conventum Mantuanum adit*, 40.
Mamæ (*S.*) *ecclesia extra muros Ravennæ Minoritis a Nicæno concessa*, 24.
Manfredus (*Thaddæus*) *Forocornelii princeps*, 31.
Marchio Montis-Ferrati Willelmus in conventu Mantuano, 40.
Marcus, archiepiscopus Ephesi, Latini dogmatis oppugnator acerrimus, 10. *Unus omnium inter concilii Patres, decretum de Spiritus sancti processione subscribere negat*, 12.
Mathiæ regi Pannoniæ aurum traditum a Pio II relictum in belli sacri expensas, 65.
Maurus Christophorus, Venetiarum dux, Bessarionem legatum perhonorifice excipit, 60.
Mutatio ritus in cœnobio Cryptæ-Ferratæ, 24.

N

Nicolaus, marchio Atestinus, ab Eugenio IV obviam missus imperatori Cpolitano Ferrariam petenti, 9.
Nicolai (*S.*) *Casulorum cœnobium in Apulia a Turcis captum ac diruptum*, 19.
Nicolaus V post Eugenii mortem ad pontificatum evectus, 26. *Ejus amor in rem litterariam et homines doctos*, ibid.

O

Oliva (*Alexander de*), *cardinalis tit. S. Susannæ, doctrina et vitæ sanctimonia insignis*, 50.
Oratorium scholæ Charitatis a Nicæno insigni cimelio donatum, 61.

P

Palæologus (*Thomas*), *e Peloponneso fugiens, D Andreæ caput secum fert in Italiam*, 49.
Patricius (*Augustinus*) *ejusque scripta*, 86.
Paulus II electus pontifex, 65. *Ejus mors*, 91.
Peloponnesii vim Turcicam strenue repellunt, 42.
Perottus (*Nicolaus*), *Siponti archiepiscopus et Bessarionis alumnus*, 21.
Philelphus (*Franciscus*), *Tolentinus, Bessarioni amicus et familiaris*, 21.
Phœnolium quid, 54.
Phrantza (*Georgius*), 9.
Piceus (*Jacobus*), *Franciscani ordinis, inter divos postea relatus, crucesignatos colligit et in Peloponnesum mittit*, 42. *Ejus controversia theologica cum Dominicanis*, 59.
Picolomineus (*Franciscus*), *cardinalis, Pii II nepos ex sorore*, 50. *In Germaniam legatus*, 88.
Pius II, pontifex electus post Callisti obitum, 37. *Nicænum Minoritarum familiæ patronum constituit*, 39. *Mantuæ principum conventum indicit*, 39. *Nicæno Germaniæ legationem committit*, 45. *D. Andreæ caput in Vaticanam basilicam transfert*, 50. *Adversus Turcas fœdus cum Venetis init et Anconam proficiscitur*, 63. *Ejus mors*, 65.
Platina (*Bartholomæus*), *Bessarionis amicus*, 22. *Ejus patrocinio ac opera solutus a vinculis*, 101.

Q

Quinti Smyrnei seu Calabri poema a Bessarione inventum, 19.

R

Roboreus (*Franciscus*), *pontifex creatus sub nomine Sixti IV*, 93.
Rosæ, virginis Viterbiensis, Acta a Nicæno expensa, 35.

S

Sagundinus (*Nicolaus*), *concilii Flor. interpres, Græcæ Latinæque linguæ scientia clarus*, 16.
Scholarius (*Georgius*), *seu Gennadius Cpolitanus patriarcha*, 54.
Sforlia (*Franciscus*), *Insubriæ dux, in conventu Mantuano*, 40.
Sigillum quo usus est Bessarion quandiu Tusculanus episcopus fuit, 29.

T

Tamerlanus, Scytharum imperator, 7.
Testamentum conditum a Bessarione Venetiis in cœnobio S. Georgii Majoris, 62.
Theodorus Xanthopulus, Græcus scriptor Actorum concilii Florentini, 9.
Trapezus, urbs Ponti, patria Bessarionis, 1.
Trapezuntius (*Georgius*) *bellum Platonicis indicit et maxime Bessarioni*, 72.
Triremes pontificiæ Venetis traditæ ad bellum contra Turcas susceptum, 65.
Turcæ Græco imperio formidolosi, 6. *Constantinopolim capiunt*, 34. *Peloponnesum occupant*, 49. *Chalcidem expugnant et Eubœa potiuntur*, 67.

V

Valla (*Laurentius*) *Bessarionis cœtum frequentat*, 21.
Veneti Turcico bello implicari nolunt, 41.
Vespasianus Florentinus librorum celebris investigator, 97.
Vitalis (*Petrus*), *abbas Cryptæ-Ferratæ, ad cœnobium Messanense S. Salvatoris translatus*, 25.
Ursinis (*de*) *Latinus, cardinalis, electionem Nicæni in pontificem disturbat*, 91.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

BAPTISTÆ PLATINÆ

CREMONENSIS

PANEGYRICUS IN LAUDEM AMPLISSIMI PATRIS

D. BESSARIONIS

EPISCOPI SABINI,

CARDINALIS NICÆNI ET PATRIARCHÆ CPOLITANI;

ILLO VIVENTE IN PUBLICO COETU DICTUS.

(Parisiis, ap. Johannem Petit, 1530 Biblioth. Mazar. n. 51. 960. Platinæ orationem inseruit Bzovius ad an. 472, sed exordio et multis locis decurtatam.)

Si unquam tempus fuit, Quirites, quo veterem Græcorum morem, Latinorum prope novum repeteremus, id certe hac miserrima tempestate faciendum est, qua vel maxima quæque virtus, candidissimum quodque ingenium, excellens quantumvis doctrina et eruditione, emergere ex tanta caligine et ignorantia vix potest. Tolerabilius profecto videretur si virtuti a paucis cognitæ, si in arcanis et penetralibus (quia tuto vagari non licet) cultæ, saltem quiescere sine injuria liceret, non etiam quorumdam hominum livore et malevolentia opprimeretur. Instant dolo fraude, malitia, vique postremo quando hoc occulte moliri non licet; spargunt invidentiæ suæ opacas umbras; contentam rubiginem circumquaque fundunt quo suavissimas herbas et feraces plantas occupent atque enecent; ne, si exspectatos odores et suavissimos fructus aliquando ediderint, ipsi tanquam infructuosæ et infelices arbores excidantur. Nos itaque, ne Bessarionis divini hominis sapientia, virtus, amplitudo aliqua ex parte lædatur (opprimi certe, cum tanta sit tamque excellens, nullo modo potest), Isocratem magnum oratorem et perfecte dicendi magistrum et e nostratibus Plinium, genethliacum Mamertinum, Nazarium Latinum, quoad fieri poterit, imitati, consuetudinem tum utilem, tum necessariam, multis jam sæculis intermissam revocabimus. Hac enim ratione ad æmulationem gloriæ excitantur qui magni ad virtutem erectique sunt animi, cum veram et integram laudem his propositam vident qui sapienter honesteque vixerunt, quorumque vita omni ex parte humano generi et utilis et fructuosa est habita. Contra vero a vitiis deterrentur ii, non prorsus virtutem aspernantur, qui effrenata cupiditate ducti, petulanter, audacter, proterve ad flagitia declinarunt, cum perpetuas notas dedecoris et turpitudinis frontibus suis inuri ab his vident qui scriptis rerum gestarum seriem, qui mores et vitam hominum memoriæ posteritatis ad utilitatem humani generis commendant. Verum hoc loco, Quirites, cum vires ingenii mei considero, quam parvæ quamque exiguæ sint, non possum, cognita amplitudine conspectus vestri, non commoveri, et eo maxime quod mihi de eo viro dicendum sit qui ob magnitudinem rerum gestarum quantumvis magnum oratorem, nedum me ipsum, inter studiosos bonarum artium vix numerandum, deterrere a dicendo possit. Recreat me tamen ac reficit hortaturque ad dicendum humanitatis et pietatis vestræ vulgata opinio; qua quidem fretus jamjam Bessarionis divini hominis laudes dicere aggrediar: quem qui laudat virtutem extollit; parvi enim refert Bessarionemne an virtutem laudes. Nec mirum id quidem. Is enim, ex vetere Græcia oriundus natusque in Asia, utrinque collegit generosi spiritus semina.

Trapezuntus (1), Sinopensium colonia, hujus patria est; Sinopem condidere Milesii, Miletum Athenienses. Ex his, ut a parentibus, avis, abavis, nobilitatem referens, redundan tiam Asiani ingenii frugalitate Attica compescuit; nec tantum Diogenem admiratus est, Timotheum, Deiphilum poetam, Thalem, Anaximandrum, Anaximenem, Hecatæum historicum, Æschinem rhetorem illum qui in Pompeium invectus est, licet ii agnationis jure propinquiores essent, quin observaverit Socratis leporem, Platonis copiam et amplitudinem, Aristotelis acumen, Isocratis lenitatem et numeros, vim Demosthenis; ab omnibus enim, gentilitatis jure, quod probabile quodque optimum esset, accepit, hæres tot ac tantorum ingeniorum. Ex his igitur Bessarion animos sumens, ubi primum e pueris excessit, cura parentum Byzantium transmit-

(1) Hic incipit Bzovius.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

titur, celebrem quondam urbem et doctissimis hominibus liberalibusque studiis affluentem. Grammatica celeriter ob acumen ingenii poeticaque imbutus, posthabita cura rerum humanarum qua impediri contemplatio divinarum solet, totum se religioni addixit. Christi namque militiam secutus, ut veram gloriam verosque triumphos parituram, Dositheo, archiepiscopo Doriensi, unici exempli moribus et sanctitate viro, in primo tirocinio tantæ expeditionis duce usus est : cujus virtutem, religionem, doctrinam adeo imbibit ut idem brevi factus videretur. Bessarionis ingenium et mentem prope divinam ad cognitionem rerum occultarum et admirabilium vir sanctissimus contemplatus, adolescentem ipsum ad archiepiscopum Selymbriensem, virum optimum atque doctissimum, misit, unde et oratoriam artem et philosophiam perdisceret, sub quo certe tantum profecit adhibita omni ad imitandum hominem cura, studio ac diligentia, ut judicare postea difficilius fuerit meliorne Bessarion an doctior haberetur. Postremo autem, ne aliquid tanto ingenio deesset, Platonem (*leg.* Plethonem) quem alii Gemiston vocant, doctissimum præceptorem et quem omnes secundum a Platone vocant, in Peloponneso, quo se contulerat doctrinæ causa, nactus, mathematicis accurate imbuitur. Vulgari tum demum tanti hominis nomen est cœptum, ut quo proficisceretur famam exspectatio, exspectationem ejus optatissimi adventus admiratio superaret. Existimabant tum homines eam demum civitatem beatam fore ad quam venisset Bessarionis divina virtus ; hunc itaque omnes certatim ut cognitionis et hospitio dignum suscipiebant, venerabantur, observabant. Conciones, et quidem frequentes atque elegantes, ad populos habuit (has Græci homilias vocant) tanto concursu ut templa ipsa permagna tantam multitudinem vix caperent. Populos ad religionem, ad justitiam, ad æquitatem, ad modestiam hortabatur, bonis præmia, malis pœnas propositas ostendens, et quos movere integritate vitæ, rationibus et exemplis non poterat, eosdem obtestationibus, precibus, lacrymis, ut vagos et errantes, in viam salutis reducebat. Multos inter se civilibus et intestinis odiis dissidentes aut coram oratione, aut absens epistolis sapientissime et elegantissime scriptis ad concordiam revocavit.

Hac tanta virtute moti imperatores duo Constantinopolitanus et Trapezuntius, hunc ultro citroque legatum frequenter mittentes, utriusque imperii vires concatenabant, quo fortius et constantius propulsare Turcorum impetus possent, qui tanquam rabidi lupi inter utrumque positi, occasionem utriusque imperii diripiendi exspectabant, quod postea accidit cum magno totius reipublicæ Christianæ dedecore ac detrimento. Sublatis enim duobus claustris, nunc sese in Asiam, nunc in Europam gravissima illa Turcorum procella nemine obstante se effundens, longe ac late omnia vastat, obterit, conculcat : diripiuntur urbes quantumvis magnæ, incenduntur villæ, necantur homines ; quod si aliquibus fortuna belli pepercit, ii una cum pecoribus eo terrarum abiguntur unde nunquam in patriam sunt redituri. O miseros et infortunatos Græcos ! o infelices et calamitosos ! o etiam ipsorum crudelissimorum hostium lacrymis deplorandos ! dedistisne omnibus nationibus ac gentibus doctrinam et ingenium ut ipsi consilio careretis? dedistis arma ut eisdem postea corruere videamini. Constans est certe, Quirites, omnium bene sentientium opinio, et eorum maxime qui suo periculo istarum calamitatum gnari sunt, duo illa imperia nunquam fuisse corruitura si Bessarion, magni animi atque consilii vir, illis in locis tum fuisset cum tempestas illa contra non Græcos tantum, sed humanum genus exorta est. Excitasset enim vir omnium vigilantissimus dormientem Græciam, animasset nimio otio languentes animos ; ire in hostes suos et a cervicibus tantam calamitatem avertere quantam passi sunt, spe veræ et integræ laudis proposita, compulisset. Verum, eo absente, cum nemo esset qui monendo, consultando, docendo, cohortando Græcos in officio contineret, capta ac direpta a Turcis Constantinopolis est, cæsa multa civium millia, obtruncatus imperator : idem accidit Trapezuntiis, idem Mitylenæis, idem Peloponnesiacis principibus et civibus, idem reliquæ Græciæ, idem Bossinensibus, qui et regem et patriam et vitam uno sævissimi hominis impetu amisere ; Bessarione ipso clamante ac persæpe Romanos pontifices admonente ut Macedonibus, Dalmaticis, Illyriis, Pannoniis hostium impetum ægre sustinentibus auxilio essent, ne refractis claustris illinc sæva illa et immanis bellua, Eridano violentior, Italiam inundaret, quod propediem (utinam falsus sim vates !) futurum videbimus nisi huic sapientissimo viro, tanquam e speculo, omnia cernenti, clamanti, admonenti instare magnam perniciem, aliquando fuerit obtemperatum. Multum certe huic amplissimo Patri debemus, ad cujus res egregie gestas ne in hanc calamitatem veniremus libenter accedo. Is enim, re Constantinopolitana nondum profligata, Orientalem Ecclesiam in sententiam Occidentalis redigere conatus, non prius destitit, rogando, monendo imperatorem ac principes Græciæ quam eos impulerit, gravissima oratione habita, in Italiam ad Eugenium pontificem maximum contendere. Venere primo Venetias atque inde Ferrariam ubi pontifex erat. Ibi gravem et elegantem orationem Bessarion ad suos habuit, eos adhortatus ut, cognita frequentibus disputationibus controversiæ causa quæ Latinos inter et Græcos quingentis jam annis serpserat, posita omni simultate in eamdem sententiam omnes tum venirent, hac una ratione asserens ea demum recuperari posse, conjunctis copiis collataque impensa, quæ et Turci quondam et Saraceni et Arabes, Christianorum dissidiis magis quam animis et armis propriis freti occuparant. Dicebat enim, quod verissimum est, Mahometanam perfidiam late crevisse dum re-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ligionis nostræ capita inter se dissident, procedatne Spiritus sanctus a Patre tantum, ut Græci, an a Patre et Filio, ut Latini volebant; his enim controversiis factum ut ad Mahometanos partim vi, partim sponte deficerent populi, dum Christianæ religionis principes quid potissimum teneant incertos vident; hinc amissam esse Antiochenam Ecclesiam, hinc Hierosolymitanam, hinc Alexandrinam, hinc denique omnem ferme Asiam et totam Africam hanc pestem occupasse, et quod gravius est, Europæ quasdam partes jamjam infecisse ac longius evagaturam ni, propere sublatis tam perniciosis controversiis ac pulsis Christianæ reipublicæ hostibus, in possessionem veterem, labore, vigiliis ac sanguine martyrum comparatam, armati cum vexillo crucis pervenerint.

Permovit tanti viri auctoritas totum concilium, permovit religionis honestissima causa, permovit etiam imminens cervicibus omnium periculum. Disputari tum acriter inter utriusque Ecclesiæ theologos est cœptum. Asseverabant Græci, episcopo Ephesino, Platone (*Plethone*) Scholario, Dionysio, episcopo Sardensi, gravissimis auctoribus, Spiritum sanctum a Patre tantum procedere; instabant contra Latini a Filio quoque idem fieri, auctoritate veterum theologorum, maxime vero Hieronymi, Augustini et Athanasii id comprobantes. Re autem ipsa adhuc pendente, Florentiam proficisci pontifici et curiæ visum est. Ibi, cum de re ambigua aliquando disceptatum esset, venere tandem Græci, ratione ac Bessarionis auctoritate moti, in sententiam Latinorum. Is enim, etsi acriter suos primo tutatus est, tandem veritate illucescente in orthodoxam Ecclesiæ Romanæ sententiam non solum descendit, verum etiam suos ut idem facerent ad salutem disputationibus et gravi oratione adhortatus est. Unum tandem animum, unam mentem idem Spiritus sanctus, pro quo disceptabatur, omnibus dedit. Ventum tandem in concordiam, et Symbolum Romanæ Ecclesiæ ab Orientali publice decantatur. Soluto demum concilio imperator Constantinopolim cum suis revertitur. Eugenius autem pontifex, cognita Bessarionis singulari virtute et doctrina, hominem licet absentem ex sententia fratrum in numerum cardinalium cooptat; accersitur in curiam Romanam vir amplissimus, ut unus aliquis, Quirites, Romæ etiam e Græcia ingeniorum altrice, doctrinarum inventrice, quem admiraremini, quique vicissim hanc vestram civitatem, dominam quondam rerum, nunc collapsam magna ex parte et prope dirutam in meliorem formam redigeret, homo certe Romani nominis amantissimus. Accepto autem de more galero, insigne cardinalatus, ita brevi homo ingeniosus et acutus Latinorum mores et litteraturam imbibit, ut ex nostratibus unus et non alibi natus videretur. Frequentabant tunc quoque ejus domum plenam religione, comitate et gratia, plenam ingeniis tum Græcis, tum Latinis, viri ex tota curia doctissimi hos vel inter se disserentes, vel aliquid quod ad cognitionem linguæ pertineret, laudantes (ut fit) refellentesve, ita attente audiebat ut ex abundantia ingenii animique perspicacia disceptantium arbiter propemodum fieret. His artibus et ea vigilantia, qua maxime omnes excellit, brevi effecit ut quod Græce antea in quovis genere doctrinæ perceperat, id Latina lingua apte, distincte et ornate efferret ac scriberet. His studiis vehementer delectatus, nunquam tamen quicquam omisit qu d aut publice ex officio aut privatim agendum esset, ad omnia promptissimum ingenium, dexterrimam mentem circumferens, ut nil a bono patrefamilias et ab optimo principe differret. Hac tamen insigni virtute et magnitudine animi permotus Nicolaus V, in locum demortui Eugenii pontifex maximus suffectus, Bessarionem ad res agendas aptissimum et ad omnia mala præcavenda vigilantissimum Bononiensibus jam pridem intestino bello laborantibus legatum cum summa auctoritate præficit. Is eo proficiscens effusa obviam urbana multitudine, non aliter ab omnibus inspicitur ac sidus benignum et salutare a periclitantibus nautis et pene naufragis inspici ac consultari solet. Quanquam hominis hujus, Quirites, major sit laus quam sideris: illud enim duas tresve et eo amplius naves benigno intuitu conservat, hic tantam civitatem, præclaram quondam populi Romani coloniam, hominum ad arma et litteras altricem, oculis omnia circumspiciens, mente prævidens ac disponens, lingua admonens deterrensve, manu insanabile vulnus et contagiosum abscindens, ab interitu et prope ab inferis revocavit.

Notæ sunt civitatis clades plus quam civiles, dum factio Bentivola et Cenedula de principatu contendit; alentibus seditionem hinc Philippo vicecomite, hinc Venetis, hinc principe Ferrariense, instantibus etiam duabus militaribus factionibus, Brachiana et Sfortiana, quæ dominatum appetentes, hanc civitatem veluti arcem Italiæ occupare armis ac fraude persæpe conati sunt. His enim ac tantorum malorum auctoribus ad id sævitiæ ventum est, ut eodem die et Annibal Bentivolus et Baptista Cenedulus cum multis utriusque factionis tota urbe tumultuante uno impetu cæderentur, nullo non crudelitatis genere adhibito; et ne ulla quies calamitosis daretur, supervenere sæpius externi hostes urbem oppugnaturi, ni Bessarionis sapientia, cives ad concordiam revocans, externum hostem rabidum et voracem a visceribus civium Bononiensium propulsaret. Respirante deinde paulatim (tantum mali inerat!) ab externa vi intestinoque malo civitate, totum sese vir optimus ad componendos civium mores, licentia bellica corruptos et labefactatos, vertit; quem certe hac in re nihil æque juvit quam ejus religio, pietas, justitia, constantia, abstinentia, gravitas comitate condita. Hac enim ratione sine ulla vi quorumdam hominum arrogantiam repressit, libidines exstinxit, cupiditates refrenavit, cum fieri haud gravate consueverit ut eos mores imbibant homines quos in

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

principe tanquam in speculo totius civitatis viderint. Hunc enim omnes non privatas commoditates quærentem, sed publicas, non otio, sed negotio deditum, non somno, sed vigiliis, ita cum admiratione intuebantur ut beatos se demum fore arbitrarentur si aliqua ex parte Bessarionis integritatem attigissent. Ad hujus itaque mores sese effingentes, ex calamitosa felicem brevi civitatem reddidere. Sublatis enim seditionibus, exstinctis incendiis, furtis, rapinis homicidiisque repressis, perfacile fuit viro huic gravissimo, adhibita facilitate in audiendo, lenitate in dicendo, diligentia in satisfaciendo, populum Bononiensem ad bonam frugem revocare. Quem enim videbant justissimum, quem modestissimum, hunc tanquam de cœlo missum ea præsertim tempestate venerabantur, colebant et observabant. Huic tantæ auctoritati magnum additamentum doctrina ejus singularis erat, qua perbeatas fieri posse respublicas Plato, ingenii ac sapientiæ facile princeps, existimavit. Doctrina enim, potestati adjuncta, vel vitiosissimam quamque naturam mutare posset, nedum bonam ad bene de omnibus promerendum impellere. Hæc enim facit ut provinciarum præsides et urbium non solum se faciles præbeant in cognoscendis causis, hominibus audiendis admittendisque, majorum exemplo quorum res gestas legerint, verum etiam eosdem admonet ut cum ipsi sint optimi, suorum cupiditates refrenent, petulantiam reprimant, avaritiam coerceant; quod quidem Bessarion maxime observavit toto quinquiennio quo Bononiensi urbi præfuit, ne suorum licentia et cupiditas, quod persæpe multis accidit, tantæ sapientiæ et integritatis laudem commacularet. Composito hunc in modum civitatis statu, quo jam Bononia XX anno feliciter vixit, et nititur gymnasium vetustissimum, negligentia et seditionibus civium pene intermissum et collapsum, non modo ædificiis, verum etiam institutis et melioribus salariis instaurare ac restituit, conductis, quamvis grandi pretio, liberalium disciplinarum doctoribus. Excitabat adolescentes ad studia bonarum artium, proposita præmii atque honoris spe: multos ob inopiam a studiis defecturos liberalitate et munificentia sua juvit et instituto continuit. Quid plura de amplitudine hujus optimi Patris dicam, Quirites? Quam juste, quam prudenter, quam clementer coloniam vestram Bononiensem gubernaverit, erexerit, in pace retinuerit, ex hoc deprehendi potest quod postea more majorum Bononiensium patronus apud pontifices semper est habitus. Illius enim legati huc venientes hunc hominem ante omnes adeunt, salutant, consulunt, consultum comitantur, reducunt, quod est maximæ integritatis et continentiæ signum.

At Bessarion, mortuo Nicolao V, cum in locum ejus suffici alterum pontificem necesse esset, Romam veniens, lacrymantibus Bononiensibus quasi a patre destitutis, conclave ingressus, quorumdam Patrum, et optimorum, suffragio pontifex designatur. Quantum vero adsit maximis imperii provinciis et civitatibus livor atque invidia, comprehendi certe hoc loco potest. Quidam enim statim subborti sunt leves et voluptuosi qui, Bessarionis integritatem et modestiam veriti, dicerent suffragia vitio inita denuo repetenda esse. Non obstitit vir optimus quominus id fieret, existimans, quod verum est, pontificatum sua persona plus indigere quam se pontificatu ad integram gloriam, qua profecto carere jam non potest. Eo enim existimationis et famæ vir amplissimus devenit, ut nulla ei ulterius dignitas ad veram felicitatem sit requirenda. Dolere nostram vicem et totius reipublicæ Christianæ, non ejus, debemus quod tali caruimus principe, et hac potissimum tempestate qua, præter externum hostem qui cervicibus nostris armatus continuo imminet, avaritia, libido, ignorantia, Dei atque bonorum hominum contemptus, intestina et gravissima mala nos urgent, opprimunt, enecant, nemine juvante. Hoc pontifice indigebat religio Christiana, lacerata non minus a vitiis nostrorum quam ab externo hoste, ut aliquando respiraret; hunc pontificem mores nostri requirebant omni ex parte labefactati; hujus pontificis opera indigebant bonarum artium studiosi et in quavis facultate industrii, qui nunc tanquam profani contemnuntur, rejiciuntur et eliminantur. Non destitit tamen Bessarion Callistum monere et hortari ut, interposita auctoritate pontificatus, sævientem hostem a cervicibus Christianorum propulsaret. Ad hoc quoque bellum adhortatus est Alphonsum, Aragoniæ regem, dum a balneis Puteolanis, quæ adierat valetudinis causa, Neapolim proficiscitur. Ad Cryptam Neapolitanam rex magno comitatu honoris causa Bessarioni fit obvius, eumque, nullo non comitatis et beneficentiæ genere adhibito, in urbem ducit. Acceptum laute et magnifice, abeuntemque eodem semper et veneratus et prosecutus est vultu.

Mortuo deinde Callisto, Pius II in ejus locum suffectus, conventum Mantuanum, adhortante Bessarione, Christianis omnibus ad certam diem decrevit, quo omnium principum et populorum consensu bellum Turcis indiceretur. Convenere eo principes multi aut legati regum aut principum, quos Bessarion post Pium pontificem ad tantum et tam necessarium bellum eleganti oratione, quam in manibus habemus, adhortatus est. At vero cum huic tanto apparatui Germanorum principum inter se bella obstarent, eo mittere Pius Bessarionem virum gravissimum legatum instituit, qui, rebus in Germania compositis, imperatorem Fridericum ac reliquos principes ad bellum Turcis indictum adhortaretur. Vadit vir optimus, licet valetudinarius et hieme instante, quo Pius imperat. Venetias, Pado amne primum delatus, ducem ac senatum ad suscipiendum tantum bellum adhortatus, in Germaniam honesto magis quam lauto et eleganti comitatu flectit iter. Sæviebat tum hiems, Februario mense, in Germania potissimum, quæ regio frigidissima est.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Vexatus itaque cum ventis, tum imbribus, tum nivibus prope continuis, nullum diem intermisit quo ulterius non proficisceretur; et cum stare pedibus equi præ glacie vix possent, vehiculo Germanorum, quod *traham* vocamus, non vectus, sed tractus est. Tandem vero, post labores prope infinitos, Norimbergam venit, obviam prodeunte honoratissimo quoque cive, prodeuntibus episcopis et toto clero. Urbem ingressus, litteris statim ac nuntiis principes Germaniæ ad se vocat, populum quoque Norimbergensem ut idem faciat longa ac gravi oratione adhortatur; id velle Deum Opt. Max., id Pium pontificem, id res Christiani populi afflictas prope ac profligatas. Supervenere autem non ita multo post, auctoritate sedis apostolicæ et tanti viri fama permoti principes multi vel principum oratores; hos enim, in conventu audita controversiarum causa, ad pacem et concordiam multis ac maximis rationibus revocare sæpenumero conatus est. Quid non cogitavit, quid non egit, quid non dixit Bessarion, Quirites, quo pacem inter dissidentes componeret? Aderant principes multi, aderat cardinalis Augustensis, aderant episcopi quidam, aderat Albertus, Brandiburgensis marchio, aderant legati Bajoariæ ducis. Hos duos principes inter se maxime dissidentes odio prope ingenito, et monere et rogare et obsecrare vir optimus non desinebat, copiosa et gravi oratione de pace habita, quam paulo ante cum admiratione legimus, ut, depositis simultatibus et odiis, de bello Turcis inferendo una cum pontifice et imperatore cogitarent. Ecce dum in consultatione essent, litteræ ei a legato Pannoniæ, S. Angeli cardinali, redduntur quibus fit certior pugnatum cum Turcis esse, et Pannonios gravi prœlio superatos cessisse, periculumque imminere ne hostes, victoria elati, longe ac late omnia occupent, vastent et diripiant. Tum Bessarion lacrymabundus ac vicem Christianæ reipublicæ gemens, breviter clades omnes nostris illatas commemorat, immineus periculum ostendit, pacem et concordiam proponit, quo liberius et tutius conjunctis armis et copiis ire in hostem ferocem et recenti victoria exsultantem liceat. Cum autem Norimbergæ nil fieri videretur, quod eo propter distantiam proficisci Rhenani principes gravarentur, maxime vero palatinus comes, transferre conventum Wormatiam legatus instituit, ne quicquam intentatum relinqueret quod ad sedandas lites pertineret. Ventum est tandem post multa et gravissima pericula Wormatiam; neque enim peragrare Germaniam sine præsidio militari licet, quod apud eos (tantum valet consuetudo!) rapinæ et latrocinia quodammodo concessa videntur. Susceptus benigne a Wormacensibus Bessarion legatos tum imperatoris, tum aliorum principum ad se vocat, quod sit agendum proponit. Disceptatur, nec semel tantum, sed iterum ac tertio. Mittit episcopos viros gravissimos et optimos quos secum habebat ad vicinos principes, ne quid omitteretur quod ad concordiam faceret. Ubi autem nihil fieri tanta sollicitudine videretur, monendo, rogando obsecrandoque, Viennam proficisci ad imperatorem instituit, omnes adhortatus ut eo se propere conferrent, arbitratus Cæsaris præsentia et auctoritate rem optatam ex sententia confici posse. Magnis quidem atque asperis itineribus eo tandem ventum est. Fit obviam Bessarioni imperator ad mille passus, eumque nullo non adhibito honoris genere in urbem ducit. Data est tantummodo dies quieti; postera vero cum legatus ad imperatorem, contra imperator ad legatum proficisci honoris causa contenderet, pervicit imperator ad Bessarionem pergens, quocum et de pace componenda inter Germaniæ principes et de bello Turcis inferendo longissimus et gravissimus sermo est habitus. Cum itaque principes et legati multorum venissent, de eademque re quam sæpissime omni conatu frustra tractatum esset, proposito ipsius provinciæ emolumento et honore, redire tandem in Italiam lucem felicissimam (1) legatus instituit, ne frustra et tempus et corpus valetudinarium frigoribus et labore itinerum ac tædio animi consumeret. Inter exteras gentes, Græcis et Latinis natura infestas, periclitatum est sæpius dum temulenti et armati non solum in agris, sed in urbibus grassantur; Viennæ autem potissimum, ubi gymnastici quavis licentia et petulantia utuntur. Redit tandem post biennium Bessario vester, Quirites, ut quem absentem Roma desiderabat, cupiebat et votis optabat, præsentem denique intueretur, admiraretur venerareturque ut Ecclesiæ Romanæ unicum columen et patriæ vestræ parentem. Non destitit tamen vir optimus et sapientissimus Pium pontificem hortari ut piissimum bellum jam ante contra impios decretum amplecteretur. Hanc ob rem cum Pius Anconam, unde moturus erat in hostem, proficisci instituisset, ibique classem undique venturam a Christianis exspectaret, Bessarion ad Venetos propere contendit sedis apostolicæ legatus; cujus auctoritas tantum valuit ut ducem et senatum ad id bellum impulerit. Paratæ triremes a Venetis sunt, dux classi præficitur, navigat Anconam, eo Bessarion cum triremi sua impensa structa et armata contendit.

At vero in tanto apparatu Pio pontifice mortuo, cum omnes passim dilaberentur, ipse quoque Romam ad ineunda pro novo pontifice suffragia revertitur; quo creato, cum omnia ad otium spectarent, ingenio suo et doctrina fretus, quicquid otii a rebus publicis dabatur, totum id ad scribendum contulit homo omnium solertissimus. Cum prodesse coram amicis aut periclitantibus non posset, eos litteris pietatis et humanitatis plenis admonuit, erudiit, deterruit, ad officium, si qua in re deliquerunt, revocavit. Harum exstat numerus prope infinitus tum Græce, tum Latine scriptarum. Duas scripsit

(1) Verba *lucem felicissimam* non habet Bzovius. Glossema forsitan.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dorum locorum laudationes et patriæ Trapezundos (*sic*) et Isthmi, adeo eleganter et absolute, ut provinciæ ipsæ et benignitate cœli et ubertate et frugum omnium, et portuositate littorum atque hominum ingeniosorum et fortissimorum copia, cuivis provinciæ conferri posse viderentur. Non dico quam docte, quam memoriter horum locorum res publicas et quidquid in his tum bello, tum pace gestum sit, commemoret, describat, notet, id quidem adeo ingeniose et accurate, ut res ipsæ non descriptæ, sed ab eodem institutæ et gestæ videantur. In consolationibus tribus quas ad imperatorem Constantinopolitanum in morte uxoris habuit, ad constantiam et fortitudinem hominem ipsum pluribus rationibus revocat, verbis gravissimis et sententiis ostendens nil novi ejus majestati accidisse cum mors omnibus sit non dico commune malum, sed receptaculum a malis, si bene ac constanter vitam duxerimus quemadmodum reginam ipsam vixisse ostendit. Confutavit acerrime gravi et copiosa oratione eos qui pertinaciter nimis asseverant dictum illud Joannis de Petro, « Sic eum volo manere, quid ad te, » cum dicendum sit, « Si eum volo manere, quid ad te? » Hoc autem probat et doctissimorum hominum auctoritate et Græca littera qua Joannes Evangelium scripsit, et Latina locutione, a qua modus ille dicendi longe abhorret. Sed adeo copiose in adversarium surgit, Quirites, ut nullum prope erratum, aut vitio interpretum commissum, aut negligentia librariorum, aut incuria legentium in tota Scriptura sacra prætermittat. Aperit omnia, disputat, refellit, docet. Eodem dicendi et disputandi torrente Ephesini episcopi opinionem, asserentis, Spiritum sanctum a Patre tantum prodire, acerrime confutat. Sancti Bessarionis, unde ipse nomen accepit, patriæ parentis ac patroni, vitam diligenter ac copiose scripsit. Sancti Francisci ordinem, cujus patronus habetur, constanter ac sapienter tutatus est. Non est passus quempiam bene de genere humano meritum maledicentia post mortem lacerari. Unde acerrime in calumniatorem Platonis insurgit eo volumine et quidem divino quod nuper magna cum vestra exspectatione edidit. Quam gravis sit in laudando, acerbus in vituperando, in sententiis argutus, in disserendo subtilis, in confutando acer, ex hoc libro comprehendi potest, in quo rerum omnium, divinarum et humanarum, scientia tanquam in sacrario reposita videtur. Hinc est certe quod hauriant theologi, philosophi, mathematici, oratores, dialectici et quodvis genus hominum civilium ac studiosorum. Nullam sectam philosophorum prætermittit quam non notet : quid quisque dixerit, quod probari improbarive posset ostendit : ut Pythagoreorum nimiam pietatem, Cynicorum rusticitatem, Stoicorum austeritatem carpit, ita Peripateticorum et veterum Academicorum mediocritatem laudat; extollit Aristotelem, Platonem philosophorum principem facit, quocum plura Christianis ostendit convenire quam cum aliquo philosophorum; neque id quidem theologorum nostrorum auctoritate tantummodo probat, verum etiam syllogismo et rationibus, quibus adversarium ita circumagit et opprimit ut neque quo se recipiat calumniator divini Platonis habeat, neque quid respondeat, obrutus argumentis, satis inveniat. Hunc siquidem homuncionem vir amplissimus ita interdum deridet, servata gravitate dignitatis, ut fateri cogat se non modo intellexisse Platonis mentem, quem hic novus Carneades imperitiæ, turpitudinis, inconstantiæ arguit, sed ne linguæ quidem Græcæ proprietatem tenuisse, cum ipse Græcus sit et Platonis leges non Latinas facere, sed depravare conatus, philosophi sententias everterit et obscuriores reddiderit. Quanta fuerit hujus audacia, Quirites, animadvertite, quæso. Hic enim ac si in quavis scientia, doctrina et antiquitate solus doctor gentium haberetur et solus peragrasset orbem terrarum discendi causa quidquid ubique arcanum et reconditum est, ut Platonem et Pythagoram fecisse intellexímus, solus in publicis Europæ gymnasiis Gorgiæ Leontini et Archelai morem a Socrate derisum usurpasset, quæstionem scilicet in conventu et corona hominum poscendi et jubere dicere, quæ de re quisque vellet, audire, non eo temeritatis progredi certe debuisset (1) ut doctissimum Aristotelem cum divino Platone, discipulum acutum cum amplissimo præceptore conferret ac committeret. Hujus tamen audacia nil nobis obfuit, Quirites, imo vehementer profuit; et si cui licet optare ut aliquis peccet, id certe nobis adeo precibus exposcendum fuit. Hac enim indignatione concitatus Bessarion, omnem omnium philosophorum qui unquam fuere sententiam explicat, et quod maxime optandum erat, doctrinam et mentem Platonis, a nemine fere juniorum cognitam, explicat et aperit, ut perfacile appareat, omnes sectas quæ sanum aliquid sapere videntur, ab ipso Platone tanquam perenni et uberrimo fonte manare.

His rebus, quæ gravissimæ sunt et totum hominem prope requirunt, intentus pro tempore Bessarion, nil tamen unquam omisit quod ad officium cardinalatus pertineret. Rem divinam et domi et foris nunquam intermittit : senatum frequentat, in quo secundus a pontifice habetur. Sententiam in consultationibus graviter et constanter e republica Christiana tuetur; clientibus et familiaribus apud pontificem patrocinium suum præstat; circumventos malorum fallaciis adjuvat; bonos et doctos ad meliorem fortunam et honestiorem dignitatis gradum commendationibus suis gravissimis ac propriis facultatibus interdum erigit, familiam domi alit in utraque lingua eruditissimam et in quavis facultate doctissimam. Vestri illi majores, Quirites, viros doctissimos in contubernium suum recipiebant discendi et philosophandi causa, ut Scipio Africanus,

(1) *Hic enim .... debuisset* om. Bzovius.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Ennium poetam, Panetium philosophum, Polybium historicum; Luculli, Catones et Hortensii Archiam poetam; Ciceriones Cratippum philosophum; Cn. Pompeius Lenæum libertum; Augustus Cæsar, Apollonium Pergamenum. Multos qui id fecere non de Romanis tantum, sed etiam de externis commemorare possem. Hæc tamen sit Bessarionis præcipua laus quod suos non religione tantum et moribus ad bene vivendum instituit, verum etiam litteratura, eruditione, doctrina ita imbuit, ubi a negotiis publicis vacat, ut idem, quemadmodum quotidie cernimus, multi et quidem docti tanquam ex equo Trojano (ut de Isocrate ait Cicero) continue prodeant, ac plures prope quam ex reliqua Romana curia. Quid deest Nicolao Perotto, archiepiscopo Sipontino, quod ad mores et doctrinam faciat? Gravis pro dignitate, comis et humanus, scribit ac dicit eleganter et copiose; sed qui Græca Latina faceret nemo adhuc ætate nostra inventus est. Quanta sit Theodori Gazæ, viri optimi, doctrina et eruditio, tum Græca tum Latina, ex hoc vel maxime deprehendi potest quod omnes bonarum artium studiosi de aliqua re ambigentes hunc adeunt ex tota civitate ut oraculum totius eruditionis ac disciplinæ. Hic, etsi Græcus sit, ita Latine scribit, ut nullam hospitis speciem præ se ferat. Non est omittendus Joannes Gattus, theologus philosophusque insignis; non Valerius Viterbiensis, eruditione cum quovis optimo ætatis nostræ medico conferendus; non Andronicus, Græca et Latina lingua apprime eruditus. Sunt et in ejus contubernio qui pontificium ac civile jus quique mathematica optime teneant. Subsequuntur et juvenes quidam qui validiores facti, tanquam generosi pulli et ex optima prole sumpti, non tubam aut campanam reformidabunt. Hi fructus oboriuntur undique ad ubertatem non unius civitatis, sed totius provinciæ, Bessarionis opera et impensa, qui non una in re tantum liberalissimas manus, sed in pluribus circumfert. Miseratus Græcorum calamitatem, multa nummum millia aureorum pro redimendis captivis expendit; puellas multas inopia parentum marito carentes ære proprio dote facta nuptui collocat. Inopes et valetudinarios continuo juvat; ædes sacras aut instituit aut collapsas vetustate reficit, quod indicat templum apostolorum in Urbe, ubi sacellum sibi condidit, et secessus Cryptæ Ferratæ beatæ Virgini dicatus. Domum quoque sibi paravit ita dignitati et facultatibus congruentem, ut neque melius quisquam neque modestius in Urbe habitet. Accedentes et quidem frequenter libenter admittit: audit et quod fieri ab eo amicorum causa potest, doctorum præsertim quorum patronus est, id se libenter facturum repromittit. His vero de suo interdum donat, quantum ei per domesticas impensas licet. Bibliothecam Græcam, triginta millibus nummorum aureorum emptam Venetiis exstruxit, ne omnino litteratura Græca deficeret. Vidit enim eam urbem propter vicinitatem et navigationem Græcis a barbaris vexatis esse percommodam. Ornabit et hanc vestram civitatem Latina supellectile, si ei aliquandiu vivere licuerit.

Hunc itaque hominem, Quirites, qui ob suam singularem sapientiam, constantiam, fidem, pietatem, fortitudinem, humanitatem, gratiam, eruditionem, doctrinam facit quominus Socrates, Platones, Aristoteles, Græcos, Numas, Varrones, Brutos, Sulpitios, Catones vestros desideretis, hunc, inquam, omnium hominem bene de optimo quoque et industrio meritum, colite, observate ac frequentibus laudibus celebrate. Hac ratione (tanta est auctoritas vestra) et bonorum ingenia ad virtutem excitabitis, proposita gloria optima ad excitandos homines calcaria; et malos a vitio deterrebitis, cum a vobis posthaberi aut notari flagitiosos dedecoris ac turpitudinis nota videbunt. Ego vero maximas vobis gratias ago quod me audire quovis modo loquentem volueritis; majores tamen habiturus si vos quoque Bessarionem, Patrem amplissimum, quovis præconio dignum, laudibus vestris quæ gravissimæ sunt, celebraveritis.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

BESSARIONIS

SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALIS

ACTA SELECTA

QUÆ AD EJUS LEGATIONEM IN URBE BONONIA EXARCHATU RAVENNÆ, ET ROMANDIOLÆ PROVINCIA PERTINENT,

E ms. codice Vaticano deprompta (*a*).

I.

Bessarion, miseratione divina episcopus Tusculanus, S. R. Ecclesiæ cardinalis, in civitate Bononiæ exarchatuque Ravennate et Romandiolæ provincia apostolicæ sedis legatus de latere, dilecto filio archipresbytero ecclesiæ collegiatæ sancti Damiani Saxenatensis diœcesis salutem in Domino sempiternam.

Ex injuncto nobis legationis munere, prout decens et congruum est, ad ea libenter intendimus per quæ inopiæ ecclesiarum, præsertim cathedralium, illarumque antistitum necessitatibus de subventionis auxilio provideatur opportuno, ut onera, ipsis ad eorum statum decenter tenendum incumbentia, facilius supportare valeant. Sane pro parte reverendi in Christo Patris domini Maxiani episcopi Saxenatensis petitio nuper nobis oblata continebat, quod ejus Ecclesia Saxenatensis, cui præesse dignoscitur, fuerit et sit in annuis reditibus ita tenuis et exilis, quod ipse minime valeat secundum condecentia status sui se et sibi servientes commode substentare. Cumque in diœcesi ejus sit ecclesia, seu plebs ruralis nuncupata S. Mariæ Romagnani, habitu tamen, et non actu curata, in nemoribus et locis sylvestribus constituta, ad præsens vacans per obitum olim Sempliciani dudum canonici Saxenatensis, seu per obitum Sanctis olim etiam dictæ ecclesiæ Saxenatensis canonici ultimorum rectorum dictæ ecclesiæ, seu plebis : idcirco ex speciali gratia de subventionis auxilio succurrere eidem vellemus ac plebem præfatam episcopali dictæ Ecclesiæ Saxenatensi perpetuo unire, et incorporare dignaremur. Nos ergo, qui indefessis studiis votis favemus supplicium, piis præsertim justis atque honestis, prædictam plebem S. Mariæ, cujus fructus XV libras auri de camera secundum communem æstimationem valorem annuum non excedunt, ut idem episcopus asserit, et sic ut præmittitur vacantem, sive alio quovis modo aut ex alterius cujuscunque persona vacare dicatur, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio seu provisio juxta Lateranensis statuta concilii sit ad sedem apostolicam legitime devoluta, etiamsi per constitutionem quæ incipit *Exsecrabilium*, vacaret, et inter aliquos lis, cujus statum hic pro expresso haberi volumus, pendeat indecisa, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, episcopali dictæ ecclesiæ Saxenatensi auctoritate legationis et omni alia auctoritate, qua fungimur, perpetuo unimus, annectimus et incorporamus, decernentes, ut præfato episcopo ejusque successoribus liceat præfatam ecclesiam Sanctæ Mariæ cum dicta Ecclesia Saxenatensi perpetuis temporibus licite et libere retinere, fructusque et reditus omnes, et singulos cum integritate percipere constitutionibus synodalibus dictæ Ecclesiæ Saxenatensis, nec non provincialibus, seu ad canonicos et capitulum dictæ Ecclesiæ Saxenatensis provisio, seu præsentatio rectoris pertineat, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, quibus omnibus proprio motu et ex certa scientia derogamus; decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super iis a quocunque scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Quocirca discretioni tuæ auctoritate præfata tenore præsentium committimus et mandamus, quatenus per te vel alium seu alios eumdem episcopum vel procuratorem suum ejus nomine recipientem in corporalem possessionem dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, ac jurium et pertinentiarum ejusdem inducas, et auctoritate nostra inductum defendas, amoto exinde quolibet illicito detentore, facias dictum episcopum vel ejus procuratorem ad eamdem ecclesiam admitti prout est moris, sibique, vel ejus procuratori de fructibus, reditibus et proventibus, juribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia compescendo.

Datum Bononiæ VI Januarii 1453.

(*a*) Supra (col. XIX) mentio fit de Bessarionis legatione Bononiensi. Acta quæ ad hanc legationem spectant edidit Lazzaroni Venetiis 1744, apud Tommasum Bettinelli, in libro inscripto : *Miscellanea di varie operette* tom. VIII. Ea hic addimus, ut potuimus (at non ubique potuimus), emendata. EDIT.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

II.

Bessarion, miseratione divina sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis, episcopus Tusculanus, apostolicæ sedis legatus de latere in civitate Bononiæ, exarchatu Ravennæ et Romandiolæ provincia in spiritualibus et temporalibus generalis vicarius, reverendo in Christo Patri Domino episcopo Regin, et dilectis in Christo filiis capitulo ejusdem ecclesiæ salutem in Domino, etc.

Cum a nobis petitur quod honestati convenit et ad honorem ecclesiarum præsertim cathedralium cedit, animo nos decet libenti concedere, et petentium desideriis præsidium impertiri. Cum itaque, sicuti petitionis vestræ nobis oblatæ series continebat, vos præfatus dominus episcopus Regin. una cum vestris canonicis pro honore dictæ Ecclesiæ ad imitationem aliarum ecclesiarum cathedralium duxeritis statuendum quod quilibet dictæ ecclesiæ canonicus almutia debeat uti in ecclesia prælibata saltem diebus festivis et solemnibus in officiis, et etiam Mansionarii prædictæ ecclesiæ more mansionariorum aliarum ecclesiarum cathedralium subjecta pœna in hujusmodi constitutione contenta, et successive per aliam modo simili constitutionem celebratam inhibueritis, et expresse mandaveritis ne quis alius canonicus cujusvis alterius ecclesiæ collegiatæ in civitate, vel diœcesi Regina constitutæ uti debeat, possit, vel præsumat aliquibus, vel aliqua almutia, vel almutiis simili vel similibus, dissimili vel dissimilibus sub pœna excommunicationis et beneficiorum privationis, prout in dictis constitutionibus quas hic pro expressis haberi volumus, latius continetur. Quare pro parte vestra et capituli præfati nobis supplicatum fuit, quatenus pro validiori subsistentia constitutionibus prædictis, ac omnibus et singulis contentis in dictis constitutionibus nostræ confirmationis robur adjicere dignaremur, omnem supplendo defectum, si quis forsan intervenerit in eisdem. Nos ergo vestris et capituli prædicti in hac parte supplicationibus, quantum cum Deo possumus, annuentes, constitutiones prædictas, quarum tenorem hic pro expresso haberi volumus, omniaque alia et singula per vos, ut præfertur, facta et ordinata rata habentes et grata, illa auctoritate apostolica nostræ legationis omnique alia auctoritate, qua fungimur confirmamus, approbamus et præsentis scripti patrocinio communimus supplendo omnes defectus, si qui intervenerint in præmissis, illaque decernimus perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari, non obstantibus quibuscunque constitutionibus, statutis et consuetudinibus et aliis in contrarium facientibus.

Datum Bononiæ, die VI Decembris 1452.

III.

Bessarion, etc., venerabili viro Sylvestro Quirino de Venetiis, decretorum doctori, reverendissimi domini archiepiscopi Ravennatis vicario, salutem et sinceram in Domino charitatem.

Sedis apostolicæ providentia circumspecta nonnunquam rigorem juris mansuetudine temperat, et quod sacrorum canonum prohibent instituta de gratia benignitatis indulget, prout personarum et temporum qualitate pensata id in Deo salubriter expedire cognoscit. Sane ex parte Bartholomæi de Stregonibus et Mariæ Gasparis de Manusiis de Russis mulieris conjugum nobis oblata petitio continebat, quod ipsi diu ignorantes, aliquod impedimentum inter eos exsistere quominus possent ad invicem matrimonialiter copulari, matrimonium inter se per verba de præsenti clandestine contraxerunt, carnali copula inter eos nondum subsecuta ; postmodum vero ad eorum pervenit notitiam quod quarto consanguinitatis gradu invicem sunt conjuncti, propter quod in hujusmodi matrimonio remanere non possunt, apostolica super hoc non obtenta dispensatione. Et sicut eadem petitio subjungebat si inter Bartholomæum et Mariam præfatos divortium fieret, dissensiones, damna et scandala inter ipsos, eorumque consanguineos et amicos exinde verosimiliter exoriri possent. Quare pro parte Bartholomæi et Mariæ nobis fuit humiliter supplicatum ut ipsis et eorum cuilibet super hoc de absolutionis beneficio a generali excommunicationis sententia, quam propter contractum clandestine matrimonium hujusmodi quomodolibet incurrerunt, et opportunæ dispensationis gratia providere de benignitate nostra dignaremur. Nos itaque ipsorum Bartholomæi et Mariæ in hac parte supplicationibus inclinati, eorumque animarum saluti providere et hujusmodi dissensionibus ac scandalis, quantum cum Deo possumus, obviare volentes, R. V. de qua in iis et aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus auctoritate apostolica nobis concessa, qua fungimur in hac parte, per hæc scripta committimus, et mandamus, quatenus eosdem Bartholomæum et Mariam atque eorum quemlibet, si hæc humiliter petierint, ab hujusmodi excommunicationis sententia, auctoritate apostolica præfata absolvatis in forma Ecclesiæ consueta, injunctis inde eorum cuilibet pro modo culpæ pœnitentia salutari et aliis, quæ de jure fuerint injungenda. Demum si ita est, et dicta Maria propter hoc rapta non fuerit, cum eisdem Bartholomæo et Maria ut impedimento quarti consanguinitatis gradus hujusmodi non obstante, in dicto sic inter eos contracto matrimonio remanere et ad illius solemnizationem juxta sanctæ matris Ecclesiæ institutionem et morem patriæ, procedere libere et licite possint, et valeant auctoritate apostolica prædicta dispensetis prolem ex matrimonio suscipiendam hujusmodi legitimam decernendo. *In quorum*, etc.

Datum Bononiæ, 22 Maii 1453.

IV.

Bessarion, miseratione divina episcopus Tusculanus, S. R. E. cardinalis, Nicænus vulgariter nuncupatus, in civitate Bononiæ exarchatus Ravennatensis et Romandiolæ provincia sedis apostolicæ legatus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

de latere, dilecto filio Joanni Anthomi, clerico Parmensi, habitatori Castri Crepalcorii, salutem etsinceram in Domino charitatem.

Vitæ et morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque sicuti petitionis tuæ nobis oblatæ series continebat, venerabilis vir dominus Joannes Senensis decretorum doctor, reverendi patris domini Guroni Mariæ Estensis commendatarii monasterii Sancti Silvestri de Mantua Mutinensis diœcesis in dicto monasterio generalis vicarius, vacante clericatu, seu clericus beneficio instituto in Ecclesia seu plebe Sanctæ Mariæ de Brennucio de Crepalcorio subjecta monasterio prædicto Sancti Silvestri Cumoleni, clericatum tibi Joanni præfato contulerit, et de eo providerit: quare pro parte tua nobis fuit supplicatum, ut dictum clericatum de novo tibi conferre et de eo providere vellemus. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, collationem et provisionem prædictas auctoritate nostræ legationis approbantes, eumdem clericatum cum omnibus juribus et pertinentiis suis tibi de novo conferimus, et de illo etiam providemus, nisi de illo tempore datæ præsentium sit alteri jus quæsitum, curam, regimen et administrationem ipsius tam in temporalibus, quam in spiritualibus tibi plenarie committendo; mandantes omnibus et singulis colonis, laboratoribus et aliis terras et possessiones dicti clericatus tenentibus quos tibi de ejusdem fructibus, reditibus et proventibus integre et libere respondeant et ut litteræ nostræ debitum sortiantur effectum, committimus et mandamus omnibus et singulis ecclesiasticis duntaxat personis sub nostra legatione degentibus, ad quos præsentes nostræ litteræ pervenerint, et earumdem vigore fuerint requisiti singulariter vel in solidum; quatenus te inducant in realem atque corporalem possessionem dicti clericatus et inductum protegant atque defendant, amoto exinde quolibet illicito detentore, contradictores quoslibet atque rebelles per censuram ecclesiasticam compescendo.

Datum Bononiæ, die 18 Aprilis 1450, indictione 13, pontificatus D. Nicolai anno 4.

V.

Bessarion, etc. dilecto nobis Pasino Melmi de Malchiavelis salutem in eo, in quo est vera salus.

Exhibita siquidem nobis pro tui parte supplicatio continebat: quod cum de anno 1430 per D. L. cardinalem de Comite tu supplicaveris et alii nobiles de Malchiavelis gratiose exauditi obtinueritis decretum, quod dicti nobiles, qui erant numero 7 capita familiarum nullo modo teneantur contribuere ad onera realia personalia vel juxta cum hominibus Roncastaldi, sed intelligerentur esse segregati ab hominibus Roncastaldi, dummodo solverent singulo mense Cameræ communis Bononiensis libras decem et septem, solidos decem Bonon. videlicet libras 11 solidos decem pro quolibet capite familiæ prout seriosius patet in dicto decreto, petensque ut cum aliqui ex dictis 7 capitibus sive impotentia, aut malignitate recusent solvere partem sibi tangentem, inquietaris, atque compelleris persæpe ad solvendum partem talium sive recusantium. Quare dignaremur nostro speciali decreto secernere te supplicantem ab aliis hominibus de Malchiavelis, soluta parte tibi tangente. Nos autem qui assueto nostræ naturæ ordine supplicum precibus quam libenter annuimus, siquidem digna eorum intercessio vobis videatur, rem prædictam ad nostram notitiam examinandam commisimus prudenti viro Paschasio auditori nostro, qui sumpta informatione diligenti nobis retulit, quæ pro tui parte exposita fuerunt vera esse. Nos ergo precibus tuis morem gerentes, in iis quæ possumus, habita relatione prædicta, apostolica auctoritate, qua fungimur, decretum alias tibi et aliis de Malchiavelis indultum confirmamus ac de novo concedimus tibi Pasino modo, et in futurum ut solutis solidis quinquaginta Bonon. tibi tangentibus solvere pro parte tua nullo modo debeas sive possis gravari cum dictis de Malchiavelis per aliquem officialem communis Bononiensis; declarantes ut solutis dictis solidis quinquaginta cameræ Bononiensi, tu aut alius tuo nomine, vel tui imposterum descendentes ullo modo, aut ordine minime valeas molestari; mandantes thesaurario cameræ Bononiensis ac defensoribus haveris cameræ ac cæteris, ad quos pertinet: quatenus præsens nostrum decretum observent et faciant ab aliis inviolabiliter observari. In quorum fidem etc.

Datum etc. die prima Aprilis etc.

VI.

Bessarion, etc. discretis nobis in Christo Baltasari presbytero archipresbytero Imolensi, et Thomæ ac Christophoro, canonicis Imolensibus, etc. salutem.

Dignum arbitramur et congruum ut illis reddamur in exhibitione gratiæ liberales, quibus ad id præcipua virtutum merita laudabiliter suffragantur. Cum itaque, sicut accepimus, archipresbyteratus, seu plebs Sanctæ Mariæ de Salustria Imolensis diœcesis cum cura vacet, et vacare noscatur ad præsens pro eo, quod Ludovicus Francisci ..... presbyter Imolensis dudum archipresbyter, seu rector dictæ plebis aliud curatum seu incompatibile ecclesiasticum exstitit beneficium pacifice assecutus; nos volentes dilectum nobis in Christo Emmanuelem quondam Anthonii Cremonen. fratrem ordinis prædicatorum et cappellanum magnifici domini Thadæi Imolæ, etc., de vitæ et morum honestate plurimum commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, præfatum archipresbyteratum, seu plebem Sanctæ Mariæ de Salustria, sicut præmittitur, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscunque parte vacantem; etiamsi per liberam resignationem dicti Ludovici, aut alterius cujuscunque

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

extra Romanam curiam coram notario et testibus sponte factam ; et si tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio seu provisio ad sedem apostolicam juxta Lateranensis statuta concilii aut alias quomodolibet legitime devoluta seu specialiter vel generaliter exsistat : et si super ea inter aliquos lis pendeat indecisa, cujus statum hic pro sufficienter expresso haberi volumus. Cujus fructus, reditus et proventus 40 florenorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annuum, ut dictus Emmanuel asserit, non excedunt, cum omnibus juribus et pertinentiis suis eidem Emmanuelli, cum quo, ut asserit, apostolica auctoritate alias dispensatum exstitit, ut acceptare, recipere et retinere valeat, donec vixerit quodcunque beneficium curatum etiamsi archipresbyteratus, seu prioratus, vel alia dignitas fuerit, apostolica et nostræ legationis et omni auctoritate, qua fungimur, tenore præsentium confecimus et de illo etiam sibi providemus, decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super iis scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstante quod de dicto archipresbyteratu, seu plebe per quemdam Nicolaum Joanni et canonicum Imolensem tanquam vicarium capituli Imolensis, episcopali sede vacante fungentem auctoritate episcopalis sedis prædictæ provisum fuisse dicatur licet nulliter et de facto cuidam Nicolao Lippi de Ferris de Faventia et quod occasione præmissa idem Nicolaus præsentialiter detineat et occupet dictum archipresbyteratum seu plebem : nos enim volumus quod non obstante dicta provisione idem Emmanuel possit habere archipresbyteratum, seu plebem prædictam et ejus fructus et reditus cum integritate percipere valeat. Quocirca discretioni vestræ auctoritate præfata et tenore præsentium committimus et mandamus quatenus per vos vel alium seu alios eumdem Emmanuelem vel procuratorem suum ejus nomine recipientes in realem et corporalem possessionem archipresbyteratus, seu plebis prædictæ sanctæ Mariæ de Salustria, ac jurium et pertinentiarum ejusdem inducatis, et auctoritate nostra inductum defendatis, amoto exinde quolibet illicito detentore, facientes dictum Emmanuelem, vel ejus procuratorem pro eo ad eamdem plebem seu archipresbyteratum, ut est moris, admitti sibique vel ejus procuratori de fructibus, redditibus et proventibus, juribus et obventionibus universis responderi, contradictores quoslibet per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia compescendo. In quorum fidem, etc.

Datum Bononiæ, 25 Junii 1450, etc.

VII.

Bessarion, etc., venerabili Patri Blasio abbati S. M. in Cosmedin. alias Sancti Spiritus de Ravenna.

Digna reddimur ex injuncto nobis legationis officio attentione solliciti, ut in admittendis eorum votis benevolum impertiamur assensum qui monasteriorum, ecclesiarumque atque locorum quibus præsunt, vacant incremento et pacifico statui. Sane pro parte tua petitio nobis oblata continebat quod ecclesia sancti Petri in Bresseda sine cura sita in territorio Ravennæ, quæ jamdiu est circumdata paludibus et funditus ruinata, ita quod non est memoria in contrarium, quod unquam fuerit alicujus fructus vel valoris, vacat ad præsens, et tam diu vacavit, quod si ejus collatio spectabat ad aliquem prælatum, modo est devoluta ad sedem apostolicam ; quodque præfatum monasterium Sanctæ Mariæ in Cosmedin habet undique multa bona circum dictam ecclesiam, unde facile videtur, dictam ecclesiam fuisse subjectam dicto tuo monasterio licet ipsius monasterii jura pro majori parte sint deperdita, nec id liquido valeas demonstrare. Quare eadem petitio subjungebat ut dictam ecclesiam unire et incorporare dignaremur tuo monasterio. Nos ergo, qui indefessis studiis votis favemus justis, prædictam ecclesiam sancti Petri ut præmittitur vacantem in perpetuum unimus, etc. Mandantes vicario D. archiepiscopi Ravennatensis, et omnibus personis ecclesiasticis sub nostra legatione degentibus, qui harum vigore fuerint requisiti quatenus te inducant, etc.

Datum Bononiæ, 20 Octobris 1450.

VIII.

Bessarion, etc. dilectis nobis in Christo communi, messariis et hominibus terrarum Succidæ et Garnaglonis Alpium communitatis Bononiæ salutem et sinceræ dilectionis affectum.

Fides et devotio vestra quas ad Romanam Ecclesiam habetis et præsentem statum civitatis Bononiæ : calamitas insuper, quam ob varias pressuras et locorum ipsorum sterilitatem substinetis, nos inducunt, ut vos amplectamur favoribus gratiosis. Dudum siquidem per bonæ memoriæ reverendum Patrem D. Fantinum Venetum pro sancta Romana Ecclesia gubernatorem civitatis prædictæ decretum nobis comperimus fuisse concessum, et gratiose indultum tenoris et continentiæ subsequentis, videlicet : Fantinus protonorarius Venetus pro sanctissimo domino nostro D. Eugenio papa IV et sancta Romana Ecclesia Bonon. etc. gubernator, dilectis nobis in Christo communi Massario et hominibus terræ Succidæ et Garnaglonis Alpium communitatis Bononiæ salutem in eo, qui est vera salus. Diffuse satis de calamitate vestra fides nobis facta est per redditam supplicationem quam et communis nomine nobis exhibuistis : fuit enim casus ipse miserabilium facile qui misericordes sunt, ad misericordiam devinciens ; non cum omnia insperata natura quadam non facile tolerabilia sint, ipse imminens casus in vobis erga nostram fidem pietatem adduxit. Cum autem, sicut exposuistis, domicilia communesque habitationes vestræ omnes radicatæ lapsæ sunt fluxu, et ruina montis, ubi residentia vestri communis sita erat, locaque fertilia dicto casu sterilem susceperint conditionem, supplicastis humiliter, ut causam haberent homines minime deseren-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

di commune vestrum, quod imminuere dignaremur pro dimidio summam librarum quinquaginta duarum, solidorum tredecim, denariorum quatuor Bonon. quos singulo anno solvere pro rata salarii vicariorum Capugnani, ac quod saltem sal vobis et vestro communi necessarium daretur vobis a camera salium Bononiense pro libris tribus Bonon. ad rationem Corbis, sicut fit cæteris aliis comitatibus communitatis Bonon. propter eorum paupertatem. Nos autem etsi firmiter credamus damna et jacturas vestras, tamen habere volumus in re ipsa omnem possibilem informationem; remque commisimus reverendo D. thesaurario et defensoribus haveris communis Bonon. Ipsi enim infirmati firmaverunt nobis ea quæ in supplicatione per vos narrata sunt, vera esse, imminereque ad hæc pericula præter ipsa, quæ mons ipse adhuc tendit ad decisionem : unde suadebant nobis, quod gratiam vobis faceremus : quod sal vobis daretur ratione corbis pro libris tribus Bonon. a camera, seu canipa salis nostra : et quod salarium communis vestri, videlicet librarum quinquaginta duarum, solidorum tredecim, denariorum quatuor, quod annuatim solvere tenemini pro salario vicariorum Capugnani; quod remitteremus, et imminueremus ad libras triginta duas solidos tredecim, denarios quatuor Bonon. quæ annuatim solvi per vos pro salario vicariorum teneantur. Residuum autem, videlicet libras 20 ne præjudicium fiat cameræ aut aliis communitatibus, solvant hoc modo, etc. Nam facta est alias constitutio per regimina civitatis Bononiæ et confirmata per quemdam reverendissimum cardinalem alias Bononiæ legatum, quod introitus Dacii molendinorum, qui pro rata contingente communitatibus Succidæ, Garnaglonis, et Capugnani ad rationem solidorum quatuor pro bucca personarum dictarum comitatum converterentur ad reparationem et ad reaptationem balneorum de Laporetta communitatis Bononiensis. Cum autem constitutio ipsa jam annis decem servata sit, reparationesque pro majore parte sint perfectæ, parumque restet ad suam perfectionem, suadebant, quod ex introitu prædicto Dacii molendinorum pro rata contingente dictis comitatibus qui per officiales deputatos colligitur causa dictæ reparationis, capiantur dictæ libræ 20 pro completa solutione eorum quæ solvere tenebamini pro salario vicarii vestri, residuum vero introitus deputetur ad solitam dictorum balneorum reparationem. Hoc enim suasis nobis propter damna vestra non mediocriter placuit : unde volentes in iis, quæ possumus, vobis et vestræ calamitati subvenire, auctoritate apostolica qua fungimur gratiam vobis facimus, concedimus et illargimur secundum quod in relatione prædicta significatum est, quod sal videlicet vobis pro usu vestro exhibeatur a canipa salis Bonon. pro libris tribus Bonon. quatenus siquidem solvere tantum debeatis pro salario vicarii Capugnani annuatim libras prædictas triginta duas, solidos tredecim, denarios quatuor Bononienses : aliæ vero 20 libræ tantum solvantur de introitu deputato pro balneorum reparatione per eum, vel eos, qui ad similem exactionem deputati sunt, sicut latius superius expressum est; mandantes thesaurario cameræ Bonon. qui pro tempore erit, defensoribus haveris, conductoribus, ac superstantibus salis, exactoribus vicariis Capugnani, officialibus deputatis ad dicti introitus exactionem pro reparatione balneorum ac omnibus et singulis aliis officialibus nostris et communis Bononiensis quibus spectat aut spectare possit in futurum, quatenus hanc nostram gratiam servent, faciantque de tempore in tempus ab aliis observari. In quorum fidem præsentis concessionis nostræ decretum fieri, sigillique nostri rotundi jussimus impressione muniri.

Datum Bononiæ in palatio nostræ residentiæ, die quinto decimo mensis Februarii 1452, pontificatus sanctissimi domini nostri D. Eugenii Papæ anno primo (1), etc.

IX.

Post cujus quidem decreti et indulti concessionem, spectabilis miles D. Nicolaus de Sanatis civitatis Bononiensis auctoritate apostolica in comitem Palatinum assumptus, in titulum sui comitatus locum prædictum, qui dicitur Laporetta, cum omnibus pertinentiis et jurisdictionibus suis, ac etiam cum vicariatu dictarum terrarum, et solutione solidorum quatuor pro qualibet bucca hominum et personarum in ipsis terris exsistentium, prout antea pro macinatu cameræ Bononiensis solvere consueverant, eadem auctoritate obtinuit provideri, prout in litteris apostolicis inde confectis, et coram nobis exhibitis clare constat. Cum autem inter præfatum generosum comitem et spectabilem militem ex una parte et vicarios pro tempore deputatos ad regimen terrarum ex altera, ac etiam communitates et homines earumdem parte ex altera sæpius controversia fuerit, et etiam vigeat de præsenti occasione solutionis salarii dicti vicariatus, et etiam solutionis librarum viginti, quas præfatæ communitates, et homines pro eorum buccis macinatus jam certis elapsis annis solvere pro reparatione balneorum do Laporetta consueverunt, ad quorum solutionem præfatæ universitates et homines dictarum terrarum auctoritate præinserti decreti se asserunt non teneri : nos ergo jurgiorum materias amputare cupientes, ac paci, quieti et tranquillitati subditorum nostrorum providere plurimum affectantes, præsenti nostro decreto firmamus, quod præfatæ universitates et homines earumdem pro omni eo et toto, quod occasione dicti macinatus pro eorum buccis cameræ Bononiensi solvere tenentur de cætero omnes singulas libras undecim Bonon. et non ulterius præfato D. Nicolao comiti prædicto et militi a tempore concessionis auctoritate apostolica sibi facta citra ex computando illud totum de dicta summa quod dictas universitates et homines præfato D.

(1) Falsa pontificatus nota.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Nicolao reperiretur esse solutum, effectualiter solvant sine diminutione aliqua; quæ libræ undecim emolumento dicti sui comitatus cedant pro reparatione balneorum de Laporetta, prout eidem ex litteris apostolicis reperitur esse concessum : ac etiam prædictæ universitates et homines pro salario universitatis dictarum terrarum annis singulis solvere debeant, juxta ordinem consuetum vicariis pro tempore deputatis, et imposterum deputandis per habentes ad hoc facultatem, libras quinquaginta duas, solidos tredecim, et denarios quatuor plenariam a residuo ejus, quod pro toto tempore præterito et usque ad tempus provisionis apostolicæ, ut præmittitur, factæ, dictæ universitates et homines solvere tenerentur occasione prædicta remissionem, liberationem, et exemptionem concedendo. Et insuper præfatum decretum, ut præmittitur, insertum per nos dignanter inspectum in omnibus suis partibus ultra præmissa auctoritate nostræ legationis confirmamus et approbamus, et etiam de novo conscripta in eo concedimus; mandantes domino thesaurario, defensoribus haveris civitatis Bonon. et aliis, ad quos spectat, tam præsentibus quam futuris, ut prædicta omnia observent, et ab aliis inviolabiliter faciant observari.

Datum Bononiæ, etc. die 20 Novembris 1450, indictione 3, pontificatus D. Nicolai papæ V anno quarto.

ΜΙΧΑΗΛΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΙΟΥ

ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΘΡΗΝΩΔΗΣ ΕΧΩΝ ΠΡΟΙΜΙΟΝ ΕΠΙ ΤΩ ΘΕΙΟΤΑΤΩ ΒΗΣΣΑΡΙΩΝΙ ΤΩ ΑΙΔΕΣΙΜΩΤΑΤΩ ΚΑΡΔΗΝΑΛΕΙ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΣΑΒΙΝΗΣ ΚΑΙ ΠΑΝΑΓΙΩΤΑΤΩ ΠΑΤΡΙΑΡΧΗ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

—

MICHAELIS APOSTOLII

BYZANTINI

ORATIO FUNEBRIS LAMENTABILE HABENS PROOEMIUM IN DIVINISSIMUM BESSARIONEM REVERENDISSIMUM CARDINALEM SANCTÆ SABINÆ ET SANCTISSIMUM PATRIARCHAM CONSTANTINOPOLITANUM.

—

Ergo erat in fatis ut, post plurimas illas calamitates et sacræ mihique charissimæ patriæ expugnationem et excidium, vixdum recreatus, et hunc intolerabilem nuntium audirem. Sapientissimum nostrum et divinissimum dominum et fautorem, quem gentes et civitates, ecclesiæque et principatus consiliarium et præsidem in omnibus habere exoptabant, ex hominibus, heu! inopinato fuisse sublatum! O longi temporis infortunia et subitæ rerum conversiones refluæque fortunæ, quid hoc jamdudum concoquentes nostra ætate perfecistis, cum vel ante vel nostra post tempora liceret? Annon dignam, ut par fuit, ultionem a nobis sumpsit summus rerum moderator per eas quæ præcesserunt calamitates? an et ultimam hanc quasi debitam superinduxit; ut cum ipsa et vitam nobis, heu! utinam eriperet!

Ἔμελλον ἄρα μετὰ τὰ πολλὰ ἐκεῖνα δεινὰ, καὶ τῆς ἱερᾶς καὶ φίλης μοι πατρίδος τὴν ἅλωσιν καὶ ἀνάστασιν μόλις (1) ἀναλαβὼν ἐμαυτὸν, καὶ ταύτην πευσεῖσθαι τὴν ἀνύποιστον ἀγγελίαν, τὸν σοφώτατον ἡμῶν καὶ θειότατον δεσπότην καὶ κηδεμόνα, ὃν ἔθνη καὶ πόλεις, ἐκκλησίαι τε καὶ ἀρχεῖα ξύμβουλον καὶ προστάτην ἐπόθουν ἔχειν διὰ παντὸς, ἐξ ἀνθρώπων, οἴμοι! παρ' ἐλπίδα γενέσθαι. Ὦ δυσκληρίαι τοῦ μακροῦ χρόνου καὶ περιπέτειαι καὶ παλίρροιαι! τί τοῦτο τυρεύουσαι ἄνωθεν ἐφ' ἡμῶν τετελέκατε, ἐξὸν (2) πρὸ ἡμῶν γε ἢ μεθ' ἡμᾶς; ἢ οὐχ ὡς ἔοικεν ἀξίαν δίκην ἔλαβε παρ' ἡμῶν ὁ ταμίας, ταῖς προλαβούσαις τῶν ξυμφορῶν, καὶ ὡς προσήκουσαν ταμιεύων ταύτην ἐπεισήνεγκε τελευταίαν, ἵνα ξὺν ταύτῃ καὶ τὸ ζῆν ἡμᾶς ὡς ὄφελον ἀφαιρήσεται. Ὡς εἴπερ τοῦτό γε ἤδειν, τοσούτοις ἐς τόδε περιπεσόντα

(1) Ἀναλαμβάνειν ut ἀναφέρειν ἑαυτὸν, recreari *sich erholen*. Hippocrat. περὶ γυν. II, pag. 267, 28.

(2) *Cum liceret*. Exempla ad Viger. 330. — Parum humane hæc Noster : sed indulget dolori.

* Hanc orationem Græce edidit Georg. Gustav. Fülleborn, Lipsiæ 1792, cum Georgii Gemisti laudatione funebri Cleopæ Augustæ. Interpretationem latinam addidimus. Vide tomum superiorem in Plethone.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

δεινοῖς, καὶ ταύτην δοῦναι δίκην ἐξωλεστάτην, ἥδιστα ἂν εὐξαίμην ἐν τῷ (3) τότε καταλαβεῖν, τῇ τῶν Ἀχαιμενιδῶν τομωτάτῃ μαχαίρᾳ ἢ φαύλῃ τύχῃ περιγενόμενον, μυρίων ἀξίας θανάτων ὑφίστασθαι ξυμφοράς. Κρεῖσσον γὰρ ἐσάπαξ, κατ' Εὐριπίδην, θανεῖν. ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.

Ideo, hoc quidem si prævidissem me tanta in mala nunc incursurum et has funestissimas daturum pœnas, libentius optassem tunc temporis comburi, Achæmenidarum acinace interemptum, quam in miseram delapsum fortunam sexcentis pejores mortibus subire calamitates. Satius est enim, ut ait Euripides, semel mori quam cunctis diebus male perpeti.

Ὦ τῶν γινομένων ὀξυωπέστατον βλέπος! ὦ οἰκονόμε σοφώτατε τῶν θ' ὑφ' ἥλιον τῶν θ' ὑπὲρ ἥλιον, τί τὸν φανότατον πυρσὸν τῆς οἰκουμένης ἀπέσβεσας! μᾶλλον δὲ, τί τὸν ἡλίου φαιδρότερον ἐξέκοψας ὀφθαλμόν! Οὐ θεοσεβὴς ἐτύγχανεν ὤν; οὐ προστάτης τῆς Ἐκκλησίας; οὐ μισοπόνηρος; οὐ φιλοδίκαιος; οὐ σοφώτατος; οὐ ταῖς ἀρεταῖς αὐτοῦ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν διέπρεπεν; οὐ τοῖς δεομένοις καθημέραν ἐπήρκει; οὐκ ἀναιμάκτους ὁτημέραι θυσίας διετέλει ποιῶν; οὐχ ὅ τι ἂν εἴποι τις ἀγαθὸν καὶ δίκαιον καὶ φιλόθεον; Ὦ σοφία καὶ ἀρετὴ καὶ παιδεία, τίς ὑμῶν τὴν ἑστίαν διέλυσεν, ἀριστά τε ἀπεξεσμένην καὶ ὡς οὐκ ἄλλως ἐνῆν! οὐ γὰρ μόνον τὴν σοφίαν τἀνδρὸς καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν κοσμιότητα Ἕλληνες καὶ Ῥωμαῖοι θαυμάσαντες ἔχουσι, καὶ ὅσοι τὸν τούτων ἀγαπῶσι ζυγὸν καὶ ὑπὸ τούτων ἰθύνονται, ἀλλὰ καὶ Βρεττανοὶ καὶ Κίμβροι καὶ Γερμανοὶ, Κελτοί τε καὶ Γαλάται καὶ Ἰσπανοὶ, Παίονές τε καὶ Ἴβηρες καὶ Κελτίβηρες, ξυνελόντι τε φάναι, ἅπαν γένος Ἑλληνικόν τε καὶ βάρβαρον, παρ' ὧν καὶ κλέος ἐκτήσατο οὐρανόμηκες, καὶ μνήμην ἐντεῦθεν, ὡς οἶομαι, ἕξει παντὸς τοῦ χρόνου τὴν φύσιν ὑπερνικήσουσαν.

O tu qui perspicacissimo ea quæ fiunt oculo conspicis! O sapientissime eorum, quæ sub sole sunt et super solem, dispensator, ad quid splendidissimam orbis facem exstinxisti? Vel potius quare illum sole fulgentiorem oculum eruisti? Nonne pietatis cultor erat? Nonne Ecclesiæ defensor? Nonne malorum osor? Nonne justitiæ amans? Nonne sapientissimus? Nonne suis virtutibus orbem universum decorabat? Nonne egenis quotidie opitulabatur? Nonne incruenta, quotquot eunt dies, sacrificia indesinenter faciebat? Nonne quidquid dici potest et boni, et justi, et religiosi? O sapientia, virtusque et disciplina, quis vestrum dissolvit domicilium ita optime perpolitum, ut aliter non liceret? Hujus enim viri sapientiam et omnem reliquum decorem non modo Græci et Romani et quicunque eorum jugum amant ab iisque reguntur in admiratione habent, sed et Britanni et Cimbri et Germani, Celtæque et Galli atque Hispani, Pæonesque et Iberes ac Celtiberes, atque, ut uno verbo dicam, Græcanicum genus omne et barbaricum, apud quos gloriam adeptus est quæ cœlum usque pertingat et memoriam exinde, ut reor, habebit quæ omnis temporis naturam abunde sit superatura.

Φεῦ! τίς μου τὴν ἐλπίδα τῶν καλῶν ἀποτεφρώσας κατήσχυνε! τίς μου τὸν τροφέα τῶν παίδων ἀφείλετο! τίς μου τῆς πρεσβυτικῆς ἡλικίας καὶ τῆς ξυμμόρου ταύτῃ πενίας ὤχετο λαβὼν τὸν παρήγορον! Οὐδέν μοι πρὸς τοῦτο τὰ πατρίδος λελόγισται, οὐδὲν ἀποβολὴ παίδων καὶ ὀρφανία πατέρων, οὐδὲν οἰκῶν καὶ χρημάτων ἀπώλεια, οὐκ ἄλλο γε οὐδὲ ἓν τῶν, ὅσα λύπην καὶ νόσον καὶ ὅσα σύστοιχα τούτοιν τοῖς τάλασιν ἀνθρώποις ἐπάγουσιν ἐπερχόμενα. Ὦ σοφώτατε Βησσαρίων, τὸ αἰδέσιμον ἔμοιγε καὶ γλυκὺ καὶ καύχημα καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, οἷος ὢν ἡμῖν εἶτα τέθνηκας, οἴμοι! ὃς οὐχ ὥσπερ μοι δεσπότης ὁμιλῶν διετέλεις, οὐχ ὡς εὐεργέτης ἢ ὡς σοφώτατος, ἀλλ' ὡς ἴσος τὴν τύχην καὶ ὡς ὀφείλων μοι, ἢ καὶ ὡς ἕνα τῶν ἠθῶν καὶ δογμάτων τῆς φιλοσοφίας εἰδότι.

Eheu! quis mihi bonorum spem in cineres redactam confudit? Quis mihi puerorum nutritium abstulit? quis mihi senilis ætatis et consociæ senio paupertatis rapuit consolatorem? Nihil mihi ad hoc reputatæ sunt res patriæ civitatis, nihil liberorum amissio, nihil patrum orbitas, nihil domorum et pecuniarum jactura, neque quidquam aliud horum quæcunque dolorem et morbum et his affinia miseris hominibus ingruendo afferunt. O sapientissime Bessarion, venerandum certe mihi et dulce decus et res et nomen, qualis fuisti nobis et deinde, hei mihi! mortuus es! qui mecum non quasi dominus conversari perseverasti, non quasi benefactor aut sapientissimus, sed quasi qui fortuna æqualis et mihi debitor esses, vel etiam quasi cum sciente nonnihil philosophiæ morum et dogmatum.

Εἴθ' ἐμοὶ ταῦτα λέγοντι νῦν ὀστᾶ καὶ νεῦρα καὶ σὰρξ μύες τε καὶ ἀδένες καὶ χόνδροι καὶ μυελὸς καὶ πᾶν μοι τῶν χυμῶν θεόθεν μεταβληθείη τὸ σύστημα πηγαὶ δακρύων γενόμενον! ὡς οὐκ ἐνὸν ἄλλως κατ' ἀξίαν θρηνῆσαι τὸν ἡγεμόνα τῶν λόγων καὶ τῆς σοφίας αὐτῆς, τὸν Πλάτωνος εὐγλωττότερον καὶ Δημοσθένους δεινότερον, τὸν Θουκυδίδου τὸν ὄγκον (4)

Utinam mihi hæc dicenti nunc ossa et nervi atque caro musculique et adipes et cum medulla cartilagines et omnis in me succorum concretio divinitus transmutata in lacrymarum fontes diffluerent! Aliter enim non satis digne deflere possim litterarum ipsiusque sapientiæ principem illum, Platone disertiorem, vehementiorem Demosthene, sua in

(3) De excidio Constantinopolis cogitat. Constantinopolis a Turcis occupata est 1453 d. 29 Maii. Ἀχαιμενιδῶν h. e. Persarum pro: Turcarum, quod sæpe. Conf. Pontanus ad Phranzam. l. 1, cap. 23, pag. 255. Μάχαιρα genus armorum Persis olim usitatissimum. Xenoph. de Re Equ. XII, 11, i. q. κοπὶς Cyrop. I, 2, 9.

(4) Ὄγκος sublimitas. Παρά γε μὴν τοῖς ῥήτορσι

concinnandis orationibus majestate et pulchritudine, Thucydidæ sublimitati tenebras offundentem, illum qui insolubilibus syllogismorum conclusionibus nequaquam se ab Aristotele et Chrysippo superatum esse demonstravit, omniumque cardinalium ipsiusque Patris patrum velint nolint, decus et corona fuit.

Nunc adesse oporteret Orphea, Musæumque et Homerum, nunc Gorgiam et Lysiam et Andocidem, nunc Pherecyden, Pythagoramque et Platonem, ut in virum virtutum exemplar et imaginem hymnos et funebres orationes et epigrammata conscriberent, si tamen et illi hymnis eum celebrare pares esse possent. Mihi vero, cum sim unus, cum sim tantillus, et tamen præconium contexere audeam et monodiam decantare funebrique oratione denique prosequi, quis non jure succenseat? Quæve in nos non jactentur convicia, qui ea quæ attingere non possumus et supra vires sunt attentamus? Sed nihil horum mihi curæ est, dummodo tu sermones, ut vivens, ita certe et post mortem libenter accipias.

Porro illi erat patria quæ post reginam urbem urbium fuit regina Trapezus antiquissima et Græca civitas a philosophis in sexcentis scriptorum locis decantata : et quibuscunque inter ipsos cordi fuit prospere se habentem ordinare civitatem, legibus bene constitutam, florentem litteris, recte in omnibus dispositam, ii pro forma et exemplari Trapezuntem proposuerunt.

Parentes autem non ex nobilibus erant et fortuna insignibus, sed manu et artificio victum transigebant, victum, ut ego quidem reor, justiorem divinioremque tyrannorum victu dynastarumque, qui gentes et civitates imperio tenent et dirigunt : illi namque homines iisdem affectionibus inditos ex iisdem procreatos sanguinibus, et iisdem quibus ipsi fortunis et casibus obnoxios, ex liberis servos vi faciunt, atque tributa vectigaliaque et exactiones solvere cogunt, et non præbentibus neque habentibus unde præbeant extrema minitantur, et Pluto ipso qui cæcus est ac dicitur cæciores in eos rabie efferantur. Hi autem, etsi nihil horum omnium habentes sint, honeste tamen et secundum naturam vivunt, copiosius quam divites propriis ex laboribus egenis opem ferentes, peregrinos hospitio suscipientes, alacriorique animo ignem accendunt, ungunt oleo, vestimentis induunt et accumbere faciunt.

Postquam vero in pueritiam provectus est, optima nota signatum eum a parentibus secum assumpsit

τῷ μεγέθει καὶ κάλλει τῆς σφετέρας τῶν λόγων ξυνθέσεως ἀποκρύψαντα, τὸν τοῖς ἀλύτοις τῶν συλλογισμῶν ξυμπεράσμασιν οὐδέν τι ἑαυτοῦ διενηνοχότε Ἀριστοτέλη καὶ Χρύσιππον ἀποφήναντα, τὸν κόσμον καὶ στέφανον ἁπάντων τῶν καρδινάλεων καὶ αὐτοῦ γε δὴ τοῦ πατρὸς τῶν πατέρων, κἂν εἰ μὴ θέλοιέν τινες, κἂν εἰ θέλοιεν.

Νῦν ἐχρῆν περιεῖναι Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον καὶ Ὅμηρον, νῦν Γοργίαν καὶ Λυσίαν καὶ Ἀνδοκίδην, νῦν Φερεκύδην καὶ Πυθαγόραν καὶ Πλάτωνα (5), ἵν' ὅπως ὕμνους ξυνθεῖεν τῇ εἰκόνι τῶν ἀρετῶν καί γ' ἐπιταφίους καί γ' ἐπιγράμματα, εἴπερ ἄρα καὶ τούτοις ἐφικτά γε τὰ τῆς ὑμνήσεως. Ἐμοὶ δ' ἑνί τε ὄντι καὶ τοιούτῳ γε ὄντι, τῶν πρὸς ἐλόγων κατατολμῶντι καὶ μονῳδεῖν ἐγχειροῦντι, καὶ λόγοις ἐπιταφίοις τὸ τελευταῖον προπέμποντι, τίς οὐκ ἂν εἰκότως ἐπιτιμήσειεν, ἢ τίνος τῶν ἐφ' ἡμᾶς λοιδοριῶν φείσαιτ' ἂν τῶν ἀνεφίκτων ἐπιχειροῦντας καὶ ὑπὲρ δύναμιν; Ἀλλ' οὔ μοι μέλει τῶν τοιούτων γε οὐδενός, αὐτοῦ σου μόνον δεχομένου τοὺς λόγους ὥσπερ ἀσμένως περιόντος οὕτως ἀμέλει καὶ μετὰ θάνατον.

Τούτῳ μὲν δὴ πατρὶς ἐτύγχανεν οὖσα ἡ μετὰ τὴν βασιλίδα βασιλὶς τῶν πόλεων (6) Τραπεζοῦς, πόλις ἀρχαιοτάτη καὶ Ἑλληνίς, καὶ μυριαχῇ τῶν λόγων ᾀδομένη τῶν φιλοσόφων, καὶ ὅσοις δὲ ἐμέλησε τούτων καλῶς κοσμῆσαι πράττουσαν πόλιν, εὖ τε ἔχουσαν νόμων, εὖ τε ἔχουσαν λόγων, εὖ τε τοῖς πᾶσι διακειμένην Τραπεζοῦντα τύπον προὐτεθείκεσαν καὶ παράδειγμα.

Πατέρες δὲ, οὐ τῶν εὖ γεγονότων καὶ περιφανῶν τὰ ἐς τύχην, ἀλλ' ἑαυτοῖς τὸν βίον ποιουμένων χειρωναξίᾳ, βίον, ὡς ἐγῷμαι, δικαιότερον καὶ θειότερον τῶν ἐν τυραννίσι καὶ δυναστείαις ἔθνη καὶ πόλεις διεπόντων καὶ ἰθυνόντων · εἴπερ ἐκεῖνοι μὲν ἀνθρώπους ταυτοπαθεῖς, κἀκ τῶν ὁμοίων ὄντας αἱμάτων, καὶ ταῖς αὐταῖς αὐτοῖς τύχαις καὶ πάθεσι περιπίπτοντας, δούλους ποιοῦσιν ἐξ ἐλευθέρων ἀνάγκῃ. καὶ δασμοὺς καὶ φόρους καὶ συνεισφορὰς τελεῖν αὐτοῖς ἐπιτίθενται, καὶ τοῖς μὴ παρέχουσι καὶ οὐκ ἔχουσι τὰ ἔσχατα ἀπειλοῦσι, καὶ (7) τυφλοῦ γε ὄντος καὶ λεγομένου τοῦ Πλούτου τυφλότεροι ὄντες λυττῶσι περὶ αὐτῶν. Οὗτοι δὲ τῶν τοιούτων ἁπάντων, οὐχ ὅτι γε οὐδέν εἰσιν ἔχοντες, ἀλλὰ καὶ εὐσχημόνως καὶ κατὰ φύσιν βιοῦσιν εὐπετέστερον τῶν πλουσίων, ἐκ τῶν σφετέρων πόνων ἐπαρκοῦντες τοῖς δεομένοις, καὶ τοὺς ξένους ὑποδεχόμενοι, προθυμότερόν τε ἐναύουσι πῦρ, καὶ ὕδωρ θερμὸν αὐτῶν καταχέουσιν, ἐλαίῳ τε ἀνατρίβουσι καὶ περιβάλλουσι καὶ ἐγκατακλίνουσι.

Παραγγείλαντα δὲ εἰς παίδων καὶ κόμμα φαινόμενον ἀγαθὸν προσελάβετο μὲν παρὰ τῶν πατέρων

τὰ ἐγκώμια — τὸν μὲν ὄγκον καὶ τὸ ὑψηλὸν ἐξ ἅπαντος περιέχει. Long. de Subl., VIII, 3.

(5) Πῶς ἂν τόδε τὸ ὑπ' (αὐτοῦ) λεγόμενον παρὼν Ὅμηρος ἤκουσεν, ἢ Δημοσθένης, ἢ πῶς ἂν ἐπὶ τούτῳ διετέθησαν; Longin. de Subl. XIV, 2. Magis adhuc tamen Manuel Palæologus in Oratione in Theodor. ap. Combefisium (*Patrol. t. CLVI*). — Ποία τις γλῶσσα, ποία φωνή, νοῦς δὲ τίς ἢ φρόνησις ἀρκέσειεν ἂν ὑμνῆσαι; οὐδ' εἰ συνέλθοιεν ὁμοῦ πᾶσα συγγραφή τε καὶ ποίησις, Νέστορές τε καὶ Ὀδυσσεῖς καὶ Ἀντήνορες καὶ οἱ τῶν ῥητόρων πάντες χοροὶ, καὶ Πυθαγόραι καὶ Πλάτωνες καὶ οἱ κατ' αὐτοὺς ἅπαντες.

(6) Τραπεζοῦς πόλις Ἑλληνὶς οἰκουμένη ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ, Σινωπέων ἀποικία. Xenoph. Anab. IV, 8, 22.

(7) Cæcum finxerunt veteres divitiarum deum. Vide Aristoph. Plut. οἱ σ'.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

αὐτὸν ὁ τῶν ἱεροφαντῶν μέγιστος Τραπεζοῦντος (8) Δοσίθεος πάνυ τοι πολλαῖς λιταῖς καὶ δεήσεσι λόγοις τε αὐτὸν ἐκπαιδεύειν καὶ ἅμα θέσθαι υἱὸν τοῦ κατὰ φύσιν ἐπικυδέστερον· ἐπεὶ δ' αὐτῷ κατὰ νοῦν ἐπῆει παλινδρομήσειν ἐς τὸ Βυζάντιον, ξυνεπηγάγετο καὶ τὸν παῖδα τῆς ἀρετῆς τὸ κάλλος ἐπιφερόμενον, μετ' οὐ πολὺ δ' ἄγων ἐνεχείρισε διδασκάλῳ, τὸν μὲν βίον ἀδιαβλήτῳ, τὸν δὲ τρόπον ἀνεπιλήπτῳ, τὴν δ' ἐμπειρίαν δεξιωτάτῳ, εὖ μάλα εἰδὼς, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἐν ἀνθρώποις καλῶν φύσει τέ ἐστιν ἀβέβαια καὶ ὀλιγοχρόνια, παιδεία δὲ μόνη τῶν ἐν ἡμῖν ἀθάνατόν τε καὶ ἀναφαίρετον.

Οὗ δ' οὖν ἐπόθει μάλα τυχὼν, θᾶττον ἢ πᾶσί γε κατ' ἐλπίδα, μελέτῃ τε καὶ γνώσει καὶ εὐφυΐᾳ συναγήοχε μὲν τὴν πρώτην τέχνην καὶ ἀναγκαίαν ταῖς μετ' αὐτὴν, συναγήοχε δὲ ποιητικὴν τὴν πολυσχιδῆ, εὔπορον οὖσαν χρῆμα καὶ δαψιλὲς, τῇ τε χορηγίᾳ τῆς γλώττης, τῷ τε πλήθει τῶν ὀνομάτων, πάντα ἱκανὴν δηλῶσαι τὰ βουλήματα τῆς ψυχῆς, καὶ ὁποῖον ἢ ἔργον ἢ σχῆμα ἢ πάθος ἢ μέγεθος ἕκαστος κέκτηται τῶν ἀνθρώπων ἢ καὶ θεῶν, ἐναργῶς πάντα καὶ ῥᾷστα διασημαίνουσαν. Ῥητορικὴν δέ γε τὴν πυρὸς μένος πνείουσαν, εἰ καὶ ἱλαρὸς αὐτὸς καὶ ἠθικὸς ἐτύγχανεν ὤν, πολὺ τῶν ἄλλων διέφερεν ἔν τε βουλαῖς ἔν τε δίκαις κἀν ἐπιδείξεσιν. Ἐπεὶ δ' αὐτῷ ταῦτα εἶχε καλῶς καὶ ᾗπερ ἐβούλετο, λογικῆς τε ἅμα καὶ ἠθικῆς ἐπεθύμησε καὶ τοὺς περὶ φύσεως μετιέναι λόγους καὶ ἰδεῶν, καὶ τῆς ἐφέσεως ἐπημοίρησεν οὐ πάνυ τοι πολλῷ καὶ διὰ μακροῦ. Ἔτι τε αὖ καὶ τῶν μαθηματικῶν τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν ἐν οὐ πολλῷ τινι χρόνῳ, Πλήθωνα ἔχων καθηγεμόνα, τὰ κάλλιστα ξυναγήοχε. Τὰ δ' ἄλλα, ὡς περιττὰ τοῖς εὐσεβοῦσι καὶ ἄχρηστα, τοῖς βουλομένοις παρῆκεν ἐπιζητεῖν. Οὕτω δὴ οὖν περὶ ταῦτα ἔχοντος τοῦ ἀνδρὸς καὶ δίχα μερίζοντος ἑαυτὸν τῇ μὲν πρὸς λόγους, ὧν ἄνευ τυφλὸς ὁ βίος, τῇ δὲ πρὸς ἄσκησιν πολιτείας θεοπρεποῦς, ἦκεν ἐκεῖνος φθάσας ὁ χρόνος, ὁ τοῖν γενοῖν ἑκατέροιν (9) ἐπέραστος, ὃς τὰ διερρωγότα γένη συνῆψε καὶ τὴν παλαιὰν ἔχθραν ἐκείνην διέλυσεν. Ἐπηγάγετο δὲ τὴν εἰρήνην καὶ τὴν ὁμόνοιαν, τῶν ἐν βίῳ τὰ κάλλιστά γε καὶ ξυμφορώτατα.

Ὦ πῶς ἀδακρυτὶ ταῦτα καὶ μέτειμι καὶ διέξειμι! πῶς τὸ δυστήνω μου ὀφθαλμὼ κατεξηρανθήτην, καὶ φρίκη (10) πάντα περιέσχε τὰ μέλη μου, ἢ ὅτι τὸ αἷμα τῇ λύπῃ ξυσταλὲν περὶ τἄνδον, οὐκ ἀλόγως τὰ ἔξω· κατεστερέωσε. Τότε δὴ οὖν εἰς ἄνδρα παραγγείλαντα τὸν γενναῖον, ἀρχιερέα γενέσθαι τῆς πολυυμνήτου Νικαίας, καὶ παρεκάλεσαν καὶ ἠνάγκασαν. Τί τὸ ἐντεῦθεν ἀπῆρκεν ἐς Ἰταλίαν σύναμα τῷ γαληνοτάτῳ (11) ἡμῶν βασιλεῖ καὶ τῷ τότε τὰς ἡνίας τῆς Ἐκκλησίας ἰθύνοντι, καὶ ξυμπάσῃ τῇ

maximus antistitum Trapezuntius Dositheus, quem multis omnino precibus obsecrationibusque et verbis institueret, simulque in filium sibi adoptaret et quidem longe gloriosiorem eo qui secundum naturam genitus. Cum autem ipsi in mentem venisset Byzantium remeare, secum adduxit et puerum virtutis pulchritudinem præ se ferentem, nec multo post magistro, cujus vita irreprehensa, incorruptique mores, ob experientiam peritissimo in manus tradidit, apprime sciens cætera quæ sunt in hominibus bona parum esse firma et brevissimi temporis, disciplinam vero in nobis immortalem esse et quæ auferri nequeat.

Porro id cujus magno tenebatur desiderio assecutus, omnium spe citius, studio, mentis acumine et bona indole primam artem illam, cæteris omnibus quæ eam sequuntur necessariam condidicit; condidicit et multiplices poeticæ partes, ut quæ sit ars locuples et copiosa, linguæ apparatu et nominum multitudine omnes animi sensus exprimere valens, et qualem vel operationem, vel habitum, vel affectionem, vel magnitudinem sortitus sit hominum aut etiam deorum unusquisque dilucide omnino et facillime commonstrans. Tunc in rhetorica, quæ vim ignis spirat, etsi comis ipse et moratus, cæteros sive in deliberando, sive in causis dicendis, sive in demonstrandi genere longe superabat. Cum autem hæc optime et ex voto calluit, logicam porro et ethicam et eas quæ sunt de natura et ideis scientias discere in desiderio habuit, eique res bene successit, quin tamen multum prorsus nec diu studuisset. Mathematicarum vero artium et scientiarum, brevi quidem tempore, Plethonem habens ducem, optima quæque percepit. Sed reliqua, quasi supervacua pietatem colentibus et inutilia, iis qui vellent inquirenda dimisit. Ergo iis de rebus ita se habente viro et bifariam curas partito, hinc quidem in litteras, sine quibus cæca est vita, illinc vero in exercitationem instituti quo Deo digne vivitur, venit tandem tempus illud, utrisque populis desideratissimum, quod disruptas gentes coadunavit et antiquam illam dissolvit inimicitiam, pacemque et concordiam, res omnium quæ sunt in vita pulcherrimas et utilissimas reduxit.

Heu! qui sine lacrymis illa tracto et enarro? Quam ob causam miserrimi oculi mei sunt exsiccati, et omnia membra mea horrore coercita, nisi quia sanguis præ dolore circum præcordia concretus exteriora mea non absque ratione induravit? Eo igitur tempore virilem in ætatem progressum nobilem nostrum civem, ut celeberrimæ Nicææ archiepiscopus fieret et rogaverunt et coegerunt. Exinde, una cum serenissimo imperatore nostro et cum eo qui tunc temporis Ecclesiæ habenas regebat,

(8) De Dositheis variis egit Fabric. bibl. Gr. III, 5, 11. Vol. II, p. 88 seq.

(9) Orientalem et Occidentalem Ecclesiam significat.

(10) Φρίκη h. l. horror febrilis. Alex. Aphrod. Probl. 2, 16.

(11) Joannes Palæologus ille: si de concilio Ferrariensi hic sermo est, qui certo est. Vid. Acta hujus syn. Sylv. Syropuli pag. 59. Conf. icones ap. Lambec. VIII, p. 504.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

cumque omni Orientalis Ecclesiæ senatu, in Italiam vela fecit. Qui vero illuc convenerant, volnerunt utrique ex utrisque populis optimos quosque suæ ipsorum causæ patronos deligi, et hunc unum ex illis in primis elegerunt. Quam multa autem dixerit, quamque multa conscripserit in sacra illa divinissimaque synodo et in ea quæ alia in parte Italiæ est habita, senserunt et ii quicunque tunc illic aderant, senserunt et ii quibus curæ fuerunt ea quæ postmodum gesta sunt, sentient vero etiamnum qui volent, cum liceat plurimas et optimas viri orationes manu usurpatas perlegere.

O quam multi tunc in admiratione te habuerunt! quam multi propter te genti nostræ gratulati sunt! quam multi prole felicissimum patrem beatum prædicaverunt et laudaverunt! quam multi divinissimo Dositheo, tuæ institutionis causa, faustissima sunt apprecati! Porro propter hæc et his adhuc plura, te Romani cardinalis dignitate decorarunt, et insuper te patriarcham ejus quæ non ita multo antea, hei mihi! civitatum regina fuit constituerunt. Quin imo dignus es judicatus qui ad summum et divinissimum Romani pontificatus apicem evehereris, et quidem evectus esses nisi fuisset impedimento nostræ gentis infelicitas, vel potius Dei omnia pervidentis oculus alia in futurum reponens quæ hominum scientia capere non potest.

Illum vero, cum talis ac tantus esset, naturæ concedere coactum, ex hac mortali et corruptibili vita in incorruptam et immortalem transtulit Deus; quippe haud digni fuimus qui diu tanto decore frueremur.

Non me quidem latet, amicissimi viri, homines plerosque nullum existimare dolorem acriorem eo qui ad mortem ducit; ego vero bonis nullam esse suaviorem censeo voluptatem quam ex hac vita migrationem; quia, cum sint quasi in carceralibus custodiis, compedibusque et suppliciis detenti, ab iis educti ad immortalem jucundissimamque vitam transmigrant, et eos Deus paredros sibi constituit, sedis alios quidem altioris, alios autem inferioris, juxta uniuscujusque certaminum mensuram, dignitate remunerans.

Verum perversi homines, voluptatis veterno obruti, quasi graviore potu per totam vitam inebriati, pro immarcescibili prato hunc carcerem habent neque vincula dissolvi cupiunt, quippe qui infima hæc supernis præponant. Mihi autem neque de his neque

γερουσίᾳ τῆς ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας; Οἱ δὲ φθασάντων ἠβούλοντο παρ' ἑκατέροιν ἑκάτεροι τοῖν γενοῖν, τοὺς ἀρίστους ἑαυτῶν ξυνηγόρους ἐλόμενοι καὶ τοῦτον ἕνα τούτων προείλοντο. Καὶ ὅσα μὲν εἶπεν, ὅσα δὲ ξυνεγράψατο ἔν τε τῇ ἱερᾷ ἐκείνῃ καὶ θειοτάτῃ (12) ξυνόδῳ ἔν τε ἄλλῃ πῃ τῆς Ἰταλίας, ἦσθοντο μὲν καὶ ὅσοι τότε παρῆσαν ἐκεῖ, ἦσθοντο δὲ αὖ, καὶ οἷς ἐμέλησε τῶν μετὰ ταῦτα γεγενημένων, αἰσθήσονται δὲ καὶ νῦν οἱ βουλόμενοι, ἐξὸν πολλούς τε καὶ καλοὺς λόγους ἀναλαβόντας διεξελθεῖν τοῦ ἀνδρός.

Ὦ πόσοι σε τότε διὰ θαύματος ἦγον! πόσοι διὰ σὲ τὸ γένος ἐμακάρισαν τὸ ἡμέτερον! πόσοι τὸν εὐτεκνότατόν σου πατέρα καὶ εὐδαιμόνισαν καὶ ἐπῄνεσαν! πόσοι Δοσιθέῳ τῷ θειοτάτῳ τῆς περὶ σὲ κηδεμονίας ἕνεκεν ηὔξαντο τὰ βελτίω! διά τοι ταῦτα καὶ ἔτι πλείω γε τούτων καὶ τῷ τοῦ καρδηνάλεος σὲ Ῥωμαῖοι τετιμήκεσαν ἀξιώματι, καὶ ἔτι γε τῷ τοῦ πατριάρχου τῆς μικρῷ πρόσθεν, οἴμοι! βασιλευούσης (13) τῶν πόλεων. Πρὸς δέ γ' ἐπὶ τούτοις καὶ ἄξιος ἐκρίθης (14) τῆς ἄκρας καὶ θείας τῶν Ῥωμαίων ἱεραρχίας, καὶ μέντοι καὶ γένοιο ἂν, εἰ μὴ τοῦ γένους ἡμῶν ἡ κακοπραγία ἐκώλυσε· μᾶλλον δ' ὁ τοῦ Θεοῦ πανδερκέστατος ὀφθαλμὸς ἄλλα ταμιευόμενος, ὧν γνῶσις ἀνθρώποις αἰσθέσθαι οὐ δύναται.

Τοιοῦτον δὲ ὄντα καὶ τηλικοῦτον ἐκ τοῦδε τοῦ φθαρτοῦ βίου καὶ (15) ἐπικήρου ἐς ἀκήρατον καὶ ἄφθαρτον μετέστησεν ὁ Θεὸς τῇ φύσει παραχωρήσαντα, ὡς οὐκ ἀξίων ὄντων ἡμῶν, τοσούτου κάλλους ἀπολαύειν μέχρι πολλοῦ.

Οἶσθα μὲν οὖν, ὦ ἑταιρότατοι ἄνδρες, ὡς οἱ πλεῖστοί γε τῶν ἀνθρώπων οὐδὲ μίαν ὀδύνην ἐπιπονωτέραν ἡγοῦνται τῆς ἀγούσης ἐπὶ τὸν θάνατον· ἐγὼ δὲ οὐδὲ μίαν ἡγοῦμαι κρείττω γε ἡδονὴν τῶν ἀνθρώπων τοῖς ἀγαθοῖς τῆς τοῦ βίου τοῦδε ἀπαλλαγῆς. Ὅτι γε ἐν φρουραῖς ὄντες καὶ πέδαις καὶ τιμωρίαις ὡς ἐν δεσμωτηρίῳ, τῶν τοιούτων ἀπαλλαγέντες, εἰς ἀθάνατον βίον καὶ τερπνότατον μεταβαίνουσι, καὶ ὁ Θεὸς (16) παρέδρους ἑαυτῷ ποιεῖται δι' ἀρετήν, χώρας τε τοὺς μὲν ἀμείνονος, τοὺς δὲ ἐλάττονος ἀξιῶν, κατὰ τὸ μέτρον ἑκάστῳ τοῦ ἀγωνίσματος.

Οἱ δὲ μοχθηροὶ τῶν ἀνθρώπων, ὑφ' ἡδονῆς καρωθέντες, ὡς ἂν ὑπ' ἰσχυροτέρου πόματος κατεχόμενοι δι' ὅλου τοῦ βίου, ἀκήρατον ὥσπερ λειμῶνα τόδε ἡγοῦνται τὸ δεσμωτήριον, καὶ τὴν λύσιν τῶν δεσμῶν οὐ προσίενται, ἅτε τὰ τῇδε ἑλόμενοι τῶν ἐκεῖ. Ἐμοὶ

(12) Synodum Ferrariensem significat, a. 1438, d. 6 Octobr. ab Eugenio IV cœptam, anno 1439 post sessionem XVI. Florentiam translatam. Duca Hist. Byz. cap. 31, p. 118 seq. In sessione prima Bessarionis προσφώνημα de unione ineunda (vid. Fabric. X, p. 402, 1), in alia quadam ejusdem oratio occurrit de unione. (Conf. idem p. 402, 2). Pertinet huc quoque illa Bessarionis epistola, de qua Fabr. ib. n. 6. Conf. de hoc Concil. *Labbei* Syn. Histor. Concil. Paris. 1661, 4. Concil. Coll. *Labbei* a. 1672 absol. Tom. XIII, 1, 285, et *Harduini* (Par. 1715, absol.), IX, 1.

(13) Constantinopolis βασιλὶς τῶν πόλεων sexcenties a Græcis appellatur. Vid. *Nicetas* in Alexio Murzuflo. *Niceph. Callistus* præfat. *Constant. Manassis* Annal. passim.

(14) Futurus post Pium II, anno 1464, (d. 14 Aug.) defunctum, pontifex maximus erat, nisi parum officiosa, ut aiunt, Nicolai Perotti admissionalis sui morositate cardinalium animos a se alienasset. X, p. 401.

(15) Vid. Fischeri V. Cl. Ind. ad Æsch. Dial.

(16) Notissimus ille Orientis mos παρεδρίᾳ honorandi amicos. I Reg. II, 19. Conf. ol O. Matth. XXII, 44, imprimis *Knappii* V, Cl. Progr. de Christo ad dextram Dei sedente. Halæ 1790, 4.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

δὲ νῦν οὐ περὶ τούτων, οὐδὲ περὶ τῶν τοιούτων, ὁ λόγος. Ἀλλ' οἱ τῶν τῇδε τάκεῖσε προείλοντο, οἷς γε, εἰ μὴ καὶ βλάβος (17) ἦν μάλιστα ἐν τῷ αὐτῶν κρείττονι, μυριάκις ἂν τοῦ σώματος ἀπελύθησαν, ἐς βίον καὶ χῶρον θειότατον βιωσόμενοι. Τοῦτο δ' οὐκ ἂν τις ἐζήτησε τὴν ἀρχὴν, εἰ μὴ τὸ ἐν ἡμῖν κρεῖττον ἀθάνατον ὑπελάμβανεν.

Ὅτι δὲ τὸ ἐν ἡμῖν κρεῖττόν τε καὶ θειότερον μετὰ τὴν τοῦ βίου τοῦδε ἀπαλλαγὴν ἀθάνατον διαμένει, πολλοῖς τε ἄλλοις διὰ μακρῶν δεδήλωται λόγων, καὶ ἡμῶν τοῖσδε οἶομαι ὡς οὐκ ἄδηλον ἔσται, τοῖς γε βραχέσι καὶ πένησι. Πρῶτον μὲν δὴ, ὅτι ἀρχαιότατον τὸ δόγμα τοῦτο καὶ πολυθρύλλητον, οὐχ ὅτι τοῖς πολλοῖς καὶ ἀδοκίμοις τῶν τε παλαιοτέρων τῶν τε νεωτέρων γενῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλείστοις καὶ εὐδοκιμωτάτοις τῶν ὑπὸ ἥλιον. Οἷς, εἰ μὴ τοῦτό γε δοκοῦν ἦν, οὔτ' ἂν τοὺς δικαίως τῇδε καὶ ὁσίως βεβιωκότας, ἐπειδὰν ἀποθάνωσιν, ἐς Ἠλύσιον πεδίον ἀπιόντας οἰκεῖν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ λύπης ἐκτὸς καὶ κακῶν ἁπάντων ἐδόξαζον, οὔτε τοῖς οἰχομένοις θεραπείας προσέφερον, οὔτ' ἄλλο γε ὁτιοῦν ἕδρων ἂν τῶν ὅσα τοῖς ἀπογενομένοις ξυμφέρειν νομίζουσιν.

Ἔπειτα εἰ μὴ τοῦτό γε ἦν οὕτως ἔχον, οὔτ' ἄν τις τοῦ θείου τι νενομίκοι, οὔτ' ἂν αἰτίας ξυνείη, καὶ μέντοι οὔτ' ἀπειρίας οὔτ' ἐφίοιτο τῆς ἀϊδιότητος. Τοῦτο δὲ δῆλον τοῖς ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος γεννωμένοις τε ἅμα καὶ οἰχομένοις ἀνθρώποις. Ἡ ψυχὴ ἄρα ἀθάνατον καὶ ἀΐδιον.

Ἔτι, οὐδὲν τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτὸ φαίνεται διαφθεῖρον αὐθαίρετον. Τῶν δ' ἀνθρώπων εἰσὶν οἳ ἑαυτοὺς ἀποκτεννύουσί τε καὶ διαφθείρουσι. Δῆλον, ὅτι ἀθάνατον ἡ ψυχή. Εἰ γὰρ μὴ, οὐκ ἂν ὁ ἄνθρωπος ἑκὼν εἶναι ὥρμα ἐπὶ τὸν ἴδιον ὄλεθρον. Νῦν δὲ τοῦτο δρᾷ, εἰδὼς, ὅτι τὸ κυριώτατον αὐτοῦ καὶ ὃ δὴ αὐτός ἐστιν, οὐχ ὅπως ὅτι ξυνίσταταί τε καὶ διασώζεται, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀμείνοσι τῶν τῇδε διατριβαῖς ἀπορράγὲν ἤδη γίνεται.

Ἔτι πᾶν τὸ μὴ ὑπὸ τῆς ἰδίας κακίας φθειρόμενον ἄφθαρτόν ἐστιν. Ἡ δὲ ψυχὴ ὑπὸ τῆς ἰδίας κακίας οὐ φθείρεται· ψυχῆς δὲ κακία δειλία, φθόνος, ἀκολασία, καὶ ἄλλα ὅσα τυγχάνουσι τοιαῦτα ὄντα. Ἄφθαρτον (18) ἄρα ἡ ψυχὴ καὶ ἀθάνατον.

Ἔτι πᾶν τὸ αὐτοκίνητον ἀεὶ κινητὸν, τὸ δὲ ἀεὶ κινητὸν ἄπαυστον, τὸ δὲ ἄπαυστον ἀτελεύτητον, τὸ δὲ ἀτελεύτητον ἀθάνατον. Ἡ δὲ ψυχὴ τοιοῦτον. Ἀθάνατον ἄρα καὶ ἀτελεύτητον, καὶ ἐκ τούτου δὲ δῆλον ἔτι. Πολλοὶ γὰρ τῶν ὑπεχωρούντων τοῦ τῇδε βίου ἐν αὐτῶν αὐτῇ γε τῇ τελευτῇ πολλῶν θανάτους ὡρισμένως προλέγουσιν, οὐ τῶν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πόρρω πη οἰχομένων. Ἐγωγε τοῦτ' εἶδον αὐτοῖν ὀφθαλμοῖν καὶ ἄλλων λεγόντων ἤκουσα γεγονός. Οὐκ ἂν οὖν θάνατον ἄλλων οὔτε προὐγίνωσκόν οὔτε προὔλεγον, εἰ μὴ τῇ προόψει γε τῆς ψυχῆς ἀθανάτου τε οὔσης καὶ αἰεὶ τοῦτο ἐπι-

de talibus est sermo. Sed qui præ terrenis cœlestia præelegerunt, nisi id etiam in ea sui parte quæ potior est maximo esset detrimento, sexcenties sese errore exuissent, divinissimam vitam et sedem sortituri. Hoc autem a principio nullus inquisivisset, nisi esse immortale id quod in nobis est præcipuum existimaret.

Porro meliorem divinioremque nostri partem immortalem permanere, et a multis aliis per longas ratiocinationes demonstratum est, et per hasce nostras, breves licet et egenas haud inevidens fore arbitror. Primum quidem, quia antiquissimum est, hoc dogma et multorum ore celebratissimum, non solum apud vulgaria et ignobilia, sive vetustiora, sive recentiora hominum genera, sed et apud eas gentes quæ sub sole sunt plurimas et laudatissimas. Quibus nisi id esset persuasissimum, neque eos qui juste et sancte vixerunt, post obitum in Elysios campos abeuntes, in omnimoda felicitate doloris malorumque omnium securos habitare opinarentur, neque defunctis adhiberent obsequia, nec quidquam aliud eorum quæ mortuis conferre arbitrarentur.

Deinde, nisi ita se res haberet, nullus quidquam divini existimaret, neque causam intelligeret, ideoque nec infinitatis nec æternitatis desiderio afficeretur. Hoc autem evidens omnibus qui unquam ex omni ævo nati sunt et interierunt hominibus. Immortalis ergo et sempiterna est anima.

Præterea nullum videas eorum quæ sunt seipsum ultro interimere. Porro ex hominibus sunt qui sibi ipsi manus inferunt et mortem oppetunt. Patet immortalem esse animam; sin minus, homo nunquam proprium in interitum libens irrueret. Nunc autem hoc facit, sciens id quod in se præcipuum est, imo id quod est ipse, non solum constare et permanere, sed ad meliores quam quæ hic sunt sedes, abrupto vinculo, jam transmeare.

Insuper id omne quod per proprium vitium non dissolvitur incorruptibile est; atqui anima per proprium vitium non dissolvitur: porro vitium est animæ timiditas, invidia, lascivia et cætera quælibet hujusmodi; incorruptibilis ergo anima et immortalis.

Adhuc autem omne quod seipsum movet semper movetur; quod vero semper movetur irrequietum est; porro irrequietum finis expers; quod autem finis expers, immortale. Porro talis est anima. Immortalem igitur et finis expertem esse etiam ex hoc patet, quod multi eorum qui in eo sunt ut ex hac vita decedant, ipso in exitu, definitas multorum mortes prædicunt non eorum tantummodo qui eadem in urbe sed et qui procul fato funguntur. Ego certe id ipsissimis oculis vidi et ex aliorum ore hæc evenisse audivi. Verum mortem aliorum neque præ-noscerent neque prædicerent nisi per prævisionem

(17) Τὸ βλάβος εἰ ἡ βλάβη. Pollux, V, 30.

(18) Conf. Platon. Phædo, et Cicero Tusc. I, 23.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

animæ quæ immortalis est idque semper inquirit per ea et quæ providet, et quæ agit, et quæ cupit et quibus abstinet.

Et hæc quidem, o amici, in præsenti satis sint nobis, quippe qui sermonum inopia et humilitate divinissimo viro ducique nostro melius gratias referre non possimus, et alios noverimus longe pulchriores nostra funebres orationes et epigrammata composuisse, quoscunque circumiens honorabat, omnigenisque optimis et magnificentissimis cumulabat beneficiis. Vos autem, inspectis cæteris viri virtutibus, memoresque ipsum veræ divinæque sapientiæ exemplar exstitisse, beatum felicissimumque arbitrari oportet : Deum vero omnia pervidentem eos homines qui præclare et sancte vixerunt, inter quos unus erat et hic noster fautor bonus, religiosus, liberalis, temperans, intelligenes, magnanimus, et hoc certe ipsum sciens quis sit vir sensu præditus beatusque, hos, inquam, qui tales sunt semper propriam in domum ad se evocare, et quem ob virtutes dilexerit eum illic commorari jubere et convivam factum vinum bibere nectare et ambrosia suavius, quod novum cum fidelibus se bibiturum discipulis suis pollicitus est in primo illo suo et pulcherrimo et justissimo regno, quod jamjam his qui digni sunt spondeo, ex iis nempe quæ nobis significavit qui futura prævidet Deus.

(19) Mire hoc sonat, ubi de primo et pulcherrimo justissimoque regno ei de fidelibus sermo est. Ita miscent illi sacra profanis !

ζητούσης, οἷς τε προνοεῖ, οἷς τε δρᾷ, ὧν τε ἐφίεται, ὧν τε ἀπέχεται.

Καὶ ταῦτα μὲν, ὦ φίλοι ἄνδρες, ἱκανά γε ἐν τῷ παρόντι, ὡς τῇ πενίᾳ τῶν λόγων καὶ ταπεινότητι βέλτιον τῷ θειοτάτῳ ἀνδρὶ καὶ ἡμῶν ἡγεμόνι μὴ δυναμένοις ἀντιχαρίσασθαι, ὁπότε καὶ ἄλλους εἰδόσι πολλῷ τοι κάλλιον ἡμῶν ἐπιταφίους ξυνθέντας καὶ ἐπιγράμματα, ὅσους περιὼν ἐτίμα καὶ εὐεργέτει παντοίοις τε ἀγαθοῖς καὶ πολυτελέσιν. Ὑμᾶς δὲ, τάς τε ἄλλας ἐπισκοποῦντας τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὰς, καὶ ὅτι θείας καὶ ἀληθοῦς σωφροσύνης εἰκὼν ἐτύγχανεν ὤν, ἐκεῖνον μὲν ὡς μακάριον ἡγεῖσθαι χρὴ καὶ εὐδαίμονα· τὸν δὲ πάντ' ἐφορῶντα Θεὸν, τοὺς καλῶς καὶ ὁσίως τῶν ἀνθρώπων βεβιωκότας, ὧν εἷς ἦν καὶ οὗτος ὁ ἡμέτερος κηδεμὼν ἀγαθὸς, θεοσεβὴς, ἐλευθέριος, σώφρων, συνετὸς, μεγαλόφρων, καὶ αὐτό γε τοῦτο εἰδὼς, ὅστις τέ ἐστιν ὁ νοῦν ἔχων καὶ εὐδαίμων ἀνὴρ, τοὺς δὴ τοιούτους ἀεὶ καλεῖν γε παρ' ἑαυτὸν ἐς τὸν ἴδιον οἶκον· καὶ οὗ ἂν ἐραστθείη ταῖς ἀρεταῖς, τοῦτον ἐκεῖσε μένειν κελεύειν, καὶ συμπότην ποιεῖσθαι τοῦ (19) ὑπὲρ νέκταρ οἴνου καὶ ἀμβροσίαν, ὃν πιεῖν καινὸν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ σὺν τοῖς πιστοῖς ἐπηγγείλατο ἐν τῇ πρωτίστῃ καὶ καλλίστῃ καὶ δικαιοτάτῃ αὐτοῦ βασιλείᾳ· ἣν ὅσον οὐκ ἤδη (20) τοῖς ἀξίοις παρεγγυῶμαι, ἐξ ὧν ἡμῖν γε τὸ Θεῖον ἐπεσημήνατο, τὰ μέλλοντα προορώμενος.

(20) Ὅσον οὐκ ἤδη, jam jam. Conf. *Viger.* de Idiot. pag. 131, ed. Zeun.

JOAN. ALBERTI FABRICII

IN BESSARIONEM

NOTITIA HISTORICA ET BIBLIOGRAPHICA.

(Biblioth. Græc. tom. XI, cum supplementis Harlesii.)

Bessarionis (*a*), viri magni atque eruditissimi, laudes digna oratione persecutus est Baptista Platina, quæ apud Bzovium ad a. 1472, n. 31-38, legitur (1). Mihi in præsenti satis est notasse, quod ille patria Trapezuntius et monachus ordinis S. Basilii et archiepiscopus Nicænus Græcæque Ecclesiæ antea promachus, primum studio conciliandi, deinde, ubi hoc non videt succedere, Latina dogmata adversus Græcos suos defendendo Romanas partes strenue et constanter sectatus fuit, summosque ab his tulit honores, primus Græcorum inter cardinales cooptatus, a. 1439, ab Eugenio IV, et a Pio II patriarchæ Cpolitani ornatus titulo anno 1463 (*b*). Episcopus præterea Tusculanus constitutus, futurus etiam post Pium II, anno 1464 defunctum, pontifex maximus, nisi parum officiosa, ut aiunt, Nicolai Perotti admissionalis

(*a*) De Bessarione præter Bzovium et Odoricum Raynaldum, atque in cardinalium Vitis Ciacconium in promptu est consulere Jovii elogia, Gaddium *De scriptoribus non eccles.*, Varillasium libro IV. *Anecdotor. Florentin.*, Bullartii *Academ.*, tom. I, p. 9; Boissardi *Imagines*, tom. I, p. 136. Hendreichii *Pandectas Brandeb.* etc.

(*b*) Bzovius ait, hoc factum esse a. 1453, a Nicolao V. Sed malui sequi Raynaldum et alios, qui hoc ad a. 1463 referunt. [Add. Leon. Allat. *De Eccl. Occid. et Orient. consensu*, col. 928; Lambec. Comment., V, p. 365. HARL.]

(1) At Exordio et locis bene multis decurtata. EDIT.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

sui morositate (*a*) cardinalium animos a se alienasset. Diem obiit Ravennæ 15 Nov. 1472, redux e Gallia, in quam a Sixto IV legatus fuerat : Romæ ad SS. Apostolos sepultus, ubi a. 1466 vivus et spirans sibi monumentum posuerat. Vel in purpura mores semper Græcos retinuisse, barbamque prolixam derasæ tunc ex more gentis Romæ semper objecisse (quod effigies ejus etiam apud Lambecium testatur), et domum ejus patens ac clemens asylum sapientiæ Græcæ profugæ post expugnatam Cpolin fuisse, Græci ipsi (*b*) celebrant. FABRIC.

De hoc eximio grammatico, oratore ac philosopho acrique Platonis defensore, nato 1395, mortuo 1472, consulantur quoque Casim. Oudin. in *Comment. de SS. eccl.*, tom. III, col. 2411 sqq., præcipue de ejus opp. horumque codd. ad a. 1440 ; H. Wharton. et R. Gerius, qui Whart. narrationem præsertim de scriptis Bessarionis illorumque codd. egregie supplet augetque, in append. ad Cavei *Hist. litter. SS. eccl.*, tom. II, p. 138 sqq. ed. Basil., ad a. 1436. Nic. Comnen. Papadopulus in *Historia Gymnas. Patav.*, tom. II, libr. II, cap. 8, p. 171 sqq.; Franc. Dionys. Camusatus ad Ciacconii *Bibliothecam*, p. 911 sqq. ; Jac. Brucker. in *Hist. crit. philos.*, tom. IV, part. III, pag. 43 sqq., et in append. s. vol. VI, p. 686 sqq.; Humphr. Hodius *De Græcis illustr.* lib. I, cap. 5, p. 136-177, qui etiam laudes, quibus multi eum et vivum et mortuum ornarunt, p. 156 collegit ; Hamberger. in *Kurzen Nachrichten*, etc. part. II, 1853 sqq. — Boerner. *De doctis Græcis*, p. 36-104, qui ejus quoque imaginem æri incisam præmisit, aliique plures, quos laudat Saxius in *Onom. lit.*, part. II, p. 420 sq., ad a. 1439 ; quibus adde s Schroekh. *Hist. eccl. Christ.*, tom. XXX, p. 163 sqq., 435 ; tom. XXXII, p. 197, 255 sqq., 340, 343 ; tom. XXXIV, p. 391 sqq. et 423. Christ. Jos. Jagemann. in : *Geschichte der freyen Künste und Wissensch. in Italien*, tom. III, part. III, p. 256 sqq., et p. 268 ; de ejus rixa cum Georgio Trapezunt., Ferd. Fossium in *Catal. codd. sæc.* XV, impress. in *Bibl. Magliabech.* tom. I, p. 314 sqq. Funebrem in eum orationem conscripsit Mich. Apostolius, quæ exstat Paris. in bibl. publ. cod. 745 (1). Hodius p. 155, ostentare tradit hodiernos Venetos lignum crucis, Servatoris Christi tunicam, aliasque reliquias, a Bessarione sibi donatas. Villoison. autem in *Anecdotis Græcis*, tom. II. p. 246, de Bessarionis vita et rebus gestis laudat Jo. Baptistæ Schioppalalbæ *Diss. in perantiquam sacram tabulam Græcam*, insigni sodalitio S. Mariæ Charitatis Venetiarum a cardinali Bessarione datam, Venetiis 1767, 4, et Aloysii Bandini *Commentarium de eo*, Romæ 1777, 4. Idem sequentem notam codici Marciano 533 Bessarionis manu præfixam evulgavit : Πρόλογος τοῦ ὅλου βίου Βησσαρίωνι τῷ τῶν ιβ' Ἀποστόλων καρδηναλίῳ συντεθειμένου. Τῶν ἐνταῦθα ἐκκειμένων λόγων οἱ μὲν, ἔτι νέῳ ὄντι, καὶ ἄρτι πρώτως ἡμμένῳ τῆς περὶ τὸ συγγράφειν γυμνασίας, ἐκδέδονται, μήτε τινά πω βαθμὸν ἱερωσύνης ἔχοντι, πάνυ τε τὴν ἡλικίαν ἀπαλῷ ἔτι μοι ὄντι, τῷ πρὶν μὲν τῆς Νικαέων ἀρχιερεῖ γενομένῳ· νῦν δ' εἰς καρδηνάλιον τῆς ἁγίας Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας τελοῦντι, τοῦ ὀνόματος Βησσαρίωνι, τὸ γένος ἐκ Τραπεζοῦντος ἐν Κωνσταντινοπόλει τραφέντι καὶ παιδευθέντι· οἱ δὲ καὶ ἐφεξῆς ἀεὶ τοῦ χρόνου προβαίνοντος ἐν τῷ τῆς χρείας ἑκάστοτε παρισταμένῳ, ὡς ὁ καιρὸς ἐδίδου, ὑπηγορεύθησαν· οἱ μὲν, ἐν ἱερεῦσι τελοῦντός μου, οἱ δ' ἤδη καὶ γενομένου ἀρχιερέως, ὁ δὲ τελευταῖος, περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύτεως, πρὸς τῇ μακρᾷ εἰς Κωνσταντῖνον καὶ δεσπότην ἐπιστολῇ, ἤδη καὶ εἰς τὸ τῶν καρδηναλίων ἀνηγμένου ἀξίωμα. οὓς, εἰ καὶ μὴ πολλοῦ τινος ἄξιοι λόγου εἰσὶν, ὡς οἰκεῖα γεννήματα ὅμως φιλοῦντες, ἐν τούτῳ αὐτοὺς τῷ βιβλίῳ πρὸς ὑπόμνησιν ἡμῶν αὐτῶν μᾶλλον ἢ ἑτέρων ὠφέλειαν ἐξεθέμεθα. — Platinæ *Panegyricus in laudem — Bessarionis, episcopi Sabini, cardinalis Nicæni et patriarchæ CPolitani*, in libro raro : *Explicit liber Dialogi Platinæ de falso et vero bono* etc. *Ludini* (sic) *per Gilbertum de Villiers* etc. 1512, 8, de quo libro v. Baumgarten *Nachricht. von merkwürd Büchern*, tom. V, part. 25, p. 171 sq. Platinæ Panegyricum illum Boerner in libro laud. p. 81, 101, ex alia edit. recudendum curavit. — In Cat. bibl. Bünau. tom. I, vol. II, p. 1084, memorantur quoque Platinæ Panegyr. una cum Platinæ Vitis pontificum, Paris. 1505, 8, ibid. 1530, 8, et Colon. 1529, fol. — Bessarionis Vita in *Vitis celebr. et erudit. virorum*, Belgice scriptis, Amstelod. 1731, 8, part. III, n. 3, p. 307, 334, Bessar. *Acta selecta* (2), *quæ ad ejus legationem in urbe Bononia, Exarchatu Ravennæ et Romandiolæ provincia pertinent*, in *Miscellanea di varie operette*, tom. VIII, p. 149-180. Venet. 1744, 12. — Nomen ejus Βησσαρίων — ἐπίσκοπος τῆς Νικαέων μητροπόλεως τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, comparet inter eos qui subscripserunt synodo octavæ, in cod. Mosquensi synod. 13. V. Matthæi Notit. codd. Gr. Mosq., p. 31. — De cod. Venetæ bibl. Marc. 10, qui continet Novum Testam. in usum Bessarionis descriptum, et adnotatt. ab illo ascriptis v. cl. Morelli Bibl. mss. Gr. et Lat. tom. I, p. 15 sqq. et p. 19. De cod. Gr. 14, quem magna ex parte Bessario in suum usum exarari vit, qui ad initium adnotationes quasdam de se fecit, ex quibus, cel. Morell. ait, hæc innotescunt : Anno 1423, d. 30 Januar. habitum monasticum induit : anno cod., d. 20 Jul., tonsuram monasticam denuo accepit : a. 1426 diaconus factus, post quinquennium ad presbyteratum ascendit ; a. 1437 archiepiscopus Nicænus electus, post biennium cardinalis evasit. Hactenus Morellus, qui etiam observat, ex

(*a*) Menagius in Lectionibus Italice editis ad carmen septimum Francisci Petrarchæ, p. 10. *Suite du Menagiana*, p. 127. sq. Bernardus Moneta (*de la Monnoye*) in tomo IV *Menagianorum*, p. 127 sq.
(*b*) Nic. Comnenus *Prænot. mystagog.* pag. 348.

(1) Eam edidit Fulleborn, cum Plethonis laudatione funebri Cleopæ imperatricis, Lipsiæ 1792. EDIT.
(2) Aloysius Bandinius in Commentario supra edito ait (col. XX) inter ea Acta editam fuisse *legem sumptuariam* Bononiensibus, cum apud eos legati a latere munus impleret, a Bessarione datam. At loco a Bandinio laudato ea tantum diplomata leguntur quæ supra recudimus. EDIT.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

animæ quæ immortalis est idque semper inquirit per ea et quæ providet, et quæ agit, et quæ cupit et quibus abstinet.

Et hæc quidem, o amici, in præsenti satis sint nobis, quippe qui sermonum inopia et humilitate divinissimo viro ducique nostro melius gratias referre non possimus, et alios noverimus longe pulchriores nostra funebres orationes et epigrammata composuisse, quoscunque circumiens honorabat, omnigenisque optimis et magnificentissimis cumulabat beneficiis. Vos autem, inspectis cæteris viri virtutibus, memoresque ipsum veræ divinæque sapientiæ exemplar exstitisse, beatum felicissimumque arbitrari oportet : Deum vero omnia pervidentem eos homines qui præclare et sancte vixerunt, inter quos unus erat et hic noster fautor bonus, religiosus, liberalis, temperans, intelligens, magnanimus, et hoc certe ipsum sciens quis sit vir sensu præditus beatusque, hos, inquam, qui tales sunt semper propriam in domum ad se evocare, et quem ob virtutes dilexerit eum illic commorari jubere et convivam factum vinum bibere nectare et ambrosia suavius, quod novum cum fidelibus se bibiturum discipulis suis pollicitus est in primo illo suo et pulcherrimo et justissimo regno, quod jamjam his qui digni sunt spondeo, ex iis nempe quæ nobis significavit qui futura prævidet Deus.

(19) Mire hoc sonat, ubi de primo et pulcherrimo justissimoque regno et de fidelibus sermo est. Ita miscent illi sacra profanis !

ζητούσης, οἷς τε προνοεῖ, οἷς τε δρᾷ, ὧν τε ἐφίεται, ὧν τε ἀπέχεται.

Καὶ ταῦτα μὲν, ὦ φίλοι ἄνδρες, ἱκανά γε ἐν τῷ παρόντι, ὡς τῇ πενίᾳ τῶν λόγων καὶ ταπεινότητι βέλτιον τῷ θειοτάτῳ ἀνδρὶ καὶ ἡμῶν ἡγεμόνι μὴ δυναμένοις ἀντιχαρίσασθαι, ὁπότε καὶ ἄλλους εἰδόσι πολλῷ τοι κάλλιον ἡμῶν ἐπιταφίους ξυνθέντας καὶ ἐπιγράμματα, ὅσους περιὼν ἐτίμα καὶ εὐεργέτει παντοίοις τε ἀγαθοῖς καὶ πολυτελέσιν. Ὑμᾶς δὲ, τάς τε ἄλλας ἐπισκοποῦντας τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὰς, καὶ ὅτι θείας καὶ ἀληθοῦς σωφροσύνης εἰκὼν ἐτύγχανεν ὤν, ἐκεῖνον μὲν ὡς μακάριον ἡγεῖσθαι χρὴ καὶ εὐδαίμονα· τὸν δὲ πάντ' ἐφορῶντα Θεὸν, τοὺς καλῶς καὶ ὁσίως τῶν ἀνθρώπων βεβιωκότας, ὧν εἷς ἦν καὶ οὗτος ὁ ἡμέτερος κηδεμὼν ἀγαθὸς, θεοσεβὴς, ἐλευθέριος, σώφρων, συνετὸς, μεγαλόφρων, καὶ αὐτό γε τοῦτο εἰδὼς, ὅστις τέ ἐστιν ὁ νοῦν ἔχων καὶ εὐδαίμων ἀνὴρ, τοὺς δὴ τοιούτους ἀεὶ καλεῖν γε παρ' ἑαυτὸν ἐς τὸν ἴδιον οἶκον· καὶ οὗ ἂν ἐραστεύῃ ταῖς ἀρεταῖς, τοῦτον ἐκεῖσε μένειν κελεύειν, καὶ συμπότην ποιεῖσθαι τοῦ (19) ὑπὲρ νέκταρ οἴνου καὶ ἀμβροσίαν, ὃν πιεῖν καινὸν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ σὺν τοῖς πιστοῖς ἐπηγγείλατο ἐν τῇ πρωτίστῃ καὶ καλλίστῃ καὶ δικαιοτάτῃ αὐτοῦ βασιλείᾳ· ἣν ὅσον οὐκ ἤδη (20) τοῖς ἀξίοις παρεγγυῶμαι, ἐξ ὧν ἡμῖν γε τὸ θεῖον ἐπεσημήνατο, τὰ μέλλοντα προορώμενος.

(20) Ὅσον οὐκ ἤδη, jam jam. Conf. *Viger.* de Idiot. pag. 131, ed. Zeun.

JOAN. ALBERTI FABRICII

IN BESSARIONEM

NOTITIA HISTORICA ET BIBLIOGRAPHICA,

(Biblioth. Græc. tom. XI, cum supplementis Harlesii.)

Bessarionis (*a*), viri magni atque eruditissimi, laudes digna oratione persecutus est Baptista Platina, quæ apud Bzovium ad a. 1472, n. 31-38, legitur (1). Mihi in præsenti satis est notasse, quod ille patria Trapezuntius et monachus ordinis S. Basilii et archiepiscopus Nicænus Græcæque Ecclesiæ antea promachus, primum studio conciliandi, deinde, ubi hoc non videt succedere, Latina dogmata adversus Græcos suos defendendo Romanas partes strenue et constanter sectatus fuit, summosque ab his tulit honores, primus Græcorum inter cardinales cooptatus, a. 1439, ab Eugenio IV, et a Pio II patriarchæ Cpolitani ornatus titulo anno 1463 (*b*). Episcopus præterea Tusculanus constitutus, futurus etiam post Pium II, anno 1464 defunctum, pontifex maximus, nisi parum officiosa, ut aiunt, Nicolai Perotti admissionalis

(*a*) De Bessarione præter Bzovium et Odoricum Raynaldum, atque in cardinalium Vitis Ciacconium in promptu est consulere Jovii elogia, Gaddium *De scriptoribus non eccles.*, Varillasium libro IV. *Anecdotor. Florentin.*, Bullartii *Academ.*, tom. I, p. 9; Boissardi *Imagines*, tom. I, p. 136. Hendreichii *Pandectas Brandeb.* etc.

(*b*) Bzovius ait, hoc factum esse a. 1453, a Nicolao V. Sed malui sequi Raynaldum et alios, qui hoc ad a. 1463 referunt. [Add. Leon. Allat. *De Eccl. Occid. et Orient. consensu*, col. 928; Lambec. Comment., V, p. 365. HARL.]

(1) At Exordio et locis bene multis decurtata. EDIT.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sui morositate (*a*) cardinalium animos a se alienasset. Diem obiit Ravennæ 15 Nov. 1472, redux e Gallia, in quam a Sixto IV legatus fuerat : Romæ ad SS. Apostolos sepultus, ubi a. 1466 vivus et spirans sibi monumentum posuerat. Vel in purpura mores semper Græcos retinuisse, barbamque prolixam derasæ tunc ex more gentis Romæ semper objecisse (quod effigies ejus etiam apud Lambecium testatur), et domum ejus patens ac clemens asylum sapientiæ Græcæ profugæ post expugnatam Cpolin fuisse, Græci ipsi (*b*) celebrant. FABRIC.

De hoc eximio grammatico, oratore ac philosopho acrique Platonis defensore, nato 1395, mortuo 1472, consulantur quoque Casim. Oudin. in *Comment. de SS. eccl.*, tom. III, col. 2411 sqq., præcipue de ejus opp. horumque codd. ad a. 1440 ; H. Wharton. et R. Gerius, qui Whart. narrationem præsertim de scriptis Bessarionis illorumque codd. egregie supplet augetque, in append. ad Cavei *Hist. litter. SS. eccl.*, tom. II, p. 138 sqq. ed. Basil., ad a. 1436. Nic. Comnen. Papadopulus in *Historia Gymnas. Patav.*, tom. II, libr. II, cap. 8, p. 171 sqq.; Franc. Dionys. Camusatus ad Ciacconii *Bibliothecam*, p. 911 sqq. ; Jac. Brucker. in *Hist. crit. philos.*, tom. IV, part. III, pag. 43 sqq., et in append. s. vol. VI, p. 686 sqq.; Humphr. Hodius *De Græcis illustr.* lib. I, cap. 5, p. 136-177, qui etiam laudes, quibus multi eum et vivum et mortuum ornarunt, p. 156 collegit ; Hamberger. in *Kurzen Nachrichten*, etc. part. II, 1853 sqq. — Boerner. *De doctis Græcis*, p. 36-104, qui ejus quoque imaginem æri incisam præmisit, aliique plures, quos laudat Saxius in *Onom. lit.*, part. II, p. 420 sq., ad a. 1439 ; quibus addes Schroekh. *Hist. eccl. Christ.*, tom. XXX, p. 163 sqq., 435 ; tom. XXXII, p. 197, 255 sqq., 340, 343 ; tom. XXXIV, p. 391 sqq. et 423. Christ. Jos. Jagemann. in : *Geschichte der freyen Künste und Wissensch. in Italien*, tom. III, part. III, p. 256 sqq., et p. 268 ; de ejus rixa cum Georgio Trapezunt., Ferd. Fossium in *Catal. codd. sæc.* XV, impress. in *Bibl. Magliabech.* tom. I, p. 314 sqq. Funebrem in eum orationem conscripsit Mich. Apostolius, quæ exstat Paris. in bibl. publ. cod. 745 (1). Hodius p. 155, ostentare tradit hodiernos Venetos lignum crucis, Servatoris Christi tunicam, aliasque reliquias, a Bessarione sibi donatas. Villoison. autem in *Anecdotis Græcis*, tom. II. p. 246, de Bessarionis vita et rebus gestis laudat Jo. Baptistæ Schioppalalbæ *Diss. in perantiquam sacram tabulam Græcam*, insigni sodalitio S. Mariæ Charitatis Venetiarum a Cardinali Bessarione datam, Venetiis 1767, 4, et Aloysii Bandini *Commentarium de eo*, Romæ 1777, 4. Idem sequentem notam codici Marciano 533 Bessarionis manu præfixam evulgavit : Πρόλογος τοῦ ὅλου βίου Βησσαρίωνι τῷ τῶν ιβ' Ἀποστόλων καρδηναλίῳ συντεθειμένου. Τῶν ἐνταῦθα ἐκκειμένων λόγων οἱ μὲν, ἔτι νέῳ ὄντι, καὶ ἄρτι πρώτως ἡμμένῳ τῆς περὶ τὸ συγγράφειν γυμνασίας, ἐκδέδονται, μήτε τινά πω βαθμὸν ἱερωσύνης ἔχοντι, πάνυ τε τὴν ἡλικίαν ἀπαλῷ ἔτι μοι ὄντι, τῷ πρὶν μὲν τῆς Νικαέων ἀρχιερεῖ γενομένῳ· νῦν δ' εἰς καρδηνάλιον τῆς ἁγίας Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας τελοῦντι, τοῦ δὲ Βησσαρίωνι, τὸ γένος ἐκ Τραπεζοῦντος ἐν Κωνσταντινοπόλει τραφέντι καὶ παιδευθέντι· οἱ δὲ καὶ ἐφεξῆς ἀεὶ τοῦ χρόνου προβαίνοντος ἐν τῷ τῆς χρείας ἑκάστοτε παρισταμένῳ, ὡς ὁ καιρὸς ἐδίδου, ὑπηγορεύθησαν· οἱ μὲν, ἐν Ἱερεῦσι τελοῦντός μου, οἱ δ' ἤδη καὶ γενομένου ἀρχιερέως, ὁ δὲ τελευταῖος, περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως, πρὸς τῇ μακρᾷ εἰς Κωνσταντῖνον καὶ δεσπότην ἐπιστολῇ, ἤδη καὶ εἰς τὸ τῶν καρδηναλίων ἀνηγμένου ἀξίωμα. οὗς, εἰ καὶ μὴ πολλοῦ τινος ἄξιοι λόγου εἰσὶν, ὡς οἰκεῖα γεννήματα ὅμως φιλοῦντες, ἐν τούτῳ αὐτοὺς τῷ βιβλίῳ πρὸς ὑπόμνησιν ἡμῶν αὐτῶν μᾶλλον ἢ ἑτέρων ὠφέλειαν ἐξεθέμεθα. — Platinæ *Panegyricus in laudem — Bessarionis, episcopi Sabini, cardinalis Nicæni et patriarchæ CPolitani*, in libro raro : *Explicit liber Dialogi Platinæ de falso et vero bono* etc. *Ludini* (sic) *per Gilbertum de Villiers* etc. 1512, 8, de quo libro v. Baumgarten *Nachricht. von merkwürd Büchern*, tom. V, part. 25, p. 171 sq. Platinæ Panegyricum illum Boerner in libro laud. p. 81, 101, ex alia edit. recudendum curavit. — In Cat. bibl. Bünau. tom. I, vol. II, p. 1084, memorantur quoque Platinæ Panegyr. una cum Platinæ Vitis pontificum, Paris. 1505, 8, ibid. 1530, 8, et Colon. 1529, fol. — Bessarionis Vita in *Vitis celebr. et erudit. virorum*, Belgice scriptis, Amstelod. 1731, 8, part. III, n. 3, p. 307, 334, Bessar. *Acta selecta* (2), *quæ ad ejus legationem in urbe Bononia, Exarchatu Ravennæ et Romandiolæ provincia pertinent*, in *Miscellanea di varie operette*, tom. VIII, p. 149-180. Venet. 1744, 12. — Nomen ejus Βησσαρίων — ἐπίσκοπος τῆς Νικαέων μητροπόλεως; τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, comparet inter eos qui subscripserunt synodo octavæ, in cod. Mosquensi synod. 13. V. Matthæi Notit. codd. Gr. Mosq., p. 31. — De cod. Venetæ bibl. Marc. 10, qui continet Novum Testam. in usum Bessarionis descriptum, et adnotatt. ab illo ascriptis v. cl. Morelli Bibl. mss. Gr. et Lat. tom. I, p. 15 sqq. et p. 19. De cod. Gr. 14, quem magna ex parte Bessario in suum usum exaravit, qui ad initium adnotationes quasdam de se fecit, ex quibus, cel. Morell. ait, hæc innotescunt : Anno 1423, d. 30 Januar. habitum monasticum induit : anno cod., d. 20 Jul., tonsuram monasticam denuo accepit : a. 1426 diaconus factus, post quinquennium ad presbyteratum ascendit ; a. 1437 archiepiscopus Nicænus electus, post biennium cardinalis evasit. Hactenus Morellus, qui etiam observat, ex

(*a*) Menagius in Lectionibus Italice editis ad carmen septimum Francisci Petrarchæ, p. 10. *Suite du Menagiana*, p. 127. sq. Bernardus Moneta (*de la Monnoye*) in tomo IV *Menagianorum*, p. 127 sq.
(*b*) Nic. Comnenus *Prænot. mystagog.* pag. 348.

(1) Eam edidit Fulleborn, cum Plethonis laudatione funebri Cleopæ imperatricis, Lipsiæ 1792. EDIT.
(2) Aloysius Bandinius in Commentario supra edito ait (col. XX) inter ea Acta editam fuisse *legem sumptuariam* Bononiensibus, cum apud eos legati a latere munus impleret, a Bessarione datam. At loco a Bandinio laudato ea tantum diplomata leguntur quæ supra recudimus. EDIT.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

his suppleri posse Bandinli commentarium de Bessarione, eique multa alia et majoris quidem momenti addenda restare. Idem p. 120, et 121, 249, 250, 269, de aliis codd. quos Bessario conscribendos curavit : ad initium primi sunt Andronici (Callisti) Byzantini versus hexametri undequinquaginta in laudem Bessarionis ob editos pro Platone libros, qui etiam exstant in codd. Laurentianis apud Bandin. tom. II, p. 92, 96, et aliis. — Idem cel. Morellus ibid., p. 114 sq., docet, Bessarionem cod. Marc. 190, qui continet Procli *Commentar. in Platonis Timæum*, totum adnotatiunculis ad argumenta commonstranda rep levisse; ad initium autem esse duo epigrammata, alterum Bessarionis epitaphium in se Græce scriptum, a Theod. Gaza Latine redditum, alterum Gazæ in Bessar. laudem Latine factum; utrumque esse a Bandinio editum in Catal. Mss. Laurent., II, p. 153, posterius tamen non sine mendis. — Veneto Marciano cod. 304, qui continet Euclidis *Optica*, Bessar. per totum codicem adnotatiunculas adjecit, de quibus Morell. l. c, p. 185.— p. 186. de Archimedis opp. in cod. 305 quem Bessarion manu sua passim supplevit. — Romæ in cod. bibl. Vaticanæ, Andreæ arch. Rhodi *Apologia ad Bessarionem missa;* v. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.*, p. 7 *C*. — Ibid. p. 106 *C*, et pag. 112 *B*, in bibl. Vatic. cod. n. 2741 atque n. 3920. *N. episcopi Firmiani oratio in funere cardin. Bessarionis*. Bibliothecam locupletissimam, Græcis libris magno sumptu in Italiam transvectis, Venetiis Bessarion condiderat; eam moriens Venetæ reipublicæ dono dedit. Conf. Lambec., III, p. 163, not. Kollar., et infra n. 23. Quidam tamen codd. quos possederat Bessarion pervenerunt in bibl. Cæsar. V. Lambec. VIII, p. 1093, ibique not. — Catal. in bibl. Vatic. v. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.*, p. 27 *C*, et p. 112 *A*, p. 1181. HARLESIUS.

SCRIPTA BESSARIONIS GRÆCA :

1. *Oratio de unione ineunda.* Incipit : Τῶν μεγάλων πραγμάτων οὐ τὰ τέλη μόνον. Græce et Latine in Actis concilii Florentini, tom. XIII Labbei, p. 35-46, et tom. IX Harduini, p. 27-35. FABR. — Monac. in cod. 27 sunt plura Bessarion. scripta, quæ duce Hardtio in *Aretini Beyträgen*, etc., a. 1803, part. IV, p. 5 sqq. secundum ordinem Fabr. paucis indicabo : scil. p. 5, n. 2, in capp. decem divisa, cum variis lectt. et notis in margine positis, et n. 6 cum notis margin. et p. 6, n. 7; pag. 7 : Bessar. allocutio ad synodum, (quæ in cod. dicitur VIII.) Florentin. inc. Τῶν μεγάλων πραγμάτων, etc. Reliqua suis locis memorabo. HARL.

Τὸ παρὸν περὶ φυτῶν βιβλίον εὑρηται μὲν ἐν ἀδύτοις· οὐ γὰρ πολλοῖς ὁμοίοις ἐστὶν ἐντυχῶν· ἀδέσποτον δέ γε καὶ ἀνεπίγραφον. Οἴονται δέ τινες αὐτὸ Θεοφράστου εἶναι· ἔοικε μέντοι τῷ Ἀριστοτελικῷ χαρακτῆρι, καὶ πολλὴν πρὸς τὰ ἐκείνου ἐν ἅπασιν ὁμοιότητα σώζει. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ ὅμως ἀπογνωστέον αὐτὸ Θεοφράστου εἶναι· τὸ μὲν, ὅτι περὶ πάντων ὧν Ἀριστοτέλης καὶ αὐτὸς Θεόφραστος συνεγράψατο, οὕτως ἐν πᾶσιν ἀπομαξάμενος τὸν διδάσκαλον, καὶ τοσαύτην σχὼν ὁμοιότητα πρὸς ἐκείνον, ὅσην πρὸς πατέρα υἱὸς γνήσιος· ὥστε μὴ εἶναι διακρίνειν μεταξὺ τῶν ἑκατέρου συγγραμμάτων, ὡς φαίνεται ἐκ τῶν αὐτοῦ Θεοφράστου χρήσεών τε καὶ τεμαχίων τινῶν, ἃ ἐνίοτε οἱ τὸν Ἀριστοτέλην ἐπεξηγούμενοι, εἰς μαρτυρίαν οὗ βούλονται, παράγουσιν. Τὸ δὲ καὶ ὅτι ἕτερον περὶ φυτῶν σύγγραμμα, εἰς τρία βιβλία διηρημένον, φέρεται κοινῶς παρὰ πᾶσιν Ἕλλησιν ἅμα καὶ Λατίνοις εὑρισκόμενον, τῷ Ἀριστοτέλους ἐπιγεγραμμένον ὀνόματι. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ τοὺς Λατίνους, περὶ πλείστου καὶ τοῦ παντὸς Ἀριστοτέλην τε καὶ τὰ ἐκείνου, ὡς τὸ εἰκὸς, ποιουμένους συγγράμματα, πάντα τὰ παρ' ἡμῖν τὰ νῦν εὑρισκόμενα Ἀριστοτέλους ἔχειν, ἄνευ τοῦ παρόντος περὶ φυτῶν βιβλίου, μέγα τεκμήριον τοῦ Θεόφραστον δεῖν ἐπιγράφεσθαι τῷ παρόντι βιβλίῳ πατέρα. Ἔτει ἀπὸ Χριστοῦ ,α υ μ ε', ἀπὸ δὲ κτίσεως κόσμου, ,ς ψ ν γ'.

Idem eruditissimus cardinalis ibidem paulo infra: Ἰστέον, ὡς ἐπιόντες τὸ περὶ τῶν ἐν ταῖς τροφαῖς δυνάμεων Γαληνοῦ, εὕρομεν αὐτὸν ἐν κεφαλαίῳ ὀγδόῳ περὶ τιφῶν καὶ ὀλύρων καὶ ζειῶν ἐπιγραφομένῳ, μεμνημένον χρήσεώς τινος καὶ μαρτυρίας ἐκ τοῦ ἑβδόμου περὶ φυτῶν Θεοφράστου, ἣ καὶ ἔστιν ἐκκειμένη κατὰ ῥῆμα, ἐνταῦθα ἐν τῷ ὀγδόῳ βιβλίῳ, ὡς καὶ παρ' ἡμῶν σεσημείωται. Ὅθεν ἐστὶν ἀποφήνασθαι θαῤῥοῦντως, Θεοφράστου τὸ παρὸν περὶ φυτῶν σύνταγμα εἶναι. Τοῦ δὲ τὸν μὲν Γαληνὸν ἐν ζ' φάναι βιβλίῳ εὑρίσκεσθαι, ἐνταῦθα δὲ ἐν ὀγδόῳ, τὴν χρῆσιν ἐκείνην κεῖσθαι, τὴν τοῦ γραφέως ἡμαρτημένην αἰτιατέον διαίρεσιν. Ἔχει δὲ ἡ λέξις οὕτως, ἣν Γαληνὸς ἐν τῷ η' τοῦ προειρημένου βιβλίου κεφαλαίῳ εἰς ἔνδειξιν οὗ βούλεται, παράγει· « τῶν δὲ ὁμοίων κριθῶν καὶ ὁμοίων πυρῶν, οἷον ζειᾶς, τίφης, ὀλύρης, βρώμου, αἰγίλωπος, ἰσχυρότατον καὶ μάλιστα καρπιζόμενον, ἡ ζειά· καὶ βαθύριζον, καὶ πολύριζον, καὶ πολυκάλαμον, καὶ παχυκάλαμον. Ὁ δὲ καρπὸς κουφότατος, καὶ προσφιλὴς πᾶσι τοῖς ζώοις, καὶ πᾶσιν ἐφεξῆς. Ἡ δὲ τίφη πάντων κουφοτάτη· καὶ γὰρ μονοκάλαμον, καὶ λεπτοκάλαμον· διὸ καὶ χώραν ζητοῦ λεπτὴν, οὐχ ὥσπερ ἡ ζειὰ λιπαρὰν καὶ ἀγαθήν. » Τούτων μὲν οὖν ὡς τοῦ Θεοφράστου μέμνηται Γαληνός· ταῦτα δὲ κατὰ ῥῆμα ἔκκειται οὗπερ εἰρήκαμεν. Ἔτει ἀπὸ Χριστοῦ ,α υ μ ς'.

Θεοφράστου φιλοσόφου περὶ φυτῶν ἱστορίας καὶ γενέσεως.

Κτῆμα Βησσαρίωνος καρδηνάλεως τοῦ τῶν Τούσκλων.

Liber B. Cardinalis Tusculani.

π .

T (id est, τόπος) ογ'.

Locus 73, id est, pluteus bibliothecæ Bessarionis, in quo servabatur hic codex.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

BESSARIONIS

EPISCOPI TUSCULANI, S. R. E. CARDINALIS

OPERA

—

DE MARCI EPHESII CAPITIBUS SYLLOGISTICIS EORUMQUE REFUTATIONE GEORGIO SCHOLARIO ET BESSARIONE AUCTORIBUS

MONITUM.

I. Marci Eugenici, cujus ex historia concilii Florentini satis notum est nomen, cujusque innumera fere recensentur polemica contra Latinos scripta (1), *syllogistica capita* non uno titulo reliquis ejusdem libris sunt præstantiora, et in primis, ad theologicam de Spiritus sancti processione concertationem quod attinet, multo locupletiora (2). Ea variis in codicibus exstant, modo cum responsionibus Scholarii et Bessarionis conjuncta eisque præmissa, modo seorsim una cum aliis ejusdem tractatibus. Non uno autem ordine ac numero occurrunt in diversis manuscriptis; et satis videtur probabile, hos syllogismos bis editos fuisse, adeo ut auctor vel alius quispiam nonnulla posterius addidisse, alia vero vel omisisse vel immutasse videatur. Sane in responsionibus suis Scholarius atque Bessarion numeris suis syllogismos indicant, quibus eos præ manibus habuere (3), et tamen in codicibus, ubi seorsim leguntur, discrimen apparet. Exstant, ut de codice Parisiensi Regio 1218 sæc. XV (n. 26) et 1286 sæc. XVI (n. 1) mihi non visis (4) taceam, in cod. Marciano 105, class. II (sign. LXXXVIII, 6) sæc. XV, 8, fol. 51 seqq., non tamen integra, et multo plenius in codice Monacensi 256, sæc. XV, chart. 4, f. 290-303 b, ubi 37 capita numerantur. Hoc nos potissimum codice quoad Marci textum usi sumus (5). Ubi vero una cum refutationibus reperiuntur, ibi communiter 38 capita apparent. Generatim in his eadem fere argumenta variis sub formis in scenam prodeunt, ac quæ alii jamdudum unionis adversarii protulerant, ea hic dextere in unum collecta fuere, ita ut fucum facere facile possent Græcis suis jam opinionibus occupatis, licet ea omnia argumenta contra Spiritus sancti e Filio processionem speciosiora quam solidiora forent.

II. Hos de processione Spiritus sancti syllogismos adversus Latinos, quos nunc edimus, confutare aggressus est Georgius Scholarius, qui revera, ut testantur codices, ex his 17 propriis responsionibus est prosecutus, non tamen opus perfecit; quare reliqua capita refellenda

(1) Vide Le Quien Orientis Christ. t. I, p. 692. Fabric. Biblioth. Gr., t. XI, p. 670, ed. Harles.

(2) Commemorat ea capita Hefele de unione Græcæ Ecclesiæ articulo III (*Tubinger theologische Quartalschrift*, a. 1848, fasc. II, p. 190).

(3) Vide e. gr. infra Scholarium ad Marci cap. 15, ubi ad c. 8 et 10 respicit et manifeste ostendit, eo sibi ordine ad manus venisse Ephesii argumenta, quem codices isti exhibent.

(4) Vide catalog. mss. ed. Paris 1740, I, p. 257. Cf. et p. 274.

(5) Subjicimus tabulam comparativam, quæ ostendat, quo loco apud nos duos Marci adversarios capita in hoc codice una serie prolata repetiantur.

Cod. Monac. 256, cap.	1	est	Bessar.	c. 1.
» » »	2	»	Scholar.	c. 8.
» » »	3 4	»	»	c. 9-10.
» » »	5	»	»	c. 15.
» » »	6-9	sunt	»	c. 11-14.
» » »	10	est	»	c. 17.
» » »	11	»	»	c. 5.
» » »	12	deest in refutationibus.		
» » »	13	est	Scholar.	c. 6.
» » »	14	»	»	c. 7.
» » »	15	»	»	c. 2.
» » »	16	»	»	c. 4.
» » »	17	»	»	c. 16.
» » »	18	»	»	c. 3.
» » »	19	»	»	c. 1.
» » »	20-37	sunt	Bessar.	c. 2-19.
			Bessar.	c. 20-21.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Bessario cardinalis suscepit rogante Gregorio III Constantinopolitano patriarcha. Verum de Georgio Scholario magna omnino lis est. Duplicem enim Georgium Scholarium, Gennadium utrumque dictum, post Matthæum Caryophylum (6) et Leonem Allatium (7) plures eruditi (8) statuerunt, alterum unioni deditum, alterum ejusdem infensissimum hostem. Fr. Spanhemius unum tantum admisit, eumque semper unioni refragantem, librosque unioni faventes falso eidem ascriptos censuit. Eusebius Renaudotius (9) hac in re non valde discordans a Richardo Simon (10) pariter unum duntaxat agnoscit Georgium Scholarium, qui primo Florentina decreta promoverit, postmodum vero ea rejecerit, quique monachus factus assumpto Gennadii nomine post captam Byzantinam urbem patriarchalem sedem ascenderit. Huic deinde sententiæ plurimi eruditi tum catholici tum acatholici (11) suffragati sunt, eaque longe probabilior communi calculo est judicata, licet nonnulla adhuc in Gennadii hujus historia gravissimis tenebris offusa manserint. Id tamen plerique animadverterunt, illum etiam in oppugnandis Latinis magis ad horum doctrinam accessisse, quam ullum e Græcis schismaticis, qui calamum in Occidentales strinxere (12). Hanc dirimere litem nostrum in præsentia non est. Id tamen certum est, optimæ notæ codices concorditer sub Georgii Scholarii nomine exhibere septemdecim argumentorum Marci refutationem, quorum quatuor nos ipsimet perlustravimus, videlicet Vaticanum 1428, f. 128 b,— 175 b, Marcianum 579 (13), Laurentianum XIV, n. 14 plut. x (14) et Monacensem f. 180 a — 222 a. Etiam in codice collegii Græci, quod Romæ est, cum inscriptione teste Allatio (15) nostrum legebatur opus, quæ Scholario illud attribuit, quem tamen, quod alibi non occurrit, Gennadium patriarcham esse dicit (16). Præterea J. Plusiadenus Bessarioni conjunctissimus in nota operi apposita Georgium Scholarium rogante Gregorio tum adhuc protosyncello refutationem eam exarasse testatur (17). Hinc iis minime suffragamur, qui hanc refutationem non alicui Georgio Scholario, sed Gregorio Melisseno, postea patriarchæ, ascribendam censuerunt (18). Vetat, ne ita statuamus, codicum auctoritas, vetat deinde Plusiadeni testimonium, vetat demum operum ipsorum adinvicem comparatio. Et re sane vera Gregorius magna cum reverentia et perhonorifice cum Marco agit, dum e contra noster refutationum auctor acerbe in eum invehitur; ille nunquam fere dialecticam in subsidium vocat, hic ea vel maxime utitur; ille Patrum duntaxat effatis pugnat, hic pauca admodum et raro eorum profert testimonia. Ergo non Gregorius patriarcha, sed aliquis Scholarius harum refutationum auctor est. Porro si unus tantum Scholarius admittitur, mirum quidem videri potest, hominem adeo arcte Marco Ephesio post concilium Florentinum conjunctum acerbe adeo eum exagitare potuisse; sed neque id valde movere debet, cum ex Marci ad eumdem epistola constet, eaque post synodum scripta (19), Scholarium ad Latinorum partes transiisse animumque mutasse, quo tempore sane etiam occurrere ejusdem Ephesii argumentis potuit; imo ex tota pugnandi ratione Scholarii nostri, quæ non eadem est ac reliquorum, qui unionem vindicarunt, argumenta pro identitate cum eo Scholario, qui tres ad commendandam unionem in synodo orationes (20) habuerit et postea mona-

(6) Observat. ad Orat. Georg. Scholar. Labbe, *Conc.* t. XIII, p. 542 seq.

(7) Allat. De consens. l. III, c. 2, n. 1 seq. p. 959-966; contra Creyghton., p. 93-118.

(8) Sic et Joan. Chr. Amadutius in Præfat. ad Henricum cardinalem Eboracensem ducem, ante Stephanopuli editionem Opp. Demetrii Pepani. Romæ, 1781, t. I, p. XXV, XXX.

(9) Dissert. ad Gennad. homil. de Sacram. Eucharist. Paris, 1709.

(10) *De la croyance de l'Eglise Orientale*, et *Critique de la bibliothèque des auteurs ecclés. de M. Dupin*, t. I, p. 438.

(11) Cuper in Actis SS., t. I Aug. p. 196, n. 1189. Le Quien, Dissert. I in Joan. Damascen. §§ 58-61, p. XXXV-XXXVII, et Orientis Christ., t. I, p. 314. Hefele l. c. (Quartalschrift 1847. fasc. II, p. 239, n. 4). Fabric. Biol. Gr. t. XI, p. 549 seq.; t. XII, p. 104.

(12) Le Quien, Or. Christ., t. I, p. 313.

(13) Morelli catalog., p. 309.

(14) Bandinii catal., p. 483.

(15) Allat. c. Creyghton., p. 123.

(16) Inscriptio est : Συλλογισμοὶ κυροῦ Μάρκου τοῦ Εὐγενικοῦ μητροπολίτου Ἐφέσου κατὰ Λατίνων, καὶ ἀπολογία κυροῦ Γενναδίου τοῦ Σχολαρίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως εἰς τὰ αὐτά.

(17) Nota legitur apud Allatium l. c. p. 124, et in Monac. cod. 27, f. 222 b : Ταῦτα τὰ κεφάλαια ἀντεῖπεν ὁ σοφώτατος κύριος (*al.* κύρις) Γεώργιος ὁ Σχολάριος ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, αἰτήσει τοῦ μακαρίου Γρηγορίου τοῦ πατριάρχου, ὄντος αὐτοῦ ἔτι μεγάλου πρωτοσυγκέλλου· ὑπελείφθησαν δὲ καὶ ἄλλα, ἃ οὐκ ἔφθασεν ἐπεξεργάσασθαι.

(18) Amadutius l. c. p. XXIX nota 10. Hefele Dissert. cit. art. III. (Tuebinger theologische Quartalschrift, 1848 fasc. II, p. 190, 197, 199.)

(19) Exstat ea epistola apud Allat. l. c. p. 83 seq., et apud nos accuratius in Marco Ephesio.

(20) Hard., t. IX, p. 459 500. Mansi, t. XXXI, p. 1065 seq.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

chus factus sub Gennadii nomine patriarcha renuntiatus fuerit (21), trahere quis fortasse non incongrue poterit. Antequam Gregorius Constantinopolitanæ Ecclesiæ regimen susciperet, adeoque ante annum 1445, refutationes nostræ exaratæ sunt, quo tempore bene adhuc unioni addictus esse potuit Scholarius, qui postea totus Ephesii partes sectatus sempiternum Latinorum dogmati odium juravit (22). Ex eo quoque, quod in hujus refutationis continuatione Bessarion ne ullum quidem verbum habet de labore Scholarii, indicium sumi poterit, ejus nomen tunc Græcis cum Romana Ecclesia unitis invisum et infaustum ob apostasiam fuisse. Si autem vera dicit scriptor codicis ab Allatio citati, qui ait, *morte* prohibitum fuisse Scholarium, quominus refutationem triginta septem vel octo capitum absolveret (23), tunc sane duo Scholarii admittendi, cum unus certe adhuc vixerit, quando Gregorio III Romæ rogante Bessarion reliqua capita refutanda suscepit (24). Sed an vera hæc adnotatio dicat, quam Caryophylus (25) sequitur, dubiis adhuc subjacet.

III. Cum, uti diximus, Scholarius imperfectam reliquisset confutationem Marci Eugenici, sive quod mutata sententia in adversas partes transierit, sive quod morte præventus fuerit, alius postea in arenam descendit strenuus pugil ad cœptum opus absolvendum. « Nemini non notus est, ait doctissimus Le Quien (26), Bessarion metropolita Nicææ, genere et patria Trapezuntius (27), qui ad Nicænam sedem provectus est anno circiter 1436 post exactos in monasterio viginti annos. In Italiam venit ad synodum, quæ anno 1438 orientalis Ecclesiæ cum occidentali conciliandæ gratia cogebatur, quæque Ferrariæ primum, deinde Florentiæ habita est. Post multas concertationes, in quibus suorum causam egerat, unionem tandem Ecclesiarum pro virili sua promovit... Constantinopolim reversus fovendæ unioni, quæ Florentiæ sancita erat, operam dedit, quin regiæ hujus urbis patriarcha renuntiatus fuit (28); sed gentiles suos minime sibi faventes sentiens, honori cedens, in Italiam rediit, ubi ab Eugenio papa IV inter Romanæ Ecclesiæ cardinales est cooptatus (29). A Nicolao V Tusculanus episcopus factus Bononiensem legationem obiit. Paulo II defuncto, præpostera domestici cujusdam sui erga ipsum cura et sollicitudine, pontificatu summo excidit, ad quem omnium cardinalium votis assumebatur. Legatus ad Francorum regem missus id munus infeliciter gessit, brevique subinde anno 1472 Venetiis (30) ætatis suæ 77 decessit. Vir fuit pereruditus, Platonicæ philosophiæ plus æquo studiosus (31), cujus idcirco memoriæ schismatici nullis non injuriis detrahunt. » Accuratius vero, quantum accepimus (neque enim is liber ad nostras manus pervenit), ab Aloysio Bandinio (32) Bessarionis vita pertractata fuit.

IV. Inter plurima ea scripta, quibus dogma de Spiritus sancti ex Patre Filioque processione propugnavit (33), non ultimum locum sibi vindicat responsio ad illa ex Marci

(21) Vide not. 16. De hoc Gennadio vide Historiam patriarchicam ab a. 1454-1578 a M. Crusio translatam ed. Bonn. 1849, p. 78-94. Hist. politicam, p. 31, 52. Cuper l. c. p. 196-197, n. 1181 seq.

(22) Vide Scholar. ep. ad cives suos ecclesiasticos et sæculares, apud Fabricium, l. c. p. 367, 356, et ejus Responsum ad ultima Marci verba apud Renaudotium op. cit.

(23) Allat. l. c. p. 124 : Ἀπολογία οὐ τοῦ Σχολαρίου· ἐκεῖνον γὰρ φθάσας ὁ θάνατος τὸ κοινὸν χρέος καὶ μὴ εἰπών, ἄλλος ἀντ' ἐκείνου ἀπολογεῖται.

(24) Gennadium II, antea Scholarium, qui anno 1452 ut monachus fortiter unionis renovationi restiterat et post expugnatam a Turcis Constantinopolim a. 1453 ad patriarchatum promotus est, per quinquennium et aliquot menses thronum tenuisse et postea abdicato præsulatu in monasterio Joannis Baptistæ degisse communiter traditur. Vide textus nota 21 citatos. Hinc non ante Gregorii III obitum (1459) ejus mors statui potest.

(25) Vide ejus verba apud Allatium l. c. Cf. ib. p. 125, 162.

(26) Orientis Christiani tomo I, p 653.

(27) Natus anno 1396 vel 1395 Cf. Bernhardy *Grundriss der griech. Litteratur* 1852, t. I, p. 631, 632.

(28) Phranzæ Chronicon, l. II, c. 17, id asserit, ab aliis tamen non sine gravibus rationum momentis negatur.

(29) Sed jam ante hunc reditum, nimirum die 18 Dec. 1439, Florentiæ cardinalis creatus est. Raynaldus ad a. 1439, n. 41. Titulum habuit SS. duodecim apostolorum.

(30) Plerique tamen Ravennæ die 18 Nov. 1472, eum diem supremum obiisse tradunt.

(31) Sed Aristotelicam non minus philosophiam calluisse Bessarionem vel hoc ipsum quod nunc edimus opus patefacit, sicut et ejusdem ad dicta Plethonis in Aristotelem (Cod. Monac. 27, f. 84 b. 85 a.), breve scriptum aliaque plura, quæ recenset Fabricius, l. c. p. 424 seq., generatim Bessarionis libri dispersi variis in locis reperiuntur. Epistola ad Theodorum exstat in Monac. cod. 27, f. 82 84 ; ejus responsio ad Andronicum data Viterbii 5 Junii 1462, e. epistola data ibidem 19 Maii 1462 in Cod. Escorial. Φ, III, 15, n. 231, sæc. 15 (vide E. Miller catal. ed. Paris., 1848, p. 177, 178), opus de Eucharistia in cod. Marc. 527, f. 116 seq.

(32) Comment. de vita et rebus Bessarionis cardinalis Nicæni, Romæ 1777.

(33) Hæc vero potiora eorumdem sunt :

1. Oratio dogmatica de unione, 10 capita, Hard.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

Eugenici syllogisticis capitibus, quæ a Scholario non refutata fuerant. Id laboris, uti jam dictum est, suscepit Gregorii III patriarchæ, jam Romæ degentis, precibus commotus. Quod Joannes Plusiadenus et codices supra jam recensiti aperte testantur (34). Neque tamen uno eodemque tempore cuncta pertractavit: verum prius ad primum caput, quod omnium gravissimum censebat, respondit, et pro cæteris dissolvendis canones quosdam generales statuit; verum cum Gregorius his non contentus etiam reliqua argumenta, ne uti inenodabilia relicta esse pluribus viderentur, eodem modo refutari flagitaret, postea et hæc singula pertractavit opusque totum absolvit. Id non solum in codicibus adnotatur (35), verum etiam in opere ipso videre est. Nam in præfatione ad capitis primi solutionem diserte ait, se reliqua argumenta utpote omnino minoris momenti prætermittere, eaque facile quemvis solvere posse, qui ob oculos habeat quæ in præsentia sit disputaturus. Deinde post verba illa καὶ παῤῥησιάζεσθαι τὴν ἀλήθειαν, ut suo loco infra notatur, in fine prolixi ad hoc cap. 1 responsi, nova sane tractatio verbis illis Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν incipitur et clare testatur, se ad primum argumentum dicta sufficientia plane existimasse, velle tamen obedire Gregorio reliquorum sophismatum confutationem flagitanti. Unde veluti in duas partes Bessarionis dissertatio apologetica dividitur, quarum prior primum dissolvit argumentum et canones quosdam generales constituit, posterior vero reliqua viginti argumenta minus fuso calamo perstringit. Quod ad tempus spectat, quo hæc Bessarion conscripsit, necessario intra annos 1445 et 1459 id collocandum est, cum Gregorius, qui a. 1459 vita functus est, jam fuerit patriarcha. Scripta sunt post epistolam ad Alexium Lascarin (36), et pleraque alia ejusdem argumenti opera (37).

V. Confutatio hæc 21 capitum syllogisticorum in variis codicibus manuscriptis reperitur (38). Exstat in Vaticano 1428, f. 176 a — 210 a, in Marciano 527, n. 2, f. 58—92, in Monacensi 27, f. 224 a — 255 b, et in Laurentiano cod. 14, n. 14, plut. x. Ex Monacensi eam descripsimus et, quandiu licuit, magna ex parte nostrum apographum cum Marciano codice, quoad initium etiam cum Vaticano, contulimus.

VI. Appendicis adinstar hic adjecimus nonnulla breviora Marci Ephesii scri-

Conc., t. IX, p. 319 seq. Monac. 27, f. 1-27. Marcian. 527 (XCII. 6), f. 17-44.

2 Orat. ad concil. Flor. Hard. Conc., t. IX, Mon. 27, f. 75-79.

3. Epistola ad Alexium Lascarim Philanthr., dicta Antidotus Hard. l. c. p. 1045 seq. et apud Arcud. Mon. 27, f. 27-56.

4. Apologia adversus G. Palamam pro Joan. Vecci Epigraphis ed. ab Arcudio, in Mon. 27, f. 57 72. Marcian. cit. f. 1-16. Vatic. 1428, f. 279-295.

5. Responsio ad quatuor argumenta Maximi Planudæ ed. Arcud. Mon. 27, f. 72 74. Marcian. cit. f. 54.

6. Epistola catholica sive encyclica ad Græcos sedi Constantinopolitanæ subjectos. — Ed. Arcud.

(34) Post verba nota 17 allata ita pergit: Γενόμενος οὖν ὁ μακαρίτης πατριάρχης ἐν Ῥώμῃ, ἠξίωσε τὸν σοφώτατον καρδινάλιν τὸν Νικαίας (sic cum Mon. 27, f. 222, b legendum, non cum Allatio πατριάρχην τὸν Νικαίας), ὅπως τὰ ἐπίλοιπα (al. τἀπίλοιπα) ἀπολογηθῇ οὗτος τοῦ Ἐφέσου κεφάλαια, μή πως, φησὶν, εὑρεθῶσιν ἀνεξέταστα, καὶ δόξῃ τοῖς ἀπλουστέροις, ὅτι κατελείφθησαν ὡς ἀνατίῤῥητα· ἐπινεύσας δὲ τῇ αὐτοῦ αἰτήσει ἀπεσκοράκισεν αὐτὰ ὀλίγοις ἀρκεθεὶς λόγοις. « Cum vero beatæ memoriæ patriarcha Romam pervenisset, rogavit sapientissimum cardinalem Nicænum, ut ad relicta absque responsione Ephesii capita responderet, ne (ut aiebat), si indiscussa reperta fuerint, simpliciores imaginarentur, ea relicta sic esse, quia illis contradicere nemo potuerit. Annuit et exoranti Bessario brevibusque contentus sermonibus ea profligavit. »

(35) Mon. 27, f. 2 a, in indice capitum: Ἕτερα κεφάλαια τοῦ αὐτοῦ Ἐφέσου, ἃ οὐκ ἐφθασεν ἀπολογηθῆναι ὁ Σχολάριος, καὶ ἀπεκρίθη ταῦτα ὁ κύριός μου Νικαίας αἰτήσει καὶ παρακλήσει τοῦ μακαρίτου Γρηγορίου τοῦ πατριάρχου, γενομένου ἐν Ῥώμῃ· ἐν τῷ πρώτῳ δὲ κεφαλαίῳ ἕνα γενναῖον καὶ θαυμαστὸν λόγον ἐποιήσατο, ἐν ᾧ καὶ κανόνας τρεῖς ἐξέθετο δεικνὺς, ὡς καὶ τἆλλα διὰ τούτου εὐχερέστατα λυθήσονται. Ἀλλ' ὁ μακαρίτης Γρηγόριος καὶ τῶν ἄλλων ἐδεήθη ἁπλογίαν δοῦναι, ὃ καὶ γέγονεν, ὡς ἐκεῖ εὑρήσεις κατὰ τάξιν ἐκτεθειμένα. « Alia capita ejusdem Ephesii, quæ Scholarius non potuit amplius refutare. Respondit ad hæc dominus meus Nicænus antistes, rogante et adhortante beato Gregorio patriarcha, qui Romæ degebat. In primo autem capite nobilem et admirabilem sermonem fecit, in quo etiam tres exposuit canones, ostendens, etiam cætera exinde facillime solvi posse. Verum beatus Gregorius rogavit, ut et contra reliqua apologiam conscriberet. Quod et factum est, ut ibi invenies secundum ordinem exposita capita. »

(36) Hanc in opere nostro commemorat, ut v. gr. ad cap. 1.

(37) Certum omnino non est, Gregorium jam Romæ degisse, cum Bessarionem ad reliqua Marci capita refutanda invitaret. Poterat et per epistolam id eum rogare, quam Constantinopoli adhuc scripserit. Imo cum nullum vestigium appareat, quo Gregorii abdicatio concludatur, et cum Ephesium Marcum quasi adhuc vivum interpellet auctor, facile admitti potest, Bessarionem hæc intra annos 1445-1447 conscripsisse. Scholarius vero sua ediderat, cum nondum Gregorius ad patriarchatum promotus esset, adeoque ante annum 1445, et probabiliter non multo post Florentinam synodum, simul ac ea Marci capita, quibus iste fortasse jam Florentiæ manum admoverat, publicata fuerunt.

(38) Vide Montfaucon Biblioth. mss. p. 510.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

pta (*a*), ex quibus concilii Florentini historia in nonnullis apte illustrari potest. Juvat hoc loco catalogum texere librorum a Marco editorum, qui nobis hucusque occurrerunt. Sunt vero hi :

1. Homiliæ seu Orationes duæ de purgatorio Ferrariæ habitæ (39).
2. Homilia quod divina munera non a Dominicis tantum verbis sanctificantur, sed etiam ab oratione et benedictione virtute Spiritus sancti (40).
3. Epistola ad Georgium Scholarium, qua ipsum reprehendit quod ad Latinos desciverit. (Hanc epistolam in Appendice, n. 1 edidimus.)
4. Solutiones dubiorum quorumdam ipsi propositorum (41).
5. Dialogus de additione a Latinis Symbolo inserta. (In Append. n. 4.)
6. Epistola ad Theophanem monachum, qua laudat ejusdem scripta contra unionem cum Latinis (42).
7. Epistola altera ad eumdem, quam in Append. n. 2 dedimus.
8. Epistola circularis ad omnes ubique terrarum degentes et insulas inhabitantes de synodo Florentina (*b*).
9. Epistola ad Joannem Palæologum imperatorem, cujus laciniam exhibet Allatius de synodo Photiana p. 549. (Append. n. 5.)
10. Capita syllogistica nunc a nobis edita.
11. Professio fidei a Gregorio patriarcha refutata.
12. Epistola ad Georgium presbyterum contra ritus et sacrificia Romanæ Ecclesiæ (43).
13. Antirrheticus contra Andream Colossensem.
14. Apologia de fuga sua ann. 1440 conscripta.
15. Tractatus contra encyclicam Bessarionis.
16. Ultima verba ad Georgium Scholarium. (Append. n. 3.)
17. Homilia in orationem Dominicam (44).
18. Carmina et hymni in Deiparam (45).
19. Epistolæ plures (46).

(39) Teste Montefalconio, in Bibl. Coisl. p. 406, in cod. Coislin. 289 (ol. 337) legitur : Μάρκου Ἐφέσου ὁμιλία ῥηθεῖσα ἐν Φερράρίᾳ τῆς Ἰταλίας πρὸς τοὺς καρδιναλίους καὶ ἑτέρους τῶν Λατίνων διδασκάλους περὶ τοῦ δοξαζομένου παρ' αὐτοῖς καθαρτίου πυρός. Initium : Ἐπειδὴ μετὰ ἀγάπης ἀποκρίνασθαι πρὸς τὰ παρ' ὑμῶν εἰρημένα . . . Extat utraque oratio in cod. Paris. 1218, sæc. xv, catal. p. 256, n. 2, 3 (n. 4 est refutatio objectionum).

(40) Ὅτι οὐχ, ὡς νομίζουσιν οἱ τὰ πλεῖστα καινοτόμοι Λατῖνοι ἐν τῇ ἱερᾷ μυσταγωγίᾳ τελειοῦσι τὰ θεῖα δῶρα τὰ Δεσποτικὰ ῥήματα παρὰ τοῦ ἱερέως λεγόμενα, ἀλλ' ἡ τῆς εὐχῆς ἐύναμις μετὰ ταῦτα, ὡς ἡ ἡμετέρα ὀρθόδοξος Ἐκκλησία δοξάζει. Initium : Ἡμεῖς ἐκ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων καὶ τῶν διαδεξαμένων αὐτοὺς διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας τὴν τῆς μυστικῆς λειτουργίας ἔκθεσιν. Extat in cod. Mon. 256 f. 127, in cod. Coislin. 290, (ol. 332. Vide Montefalconium l. c.) Paris. 1218, n. 9 (Catal. l. c.). Cf. et Paris. 1261, et typis edita ad calcem Liturgiarum SS. Jacobi, Basilii et Chrys. ed. Paris. 1560. f. p. 138. Latine in Liturg. Cl. de Sainctes Antwerp. 1562. 8, p. 82.

(41) Leguntur in cod. Paris. 1218, n. 11 et in Mon. 256, f. 136 seq. sub titulo : Λύσεις πρός τινα ἀπορήσαντα τὰς παρούσας ἀπορίας. α' Ἐρώτησις. Ποίου σχήματός ἐστιν ὁ Θεός ; Ἀπόκρισις. Ὁ Θεὸς σχῆμα οὐκ ἔχει, οὔτε ἀνθρώπινον, οὔτε ἄλλου τινὸς ὧν ὡς τῶν αἰσθητῶν · ἔστι γὰρ ἀσώματος· καὶ ἄϋλος· πᾶν τὸ ἀσώματον ἀνάγκη μηδὲ σχῆμα ἔχειν. Sunt quæstiones numero viginti.

(42) In citato cod. Monac. 256 legitur f. 143 epistola Theophanis hoc titulo : Τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐλαβεστάτῳ βασιλεῖ ἡμῶν κῦρ Ἰωάννῃ τῷ Παλαιολόγῳ ὁ εὐτελὴς καὶ ἐλάχιστος ἐν ἱερομονάχοις Θεοφάνης ὁ ἐν τῷ βουνῷ τῆς Μονοβύζου τῷ ἐν νήσῳ Ἰμβρῳ. Initium : Ἀπολειφθείη οὖ τις ἂν οἶμαι τῶν πάντων. Sequitur f. 146 ejusdem Σύνταγμα exordiens : Τὴν καθ' ἡμᾶς τῶν Χριστιανῶν εὐσέβειάν τε καὶ ἀληθῆ πίστιν, ἥνπερ παραλαβόντες ἔχομεν. In fine scholion f. 155 b : Ταῦτα γὰρ πρὸς τὸν Ἐφέσου ἐπέμφθησαν παρὰ τοῦ τιμιωτάτου ἐν ἱερομονάχοις κῦρ Θεοφάνους . . . ὄντος τοῦ ἁγίου τοῦ Ἐφέσου τότε ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἵνα προσκομίσῃ τῷ βασιλεῖ, εἰ οὕτω φανῶσιν ὀρθὰ τὰ γραφέντα, ἃ καὶ δεξάμενος ὁ ἅγιος οὐ μόνον ἐπῄνεσεν αὐτὰ, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀντέγραψε πρὸς ἐκεῖνον ταῦτα. Sequitur f. 155 b, Marci epistola : Τὴν γραφὴν τῆς ἁγιωσύνης σου δεξάμενος παραμυθίαν οὐ μικρὰν ἔσχον.

(43) In cod. Mon. 256, f. 304-305, legitur Marci scriptum περὶ τῶν ἐμφερομένων τῇ θείᾳ εὐχῇ ῥημάτων, ἤγουν τοῦ, *Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, ἐλέησόν με*. Initium : Ὅση μὲν ἡ τῆς εὐχῆς δύναμις καὶ οἷα δωρεῖται τοῖς κεχρημένοις . . . Fragmentum epist. Marci ad Georg. presbyt. dat Allat. c. Creygthon exerc. xi, p. 190.

(44) Cod. Paris. 2075.

(45) Cod. Paris. cit.

(46) Cod. Paris. 963, 1191, 1218, 1286, 1295, 1310, 1527, 2005, 2075.

(*a*) Marco sua reddidimus. Vide inter ejus opera, infra. Edit. Patr.

(*b*) Ea est quam sibi refutandam sumpsit Gregorius Mamas. Vide tomum superiorem. Integre edita est in TOMῼ ΑΓΑΠΗΣ Dosithei. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΜΑΡΚΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΕΦΕΣΟΥ

ΤΟΥ ΕΥΓΕΝΙΚΟΥ

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΣΥΛΛΟΓΙΣΤΙΚΑ ΠΡΟΣ ΛΑΤΙΝΟΥΣ

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ ΔΕ ΠΡΟΣ ΤΑΥΤΑ ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΣΧΟΛΑΡΙΟΥ

ΕΞ ΑΙΤΗΣΕΩΣ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΤΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΝΕΟΥ ΟΜΟΛΟΓΗΤΟΥ.

—

MARCI EPHESINI METROPOLITÆ

EUGENICI

CAPITA SYLLOGISTICA ADVERSUS LATINOS

ET RESPONSIO SAPIENTISSIMI DOMINI

GEORGII SCHOLARII

ROGANTE B. M. D. GREGORIO JUNIORE CONFESSORE CPOLITANO PATRIARCHA ELABORATA.

NUNC PRIMUM EDITA CURANTE J. HERGENROETHER,
S. THEOL. IN WIRCEBURGENSI LITTERARUM UNIVERSITATE PROFESSORE.

—

EPHES. CAP. I.

Interrogemus Latinos : Si omnia quæ sunt Patris, Filium habere vultis, cur non et Patrem ipsum facitis? Quia, inquiunt, oppositionem hoc habet ad Filium, oppositio autem distinguere personas valet, non vero conjungere, ne confusio in ipsis fiat (*a*). Si igitur oppositio divinas personas distinguit, ut vos statuitis, o sapientissimi, et utrumque oppositum in qualibet earum simul esse ac convenire nequit : ergo neque ratio causæ et causati in unum conveniet (nam hæc quoque sunt opposita), neque Filius simul causatus erit et causa, quemadmodum nec Filius simul et Pater. Quid contra hæc ipsi disputabunt? Foret, dicent, ipse quoque Pater, si haberet, qui ad eum posset referri (ut Filius). O rem absurdam! Rursum nobis

(1) Ad finem pag. notat Mon. scriptor : Ὅρα πῶς τέθεμεν πρῶτον τὰ τοῦ Ἐφέσου κεφάλαια, εἶτα κατὰ πόδα τὰς τοῦ Σχολαρίου ἀποκρίσεις ἢ ἀντιρρήσεις. In cod. Monac. 256 est cap. 19.

(*a*) Verba Christi Joan. xvi, 15 et xvii, 10, nullam pati exceptionem Patres ac theologi statuunt, nisi eam, quæ ex ipsa re oritur, quod Filius simul nequit esse Pater. Hinc communis doctrina est, omnia Patris habere Filium paternitate excepta. Quatenus enim est Filius, oppositus est Patri, et ne paternitatem quoque habeat, obstat relationis oppositio. Vide de hac re Bellarmini argumentum, l. II de Christo, cap. 22.

ΕΦΕΣΟΥ (1) ΚΕΦ. Α'.

Ἐρόμεθα τοὺς Λατίνους· Εἰ πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν ἔχειν βούλεσθε (2), διὰ τί μὴ καὶ Πατέρα τοῦτον ποιεῖτε ; Ὅτι, φασὶν, ἀντίθεσιν ἔχει τοῦτο πρὸς τὸν Υἱόν, ἡ δὲ ἀντίθεσις διακρίνειν οἶδε τὰ πρόσωπα, καὶ οὐχὶ συνάπτειν, ἵνα μὴ σύγχυσις ἐν αὐτοῖς γένηται. Εἰ οὖν ἀντίθεσις διακρίνει τὰ θεῖα πρόσωπα καθ' ὑμᾶς, ὦ σοφώτατοι, καὶ ἅμφω τὰ ἀντικείμενα συνελθεῖν ἐφ' ἑκάστου τούτων ἀδύνατον, οὐδ' ἄρα τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν συνελεύσεται (καὶ ταῦτα γὰρ ἀντικείμενα). οὐδ' ὁ Υἱὸς αἰτιατὸς ὁμοῦ καὶ αἴτιος ἔσται, καθάπερ οὐδ' Υἱὸς ὁμοῦ καὶ (3) Πατήρ. Ἀλλὰ τί καὶ πρὸς τοῦτο φήσουσιν ; Ἦν ἂν καὶ Πατὴρ, εἰ εἶχε πρὸς ὃν ἀποδοθήσεται. Τῆς ἀτοπίας ! Πάλιν ἡμῖν ἐπανήκει τὸ καταγέλαστον ἐκεῖνο σόφισμα, καὶ ταυτὸν ποιοῦσιν οἱ τοῦτο

(2) Cod. Mon. f. 180 a, βούλεται. Sic et Marc. 580, f. 133. Recte Monac. 256. f. 297, a.

(3) Marc. καὶ ὁ π.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λέγοντες, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀποφαινόμενος, πάντα ἄνθρωπον γεννητὸν εἶναι ἔλεγεν, ὡς ἦν ἂν καὶ Ἀδὰμ γεννητός, εἰ πατέρα εἶχεν.

A occurrit ridendum illud sophisma, atque idem plane faciunt qui ita disserunt, ac si quis statuens et affirmans, omnem hominem esse progenitum, etiam Adamum genitum futurum fuisse diceret, si habuisset patrem.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΣΧΟΛΑΡΙΟΥ.

Οἱ Λατῖνοι τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων ἀκούοντες *Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστι* · καὶ πάλιν · *Τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά* · καὶ πάλιν · *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν* (1)· οὔτε διὰ τὸ καθόλου τοῦτο πρόσρημα, τὸ *πάντα* καὶ Υἱὸν εἶναι τὸν Πατέρα ἢ Πατέρα τὸν Υἱὸν ἀναγκάζονται λέγειν · οὐδὲ γὰρ αὐτὰ τὰ ῥητὰ τοῦτ' ἀναγκάζουσιν. μᾶλλον μὲν οὖν οἴεσθαι πείθουσι καὶ πιστεύειν, μένειν ἐν τῷ Υἱῷ τὴν ἰδιότητα ἀκίνητον, B ὡσαύτως; καὶ τῷ Πατρὶ, εἴ τις αὐτοῖς καλῶς ἐπιβάλλοι· οὔτε διὰ τὸ ἐξαιρεῖσθαι τοῦ λόγου τὰς ἰδιότητας συνεκβάλλουσι καὶ ἅπερ οὐδὲν ἀδύνατον, εἰ μὴ καὶ πᾶσα ἀνάγκη εἶναι κοινά. Ἀλλὰ καὶ τὰς ἰδιότητας ἀκινήτους τηροῦσι καὶ τὴν κοινωνίαν ἀμείωτον, τουτέστι τήν τε προσωπικὴν διάκρισιν καὶ τὴν ἑνότητα τῆς θείας οὐσίας ἀπαραπάλευτον ἐν τοῖς ἑαυτῶν διαφυλάττουσι λόγοις. Ἡγοῦνται δὲ ἐπίσης εἶναι μάταιον, εἴ τις ἀκούων *πάντα* συμπεριλαμβάνοι καὶ τὴν ἰδιότητα, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον ἢ τινα ἐξ οὗν ἢ τὸ ῥητὸν βούλεσθαι, καὶ εἴ τις ἐξαιρῶν τοῦ λόγου τὸ ἀδύνατον νοεῖσθαι, ἅμα συνεξαιροίη καὶ ὅπερ εἰ μὴ ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἀλλ' οὐδὲ ἀδύνατον ὁπωσοῦν · ἀλλὰ μὴν καὶ ἀναγκαῖον εἴ γε μὴ ἀδύνατον ὅσον ἐπὶ τῶν θείων, ἐν οἷς οὐδεμίαν ἔχει χώραν τὸ ἐνδεχόμενον. Οὐδεὶς γὰρ ὑγιὴς λόγος ἂν οἴηται τῷ αὐτῷ τρόπῳ, τῷ ἀδυνάτῳ συνεκβάλλειν καὶ τὸ δυνάμενον εἶναι, οὐδὲ σοφὸς ὁ οὕτω λέγων, ὅπερ τολμηρόν ἐστι τῆς ἀληθείας καὶ τῶν αὐτῆς λογίων καταψεύδεσθαι. Ἀρκεῖ μὲν οὖν Λατίνοις ὅτι ἐντὸς τῶν ὅρων τοῦ διπλοῦ τούτου καὶ καθολικωτάτου τῆς ἀληθινῆς θεολογίας κεφαλαίου μένοντες ἀκλινῶς, τῆ; τε ἑνότητος δηλονότι τῆς θείας οὐσίας καὶ τῆς προσωπικῆς διακρίσεως, οὕτως ἀξιοῦσι τὰ εὐαγγελικὰ ἐκεῖνα νοεῖν. Ἀλλὰ καὶ τοὺς διδασκάλους ἔχουσι τῇ ἑαυτῶν διανοίᾳ συμμάχους, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, ἡγεμόνας αὐτῆς, ἔνθεν μὲν τοὺς *ἐκ τοῦ Υἱοῦ* λέγοντας προφανῶς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οἵτινες οὐκ ἂν εἶπον τοῦτο, εἴ γε τῇ τοῦ γεννᾶν ἰδιότητι καὶ ἡ τοῦ προβάλλειν ὡς ἑτέρα τις ἰδιότης συνεξεβάλλετο · ἐκεῖθεν δὲ τοὺς τὸ ῥητὸν ἐκεῖνο ἐξηγουμένους, οἵτινες τὴν τοῦ γεννᾶν ἰδιότητα μόνην ἐκβάλλουσιν ἀπὸ τοῦ καθόλου τούτου προσρήματος, ἄλλαις λέξεσι τὸ αὐτὸ πάντες βουλόμενοι. Εἰ δὲ καὶ τὸ προβάλλεσθαι ἢ προβάλλειν (οὐ γὰρ δεῖ σφόδρα τοῦ Ἑλληνισμοῦ νῦν φροντίζειν) ἰδιότητα τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν ἤδεσαν, καὶ πάντες μὲν ἂν δικαίως, ἀλλὰ τοὐλάχιστον εἴς τις εὑρέθη συνεκβάλλειν · νῦν δὲ οὐδείς ἐστιν. Ἀλλ' ὁ μὲν Κύριλλός φησι · *Συνεῖδιον πιστεύομεν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν καὶ πᾶν ὅτιοῦν ἰσομέτρως ἔχοντα ὄἶκα τοῦ τεκεῖν* (2). Καὶ ὁ αὐτὸς ἑτέρωθι · *Ἐν Υἱῷ*

RESPONSIO GEORGII SCHOLARII.

Latini, dum audiunt sacrorum Evangeliorum verba : *Omnia quæcunque habet Pater*, et rursum : *Mea omnia tua sunt, et tua mea sunt*, et iterum : *Ego et Pater unum sumus*, neque propter vocabulum illud universale *omnia* et Filium esse Patrem vel Patrem quoque esse Filium affirmare coguntur ; neque enim ipsa verba ad id adigunt, imo potius suadent cogitare ac credere, immotam manere in Filio proprietatem, atque pari modo etiam in Patre, si quis ipsis verbis recte intendat ; neque propterea quod a sermone proprietates excludunt etiam una ea ejiciunt, quæ communia esse nullo pacto repugnat, imo vero fortassis necessitas quoque efflagitat. Verum et proprietates servant immotas et communionem nullo pacto imminutam, hoc est tum personalem distinctionem tum divinæ unitatem essentiæ in suis sermonibus custodiunt inconcussam. Illud autem existimant, perinde stultum esse, si quis audito verbo *omnia* simul et proprietatem comprehendat, quod fieri prorsus nequit, ut quis censeat vel vox ipsa significet, ac si quis eximens e verbo id quod intelligi nullo pacto potest simul et eximat tollatque illud, quod si non necessarium, attamen nullo prorsus modo est impossibile, imo vero, si non impossibile, etiam necessarium, quod spectat ad divina, in quibus nullum locum habet contingentis ratio. Nullus enim sanus sermo eodem pacto existimaverit simul cum impossibili etiam id quod esse potest rejicerem ; neque sapiens est qui ita dicit, quod audax facinus est, adversus veritatem ejusque oracula mentiri. Sufficit itaque Latinis, quod intra terminos duplicis hujus atque universalissimi veræ theologiæ capitis immote persistentis, videlicet unitatis divinæ essentiæ et distinctionis personarum, ista Evangelii dicta intelligenda censent. Verum et doctores habent suæ patronos sententiæ, imo, ut rectius dicam, duces et antesignanos, illinc quidem eos qui *ex Filio* Spiritum procedere aperte dicunt, qui sane id haud dixissent, si cum generandi proprietate etiam producendi proprietas ut alia quædam simul rejecta fuisset, hinc autem eos, qui dictum istud exponunt, qui generandi proprietatem solam excludunt ab hoc universali vocabulo, aliis dictionibus idem omnes significantes. Si vero etiam productionem et emissionem (neque enim valde vocum elegantiæ in præsenti insistendum) Patris proprietatem relate ad Filium novissent, certe merito omnes, at saltem ad minimum vel unus inventus fuisset qui eam simul amoveret ; nunc autem nullus omnino id præstitit.

(1) Joan. xvi, 15 ; xvii, 10 ; x, 30.

(2) Hæc Cyrilli verba ex lib. II ad Herm. pariter

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Imo Cyrillus, *Coæternum*, inquit, *Patri Filium credimus et omnia eadem mensura possidentem, solum si generare excipias.* Et idem alibi : *In Filio unigenito secundum omnia simili Patri et æquali, absque una paternitate.* Athanasius vero : *Eadem dicuntur de Filio quæ de Patre, excepto quod non dicitur Pater;* idemque rursus : *Quæ de Patre dicuntur, hæc quoque de Filio Scripturæ dicunt, id unum si demas, quod Filius non dicitur Pater;* et nemo Patrum dicit : *Si demas spirationem.* Quodsi Theologus dixit *præter rationem causæ*, vel causam intelligit fontem et *causam sine causa*, quemadmodum et Orientales Patres vocabulo hoc uti videntur, vel causam dicit oppositam Filio, hoc est eam, quæ est secundum generationem. Secus enim non consensisset cum sanctis, qui vel Spiritum sanctum ex Filio procedere asserunt, vel omnia Patris habere dicunt Filium excepta paternitate, et præter id quod non est Pater nec generat, nunquam vero excipiunt spirationem. Si vero ipse etiam causam eam diceret, quæ est secundum spirationem, simul attamen necesse omnino est, ut cum omnibus ipse consentiat.

A μονογενεῖ κατὰ πάντα ὁμοίῳ καὶ ἴσῳ τῷ Πατρὶ χωρὶς τῆς πατρότητος (1). Καὶ Ἀθανάσιος · Τὰ αὐτὰ λέγεται περὶ τοῦ Υἱοῦ, ὅσα καὶ περὶ τοῦ Πατρὸς, χωρὶς τοῦ λέγεσθαι Πατήρ (2). Καὶ πάλιν ὁ αὐτός · Τὰ ἐπὶ Πατρὸς λεγόμενα, ταῦτα καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ λέγουσιν αἱ Γραφαί, χωρὶς μόνον τοῦ λέγεσθαι αὐτὸν Πατέρα · καὶ οὐδεὶς εἶπε · Πλὴν τοῦ προβάλλειν. Εἰ δὲ καὶ ὁ Θεολόγος εἶπε · Πλὴν τῆς αἰτίας (3), ἢ αἰτίαν τὴν πηγὴν νοεῖ καὶ τὴν ἀνάτιον αἰτίαν, ὥσπερ δοκοῦσι καὶ πάντες οἱ Ἀνατολικοὶ χρῆσθαι τῷ ὀνόματι τῆς αἰτίας ἢ τοῦ αἰτίου, ἢ αἰτίαν λέγει τὴν ἀντικειμένην τῷ Υἱῷ, τουτέστι τὴν κατὰ τὸ γεννᾶν. Ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν οὔτε τοῖς ἁγίοις τοῖς λέγουσιν ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον συνεφώνησεν, οὔτε τοῖς λέγουσι, πάντα πλὴν τῆς πατρότητος καὶ τοῦ εἶναι Πατὴρ καὶ τοῦ γεννᾶν, καὶ οὐδαμοῦ τὸ προβάλλειν εἰποῦσιν · εἴ γε αὐτὸς αἰτίαν λέγει καὶ τὴν κατὰ τὸ προβάλλειν ὁμοῦ · ἀλλὰ πᾶσα ἀνάγκη πᾶσιν αὐτὸν συμφωνεῖν.

B

Solutio autem argumenti propositi, cum vel ex jam dictis sit perspicua, manifestior adhuc erit, dum nos non singula quidem perlustrabimus, sed unde ipse ansam nactus fuerit, ostendemus, ubi vero fraus lateat, deprehendemus et refutabimus; multa autem verba resecabimus, quæ ipse magna cum ostentatione vel nescio quanam ratione atque omnino præter rem congessit. Ex Latinorum enim confessione propositionem assumens, quæ oppositionem docet divinas distinguere personas, et adjungens simul Latinorum hypothesin, secundum quam Filius est simul principiatus et principium, quæ sunt opposita, ad eam devenit conclusionem : Filium distinctum a se ipso fore per ejusmodi oppositionem et duas personas constituturum, vel in eadem divina persona simul opposita fore statuenda. Verum neutrum verum est; alterum enim impossibile est ex theologicis principiis, alterum vero impossibile ex communi omnium existimatione, unde et impossibilis suppositio, nimirum Filium principium esse, sicut et principiatum; simul vero ostendit, dum nec hoc recipit, relativa oppositione divinas distingui personas; hic enim modus est deductionis ad impossibile. Dicent itaque Latini : Concedimus epicherematis rationem; nam ex confesso fieri nequit, ut Filius distinctus sit a se ipso, et ut in ipso simul sint opposita; negamus vero consequentiam, videlicet ea impossibilia sequi, si Filius sit principium et principiatus; nulla enim est necessitas. Et quod ad prius quidem

Ἡ δὲ πρὸς τὸ ἐπιχείρημα λύσις σαφὴς μὲν καὶ ἐκ τῶν προειρημένων · γένοιτο δ' ἂν καὶ ὧδε σαφεστέρα, οὐ καθ' ἕκαστα ἐπεξιοῦσιν ἡμῖν, ἀλλὰ τί μὲν αὐτοῦ τὸ κινητὸν τιθεῖσι, ποῦ δὲ ἡ ἀπάτη, φωρῶσί τε καὶ ἐλέγχουσι · τοὺς δὲ πολλοὺς ἀφαιροῦσι λόγους, οἵτινες φιλοτίμως αὐτῷ ἢ οὐκ οἶδ' ὅπως καὶ οὐδὲν πρὸς τὸ προκείμενον συνάπτονται. Ἐκ γὰρ τῆς ὁμολογίας Λατίνων λαβὼν, ὅτι ἡ ἀντίθεσις διακρίνει τὰ θεῖα πρόσωπα, συνάψας δὲ καὶ τὴν Λατίνων ὑπόθεσιν, ὅτι ὁ Υἱός ἐστιν ἅμα αἰτιατὸς καὶ αἴτιος, τουτέστι τὰ ἀντικείμενα, συμπεραίνει, ὅτι ὁ Υἱὸς ἔσται διακεκριμένος ἑαυτοῦ τῆς τοιαύτης ἀντιθέσεως, καὶ ἔσται δύο πρόσωπα, ἢ ἔσονται ἐν τῷ αὐτῷ θείῳ προσώπῳ ἅμα τὰ ἀντικείμενα. Ἀλλ' οὐδέτερόν ἐστιν ἀληθές. Τὸ μὲν γὰρ ἀδύνατον ταῖς θεολογικαῖς ὑποθέσεσι, τὸ δὲ δεύτερον τῇ κοινῇ πάντων ἀξιώσει· ὥστε καὶ ἡ ὑπόθεσις ἀδύνατος, τὸ τὸν Υἱὸν δηλονότι αἴτιον εἶναι, ὥσπερ καὶ αἰτιατόν. Ἅμα δὲ δείκνυσι μηδὲ τοῦτο ἀποδεχόμενος, ὅτι τῇ ἀναφορικῇ ἀντιθέσει τὰ θεῖα πρόσωπα διακρίνονται · οὗτος γὰρ ὁ τρόπος τῆς εἰς ἀδύνατον ἀπαγωγῆς. Φήσουσι τοίνυν οἱ Λατῖνοι, ὅτι τῇ μὲν προσλήψει τοῦ ἐπιχειρήματος συγχωροῦμεν (ἀδύνατον γὰρ ὁμολογουμένως, καὶ τὸν Υἱὸν ἑαυτοῦ διακεκρίσθαι καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἅμα εἶναι τὰ ἀντικείμενα), τὴν δὲ ἀκολουθίαν ἀρνούμεθα, ὅτι εἰ ὁ Υἱὸς ἔσται αἴτιος καὶ αἰτιατὸς, ταῦτα συμβήσεται τὰ ἀδύνατα · οὐδεμία γὰρ ἀνάγκη. Καὶ ὅσον μὲν πρὸς τὸ πρῶτον ἀδύνατον λέγομεν, ὅτι ἡ ἀντίθεσις ἐν τοῖς θείοις αἰτία ἐστὶ προσωπικῆς διακρίσεως, ὅταν ἡ τοῦ αὐ-

C

D

adducit Beccus epigr. x (G. O. II, 616, 617), ubi legitur ἰσόμετρον.

(1) Ex Cyrill. Or. de Trinit. apud Becc. l. c. (p. 617), apud Const. Meliteniot. Orat. 2 (ibid., p. 903.)

(2) Athan. Or. 3, contra Arianos.

(3) Gregorius Naz. Orat. de adventu Ægyptiorum, quæ Billio est or. 24, Maurinis, or. 34, de Filio dixerat : Πάντα ὅσα ὁ Πατὴρ ἔχει, τοῦ Υἱοῦ ἐστιν πλὴν τῆς αἰτίας. Nostrum latuit, ut videtur, Beccum, orat. 2 de injusta depos., c. 18, l. IV, ad Constant. c. 6 (Gr. orth. II, p. 63-65, 213), non absque rationibus saltem probabiliter contendisse, pro αἰτίας legendum esse ἀγεννησίας.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

τοῦ πρὸς τὸ αὐτό· ὅταν δὲ ᾖ τοῦ αὐτοῦ πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο, οὐκ ἔστιν αἰτία προσωπικῆς διακρίσεως ἐν τῷ τὴν ἀντίθεσιν ἔχοντι, εἰ μὴ πρὸς ἐκεῖνα, πρὸς ἃ ἔχει τὴν τοιαύτην ἀντίθεσιν ἀνὰ μέρος. Εἰ γὰρ ἐν τῷ Υἱῷ ἐστι τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατόν, ἅπερ ἐστὶν ἀντικείμενα, οὐ τὸν Υἱὸν ἑαυτοῦ διακρίνουσιν, ἀλλὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος, ᾗ πρὸς μὲν τὸν Πατέρα τῇ ἀναφορᾷ τοῦ αἰτιατοῦ τὴν ἀντίθεσιν ἔχει καὶ τὴν διάκρισιν, πρὸς δὲ τὸ Πνεῦμα τῇ τοῦ αἰτίου. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ πάντων ἐστὶν ἀληθές. Ἡ γὰρ πατρότης καὶ ἡ υἱότης ἢ τὸ αἴτιον, εἰ βούλει, καὶ τὸ αἰτιατὸν ἦν ἐν τῷ Ἰσαάκ, ἀλλὰ διότι πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο ταῦτ' εἶχεν (θάτερον μὲν γὰρ πρὸς τὸν Ἀβραάμ, θάτερον δὲ πρὸς τὸν Ἰακώβ), μία ἦν ἡ τοῦ Ἰσαὰκ ὑπόστασις· ἀλλ' ἦν ἀδύνατον μίαν εἶναι αὐτὴν, εἰ πρὸς τὸν αὐτὸν ἦν αἴτιος καὶ αἰτιατὸς κατὰ τὸ αὐτό, λέγω δὲ κατὰ τὸ τῆς φύσεως εἶδος. Τὰ δ' αὐτὰ καὶ ὅσον πρὸς τὸ δεύτερον ἀδύνατον ἓν λέγεσθαι, ὅτι οἱ ἀξιοῦντες ἀδύνατον εἶναι ἐν τῷ αὐτῷ ἅμα ὑπάρχειν τὰ ἀντικείμενα, νοοῦσι, ὅτι καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ πρὸς τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως καὶ ὅσα ἄλλα ἐν τοῖς περὶ ἐλέγχων ὁ φιλόσοφος διορίζεται, ὧν ἑνός τινος ἀπόντος οὔτε ἀδύνατόν τι ἕπεται οὔτε ἔλεγχός ἐστι κατὰ τὸν φιλόσοφον. Ἀντικείμενα μὲν οὖν εἰσι τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν, καὶ ἐν τῷ Υἱῷ εἶναι ταῦτά φασιν οἱ Λατῖνοι καὶ ἅμα, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸ αὐτὸ οὐδ' ὡσαύτως· τὸ μὲν γάρ ἐστι πρὸς τὸν Πατέρα, τὸ δὲ πρὸς τὸ Πνεῦμα, καὶ πρὸς μὲν τὸν Πατέρα γεννητῶς, πρὸς δὲ τὸ Πνεῦμα προβλητικῶς· οὕτω δὲ οὔτε ἀδύνατόν τι ἕπεται, οὔτε τὸ ἀξίωμα ἀναιρεῖται.

dem spectat eorum quæ impossibilia diximus, dicimus, oppositionem quidem in divinis causam esse personalis distinctionis, quando ejusdem est ad idem; quando vero ejusdem ad aliud et aliud, tunc non est personalis distinctionis causa in eo quod oppositionem habet, nisi ad ea, quæ habent talem oppositionem alternatim. Si enim in Filio est ratio principii et principiati, quæ sibimet opponuntur, non Filium a se ipso distinguunt, sed a Patre et Spiritu quatenus ad Patrem quidem oppositionem et distinctionem habet relatione principiati, ad Spiritum vero relatione principii. Hoc vero et in omnibus verum reperitur. Nam paternitas et filiatio vel causa, si lubet, et causatum erat in Isaac, sed quia ad aliud et aliud ista habuit (alterum namque ad Abraham, alterum vero ad Jacob), una erat Isaaci persona; sed impossibile omnino erat, ut una esset persona, si respectu ejusdem et causa et causatus fuisset secundum idem, dico vero secundum speciem naturæ. Eadem quoque dicenda sunt quoad alterum impossibile, nimirum quod ii qui censent in eodem simul opposita nullo pacto inesse posse, id accipiunt et secundum idem et ad idem et eodem modo et quæcunque alia philosophus in tractatione de argumentatione determinat, quorum si vel unum defuerit, neque impossibile quid consequitur neque argumentum adest secundum philosophum. Opposita quidem sunt principium et principiatum et in Filio esse dicunt Latini, sed non ad idem neque eodem modo; principiatus enim est respectu Patris, principium vero respectu Spiritus, ad Patrem per generationem refertur, ad Spiritum per spirationem; atque sic nec impossibile quid consequitur neque dignitas aufertur.

Καὶ οὕτω μὲν ἡ εἰς ἀδύνατον ἀπαγωγὴ αὐτοῦ λύεται. Βεβαιοῖ δὲ ταύτην ὥσπερ καὶ παραδείγματι λέγων, ὅτι Ὥσπερ ἀδύνατον τὸν Υἱὸν εἶναι Υἱὸν καὶ Πατέρα, οὕτως ἀδύνατον εἶναι αὐτὸν καὶ αἴτιον καὶ αἰτιατόν. Καὶ οὐ καλῶς λέγει· οὐ γὰρ ἴσον ἐστί· τὸ μὲν γὰρ *Πατὴρ* εἰδικὸν τρόπον αἰτίας σημαίνει, καὶ ἐπεὶ τοῦ μὲν Πατρὸς οὐ δύναται εἶναι Πατὴρ διὰ τὸ τὰ τῆς ὑπερουσίου θεογονίας οὐκ ἀντιστρέφειν πρὸς ἄλληλα, μηδὲ εἶναι ἐξ ἀλλήλων τὰ θεῖα πρόσωπα, ἤγουν συγχεῖσθαι τὰς ἰδιότητας, ἀλλ' οὐδ' ἔστιν ἄλλος Υἱὸς ἐν τοῖς θείοις, οὗ ἂν εἴη Πατὴρ ὁ Υἱὸς, διὰ τοῦτο ὁ *Πατὴρ* οὐ δύναται ὑπάρχειν τῷ Υἱῷ. Τὸ δὲ *αἴτιον* γενικὸν ὄνομά ἐστι, καὶ ἀμφω περιέχει τοὺς εἰδικοὺς τρόπους τῶν θείων προόδων, καὶ ἐπεὶ ἐστί τι ἐν τοῖς θείοις οὗ δύναται ὁ Υἱὸς αἴτιος εἶναι, τουτέστι προβολεύς, ἤγουν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἀδύνατον τὸν Υἱὸν εἶναι οὕτως αἴτιον, ἤγουν προβολέα· ἦν δ' ἂν ἀδύνατον, ὅσον μόνον πρὸς τὸν Υἱὸν αὐτὸν, εἰ ἀντέκειτο δηλονότι τοῦτο τῷ τοῦ Υἱοῦ λόγῳ· ἀλλ' οὐκ ἀντίκειται τῷ γεννᾶσθαι τὸ προβάλλειν, ὥστε οὐδ' ὅλως ἐστὶν ἀδύνατον· ὅθεν οὔτε ὅμοιος ὁ λόγος οὔτε καλῶς ἐπιλαμβάνεται τῆς τῶν Λατίνων ἀποκρίσεως. Πατέρα μὲν γάρ φασιν εἶναι τοῦ γεγεννηκότος τὸν Υἱὸν ἀδύνατον. Εἰ δὲ ἦν τι πρόσωπον ἕτερον ἐν τοῖς θείοις, οὗ ἂν ἠδύνατο εἶναι Πατὴρ, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσεν αὐτὸν καὶ

Tali igitur pacto ejus ad impossibile deductio dissolvitur. Confirmat autem eam quasi exemplo dicens: Quemadmodum fieri non potest, ut Filius et Filius sit et Pater, ita fieri nequit, ut sit et principium et principiatus. Non tamen recte dicit; neque enim ista sunt æqualia. Nam *Patris* nomen specificum causæ modum significat; et quia Patris Pater esse non potest, propterea quod ea quæ ad superessentiales divinarum personarum processiones spectant non adinvicem convertuntur, neque ex se invicem sunt divinæ personæ vel proprietates confunduntur, sed nec alius est Filius in divinis, cujus pater queat esse Filius, ideirco paternitatis ratio Filio convenire non potest. Contra *principium* generis nomen est et utrumque specificum modum divinarum processionum in se continet; et quoniam in divinis est aliquid, cujus principium sive productor potest esse Filius, videlicet Spiritus sanctus, nullo pacto repugnat, Filium esse tali modo principium sive productorem. Repugnaret vero atque impossibile foret, quantum solummodo ad Filium ipsum spectat, si hoc oppositum foret filiationis rationi; verum (passivæ) generationi non opponitur productio; unde non est prorsus impossibile. Quare neque est similis ratio neque recte Latinorum responsionem repre-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

hendit. Patrem enim ejus qui genuit esse Filium impossibile dicunt; si autem persona quædam alia in divinis sit, cujus pater esse possit, nihil prohiberet quominus et ejus foret pater. Idque recte plane dicunt. Nunc vero fieri nequit, ut Filius sit pater, quia non est, cujus pater sit, sed quantum ad dignitatem quæ de oppositis est non esset impossibile; neque enim sublata foret dignitas ejus, qui et Filius et Pater esse potest, ad aliud tamen et aliud; nunc vero est impossibile, non propter hoc, sed propter rem, quemadmodum si Isaac non genuisset et absque prole decessisset, non fuisset impossibile, ut ipse et filius esset et pater, nisi ob posterorum defectum, non ob dignitatem patris; sed postquam genuit Jacobum, et pater idem erat et filius, atque dignitas oppositionis (per oppositionem) non sublata est. Exemplum vero, quod adducit, undequaque insulsum et absurdum est. Neque enim dicunt Latini, omnem in divinis personam esse Patrem; deinde dum ipse infert: *At revera Filius non est Pater*, respondent, Filium revera Patrem fore, si persona esset, ad quam referri posset; hoc enim pacto simile foret exemplum; sed *Patrem* esse Filium nec ipsi dicunt, sicut et iste hoc impossibile esse asserit; *principium* vero eum dicunt (Latini) Spiritus sancti sive productorem, non quia id non impossibile censeri potest, sed quia id et necessarium arbitrantur. Iste vero hoc impossibile esse demonstraturus nihil conclusit. Condimenti vero adinstar huic epicherematis solutioni et hoc addam, ne sophisma quidem ejus exemplum esse et propositum non attingere, etsi similiter se haberet. Nam secundum fidei principia non est mendacium, omnem hominem esse genitum; neque si quis instantiam peteret ab Adamo, falso respondebitur, Adamum quoque genitum futurum fuisse, si Patrem habuisset, id est si non fuisset (generis humani) principium. Nam in quantum est *homo* genitus sit necesse est, in quantum vero est *principium* id fieri nequit. Quemadmodum si quis diceret, omne quantum continuum esse divisibile, deinde alio instante et ad punctum provocante, quod quantum continuum sit nec tamen divisibile, rursum responderet, et punctum futurum fuisse divisibile, quatenus quantum continuum, nisi hujus esset principium; nunc vero punctum esse principium et idcirco indivisibile, cum principium indivisibile esse deheat, sicut et in numeris unitas. Si quis igitur hæc diceret, nullo pacto peccaret. Ita et fides vera principium hominum ponit Adamum, et quatenus principium ingenitum, per creationem tamen exsistentiam nactum; verum hoc nihil impedit, quominus omnis homo sit genitus. Quapropter nullatenus valet ea quæ ex Adamo petitur instantia, neque id quod ille responsurus male omnino responderet.

A Πατέρα εἶναι ἐκείνου. Καὶ καλῶς λέγουσι· νῦν μὲν γάρ ἐστιν ἀδύνατον τὸν Υἱὸν εἶναι Πατέρα, ὅτι οὐκ ἔστι πρὸς ὃν ἂν εἴη Πατήρ· ἀλλ' ὅσον πρὸς τὸ ἀξίωμα τὸ περὶ τῶν ἀντικειμένων οὐκ ἂν ἦν ἀδύνατον· οὐ γὰρ ἂν ἀνῃρητο τὸ ἀξίωμα τοῦ αὐτοῦ δυναμένου καὶ Υἱοῦ εἶναι καὶ Πατρὸς, πρὸς ἄλλο μέντοι καὶ ἄλλο. Νῦν δέ ἐστιν ἀδύνατον, οὐ διὰ τοῦτο, ἀλλὰ διὰ τὸ πρᾶγμα· ὥσπερ εἰ μὴ ἐγέννα ὁ Ἰσαάκ, ἀλλ' ἄγονος ἐτελεύτα, οὐκ ἂν ἦν ἀδύνατον αὐτὸν καὶ υἱὸν εἶναι καὶ πατέρα, εἰ μὴ διὰ τὸ ἄγονον εἶναι, οὐ διὰ τὸ ἀξίωμα· ἀλλ' ἐπειδὴ γεγέννηκε τὸν Ἰακώβ, καὶ πατὴρ ἦν ὁ αὐτὸς καὶ υἱὸς, καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς ἀντιθέσεως (1) οὐκ ἀνῄρητο. Ἔστι δὲ καὶ παντάπασιν ἀπεμφαῖνον αὐτοῦ τὸ παράδειγμα·

B οὐδὲ γὰρ λέγουσιν οἱ Λατῖνοι, ὅτι πᾶν ἐν τοῖς Θείοις πρόσωπόν ἐστι Πατήρ· εἶτα αὐτοῦ ἐπάγοντος, *Καὶ μὴν οὐκ ἔστι Πατὴρ ὁ Υἱός*, ἀποκρίνονται, ὅτι Ἦν ἂν Πατήρ, εἴπερ τι πρόσωπον ἦν, πρὸς ὃ ἂν ἀναπεδίδοτο· οὕτω γὴρ ἦν ὅμοιον τὸ παράδειγμα· ἀλλὰ *Πατέρα* μὲν εἶναι τὸν Υἱὸν οὐδ' αὐτοὶ λέγουσιν, ὥσπερ καὶ αὐτὸς τοῦτ' ἀδύνατον εἶναι λέγει· *αἴτιον* δὲ λέγουσι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἤγουν προβολέα, οὐχ ὅτι οὐκ ἔστιν ἀδύνατον προαχθέντες, ἀλλ' ὅτι οἴονται καὶ ἀνάγκην εἶναι. Ὃ δὲ βουληθεὶς δεῖξαι τοῦτο, ἀδύνατον οὐδὲν ἐπέρανεν. Ὥσπερ δέ τι ἤδυσμα (2) τῇ λύσει τοῦ ἐπιχειρήματος καὶ τοῦτο προσθήσω, ὅτι οὐδὲ τὸ παράδειγμα αὐτοῦ ἐστι σόφισμα σχολῇ γε τὸ προκείμενον, εἰ καὶ ὁμοίως εἶχε.

B τες, μάλιστα δὲ ὁπόσοι παρακολουθοῦσι τούτοις καλῶς, νοῦν ἐπιστήμονα καὶ σπουδαῖον Θεοῦ χάριτι καὶ σπουδῇ μακρᾷ καὶ παρακολουθεῖν δυνάμενον ἔχοντες. Εἰσὶ τοίνυν πολλοὶ τῶν ὑστέρων Θωμᾷ μὴ σφόδρα τοῦτ' ἐπαινοῦντες, ὅτι νομίζει μὴ ἂν δύνασθαι τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱὸν διακρίνεσθαι, εἰ μὴ θάτερον ἐκ θατέρου προΐοι, ἀλλ' ἀρκεῖν ἡγοῦνται πρὸς τὴν τούτων διάκρισιν τὸ τῆς προόδου παρηλλαγμένον, καὶ μηδενὸς ἄλλου τῆς διαφορᾶς αἰτίου παρόντος, καὶ τοῦτο συγχωροῦσι πᾶσι Γραικοῖς οὐδὲ θέλουσιν ἀντιλέγειν. Ἀλλὰ καίτοι τῷ Θωμᾷ μεμφόμενοι τῆς ἐντεῦθεν ἐπιχειρήσεως, οὐδὲ (1) τοῦ συμπεράσματος ὅμως καταφρονοῦσι καὶ πολλοῖς αὐτοὶ λόγοις ἑτέροις τοῦτο δεικνύουσιν.
C Οὐδὲ γὰρ εἴ τις ἐν τούτῳ μὴ λέγοντα τὸν Θωμᾶν ἀναγκαῖα δεῖξει, ἢ τοὺς ἄλλους πρὸς τὸ αὐτὸ συμπέρασμα λόγους αὐτοῦ περιόψεται σαφῆ τὴν ἀνάγκην ἔχοντας, ἢ τὴν δόξαν αὐτὴν ἀτιμάσει, ἣν ἀληθῆ τε οἶδεν οὖσαν αὐτὸς καὶ λόγοις πολλοῖς ἀποδεικνύναι ταύτην ἀντιῤῥήτοις δυνήσεται. Ἄλογον γὰρ ἂν εἴη παντάπασιν ἀρνεῖσθαι βούλεσθαι τὴν συνεγνωσμένην ἀλήθειαν δι' ἀσθένειαν τῶν ταύτῃ συνηγορούντων, πολλῶν μὲν ταύτῃ πειρωμένων συνηγορεῖν, οὐχ ὁμοίως δὲ πάντων', ἀλλὰ τῶν μὲν ἀσθενέστερον, τῶν δὲ ἰσχυρότερον. Οὕτω γὰρ καὶ τὰ τῶν κοινῶν διδασκάλων ἡμῖν κρίνεται δήπου καὶ ἡ τῶν ἐπιχειρημάτων καὶ λόγων διαφορὰ, οἷς τὰ τῆς πίστεως διδάσκουσί τε ἡμᾶς δόγματα καὶ διεκ-
D δικοῦσιν ἔκ γε τῶν αὐτοῖς μαχομένων, οὐδένα ποιεῖ τῆς ἀληθείας ὑπεροράν. Ἴσμεν γὰρ οὐ μόνον ἄλλους ἄλλων περὶ τῶν αὐτῶν σοφώτερόν τε καὶ ἀκριβέστερον πραγματευσαμένους, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ἑκάστους; πολλοῖς μὲν ἀναγκαίοις ἐπιχειρήμασι χρω-

(1) Mon. f. 194 a, οὔτε.

(*a*) Scholasticos doctores ultimorum temporum celebres habet Scholarius. Præter D. Thomam nominandi sunt Petrus Lombardus, Albertus M., Alexander Halensis, Bonaventura, Scotus aliique.

(*b*) Scotistas nimirum intelligit, qui hac in re Aquinatem doctorem impugnarunt. Vide de hac quæstione Bessarionem ad cap. Ephesii 18.

(*c*) Quorum antesignanus est Photius in Amphil. quæst. 28 a Scotto primum edita. Cf. quæ in hanc rem disputavimus in Dissertatione ad Photii librum de Spiritus sancti mystagogia, cap. IV, § 7, not. 4 (*in tom. CII*).

(*d*) Ad argumentum Græcorum, sufficienter distingui Spiritum et Filium d verso prodeundi modo, respondet Demetrius Pepanus opere a Bernardo Stephanopulo edito Romæ 1787, in 4, t. I, p. 550 seq., sufficienter eos distingui distinctione quidem privativa, non vero relativa opposita, privativam autem distinctionem minime esse personarum discretivam.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

γένους πρὸς ἑκάστης ἀληθείας ἀπόδειξιν, καί τινα δ' ἐκ περιουσίας, ὡς οὕτως εἰπεῖν, προστιθέντας, ἴσως οὐ πρὸς ἀπόδειξιν, ἀλλὰ πρὸς βεβαίωσιν τοῦ προκειμένου ταῦτα συνάπτοντας, καὶ σοφίαν ἐπιδεικνυμένους τοῖς ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας κατὰ τῆς ἀληθείας στρατευομένοις· καίτοι καὶ τῆς τοιαύτης ἄνευ ἀνάγκης οὐδὲν ἀπᾴδον ἦν ἀνθρώπους ὄντας καὶ λογισμοῖς τισιν ἀνθρωπίνοις ἀμέμπτως δουλεύειν καὶ σοφίαν τοῖς μαθηταῖς χρῆμά τι θεῖον καὶ μέγιστον ἐπιδείκνυσθαι. Εἰ γοῦν ταῦτα Θωμᾷ τις μέλλοι (1) κατηγορεῖν, ἢ τῆς ἀληθείας Θωμᾷ χάριν, ἐξέσται καὶ πᾶσι τοῖς βουλομένοις τῶν κοινῶν τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων κατηγορεῖν, ἢ καὶ τὴν ὑπ' αὐτῶν διδασκομένην ἀλήθειαν ὀλίγου ποιεῖσθαι. Ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. Καὶ σὺ γὰρ, ἵνα τοὺς ἄλλους διδασκάλους παρῶ, ἐν οἷς ἔστι διαφορὰν καὶ βαθμὸν, ὅσον πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἀπόδειξιν καὶ τὴν ἰσχὺν τῶν ὑπὲρ ταύτης λόγων, τιθέναι, οὐ πάντα ἂν ἐπαινέσειας τὰ τοῦ Καβάσιλα, οὐδ' ἂν πᾶσιν ὁμοίως ὡς μετ' ἀνάγκης εἰρημένοις τε θείης, ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ παρέλθοις ὡς ἐκ πολλῆς εἰρημένα περιουσίας (οὕτω γὰρ λέγειν βέλτιον)· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο καὶ τοῦ συμπεράσματος καὶ τῶν ἄλλων αὐτοῦ πρὸς τοῦτο λόγων καταφρονεῖς, ὑπὲρ ὧν καὶ τὴν ψυχὴν ἑτοίμως ἔχεις προέσθαι. Τούτων τοίνυν εἵνεκα τοῖς ἄλλοις ἐπιχειρήμασι καὶ λόγοις, δι' ὧν ὁ Θωμᾶς τῇ δόξῃ ταύτῃ συνηγορεῖ, τὴν ἀκρίβειαν καὶ τὴν ἀνάγκην μαρτυροῦντες οἱ μετ' ἐκεῖνον τὰ τοιαῦτα σκεψάμενοι τὸν περὶ τῆς διακρίσεως τοῦτον λόγον οὐκ ἀποδέχονται, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο καὶ τὴν τοιαύτην ἀποπέμπονται δόξαν, ἣν πολλαῖς, μᾶλλον δὲ πάσαις ἀνάγκαις ἀληθῆ τυγχάνειν καὶ πιστεύουσι καὶ δεικνύουσιν. Οὐδέ σοι τοίνυν μέγα λυσιτελήσει σαλευόμενος οὗτος ὁ λόγος, εἴτε καὶ σαλεῦσαι τοῦτον ἠδύνασο· νῦν γὰρ δήπου παντάπασιν ἀδυνάτως ἔχεις καὶ καθάπερ ὁ Θωμᾶς ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ σαθρῶς (2) τε καὶ ἀνισχύρως συνηγορεύσας (3) ὤφθη τῇ δόξῃ, ἣν δι' ἄλλων πολλῶν ἰσχυρῶς ἀποδείκνυσιν, οὕτω καὶ σὺ σαθρῶς τε καὶ ἀνισχύρως νῦν ἐλέγχεις τὸ ψεῦδος, ἵνα μὴ μόνον ἐν τοῖς κατὰ τῆς ἀληθείας ἀγῶσιν, ἀλλὰ δὴ κἀν τοῖς τοῦ ψεύδους ἐλέγχοις φανῇς ὀλίγα δυνάμενος. Καίτοι καὶ τοῦτο σαθρότητος ἂν τις εἴποι δεῖγμα σαφέστατον, ὅτι σαπραῖς τισι καὶ παλαιαῖς ἀντιλογίαις βούλει τοὺς Λατίνους ἐλέγχειν. Ἃ γὰρ φῂς πρὸς τὴν τοῦ Θωμᾶ ἀπὸ τῆς διακρίσεως ἐπιχειρησιν (4), εἶπε μὲν ὁ Καβασίλας καὶ πολλοὶ πρὸ ἐκείνου καὶ μετ' ἐκεῖνον, καὶ πάντες ταύτην μεμψάμενοι φαίνονται. Κυδώνης δέ τις συνηγορίαν τῷ Θωμᾷ χαριζόμενος οὐδέν τι δυναμένας τὰς ἀντιλογίας ταύτας ἱκανῶς ἀποδείκνυσιν, ὥστε καὶ μη-

A uniuscujusque veritatis demonstrationem utentes quædam ex abundantia, ut ita dicam, adjicere, fortasse non ad demonstrationem, sed ad confirmationem suæ propositionis hæc aptare atque sapientiam ostendere iis qui ex humana sapientia contra veritatem decertant; quanquam et absque ejusmodi necessitate non absonum erat, cum homines sint, et humanis quibusdam cogitationibus sine vituperio eos servire et sapientiam discipulis rem quamdam divinam et maximam ostentare. Si quis igitur propter hæc Thomam vellet reprehendere vel Thomæ gratia veritatem, licebit et omnibus, quicunque voluerint, communes Ecclesiæ magistros accusare vel traditam ab iis veritatem parvi facere. Sed non ita est, non ita. Tu etenim, B ut cæteros magistros omittam, inter quos differentiam et gradum, quantum ad veritatis demonstrationem et vim ratiocinationum pro ipsa prolatarum, statuere licet, tu, inquam haud cuncta approbaveris Cabasilæ, neque omnibus eodem modo veluti necessitate logica disputatis adhæseris, imo sunt nonnulla, quæ præterire malueris ut ex magna abundantia dicta (ita enim dicere præstat); sed non propterea et illationem et alias ejusdem rationes ad idem tendentes spernis, pro quibus etiam vitam profundere paratus es. Ob has igitur causas aliis argumentis et rationibus, per quas Thomas huic sententiæ suffragatur, accuratam ac cogentem persuadendi vim attestantes, illi qui post eum C hæc disquisierunt hoc de distinctione (personarum) argumentum non admittunt, sed minime propterea et hanc sententiam rejiciunt, quam plurima, imo omni necessitate veram esse et credunt et probant. Neque igitur multum tibi proderit nutans ista ratio, etiamsi illi infirmandæ par esses; nunc vero omni ex parte impar et impotens, et sicut Thomas in hoc argumento debiliter et sine nervo eam sententiam defendisse visus est, quam per multas alias rationes fortiter comprobavit, sic et tu debiliter ac sine nervo nunc refutas mendacium, ut non solum in certaminibus contra veritatem, verum etiam in mendacii refutatione pauca valens appareas. Quanquam et hoc debilitatis quis D dixerit evidentissimum signum, quod futilibus quibusdam et vetustis objectionibus ac contradictionibus vis refellere. Quæ enim adversus Thomæ circa distinctionem ratiocinationem disputas, dixit jam Cabasilas, et multi ante eum et post eum, omnesque illam reprehendisse videntur. Cydonius autem quidam (*a*) Thomæ suffragium et patrocinium largiens nihil valere has objectiones valide

(1) Mon. f. 194 b, μέλοι.
(2) Mon. f. 195 a, σαφῶς, quod corrigendum sequentia ac contextus ostendunt.
(3) Mon. συναγορεύσας.
(4) Mon., ἀπό τε τῆς διακρίσεως ἐπιχειρήμασιν. Fortasse et quid deest.

(*a*) Demetrius ὁ Κυδώνης, Cydonius dictus, sæculo decimo quarto unionem cum Latinis insigniter propugnavit atque præter alia scripta ab Arcudio inter opuscula aurea edita et Thomæ Aquinatis versionem pro ejusdem Angelici Doctoris defensione librum de processione Spiritus sancti adversus elenchos Cabasilæ exaravit. Vide Allatium, De Eccl. Occid. et Orient. perpetua consensione, l. II, c. 18, n. 5.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ostendit, ita ut nemo cæterum reperiatur usque nunc hanc defensionem refellens zelo veritatis vel parcens Cabasilæ famæ, quæ ejusmodi passa est infortunium. Ilisce igitur antiquatis et honore quovis privatis argumentationibus veluti genuinis armis fretus idem cum primis eorum inventoribus periculum subis. Oportebat vero te potius ostendere, eisdem objectionibus Cydonium sophistice restitisse et tunc opportune procederes ad arguendum Thomam et ejusdem ratiocinationes arguendas, ita ut de cætero neque apologiam contra ista necessariam esse censeres. Sufficiunt enim Cydonii apologiæ et maxime, et contra eas nil poteris oggerere, quandoquidem hucusque non potuisti. Verum ut nunc discas esse viros non solum te sapientiores, sed etiam Cydonio, qui tamen præ tuis magistris magnopere excellit, doctiores, concedimus tibi, Thomam in his non stringens dedisse argumentum et Cydonium ei patrocinantem in aliis quidem et ingenue et cum veritate id facere, hac vero in parte nobiliter et recte contra Cabasilam pugnare, qui Thomam se refutare opinabatur nullatenus id valens, quod ad veritatem tamen spectat, minime apte ac valide. Sed non exinde ejus quoque conclusionem destruimus, ob causas quas paulo ante diximus. Sufficientem enim Filii et Spiritu distinctionem esse diversam utriusque ex Patre progressionem, concedunt et Thoma posteriores; hoc vero ipsum quam maxime causam esse credunt, quod et Filius sit Spiritus principium, quoniam differentia progressionis talem in ipsis ordinem constituit, talem vero ordinem et Spiritus ex Filio processio consequitur. Sufficit igitur ad eos distinguendos, quod diverso modo ex Patre prodeunt; sed ex eo, quod diverso modo prodeunt ex Patre, sequitur, quod alteruter ex altero prodeat. Quare in tantum non distinguitur Filius a Spiritu relativa secundum principium oppositione, ut Thomas ait, in quantum non per eam primo distinguitur, sed primo distinguitur diversa progressione, hanc vero et oppositio secundum principium sequitur. Quod quidem hæc ita bene se habent et quod etiam ante Cabasilam multi Latinorum reverenter contradixerunt Thomæ eumque simplicius hoc argumento usum fuisse affirmarunt, alia eaque propria concertatione disquirendum et ostendendum foret; quod vero tu neque conclusionem destruis, etsi Thomam confutaturus eras, neque valide ac convenienter refellis, tum Latini manifestum reddunt, qui neque hac in parte Thomæ valde assentiuntur neque thesin ejus negant, tum tu ipse ostendisti jam dictas exceptiones rursum in medium producens, quas, si etiam difficile erat et alios simili modo id facere.

A εἶνα λοιπὸν εὑρεθῆναι μέχρι τοῦ νῦν τὴν συνηγορίαν ἐκείνην ἐλέγχοντα, ζήλῳ τῆς ἀληθείας ἢ φειδοῖ τῆς τοῦ Καβασίλα δόξης τοσαύτην συμφορὰν πεπονθυίας. Ταύταις τοίνυν ταῖς ἀρχαίαις καὶ ἀτιμωθείσαις ἀντιλογίαις πάλιν ὡς γενναίοις ὅπλοις θαῤῥῶν τοῖς πρώτως ἐξευροῦσι συγκινδυνεύεις. Ἐχρῆν δέ σε μᾶλλον δεῖξαι τὸν Κυδώνην κατασοφιζόμενον τούτων δὴ τῶν ἀντιλογιῶν, καὶ τότ' ἂν πρὸς τὴν μέμψιν Θωμᾶ καὶ τῶν ἐκείνου λόγων ἐπανῆλθες ἐγκαίρως· ὥστε σε λοιπὸν μηδ' ἀπολογίας ἀξιοῦν εἶναι χρείαν πρὸς ταῦτα. Ἀρκοῦσι γὰρ αἱ τοῦ Κυδώνη καὶ λίαν, πρὸς ἃς οὐκ ἂν ἔχοις ἀντιβλέπειν, εἴπερ οὐδ' ἔσχες ἄχρι τοῦ νῦν. Ἀλλ' ἵνα, νῦν μάθοις, εἶναί τινας οὐ μόνον σου σοφωτέρους, ἀλλὰ καὶ τοῦ Κυδώνη πλέον εἰδότας, καίτοι σφόδρα B τῶν σῶν ὑπερέχοντος διδασκάλων, συγχωροῦμέν σοι ταῦτα τὸν Θωμᾶν οὐκ ἀναγκαίως εἰπεῖν καὶ τὸν ἐκείνῳ συμμαχοῦντα Κυδώνην ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις καὶ γενναίως καὶ μετὰ τῆς ἀληθείας τοῦτο ποιεῖν· εἰ δὲ τούτῳ τῷ μέρει γενναίως μὲν καὶ ἀληθῶς πρός γε τὸν Καβασίλαν ἠγωνίσθαι, ὃς ᾤετο Θωμᾶν ἐλέγχειν μηδόλως τοῦτο δυνάμενος, πρὸς δὲ τὴν ἀλήθειαν ἥκιστα ἱκανῶς. Ἀλλ' οὐκ ἐντεῦθεν καὶ τὸ συμπέρασμα ἀνελοῦμεν δι' ἃς ἔφθημεν εἰπόντες αἰτίας. Ἱκανὴν γὰρ εἶναι διάκρισιν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος τὴν ἐκ Πατρὸς διάφορον πρόοδον καὶ εἰ μετὰ Θωμᾶν συγχωροῦσι· τοῦτο δ' αὐτὸ καὶ μάλιστα ποῦ καὶ τὸν Υἱὸν ἀρχὴν εἶναι τοῦ Πνεύματος αἴτιον, πιστεύουσιν εἶναι, εἴπερ ἡ μὲν διαφορὰ τῆς πρόοδου C τὴν τοιαύτην ἐν αὐτοῖς τάξιν ποιεῖ, τῇ δὲ τοιαύτῃ τάξει καὶ ἡ τοῦ Πνεύματος ἐκ τοῦ Υἱοῦ πρόοδος ἕπεται. Ἀρκεῖ μὲν οὖν διακρίνειν αὐτὰ τὸ διαφόρως ἐκ Πατρὸς προϊέναι, ἀλλὰ τῷ διαφόρως ἐκ Πατρὸς προϊέναι τὸ ἐκ θατέρου θάτερον προϊέναι ἕπεται· ὥστε παρὰ τοσοῦτον οὐ διακρίνεται ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος τῇ κατ' αἰτίαν ἀναφορικῇ ἀντιθέσει, καθά φησιν ὁ Θωμᾶς, παρόσον οὐ ταύτῃ διακρίνεται πρώτως, ἀλλὰ διακρίνεται μὲν τῇ διαφόρῳ προόδῳ πρώτως· ταύτῃ δὲ καὶ ἡ κατ' αἰτίαν ἀντίθεσις ἕπεται. Ταῦτα μὲν οὖν ὅτι τε οὕτως ἔχει καλῶς καὶ ὅτι καὶ πρὸ τοῦ Καβάσιλα πολλοὶ τῶν Λατίνων, εὐλαβῶς ἀντιλέγουσι τῷ Θωμᾷ καί φασιν αὐτὸν ἁπλούστερον τῷ λόγῳ χρήσασθαι τούτῳ, ἄλλων ἀγωνισμάτων ἂν εἴη σκοπεῖν καὶ δεικνύναι· ὅτι δὲ οὔτε C τὸ συμπέρασμα ἀναιρεῖς, εἰ καὶ Θωμᾶν ἐλέγχειν ἔμελλες (1), οὔτε ἱκανῶς ἐλέγχεις καὶ ἐπηδόλως, τὸ μὲν οἱ Λατῖνοι δῆλον ποιοῦσιν, οὔτε τιθέμενοι τῷ Θωμᾷ λίαν ἐν τούτῳ τῷ μέρει, οὔτε τὴν θέσιν ἀρνούμενοι, τὸ δὲ αὐτὸς ἔδειξας τοὺς ἐληλεγμένους ἐλέγχους αὖθις παράγων εἰς μέσον, οὓς εἰ καὶ μὴ Κυδώνης φθάσας ἠτέλησεν, οὐδὲν χαλεπὸν ἦν καὶ ἄλλους ὁμοίως ἐκείνῳ τοῦτο ποιεῖν.

Cydonius non antea infirmas et nullo modo

(1) Mon. f. 195 b, ἔμελες. Ad marg. *Ἴσως ἔμελλες.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΕΦΕΣΟΥ ΚΕΦ. Ζ' (1).

Εἰ τὸ αἰτιατὸν διαφόρως; ὑπάρχει τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πνεύματι (τὸ μὲν γὰρ γεννητὸν, τὸ δ' ἐκπορευτὸν), ἡ δὲ διαφορὰ κατὰ τοὺς Πατέρας ἀριθμὸν ἑαυτῇ συνεισάγει, δύο ἄρα τὰ αἰτιατά, ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα· κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον, εἰ τὸ τῆς θεότητος αἴτιον διαφόρως Πατρὶ καὶ Υἱῷ πρόσεστιν (ὁ μὲν γὰρ γεννήτωρ καὶ προβολεύς, ὁ δὲ προβολεὺς μόνον), δύο ἔσται τὰ τῆς θεότητος αἴτια, τῇ διαφορᾷ τοῦ ἀριθμοῦ ἑπομένου, τουτέστι τῆς δυάδος κατὰ τὴν τῶν Θεολόγων ἀπόφασιν (2).

Ο ΣΧΟΛΑΡΙΟΣ.

Οἱ Λατῖνοι πάλιν ἐνταῦθα τὸ ἄτοπον τοῦτο καὶ ἀδύνατον, ᾧ περιβαλεῖν αὐτοὺς (ὁ) ἀνὴρ ἐπεχείρησεν, καὶ συνορᾶν καὶ φεύγειν ἐροῦσι καὶ κατ' οὐδένα τρόπον εἵνεκα τῆς τοιαύτης δόξης αὐτῶν τοῖς τῆς ἀτοπίας ταύτης δικτύοις ἁλίσκεσθαι. Ἁπλῶς μὲν οὖν αὐτοῖς ἡ πρὸς τὸ τῶν ἐπιχειρημάτων πέμπτον ἀπολογία ἀρκέσει τοῦτο δεικνύουσιν· ἐν μέρει δὲ καὶ πρὸς τὸ παρὸν ἐπιχείρημα ἀπολογούμενοι ποιήσουσι τοῦτο καταφανὲς, ῥᾳδίως τὴν εἰς ἄτοπον ἀπαγωγὴν διαλύοντες (3). Ἔστι δὲ ἡ τῆς ἀπαγωγῆς ταύτης δύναμις αὕτη· Εἰ τὸ τῆς θεότητος αἴτιον πρόσεστι Πατρὶ καὶ Υἱῷ, ἐπεὶ πρόσεστι τοῦτ' αὐτοῖς διαφόρως, δύο ἔσται τὰ τῆς θεότητος αἴτια· ἀλλὰ τὸ ἑπόμενον ἀδύνατον, καὶ τὸ ἡγούμενον ἄρα. Ὅτι μὲν οὖν διαφόρως αὐτοῖς πρόσεστι, λαμβάνει λέγων· ὁ μὲν γὰρ γεννήτωρ καὶ προβολεύς, ὁ δὲ προβολεὺς μόνον· τὴν δὲ ἀκολουθίαν ἐκ τοῦ τῶν ἁγίων ἀξιώματος δείκνυσι λεγόντων, ὅπου διαφορά τίς ἐστιν, ἐκεῖ καὶ ἀριθμὸν εἶναι. Τοῦτο δὲ καὶ ἔκ τινος ἐν τοῖς θείοις ὁμοίου πιστοῦται· Διότι γὰρ, φησὶ, καὶ τὸ αἰτιατὸν Υἱῷ καὶ Πνεύματι ἐνυπάρχον διαφόρως ἔνεστι, διὰ τὸ τῶν διδασκάλων ἀξίωμα καὶ δύο εἶναι αἰτιατὰ ἀνάγκη τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα. Ἡ πρὸς ταῦτα τοίνυν λύσις καὶ πάνυ σαφὴς ἐστι. Τὸ μὲν γὰρ προβάλλειν οὐ πρόσεστι Πατρὶ καὶ Υἱῷ διαφόρως, ὅσον πρὸς τὸ τὸν μὲν Πατέρα εἶναι γεννήτορα καὶ προβολέα, τὸν δὲ Υἱὸν προβολέα μόνον· ταῦτα γὰρ οὐ ποιοῦσι διαφορὰν ἐν αὐτοῖς ὅσον πρὸς τὸ προβάλλειν· ἡ γὰρ τοῦ προβάλλειν ἐνέργεια, δι' ἣν ἐστι καὶ ὑφέστηκε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μία καὶ ἡ αὐτή ἐστιν ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, κἂν ὁ μὲν Πατὴρ προάγῃ καὶ τὸν Υἱὸν κατὰ γέννησιν, ὁ δὲ Υἱὸς μηδὲν τοιοῦτον εἰ μὴ τὸ προβάλλειν ἔχῃ. Ἀλλ' εἴ τι βούλοιτο λέγειν ἀληθῶς καὶ οἰκείως, μᾶλλον ἂν λέγοι διαφόρως ὑπάρχειν Υἱῷ καὶ Πατρὶ τὸ προβάλλειν, ὅσον τῷ μὲν Πατρὶ δι' ἑαυτὸν, τῷ δὲ Υἱῷ διὰ τὸν Πατέρα τοῦτο πρόσεστι, τουτέστιν ἐκείνῳ μὲν ἀναιτίως, τῷ δὲ Υἱῷ αἰτιατῶς, ὅπερ

EPHES. CAP. VII

Si principiatum diverso modo convenit Filio et Spiritui (ille enim genitus, hic procedens), differentia autem secundum Patres numerum secum inducit, duo ergo sunt principiata, Filius nimirum et Spiritus. Porro secundum eumdem modum si deitatis principium diverso modo Patri et Filio inest (Pater enim est genitor et spirator, Filius vero spirator tantum), duo erunt deitatis principia, quum differentiam sequatur numerus, id est dualitas, secundum theologorum doctrinam.

SCHOLARIUS.

Latini hic rursum absurditatem atque impossibilitatem qua vir iste eos stringere conatus est, et perspicere se et fugere respondebunt atque nullo modo propter hanc suam sententiam ejusmodi absurditatis retibus sese capi asseverabunt. Simpliciter quidem ipsis illud demonstraturis sufficiens erit ea defensio, qua ad quintum (Marci) argumentum usi sunt; ex parte vero etiam ad præsens argumentum defensionem suam proferentes id perspicuum reddent, facile deductionem ad absurdum dissolventes. Vis autem hujus deductionis ad absurdum hæc est: Si deitatis principium adest Patri et Filio, quoniam ipsis diverso modo adest, duo erunt deitatis principia; porro consequens est impossibile, ergo et antecedens. Diverso quidem modo ipsis adesse rationem principii assumit dicens: Ille enim genitor et spirator, hic vero spirator tantum; consequentiam vero probat ex sanctorum axiomate, quo dicunt, ubi est differentia quædam, ibi et numerum esse. Hoc vero etiam ex simili quodam in divinis persuadere studet, nam ait: Quia et principiatum, quod Filio ac Spiritui adest, diverso modo eis inest, vi axiomatis doctorum et necesse est Filium et Spiritum esse duo principiata. Porro solutio hujus argumenti valde est perspicua. Nam spirare non adest Patri et Filio diverso modo, quantum ad id, quod Pater est genitor et spirator, Filius autem spirator tantum; hæc enim non faciunt in ipsis differentiam quoad spirationem; spirandi videlicet operatio, per quam Spiritus sanctus est et subsistit, una eademque est in Patre et Filio, licet Pater etiam producat Filium secundum generationem, Filius vero præter spirationem nihil tale habeat. Verum si quid velit dicere vere ac proprie, potius dicendum, diverso modo adesse Filio et Patri spirationem, quatenus Patri quidem propter se ipsum, Filio

(1) In Mon. 256, f. 209, a. cap. 14.
(2) Legitur in codice hoc schema



(3) Mon. f. 199 a, διαλύοντος.



Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vero propter Patrem adest, hoc est illi quidem non ab alio accepta, Filio vero ut principiato ab alio, quod nonnulli principaliter et non principaliter (*a*) dicunt. Quod si vero quis eam quam iste ponit differentiam ad hanc trahere voluerit, nil impossibile sequetur. Dicet enim diverso modo Filio ac Patri adesse spirationem, quatenus hic est genitor et spirator, utpote qui sit in generando productor et per Verbum spirator, vel, quod idem est, fons et principium totius deitatis, ille vero (Filius) solum spirator, utpote proximum et immediatum Spiritus principium. Quod vero hæc haud talem constituant differentiam, quæ et numerum inducat, patet; contrarium enim locum habet potius, et cum Pater et Filius generatione activa et passiva distinguantur, etiamsi quid commune est in ipsis, cum quadam differentia intelligitur. Oportet enim omne, quod in ipsis idem est, Patri adesse a se et non principiate ut fonti, Filio vero principiate, ut prædictum est, et cum non unum sint, his differentiis discernuntur, sed distincti proprietatibus personalibus hoc modo communicant in his quæ ipsis communia sunt. Si vero ita differenter producere, ut dictum fuit, in ipsis differentiam faceret et numeri distinctionem, tunc etiam et esse et essentia et divinitas et cuncta simpliciter communia ipsis forent numero distincta, quia ea Pater non principiate et a nullo, sed propter se ipsum habet, Filius autem a Patre et propter Patrem; atqui ita statuere non est mente præditi. Unde et illud, quod a doctoribus dicitur, non simpliciter intelligendum et solvendum est, scilicet: *differentia et numerum inducit;* hoc effatum non idem est cum isto: *Differentia facit numerum.* Illud enim de differentia consequente distinctionem secundum numerum, hoc vero de differentia dicitur, quæ effectrix est ejusmodi distinctionis. Sicut differentia numeri effectrix in divinis ea quæ est secundum generare et generari, ac producere et produci, et differentia productionis et generationis; differentia vero producendi, quatenus cum quadam distinctione in Patre et Filio consideratur consequenter ad personalem eorum distinctionem, signum potius numeri erit. Quare cum æquivocatione ludit vir iste sophistice in eo, quod diverso modo Patri et Filio insit producere. Nam principiatum, quod diverso modo inest Filio et Spiritui, numeri in ipsis effectivum est, cum ex eo quod diverso modo ex Patre prodeunt, distinguantur, generatione nimirum et productione; et nulla alia re etiam secundum ipsum; principium vero quod diverso modo Patri et Filio inest, non est numeri et distinctionis effectivum, sed potius ex eorum secundum numerum distinctione sequitur.

A ἐνιοι ἀρχοειδῶς καὶ οὐκ ἀρχοειδῶς λέγουσιν. Εἰ δὲ καὶ ἦν οὗτος τίθησι διαφορὰν ἐπὶ ταύτην ἔλκειν τις βουληθείη, οὐδὲν ἀδύνατον ἕψεται. Ἐρεῖ γὰρ διαφόρως Υἱῷ καὶ Πατρὶ προσεῖναι τὸ προβάλλειν, ὅσον ὁ μὲν γεννήτωρ καὶ προβολεύς, οἷον ἐν τῷ γεννᾷν προβολεὺς καὶ διὰ Λόγου προβολεύς· ταυτὸν δὲ εἰπεῖν πηγὴ καὶ ἀρχὴ τῆς θεότητος ὅλης, ὁ δὲ προβολεὺς μόνον ἥγουν προσεχὲς καὶ ἄμεσον τοῦ Πνεύματος αἴτιον. Ταῦτα δὲ ὅτι οὐ ποιοῦσι διαφορὰν τοιαύτην, ὥστε καὶ ἀριθμὸν εἰσάγειν, δῆλον· τοὐναντίον γὰρ μᾶλλον καὶ διὰ τὸ διακεκρίσθαι (1) τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν τῷ γεννᾷν καὶ γεννᾶσθαι, καὶ εἴ τι κοινόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς, μετά τινος νοεῖται διαφορᾶς. Δεῖ γὰρ ἅπαν ὑπάρχον ἐν αὐτοῖς τὸ αὐτὸ τῷ μὲν Πατρὶ ἀνάρχως εἶναι καὶ ἀναιτίως ὡς πηγῇ,

B τῷ δὲ Υἱῷ αἰτιατῶς, ὡς προείρηται, καὶ οὐχ ἓν ὄντες ταύταις διακρίνονται ταῖς διαφοραῖς, ἀλλὰ διακεκριμένοι ταῖς ὑποστατικαῖς ἰδιότησι τῶν προσόντων αὐτοῖς κοινῶν τούτῳ κοινωνοῦσι τῷ τρόπῳ. Εἰ δὲ τὸ διαφόρως προβάλλειν οὕτως, ὡς εἴρηται, διαφορὰν ἐν αὐτοῖς ἐποίει καὶ διάκρισιν ἀριθμοῦ, ἦν ἂν καὶ τὸ εἶναι καὶ ἡ οὐσία καὶ ἡ θεότης καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ κοινὰ ἀριθμῷ διακεκριμένα, ὅτι τῷ μὲν Πατρὶ ταῦτα ἀναιτίως καὶ παρ' οὐδενός, ἀλλὰ δι' ἑαυτὸν πρόσεστιν, Υἱῷ δὲ παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ διὰ τὸν Πατέρα· ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα νοῦν ἔχοντος ἀξιοῦν. Ὅθεν καὶ τὸ ὑπὸ τῶν διδασκάλων λεγόμενον οὐχ ἁπλῶς δεῖ νοεῖν τε καὶ λύειν. *Ἡ γὰρ διαφορὰ*, φησὶ, *καὶ ἀριθμὸν εἰσάγει*· τοῦτο δὲ οὐ

C ταυτόν ἐστι καὶ τῷ· *Ἡ διαφορὰ ἀριθμὸν ποιεῖ*· τὸ μὲν γὰρ περὶ διαφορᾶς ἑπομένης τῇ κατὰ τὸν ἀριθμὸν διακρίσει, τὸ δὲ περὶ διαφορᾶς, ἥτις ποιητικὴ ἐστι τῆς τοιαύτης διακρίσεως· λέγεται ὥσπερ διαφορὰ μὲν ἀριθμοῦ ποιητικὴ ἐν τοῖς θείοις ἡ (2) κατὰ τὸ γεννᾷν καὶ γεννᾶσθαί ἐστι, καὶ προβάλλειν καὶ προβάλλεσθαι, καὶ ἡ τοῦ γεννᾶσθαί τε καὶ προβάλλεσθαι· ἡ δὲ τοῦ προβάλλειν διαφορά, καθὸ μετά τινος τοῦτο διαστίξεως ἐν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ θεωρεῖται, ἑπομένως δὲ προσωπικῇ τούτων διακρίσει, σημεῖον ἂν εἴη μᾶλλον τοῦ ἀριθμοῦ, ὥστε

D παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν τοῦ διαφόρως ἐνυπάρχειν ὁ ἀνὴρ οὗτος σοφίζεται· τὸ γὰρ αἰτιατὸν διαφόρως ἐνυπάρχον Υἱῷ καὶ Πνεύματι ποιητικόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς ἀριθμοῦ· ἐπειδὴ τῷ διαφόρως ἐκ Πατρὸς προΐέναι διακρίνονται, τῷ γεννᾶσθαι δηλονότι καὶ ἐκπορεύεσθαι, καὶ οὐδενὶ ἄλλῳ καὶ κατ' αὐτόν· τὸ δὲ αἴτιον διαφόρως ἐνυπάρχον Πατρὶ καὶ Υἱῷ οὐκ ἔστι ποιητικὸν ἀριθμοῦ καὶ διακρίσεως, ἀλλ' ἐκ τῆς κατ' ἀριθμὸν αὐτῶν διακρίσεως μᾶλλον ἕπεται· διότι γὰρ δύο ὑποστάσεις εἰσὶ τῇ τοῦ γεννᾷν καὶ γεννᾶσθαι διαφορᾷ ἡ ἰδιότητι διακεκριμέναι καὶ ὅλως τῷ ἀνάρχῳ τε καὶ τῷ ἐξ ἀρχῆς, ἐντεῦθεν συμβαίνει καὶ τὴν τοῦ προβάλλειν ἢ τοῦ αἰτίου κοινωνίαν μετά τινος διαστίξεως ἐν αὐτοῖς νοεῖσθαι, ὥσ-

(1) Mon. f. 196, b, καὶ τοῦ διακεκρ. Videtur quid deesse.

(2) Monac. 37, ἡ.

(*a*) Ita S. Augustinus, *De Trin.*, xv, 17; S. Anselmus, *De proc. Spirit. sancti;* S. Ansel. Havelberg. *Dial.*, l. II, c. 25.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

περ δὴ καὶ τὴν τῶν ἄλλων κοινωνίαν, ἅπερ τὰ αὐτὰ φύσει πρόσεστιν. Ὥσπερ οὖν τὸ εἶναι καὶ ἡ ἀγαθότης καὶ ἡ θεότης καὶ ἡ φύσις καὶ τὰ τοιαῦτα ἓν εἰσιν ἐν αὐτοῖς, οὕτω καὶ τὸ προβάλλειν καὶ εἷς εἶσι προβολεὺς καὶ ἓν αἴτιον καὶ μία ἀρχὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Οὐ ταυτὸν ἄρα δύναται τό τε διαφόρως αἰτιατὰ εἶναι τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα, καὶ τὸ διαφόρως προβάλλειν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν. Ἐκείνη μὲν γὰρ ἡ διαφορὰ τὸν τῆς ὑπάρξεως τρόπον διάφορον ποιοῦσα καὶ πλῆθος ποιεῖ καὶ διάκρισιν· αὕτη δὲ ἡ διαφορὰ τῷ διαφόρῳ τῆς ὑπάρξεως ἑπομένη τρόπῳ οὐδὲν τοιοῦτον ποιεῖ. Καὶ καθόλου δὲ ὁ διάφορος τῆς προόδου τρόπος ἐν μὲν τοῖς προϊοῦσι πλῆθος ποιεῖ καὶ διάκρισιν, ἐν δὲ τῇ ἀρχῇ πολλοῦ γε καὶ δεῖ· ἦ γὰρ ἂν καὶ ὁ Πατὴρ ἑαυτοῦ διεκρίνετο, ἄλλως προάγων ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱὸν καὶ ἄλλως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Εἰ δὲ ὁ Πατὴρ μία ἀρχή ἐστιν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος, καίτοι διάφορος οὖσα τούτων ἀρχή, ὅτι τοῦ μὲν γεννήτωρ, τοῦ δὲ προβολεύς, εὔδηλον ὅτι καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν δύο εἶναι ἀρχὰς διὰ τὸ διαφόρως αὐτοῖς εἶναι τουτὶ τὸ τῆς ἀρχῆς πρᾶγμα καὶ ὄνομα οὐδεμία ἀνάγκη. Εἰ γὰρ μηχανῇ τινι ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἦν ἓν πρόσωπον, οὐκ ἂν διὰ τοῦθ' ἑαυτοῦ διεκρίνετο (1), ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διαφόρῳ τρόπῳ προῆγε. Νῦν δὲ δύο μέν εἰσι καὶ πρόσωπα δύο ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς δι' ἄλλην αἰτίαν, τουτέστι διὰ τὸν διάφορον τῆς ὑπάρξεως ἐν αὐτοῖς τρόπον· ἀλλ' οὐκ εἰσὶ δύο ἀρχαὶ τοῦ Πνεύματος διὰ τὸν διάφορον τῆς ἀρχῆς λόγον ἐν αὐτοῖς εὑρισκόμενον, ἀλλὰ μᾶλλον ἀρχὴ μία καὶ εἷς προβολεὺς διὰ τὴν μίαν ἀριθμῷ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν, ᾗ πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀναφέρονται, μὴ προσισταμένης τῆς ὑποστατικῆς αὐτῶν διακρίσεως. Ὥσπερ οὐδὲ ἄλλο τι ἀνταίρει αὕτη τῶν κοινῶς καὶ ὡσαύτως καὶ ἑνικῶς ὑπαρχόντων αὐτοῖς, οὕτω ἕωλον αὐτῷ καὶ τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἐπιχείρημα. Ἐλελήθει γὰρ αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν, ὅτι τὸ μὲν διαφόρως αἰτιατὸν ὑφίστησι τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα, ὡς ὁ διάφορος τρόπος τῆς ὑποστατικῆς τούτων ὑπάρξεως, τὸ δὲ διαφόρως αἴτιον τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν οὐχ ὑφίστησιν, εἴπερ ἐκεῖνα μὲν οὐκ ἂν εἶεν δύο μὴ διαφόρως ὄντα αἰτιατά, τὰ δὲ καὶ ἅμα τοῦ διαφόρως προβάλλειν δύο ὑποστάσεις διακεκριμέναι τυγχάνουσιν.

A Nam quia duæ sunt personæ generationis activæ et passivæ differentia sive proprietate distinctæ, et universim ratione non principiati et principiati, inde evenit, ut et in producendo vel causando communio cum quadam distinctione in ipsis intelligatur, sicut et communio in aliis quæ eadem natura ipsis insunt. Quemadmodum igitur esse, bonitas, deitas, natura et similia unum in ipsis sunt, ita et producere; atque unus sunt productor, una causa, unum principium Spiritus sancti. Non perinde ergo valet diverso modo principiata esse Filium et Spiritum ac diverso modo producere seu spirare Patrem et Filium. Illa namque differentia, quæ exsistendi modum diversum facit, et numerum et distinctionem efficit; hæc vero, quæ diversum B exsistendi modum sequitur, nihil efficit ejusmodi. Universim vero diversus progressionis modus in progredientibus quidem seu principiatis numerum et distinctionem efficit, in principio vero nullo modo; secus enim et Pater a seipso distingueretur, qui alio modo ex seipso Filium, alio Spiritum sanctum producit. Si vero Pater est unum principium Filii et Spiritus, licet diversum eorum sit principium, quia alterius genitor, alterius vero productor, manifestum est nulla necessitate requiri, ut et Pater et Filius duo sint principia, propterea quod diverso modo habeant principii rem et nomen. Si per impossibile Pater et Filius una persona essent, hæc non idcirco a seipsa distingueretur, quia diverso modo produxit Spiritum C sanctum. Nunc autem duo sunt et duæ personæ Pater et Filius aliam ob causam, nimirum ob diversum in ipsis exsistendi modum; sed non sunt duo principia Spiritus sancti ob diversam principii rationem, quæ in ipsis invenitur, sed potius unum principium et unus spirator ob unam numero virtutem et operationem, qua ad Spiritum sanctum referuntur, non obstante personali eorum distinctione. Sicuti hæc personalis distinctio nihil aliud tollit ex iis quæ communiter et eodem modo et singulariter sunt in ipsis, ita et futile est et hoc (Marci) argumentum. Omnino enim eum latuit, principiatum diverso modo esse constituere Filium et Spiritum ut diversum eorum personalis exsistentiæ modum, diverso modo principium esse Patrem et Filium non constituere, quoniam illa quidem haud duo forent, si non essent diverso modo principiata, hæc vero (Pater et Filius) simul cum eo quod diverso modo producunt duæ personæ distinctæ exsistunt.

ΕΦΕΣΟΥ ΚΕΦ. Η' (2).

Πνεῦμά φασιν οἱ θεολόγοι (3) τὸ τῆς πατρικῆς ἐκπορευόμενον ὑποστάσεως. Εἰ δὲ τὸ αὐτὸ καὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ ὑποστάσεως ἐκπορεύεται, τί γε ἄλλο ἢ ἐκ δύο ἐκπορεύεται ὑποστάσεων; Τὸ δὲ ἐκ δύο ὑποστάσεων ἐκπορευόμενον τί γε ἄλλο ἢ δύο τὰς ἀρχὰς ἔχει τῆς ἑαυτοῦ ὑπάρξεως; Οὐκ ἄρα Λατῖνοι τὴν δυαρχίαν ἐκφεύξονται, μέχρις ἂν καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι λέγωσιν.

EPHES. CAP. VIII.

D Spiritum dicunt theologi ex paterna procedentem hypostasi. Si vero idem et ex Filii hypostasi procedit, nonne ex duabus hypostasibus procedit? Quod vero procedit ex duabus hypostasibus, nonne id duo habet principia suæ ipsius exsistentiæ? Neutiquam igitur Latini principii dualitatem effugient, quandiu etiam ex Filio procedere Spiritum sanctum affirmabunt.

(1) Monac. f. 150, b, διακρίνοιτο.
(2) In Monac. 206, f. 292 b, est cap. 5.
(3) Mon. cit. φησὶν ὁ Νυσσεὺς θεολόγος. Nyss. lib. de Theognosia apud Camaterum, c. 106 (Gr. orth. t. II p. 455).

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

SCHOLARIUS.

Latini etiamsi hypostasin et essentiam simpliciter differre arbitrantur sicut commune a proprio, secundum Ecclesiæ theologos, pro qua sententia et tres quidem hypostases, unam vero essentiam credunt, attamen in qualibet hypostasi idem illud ipsum hypostasin et essentiam esse censent neque differre, sive quis ex Patris essentia generari Filium dicat, sive rursus ex Patris eum generari hypostasi (in Patre enim ejus et essentia et hypostasis una res est), cum ea tantummodo eis insit differentia, ut essentia ratione hypostaseos includatur, quoniam hypostasis est essentia cum relatione, hypostasis vero re essentiæ includatur, ut ab ea et in ea formata et specificata; aliter prorsus quam in rebus creatis sese habent, in quibus essentia operationem et speciem in individuo et ex individuo sumere consuevit; neque separare licet essentiam Patris dicentes et paternam hypostasin. Nam essentia Patris est Patris hypostasis, etsi Patris hypostasis non est divina essentia simpliciter. Unde fit, ut is qui dicit ex paterna hypostasi procedere Spiritum sanctum, eum etiam ex Patris essentia esse affirmare possit, et similiter qui ex essentia Filii eum esse asserit, ex Filio quoque et ex filiali hypostasi eum esse dicturus sit. Et sicuti dicere eum ex essentia Patris et ex essentia Filii non necessario principiorum dualitatem seu duplex principium inducit, ita etiam ex hypostasi Patris et ex hypostasi Filii dicere nihil inducit ejusmodi. Latini igitur, qui tali pacto ista enuntiant atque putant, nullam inter essentiam et hypostasin quoad rem esse differentiam in una eademque persona, sed ratione duntaxat eas differre, neque in principiorum dualitatis abyssum se unquam abripiendos esse arbitrantur. Quoniam vero doctrina de essentia atque hypostasi universam fere veræ fidei doctrinam complectitur et includit, neque præsenti tractationi utile neque admodum aptum fuerit eam nunc late pertractare; sed sufficit argumentationem illius solvere et eliminare. Nam præter rationem essentiæ et personæ vix occasionem disputandi et refellendi hoc argumentum præstiterit, adeo est futile. Dicit enim ita: Theologi dicunt Spiritum ex paterna hypostasi procedere (innuit autem, ut videtur, Nyssenum Gregorium); quare si etiam ex Filio procedit, verum erit similiter dicere eum etiam procedere ex hypostasi Filii; quod si vero hoc est, ex duobus principiis procedit Spiritus sanctus; fieri enim nequit, ut id quod ex duabus hypostasibus procedit, non etiam ex duobus principiis exsistentiam habeat. Mirandum vero foret et quam maxime, si hæc vera et necessaria ratus non etiam creationis tria esse principia credat, cum hæc ex tribus hypostasibus sit condita; neque enim facile

Ο ΣΧΟΛΑΡΙΟΣ.

Οἱ Λατῖνοι τὴν ὑπόστασιν καὶ τὴν οὐσίαν εἰ καὶ ἁπλῶς διαφέρειν ἡγοῦνται, ὡς τὸ κοινὸν τοῦ ἰδίου, κατὰ τοὺς θεολόγους τῆς Ἐκκλησίας, ἀνθ' ὅτου καὶ τρεῖς μὲν ὑποστάσεις, μίαν δὲ οὐσίαν πιστεύουσιν, ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ ὑποστάσει τοῦτ' αὐτὸ τὴν ὑπόστασιν καὶ τὴν οὐσίαν ταυτὸν εἶναι νομίζουσιν οὐδὲ διαφέρειν, εἴ τις λέγοι τε ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι τὸν Υἱὸν καὶ αὖθις ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς λέγοι (1) τοῦτον γεννᾶσθαι (ἐν γὰρ τῷ Πατρὶ ἥ τε οὐσία αὐτοῦ καὶ ἡ ὑπόστασις ἓν ἐστι πρᾶγμα), τοσαύτης μόνον ἐνυπαρχούσης αὐτοῖς διαφορᾶς, ὅτι ἡ οὐσία τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως ἐγκλείεται, εἴπερ ὑπόστασίς ἐστιν οὐσία μετὰ ἀναφορᾶ, ἡ δὲ ὑπόστασις τῷ πράγματι τῆς οὐσίας ἐγκλείεται, ὡς ὑπ' αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ μορφουμένη καὶ εἰδοποιουμένη, ἄλλως παντάπασιν ἢ ἐπὶ τῶν κτιστῶν ἐχουσι πραγμάτων, ἐν οἷς ἡ οὐσία τὴν ἐνέργειαν καὶ τὸ εἶδος ἐν τῷ ἀτόμῳ καὶ ἐκ τοῦ ἀτόμου λαμβάνειν εἴωθεν. Οὐδ' ἔστι χωρίζειν τὴν οὐσίαν τοῦ Πατρὸς λέγοντας καὶ τὴν πατρικὴν ὑπόστασιν· ἡ γὰρ οὐσία τοῦ Πατρὸς ἡ ὑπόστασίς ἐστι τοῦ Πατρός, εἰ καὶ μὴ ἔστιν ἡ τοῦ Πατρὸς ὑπόστασις ἡ θεία οὐσία ἁπλῶς· ὥστε ὁ λέγων ἐκ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας αὐτὸ λέγειν δύναται, ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ λέγων ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ εἶναι τοῦτο, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ πάντως ἐρεῖ καὶ τῆς υἱικῆς ὑποστάσεως· καὶ ὥσπερ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ οὐκ ἐξ ἀνάγκης τὴν διττὴν εἰσάγει ἀρχήν, οὕτω καὶ τὸ ἐκ τῆς ὑποστάσεως τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ τῆς ὑποστάσεως τῆς τοῦ Υἱοῦ οὐδὲν τοιοῦτον εἰσάγει. Οἱ μὲν οὖν Λατῖνοι ταῦθ' οὕτω λέγοντες καὶ μηδεμίαν εἶναι νομίζοντες διαφορὰν οὐσίας καὶ ὑποστάσεως ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ὑποστάσει κατὰ τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ λόγῳ μόνον αὐτὰ διαφέρειν, οὐδὲ εἰς τὸν τῆς δυαρχίας οἴονται κατενεχθῆναι ἄν ποτε κρημνόν. Ἐπεὶ δὲ ὁ περὶ τῆς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως λόγος σχεδὸν ἅπας τῆς ἀληθινῆς πίστεως λόγος ἐστίν, οὔτε τῇ παρούσῃ πραγματείᾳ συμφέρων, οὔτε σφόδρα δυνατὸς ἂν εἴη νῦν πραγματεύσεσθαι· ἀλλ' ἀρκεῖ ταύτην αὐτοῦ τὴν ἐπιχείρησιν λύσασιν ἀπαλλάττεσθαι· πλὴν γὰρ τοῦ περὶ τῆς οὐσίας καὶ τῆς ὑποστάσεως λόγου οὐδ' ἀντιλογίας ἀφορμὴν ἂν ῥᾳδίως παράσχοι· οὕτω σφόδρα ἐστὶν ἀφελής. Λέγει γὰρ οὑτωσί· Οἱ θεολόγοι φασὶ τὸ Πνεῦμα τῆς πατρικῆς ἐκπορεύεσθαι ὑποστάσεως (αἰνίττεται δὲ δήπου τὸν Νύσσης Γρηγόριον)· ὥστε εἰ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, ἀληθὲς ἂν εἴη λέγειν ὁμοίως, ὅτι καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται· εἰ δὲ τοῦτ' ἐστίν, ἐκ δύο ἀρχῶν ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸ γὰρ ἐκ δύο ὑποστάσεων ἐκπορευόμενον ἀδύνατον μὴ καὶ ἐκ δύο ἀρχῶν ἔχειν τὴν ὕπαρξιν. Θαυμάσειε δ' ἄν τις καὶ λίαν, εἰ ταῦτ' ἀληθῆ νομίζων εἶναι, καὶ ἀναγκαῖα, οὐχὶ καὶ τῆς κτίσεως τρεῖς ἀρχὰς εἶναι πιστεύει,

(1) Mon. 27, f. 197 b, λέγει

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἀπὸ ἐκ τριῶν ὑποστάσεων δημιουργουμένης· οὐ γὰρ A unum Deum conditorem esse rerum creatarum
ὅπου τὸν μὲν ἕνα Θεὸν δημιουργὸν ἐρεῖ τῆς κτί- dicet, singulas vero divinas personas conditrices
σεως εἶναι, ἑκάστην δὲ τῶν θείων ὑποστάσεων τοῦτο esse negabit. Quod si, ut vulgus, ad differentiam
εἶναι ἀρνήσεται. Εἰ δὲ βοήσεται, καθὼς οἱ πολλοί, creationis et divinarum processionum provocaverit,
τὴν διαφορὰν τῆς δημιουργίας καὶ τῶν θείων προ- eodem ac vulgus ipse collocabitur loco; nam
όδων, μετὰ τῶν πολλῶν καὶ αὐτὸς τετάξεται· ἡ γὰρ hæc differentia nihil eum juvabit, quousque id
διαφορὰ αὕτη οὐδὲν αὐτῷ βοηθήσει, ἕως ἂν ἀξιοίη quod ex duabus hypostasibus prodit duo principia
τὸ ἐκ δύο ὑποστάσεων προϊὸν δύο ἀρχὰς ἔχειν. Εἰ habere crediderit. Si enim pro præsenti hypothesi id
μὲν γὰρ ἐπὶ τῆς παρούσης μόνον ὑποθέσεως τοῦτ' statuit, supponit quod est in quæstione; si vero
ἀξιοῖ, λαμβάνει τὸ ζητούμενον· εἰ δ' ἁπλῶς καὶ κα- simpliciter et universim, nullum amplius habebit
θόλου, οὐδεμίαν ἀποφυγὴν ἕξει λοιπὸν τοῦ τρεῖς effugium, ne tria creationis principia dicere ex
ὑπολαμβάνεσθαι τοῦτον ἀρχὰς λέγειν τῆς κτίσεως iis quæ statuit existimetur. Si vero tres hypostases, quæ res creatas condiderunt, unus earum sunt
ἐξ ὧν ἀξιοῖ. Εἰ δ' αἱ τρεῖς ὑποστάσεις δημιουργοῦ- conditor et unum earum principium, non obstante
σαι τὴν κτίσιν εἷς εἰσι ταύτης δημιουργὸς καὶ μία personali earum distinctione, quoniam non quaταύτης ἀρχή, μὴ προσισταμένης τῆς προσωπικῆς
αὐτῶν διακρίσεως, ἐπεί τοί γε οὐ κατ' ἐκεῖνο καθὸ B tenus sunt tria, sed quatenus sunt unum, res creatas æ nihilo producunt, ergo et duæ hypostases
εἰσι τρία, ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνο, καθό εἰσιν ἓν τὴν κτί- unus sunt Spiritus productor eadem ratione, et
σιν δημιουργοῦσι, καὶ αἱ δύο ἄρα ὑποστάσεις εἷς unum ejusdem principium, nihil adversante perεἰσι τοῦ Πνεύματος προβολεὺς τῷ αὐτῷ λόγῳ καὶ sonali earum distinctione, quoniam non quatenus
μία τούτου ἀρχή, μηδὲν ἐναντιουμένης τῆς ὑπο- sunt duo, sed quatenus sunt unum ex seipsis
στατικῆς αὐτῶν διακρίσεως, διὰ τὸ οὐ κατ' ἐκεῖνο, producunt Spiritum sanctum. Neque enim facilius
καθό εἰσι δύο, ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνο, καθό εἰσιν ἕν, secundum quid ipsis communiter inhærens uniuntur tres hypostases, quam duæ (contrarium enim
προάγειν ἐξ ἑαυτῶν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὐ γὰρ ῥᾷον potius quis suspicaretur), neque magis uniuntur
ἂν ἐνοῖντο κατά τι κοινῶς αὐταῖς ἐνυπάρχον αἱ relatione ad creaturam deitatis personæ, quam
τρεῖς ὑποστάσεις ἢ αἱ δύο (τοὐναντίον γὰρ ἄν τις relatione ad seipsas. An creator quidem unus
μᾶλλον ὑποπτεύσειε), οὐδὲ μᾶλλον ἑνοῦνται τῇ πρὸς sunt tres hypostases, quia extra se operantur,
τὴν κτίσιν ἀναφορᾷ ἢ τῇ πρὸς ἑαυτὰς αἱ τῆς θεότη- unus vero spirator Pater et Filius esse nequeunt
τος ὑποστάσεις. Ἡ δημιουργὸς μὲν εἷς εἰσιν αἱ τρεῖς sancti Spiritus, quia talem operationem in seipsis
ὑποστάσεις, διότι ἔξω ἑαυτῶν ἐνεργοῦσιν, εἷς δὲ C explent, consubstantialem producentes personam?
προβολεὺς οὐ δύνανται εἶναι καὶ ὁ Υἱὸς Nam præterquam quod falsum est, unitatem vel
τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διότι τὴν τοιαύτην ἐνέργειαν pluralitatem producentium ex natura desumi proἐν ἑαυτοῖς ἐκπληροῦσιν, ὁμοούσιον προάγοντες ductorum (verum quomodo se habeant producta,
πρόσωπον; Χωρὶς γὰρ τοῦ ψεύδος εἶναι τὸ τὴν si fieri potest, ut tres hypostases unus sint creaἑνότητα τῶν προαγόντων ἢ τὸ πλῆθος ἐκ τῆς τῶν tor propter unam creandi virtutem et operationem),
προϊόντων λαμβάνεσθαι φύσεως, ἀλλ' ὅπως ἂν ἔχοι etiam nihil prohibet, quominus duæ hypostases
τὰ προϊόντα, εἴπερ ἐγχωρεῖ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις unus sint spirator propter unam spirandi operaἕνα δημιουργὸν εἶναι διὰ τὴν μίαν τοῦ δημιουργεῖν tionem ac virtutem. Hoc igitur et neglecto ænigδύναμιν καὶ ἐνέργειαν, καὶ τὰς δύο ὑποστάσεις οὐδὲν ma foret maximum, si Pater et Filius Deus quiκωλύει ἕνα προβολέα εἶναι διὰ τὴν μίαν τοῦ προ- dem unus essent, quia una virtute creaturas
βάλλειν ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν. Χωρὶς τοίνυν creant, unus vero spirator non essent, quamvis
τούτου πέρα ἂν αἰνίγματος εἴη, εἰ Θεὸς μὲν εἷς εἰσι una virtute Spiritum producant, etsi relatione ad
διότι μιᾷ δυνάμει τὴν κτίσιν δημιουργοῦσιν, εἷς δὲ creaturas magis unitatem haberent, quam relatione
προβολεὺς οὐκ εἰσὶν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς, κἂν μιᾷ ad seipsos. Verum sinamus eum (Marcum) dialeδυνάμει τὸ Πνεῦμα προάγωσι, καὶ εἰ τῇ πρὸς τὴν D ctice rem disquirere et ad veritatem comprobandam
κτίσιν ἀναφορᾷ τὴν ἑνότητα μᾶλλον ἔχουσιν ἢ τῇ atque refutationem ex ea conficiendam procedamus. In primis igitur qui Spiritum sanctum ex
πρὸ, ἑαυτά. Ἀλλ' ἀφέντες αὐτὸν διαλεκτικῶς ἐξε- paterna dicunt esse hypostasi, vel ex ea procedere,
τάζειν ἐπὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἀπόδειξιν ἔλθωμεν καὶ idem dicunt ac procedere ex Patre, et paternam
τοὺς ἐκ ταύτης ἐλέγχους. Πρῶτον μὲν οὖν οἱ τὸ Πνεῦ- hypostasin intelligunt Patrem (aliter enim res se
μα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως εἶναι λέ- habere non potest); ex Patre vero procedere
γοντες ἢ ἐκπορεύεσθαι ἴσον λέγουσι τῷ ἐκ τοῦ Πα- Spiritum sanctum secundum Salvatoris vocem, dicunt, nomine Patris accepto non secundum signitρὸς ἐκπορεύεσθαι· καὶ πατρικὴν ὑπόστασιν τὸν ficationem, sed secundum suppositionem; supponit
Πατέρα νοοῦσιν· ἄλλως γὰρ ἀδύνατον ἔχειν· ἐκ δὲ enim pro principali et prima persona, significat
τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ autem generantem. Quod si etiam secundum signiτὴν τοῦ Σωτῆρος φωνὴν τοῦ Πατρὸς ὀνόματος οὐ ficationem accipiatur, non tamen secundum speκατὰ τὴν σημασίαν, ἀλλά γε κατὰ τὴν ὑπόθεσιν cificam, ut Filii Pater dicitur, sed secundum ge-
λαμβανομένου· ὑποτίθησι γὰρ τὴν ἀρχηγικὴν καὶ
πρώτην ὑπόστασιν, σημαίνει δὲ τὸν γεννῶντα. Εἰ δὲ
καὶ κατὰ τὴν σημασίαν, οὕτοι γε τὴν εἰδικὴν, ὡς
Υἱοῦ Πατὴρ λέγεται, ἀλλὰ κατὰ τὴν γενικὴν, ὡ. Πα-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

nerican., ut luminum Pater nominatur, secundum quam nunquam ad Spiritum specifice redditur. Patrem etenim Spiritus, ait Damascenus, nunquam dicimus. Unde et ex paterna hypostasi dicentes esse Spiritum, hoc pacto paternæ hypostaseos nomine utuntur. Hac igitur ratione nullam habet Pater oppositionem ad Filium, neque secundum hoc ipsum duæ sunt hypostases. Quare ex eo quod ex paterna hypostasi et quod ex Filio procedat Spiritus sanctus, non sequitur eum ex duabus hypostasibus prodire. Si vero secundum Nysseni dictum, *ex paterna hypostasi*, nihil prohibet, quominus ii qui ex Filio dicunt Spiritum, etiam ex filiali hypostasi eum dicant; verus quidem est sermo, sed exinde non sequitur ex duabus hypostasibus esse Spiritum dicere; et si ex duabus hypostasibus eum esse sequeretur, non tamen etiam ex duobus principiis. Quod ex his fit perspicuum. Nomine hypostaseos significatur quidem ipsa proprietas divinarum personarum, quamlibet constituens in relatione ad aliam divinam personam; significatur vero etiam ipsa res cui talis inest proprietas, non simul comprehensa proprietatis ratione. Licet enim quam maxime proprietas sit ipsa res hypostaseos, attamen mens nostra separare potest ea quæ natura non sunt separata, et iis quæ natura eadem sunt, rationis differentiam adjungere, cum aliter neque exsistentium hic neque superessentialium rerum quampiam intelligere valeat; et ad res quidem hic exsistentes intelligendas subsidio propriæ naturæ utitur, ad intelligendas autem res superessentiales a nostro res exsistentes intelligendi modo proficiscitur. Sic igitur quando Spiritum sanctum ex paterna hypostasi vel rursus ex hypostasi Filii procedere dicimus, nomen hypostaseos secundum posteriorem significatum accipimus; quando vero dicimus Filium ex Patris hypostasi prodire, vel Patrem et Filium duas esse personas, priori modo hypostaseos nomen intelligimus. Quare si quis dicat Spiritum sanctum ex hypostasi Patris et ex hypostasi Filii procedere, non intelligit hypostasin sub ratione proprietatis, quæ illinc quidem Patris, hinc vero Filii personam constituit, sed sub ratione rei, cui ejusmodi proprietas inest. Hæc vero res una eademque est in Patre et in Filio, et sic non est verum simpliciter dicere : *Ex hypostasi Patris et ex hypostasi Filii, ergo ex duabus hypostasibus*; neque rursus : *Si ex duabus hypostasibus, etiam ex duobus principiis.* Sed si quis dicat sancti Spiritus hypostasin ex paterna hypostasi et ex hypostasi Filii esse, nomen hypostaseos in Spiritu sub ratione proprietatis accipitur. Neque enim ullam aliam Spiritus habet constitutivam proprietatem nisi processionis ; Pater vero constituitur et subsistit generationis activæ proprietate, et Filius similiter generationis passivæ; absque quibus Pater

A τὴρ φώτων (1) λέγεται καθ' ἣν οὐδέποτε πρὸς τὸ Πνεῦμα εἰδικῶς ἀποδίδοται (Πατέρα γὰρ τοῦ Πνεύματος, ὁ Δαμασκηνός φησιν, οὐδέποτε λέγομεν)· ὥστε καὶ ἐκ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως λέγοντες οὕτω τῷ ὀνόματι τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως χρῶνται. Τούτῳ τοίνυν τῷ τρόπῳ οὐδεμίαν ὁ Πατὴρ ἀντίθεσιν ἔχει πρὸς τὸν Υἱὸν, οὐδὲ δύο ὑποστάσεις εἰσὶ κατ' αὐτό γε τοῦτο · ὥστε τῷ *ἐκ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως* καὶ τῷ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐχ ἕπεται τὸ ἐκ δυοῖν ὑποστάσεων αὐτὸ προϊέναι· εἰ δὲ, καθά φησιν ὁ Νύσσης, *ἐκ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως*, οὐδὲν κωλύει καὶ ἐκ τῆς υἱικῆς ὑποστάσεως λέγειν τοὺς ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγοντας, ἀληθὴς μὲν ὁ λόγος, ἀλλ' οὐδ' ἐντεῦθεν ἕπεται ἐκ δύο ὑποστάσεων λέγειν εἶναι τὸ Πνεῦμα·
B καὶ εἰ ἐκ δύο ὑποστάσεων ἕπεται, ἀλλ' οὔτοι γε καὶ ἐκ δύο ἀρχῶν. Καὶ δῆλον ἐντεῦθεν. Τῷ ὀνόματι τῆς ὑποστάσεως σημαίνεται μὲν αὐτὴ ἡ ἰδιότης ἡ τῶν θείων προσώπων ἕκαστον ὑφιστᾶσα ἐν τῇ πρὸς ἕτερον θεῖον πρόσωπον ἀναφορᾷ · σημαίνεται δὲ καὶ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ᾧ ἡ τοιαύτη πρόσεστιν ἰδιότης μὴ συμπεριλαμβανομένου τοῦ τῆς ἰδιότητος λόγου · κἂν γὰρ ὅτι μάλιστα ἡ ἰδιότης αὐτό ἐστι τὸ πρᾶγμα τῆς ὑποστάσεως, ἀλλ' ὁ νοῦς ὁ ἡμέτερος χωρίζειν δύναται τὰ ἀχώριστα φύσει καὶ τοῖς φύσει ταυτοῖς λόγου προστιθέναι διαφοράν, ἄλλως οὐ δυνάμενος οὔτε τι τῶν ὄντων οὔτε τι τῶν ὑπερουσίων νοεῖν · καὶ πρὸς μὲν τὴν τῶν ὄντων νόησιν χρῆται
C τῇ εὐπορίᾳ τῆς οἰκείας φύσεως, πρὸς δὲ τὴν νόησιν τῶν ὑπερουσίων ἀπὸ τοῦ τρόπου τῆς τῶν ὄντων νοήσεως ἔρχεται. Οὕτω τοίνυν ὁπόταν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως ἐκπορεύεσθαι λέγωμεν ἢ πάλιν ἐκ τῆς υἱικῆς ὑποστάσεως, τοὔνομα τῆς ὑποστάσεως κατὰ τὸ δεύτερον λαμβάνομεν σημαινόμενον · ὁπόταν δὲ τὸν Υἱὸν λέγωμεν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως προϊέναι ἢ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν δύο εἶναι ὑποστάσεις, τοὔνομα τῆς ὑποστάσεως τῷ προτέρῳ τρόπῳ νοοῦμεν. Ὁπόταν οὖν λέγῃ τις τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς καὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ ὑποστάσεως ἐκπορεύεσθαι, οὐ νοεῖ τὴν ὑπόστασιν ὑπὸ τῷ λόγῳ τῆς ἰδιότητος, ἥτις ἔνθεν μὲν τὸ τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖθεν δὲ τὸ τοῦ Υἱοῦ ὑφίστησι πρόσωπον, ἀλλ' ὑπὸ τῷ λόγῳ τοῦ πράγματος, ᾧ ἡ τοιαύτη πρόσεστιν
D ἰδιότης. Τοῦτο δὲ ἓν ἐστι καὶ ταυτὸν ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, καὶ οὕτως οὔτ' ἀληθές ἐστιν ἁπλῶς, ὅτι *Ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως καὶ ἐκ τῆς τοῦ Υἱοῦ ὑποστάσεως, ἐκ δύο ἄρα ὑποστάσεων*, οὔτε · *Εἰ καὶ ἐκ δύο ὑποστάσεων, ὅτι καὶ ἐκ δυοῖν ἀρχῶν*. Ἀλλ' ὁπόταν λέγῃ τις τὴν τοῦ Πνεύματος ὑπόστασιν ἐκ τῆς πατρικῆς καὶ υἱικῆς ὑποστάσεως εἶναι, τοὔνομα τῆς ὑποστάσεως ἐν τῷ Πνεύματι ὑπὸ τῷ λόγῳ τῆς ἰδιότητος λαμβάνεται · οὐδεμίαν γὰρ ἄλλην ἰδιότητα ὑφιστῶσαν αὐτὸ πλὴν τῆς ἐκπορεύσεως ἔχει. Ὁ δὲ Πατὴρ ὑφίσταται τῇ τοῦ γεννᾶν ἰδιότητι, καὶ ὁ Υἱὸς ὡσαύτως τῇ τοῦ γεννᾶσθαι · ὧν ἄνευ ἀδύνατον νοεῖσθαι τὸν Πατέρα καὶ

(1) Jac. 1, 17.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

τὸν Υἱὸν πρὸς ἀλλήλους ἀναφερομένους, ὡς ὅταν λέγῃ τις ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως τὴν τοῦ Υἱοῦ εἶναι ἢ γεννᾶσθαι ὑπόστασιν· ἀλλ' ἄνευ τούτων δυνατὸν νοεῖσθαι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἀναφερομένους πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ κἀκεῖ νοεῖταί τις ἄλλη ἰδιότης κοινῶς αὐτοῖς ἐνυπάρχουσα, ἄλλη παρὰ τὴν ἰδιότητα τοῦ γεννᾷν καὶ γεννᾶσθαι, δι' ἃς εἰσι δύο πρόσωπα. Καὶ τοῦτ' ἐστὶν ὅπερ ἀπέκαμον πανταχοῦ λέγοντες οἱ τὰ Λατίνων διεκδικοῦντες, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον οὐκ εἰς διπλῆν ὅμως ἀρχὴν ἀναφέρεται (1), ἐπείπερ οὐ πρόεισιν ἐξ αὐτῶν, καθὸ Πατρὸς καὶ καθὸ Υἱοῦ, ἀλλὰ κατ' ἄλλο τι κοινῶς αὐτοῖς ἐνυπάρχον, οὐδὲ καθό εἰσι δύο, ἀλλὰ καθό εἰσιν ἕν. Οὕτω καὶ τὸ σοφὸν τοῦτο ἐπιχείρημα τοῦ ἀνδρὸς, ἐκ τῶν τοῦ Καβασίλα καὶ τοῦτο ληφθὲν, σαθρὸν ἐδείχθη καὶ πάντα μᾶλλον ἢ τῷ τῆς δυαρχίας ἐγκλήματι τὴν Λατίνων περιβάλλον ὑπόθεσιν.

A et Filius ad invicem relati intelligi nequeunt, ut si quis dicat ex Patris hypostasi esse vel generari hypostasin Filii. At sine his proprietatibus cogitari possunt Pater et Filius relati ad Spiritum sanctum, etsi et ibi intelligitur alia quædam proprietas, quæ communiter ipsis inest, alia præter proprietatem activæ et passivæ generationis, propter quas sunt duæ personæ. Atque hoc est quod cum continua defatigatione ubique asserunt qui Latinorum sententiam defendunt: quod Spiritus sanctus ex Patre Filioque procedens minime tamen ad duplex refertur principium, quoniam non prodit ex ipsis, quatenus sunt Pater et Filius, sed secundum aliud quid quod ipsis communiter inest, neque quatenus sunt duo, sed quatenus sunt unum. Tali pacto et sapiens hoc B viri istius argumentum, quod et ipsum ex Cabasilæ penu desumptum est, infirmum prorsus est comprobatum, ac omnia potius efficiens quam principiorum dualitatis crimine Latinorum sententiam aspergens.

ΕΦΕΣΟΥ ΚΕΦ. Θ' (2).

Εἰ ὥσπερ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς, διὰ τί μὴ καὶ τὸ Πνεῦμα Υἱός; Ὅτι διαφέρει τῷ τῆς ὑπάρξεως τρόπῳ, κατὰ τοὺς θεολόγους, καὶ οὐχ υἱικῶς τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐδὲ γεννητῶς πρόεισιν. Εἰ τοίνυν μὴ ἔστι τὸ Πνεῦμα Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς προϊὸν, τίνα ταύτης ἔτι διάκρισιν ἀκριβεστέραν ζητήσομεν (3) τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος πρός τε τὸν Πατέρα καὶ πρὸς ἀλλήλους; Εἰ γὰρ τοῦ αὐτοῦ τὸ μὲν Υἱὸς, τὸ δ' οὐχ Υἱὸς, ἀλλὰ ἄλλο τι, δῆλον ὅτι πρὸς μὲν τὸν Πατέρα C τῷ τῆς σχέσεως διακρίνονται λόγῳ καὶ ὡς αἰτιατὰ πρὸς αἴτιον ἔχουσι, πρὸς ἄλληλα δὲ τῇ κατὰ τὴν ἀντίφασιν ἀντιθέσει. Τὸ γὰρ Υἱὸν εἶναι τῷ μὴ Υἱὸν εἶναι δῆλον ὡς ἀντιφατικῶς ἀντίκεινται. Οὐκ ἄρα καὶ ἐπὶ τούτων, Υἱοῦ λέγω καὶ Πνεύματος, ἀναγκαία ἡ κατὰ τὴν σχέσιν ἀντίθεσις πρὸς διάκρισιν, εἴπερ καὶ (4) διὰ τῆς ἀντιφατικῆς ἀντιθέσεως δύνανται διακρίνεσθαι.

EPHES. CAP. IX.

Si sicut ex Patre Filius, ita et Spiritus ex Patre est, quamobrem non et Spiritus est Filius? Quia differt exsistendi modo, secundum theologos, et non modo Filii neque per generationem ex Patre progreditur Spiritus. Si igitur Spiritus non est Filius ex Patre procedens, quam hac adhuc accuratiorem distinctionem quæremus inter Filium et Spiritum, tum relate ad Patrem, tum relate ad invicem? Nam si ex eodem alter Filius, alter non Filius, sed aliud quidquam, manifestum est hos a Patre quidem habitudinis ratione distingui et ut causatos ad causam se habere, ad invicem vero distingui oppositione secundum contradictionem. Nam Filium esse et Filium non esse manifesto sibi opponuntur contradictorie. Non ergo et in his, videlicet Filio ac Spiritu, necessaria est oppositio secundum habitudinem ad distinguendos eosdem, quoniam et per oppositionem contradictoriam possunt distingui.

Ο ΣΧΟΛΑΡΙΟΣ.

Οἱ Λατῖνοι καὶ πρὸς τὸ ἔννατον τῶν σῶν ἐπιχειρημάτων ὅσα δὴ καὶ πρὸς τὸ ἕκτον, ἀπολογήσονται, τοιοῦτον προσθέντες, ὅτι νῦν ἤδη δεύτερον ἔλαθες τὸ αὐτὸ πάθος παθὼν καὶ ὡς διαφόροις λόγοις καὶ ἐπιχειρήμασι τοῖς αὐτοῖς χρησάμενος ὑπ' ἀπειρίας τοῦ διαιρεῖν. Τοιαῦτα δὲ ἐν τοῖς λόγοις ἐλεγχομένῳ, τίς ἂν εὐκόλως ἐν τοῖς δόγμασι καὶ τῇ τούτων κρίσει πιστεύσειεν;

SCHOLARIUS.

Latini ad nonum tuorum argumentorum ea omnia respondebunt, quæ ad sextum jam dixerunt, id unum addentes, quod jam secunda vice eodem D morbo te laborare te latuit, et quasi diversis rationibus argumentisque uteris iis, quæ prorsus eadem sunt, cum distinguendi sis imperitus. Quis vero tibi, qui tali modo in rationibus refutaris, facile in dogmatibus et in judicio de iis ferendo credat?

ΕΦΕΣΟΥ ΚΕΦ. Ι' (5).

Quæ Latini dicunt, ea et probant; tu vero frustra ipsos incriminans nihil efficis. Præpositionem enim *per* loco præpositionis *ex* usurpari, tum multis doctorum testimoniis ostenditur tum Basilius est, qui primus hoc perspexit et in libris ad Amphilochium sæpius dixit, non semper has præpositiones ad invicem commutari. Quod vero interrogatio tua haud rationabilis est, qua a nobis ostendi poscis, utrum et *per Patrem* Spiritus sanctus procedere dictus fuerit alicubi, ex his manifestum. Neque enim si in quibusdam, jam et in omnibus; neque si non in omnibus, jam neque in quibusdam omnino, si tamem logicarum regularum es adhuc memor. Nobis igitur in præsentia sufficit, si in quibusdam hoc ita se habere invenerimus et in id ipsum, quod quæritur, illud aptari, præsertim quando ipse sensus dictorum verborumque junctura ac connexio atque rerum consequentia id ipsum suadet. Nonne et tu, dum per Filium dicis Spiritum sanctum prodire progressionem hanc temporalem missionem existimans, etiam ex Filio eum prodire diceres? Omnino quidem, si vera proferre vis. Et nos igitur a sanctis audientes per Filium eum procedere et per Filium esse, quæ maxime præ omnibus et secundum vos hypostaticam ipsius et in subsistentiam progressionem declarant, idem esse existimamus, ac ex Filio dicere, maxime cum et multos alios doctores audiamus ex Filio ipsum esse dicentes et ex Patre per Filium vel ex ambobus esse. Tu vero absurdus quodammodo es statim ab initio a calumnia exordiens, dum quod Latini particulariter dicunt, hoc quasi generaliter eos dicentes traducens. Nihil enim in nonnullis differre has propositiones isti dicunt revera et tu ipse id declaras iis, quibus usus es, exemplis; nihil autem omnino eas differre, simpliciter ea voce sumpta, hoc tuum additamentum est. Etenim quoad illa duntaxat id verum est, in quibus et mediatio quædam intelligi queat; non ita, ut in creatura quidem intelligatur, non vero in deitate, nec in deitate de Filio quidem, non vero de Patre (hæc non est sententia eorum qui recta sentiunt), verum in his, sive deitatem intelligas sive creaturam, ubi mediatio quædam (*a*) intelligi possit, ut et exempla testantur. Quod ex sequentibus pa-

(1) Mon. 27: οὔτε.

(*a*) De præpositione *per* confer S. Thomam, p. 1, q. 36, a. 3; Hieron. Donati, lib. III, De proc. Spirit. sanct., c. 9; Petavium, De Trinit., lib. VII, c. 17; et Bessarionem ipsum, Orat. dogm., c. 5.

μιγνύτωσαν ὁμοῦ πάντα χρήματα· δι' Υἱοῦ προϊέναι λέγεται, δι' Υἱοῦ χορηγεῖσθαι τῇ κτίσει, ἐν Υἱῷ μένειν, ἐν Υἱῷ ἀναπαύεσθαι, οὐδὲ (1) διὰ Πατρὸς προϊέναι, οὔτε διὰ Πατρὸς χορηγεῖσθαι οὔτε ἐν Πατρὶ μένειν, οὔτε ἐν Πατρὶ ἀναπαύεσθαι, ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι· λεγέσθω τοίνυν τὰ κεκηρυγμένα, καὶ τὰ σεσιγημένα σιγάσθω, καὶ τὸ ἐξ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι ὡς ἐκφυλόν τε καὶ ἄηθες ἀπεσκορακίσθω.

(ΤΟΥ) ΝΙΚΑΙΑΣ.

Ἃ μὲν Λατῖνοί φασι, καὶ δεικνύουσι· σὺ δὲ μάτην αὐτοῖς ἐγκαλῶν περαίνεις οὐδέν. Ὅτι μὲν γάρ ἐστιν ἐφ' ὧν ἡ *διὰ* ἀντὶ τῆς *ἐκ* λαμβάνεται πολλαῖς τε τῶν διδασκάλων μαρτυρίαις δείκνυται· καὶ Βασίλειός ἐστιν ὁ Μέγας ὁ πρῶτος τοῦτο διανοησάμενος, κἀν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον πολλάκις εἰπὼν οὐκ ἀεὶ τὰς προθέσεις ταύτας ἀλλήλαις ἀντιμεθίστασθαι. Ὅτι δ' ἡ σὴ ἐρώτησις οὐκ εὔλογος ἀπαιτοῦντος ἡμᾶς δεῖξαι, εἰ καὶ *διὰ τοῦ Πατρὸς* εὕρηταί που εἰρημένον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, δῆλον ἐντεῦθεν. Οὐ γὰρ εἰ ἐπί τινων, καὶ ἐπὶ πάντων ἤδη· οὐδ' εἰ μὴ ἐπὶ πάντων, οὐδ' ἐπί τινων ὅλως, εἴ γε κανόνων τῶν λογικῶν μέμνησαι. Ἡμῖν οὖν πρός γε τὸ προκείμενον ἱκανὸν ἐπί τινων τοῦθ' οὕτως ἔχον εὑροῦσι καὶ ἐπὶ τὸ ζητούμενον αὐτὸ ἐφαρμόζειν, καὶ μάλισθ' ὅταν αὐτός τε τῶν λεγομένων ὁ νοῦς καὶ ὁ εἰρμὸς τῶν ῥημάτων, τῶν τε πραγμάτων ἡ ἀκολουθία τοῦτ' αὐτὸ πείθῃ. Ἦ σὺ δι' Υἱοῦ προϊέναι λέγων τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πρόοδον τὴν χρονικὴν ταύτην ἀποστολὴν οἰόμενος οὐχὶ καὶ ἐξ Υἱοῦ τοῦτ' αὐτὸ προϊέναι φαίης ἄν, πάντως γε τἀληθῆ πρεσβεύειν ἐθέλων. Καὶ ἡμεῖς οὖν δι' Υἱοῦ αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι τῶν ἁγίων ἀκούοντες, καὶ δι' Υἱοῦ εἶναι, ἃ πάντων μάλιστα καὶ καθ' ὑμᾶς (2) τὴν ὑποστατικὴν αὐτοῦ καὶ ὑπαρκτικὴν δηλοῖ πρόοδον, ταυτὸν τῷ ἐξ Υἱοῦ εἶναι νομίζομεν, μάλιστα καὶ πολλῶν ἄλλων διδασκάλων ἐξ Υἱοῦ αὐτὸ εἶναι λεγόντων ἀκούοντες καὶ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἤγουν ἐξ ἀμφοῖν εἶναι. Σὺ δὲ καὶ ἄτοπός τις εἶ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ συκοφαντίας ἀρχόμενος ἃ φασιν οἱ Λατῖνοι ἐπὶ μέρους, αὐτὸς ὡς καθόλου αὐτοὺς λέγοντας διαβάλλων· μηδὲν μὲν γὰρ ἐπί τινων διαφέρειν τὰς προθέσεις ταύτας καὶ μάλα φασί, δηλοῖς δὲ καὶ αὐτὸς οἷς κέχρησαι παραδείγμασι· μηδὲν δ' ὅλως διαφέρειν αὐτὰς ἁπλῶς τοῦ λόγου λαμβανομένου, τοῦτο δὲ (ἡ) σὴ προσθήκη ἐστί. Καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων τοῦτ' ἀληθὲς μόνον, ἐφ' ὧν καί τις μεσιτεία δύναιτ' ἂν νοηθῆναι οὐκ ἐπὶ τῆς κτίσεως μὲν, ἐπὶ δὲ θεότητος οὖ, οὐδὲ τῆς θεότητος ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ μὲν, ἐπὶ τοῦ Πατρὸς δ' οὔ (οὐχ αὕτη τῶν τὰ ὀρθὰ φρονούντων δόξα), ἀλλ' ἐφ' ὧν εἴτε θεότητα εἴτε κτίσιν νοήσειας, καί τις μεσιτεία δύναιτ' ἂν παραληφθῆναι, ὡς τὰ παραδείγματα μαρτυρεῖ. Καὶ δῆλον ἐντεῦθεν. Αὐτεξουσιότητι τετιμημένῳ ἡμᾶς ὁ Θεὸς, καὶ βουληθεὶς τῇ οἰκείᾳ ἀγαθότητι τῶν ὀρθῶς ἂν ἡμῖν πραχθησομένων ἀμοιβὰς ἀπο-

(2) Sic Marc. f. 676; Mon. f. 232 a, ἡμᾶς.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δοῦναι, οἰκεῖον ἡμῖν ἐβουλήθη τἀγαθὸν εἶναί τε καὶ νομίζεσθαι, ἡμᾶς τε καὶ τὴν ἡμετέραν θέλησίν τε καὶ προαίρεσιν ἀρχήν πη εἶναι τῶν ἀγαθῶν πράξεων, καίτοι αὐτοῦ τῆς κυρίως καὶ πρώτης ἀρχῆς καὶ τοῦ βουληθῆναι ἡμᾶς τἀγαθὰ καὶ τοῦ πρᾶξαι ὄντος. Ἔστι γὰρ, φησὶν, οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ (1). Καὶ αὖ· Οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλὰ χάριτι θείᾳ ἐσώθημεν (2)· ἡ (3) γὰρ οὐκ ἂν ἦν χάρις ἡ χάρις. Εὐδόκησε δ' οὖν ὅμως, οὐ μόνον ὡς ἄρχων τε καὶ πρῶτος κινῶν, ἀλλὰ καὶ ὡς συνεργῶν καὶ συλλαμβανόμενος ἡμῖν οἷόν τις μέσος νομισθῆναι. Ἐνεργῶν γὰρ ἐν ἡμῖν τὸ θέλειν τἀγαθὸν, συνεργῶν ἔπειτα πρὸς τὸ καὶ τελειῶσαι τὸ θελητὸν ἀγαθὸν ἐκεῖνο (4), καταδιώκοντος ἐφεπομένου τε ἡμῖν καὶ συνεργοῦντος τοῦ ἐλέους αὐτοῦ κατὰ τὴν τοῦ ψαλμῳδοῦ Δαβίδου εὐχήν (5)· ᾗ καὶ τῷ τῶν μαθητῶν περὶ αὐτοῦ συνήργει κηρύγματι, διὰ τῶν παρακολουθούντων σημείων τὸν κηρυττόμενον βεβαιῶν λόγον (6). Διὸ τὰ παρ' ἡμῶν γινόμενα καὶ δι' αὐτοῦ ἂν γίνεσθαι νομισθῆναι κατεδέξατο· καὶ τοῦτο δηλοῦσιν ἃ τῆς Γραφῆς προάγεις ῥητὰ, τό τε *διὰ θελήματος* Θεοῦ τὸν Παῦλον γενέσθαι ἀπόστολον· καὶ αὖθις τὸ τὸν αὐτὸν τὸ αὐτὸ τοῦτο εἶναι καὶ καλεῖσθαι, *οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων οὐδὲ δι' ἀνθρώπων, ἀλλὰ διὰ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ*· καὶ τὸ *κτήσασθαι* (7) *ἄνθρωπον διὰ Θεοῦ τὴν διασάφησιν τῶν ἐνυπνίων γενέσθαι*· ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἐξ ἀνθρώπων μὲν ὡς αὐτεξουσίων γενέσθαι, συνεργείᾳ δὲ ὅμως Θεοῦ, οὗ χωρὶς ποιεῖν δυνάμεθα οὐδὲν (8), καὶ διὰ τοῦτο διὰ Θεοῦ. Ἐπεὶ δὲ οὐ συνεργοῦν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρῶτον κινοῦν ὁ Θεὸς ἔν γε δὴ τοῖς τοιούτοις τὴν *διὰ* ἐνταῦθα ταυτὸν τῇ *ἐκ* σημαίνειν ἀνάγκη. Ἐπὶ δὲ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐκ Πατρὸς ἐκπορεύσεως, ἐπεὶ μηδεμία τις τοιαύτη μεσιτεία· ἔν γε δὴ τῷ προσώπῳ τῷ πατρικῷ ἔννοια οὐδὲ νοηθῆναι ὅλως δυνατὴ (ἐκεῖνος γὰρ τὸ πρῶτον αἴτιον, ἐκεῖνός ἐστιν ἡ πρώτη ἀρχὴ, φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς· ἅμα καὶ ἀρχοειδῶς ἐξ ἑαυτοῦ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ Πνεῦμα προβάλλων), διὰ τοῦτο διὰ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι οὔτ' ἂν εὕροις λεγόμενον οὐδαμῆ, οὔτ' ἂν τις εἰπεῖν δύναιτο βουλόμενος εὐσεβεῖν. Καὶ χωρὶς δὲ τούτων οὐδὲ πάντη ταυτὸ σημαίνειν τὰς προθέσεις ταύτας, ἐφ' ὧν καὶ συμβαίνουσιν, οὔτε Λατίνων οὔτε Γραικῶν τῶν Λατίνοις διὰ τὴν ἀλήθειαν προστεθέντων λεγόντων ἀκούειν ἔστι. Πῶς γὰρ ἂν ταυτὸ πάντη σημάνειε τὸ ἀρχοειδῆ τε καὶ πρώτην καὶ τὸ μεσιτεύουσαν αἰτίαν σημαῖνον; Ἀλλ' ὅτι Λατίνων μὲν οἱ θεολόγοι (εἰσὶ δ' οἱ αὐτοὶ γοῦν καὶ ὑμέτεροι διδάσκαλοί τε καὶ

tetiet. Deus, qui nos arbitrii libertate donavit et propria bonitate recte factorum nostrorum retributionem impertiri decrevit, proprium nobis et esse et attribui bonum voluit atque nos et nostram voluntatem electionemque principium quodammodo esse bonorum actuum, quamvis ipse, qui proprie ac primario principium initiumque est, etiam voluntatis nostræ bonæ et factorum bonorum sit auctor (*a*). *Non enim est*, inquit, *volentis atque currentis, sed miserentis Dei.* Et iterum: *Non ex operibus, sed gratia Dei salvi facti sumus;* alias enim gratia non foret gratia. Complacuit tamen ei, ut non solum prout est incipiens et primus movens, verum etiam prout est cooperans nosque adjuvans tanquam medius quis haberetur. Operatur enim in nobis velle bonum, cooperatur deinde ad perficiendum bonum illud volitum, dum misericordia ejus subsequitur et comitatur nos nobisque cooperatur, ut psalmista David adprecatur. Sic et discipulorum de se prædicatione cooperatus est per signa sequentia verbum prædicatum confirmans. Quapropter quæ a nobis fiunt etiam per ipsum fieri ipso tolerante putantur, hocque declarant ea, quæ ex Scripturis profers verba, ut *per Dei voluntatem* Paulum factum esse apostolum, et rursum eumdem idem ipsum esse et nominari, *non ab hominibus, neque per homines, sed per Deum Patrem et Dominum Jesum Christum;* tale est et illud *possidere hominem per Deum*, et *per Deum fieri somniorum interpretationem;* hæc enim omnia ex hominibus quidem tanquam libero arbitrio præditis fiunt, attamen simul cooperante Deo, sine quo nihil possumus facere, adeoque per Deum. Cum vero non solum cooperans, sed et primum movens sit Deus, in ejusmodi rebus præpositio *per* idem cum præpositione *ex* significet oportet. Quod vero ad Spiritus sancti ex Patre processionem spectat, cum nulla talis mediationis in paterna persona sit idea neque concipi omnino possit (ipse enim est prima causa, ipse est primum principium, naturaliter et essentialiter, simul et principaliter ex seipso et a seipso Spiritum producens), idcirco *per Patrem* procedere Spiritum sanctum nusquam dictum invenies, neque quis id affirmare potuerit, qui pie sentire velit. Atque præter ista neque omni ex parte idem significare has præpositiones, in quibus etiam conveniunt, dicentes audire quis potest vel Latinos vel Græcos Latinis propter veritatem unitos. Quomodo enim idem prorsus significaret id quod principalem atque primam, et id quod mediantem causam (*b*)

(1) Rom. IX, 16.
(2) Ephes. II, 8, 9.
(3) Codd. ἡ.
(4) Philipp. I, 6; II, 13.
(5) Δαβίδου leg. Monac. et Marc.
(6) Marc. XVI, 20.
(7) Mon. f, 232, b : κτίσασθαι.
(8) Joan. XV, 5.

(*a*) Rectam de gratia divina et merito humano doctrinam insinuat Bessario, qua Deus, ut cum Cœlestino PP. et S. Augustino loquitur conc. Trid. sess. 6, De justif. cap. 16, creditur velle hominum esse merita, quæ sunt ipsius dona.

(*b*) Hæc præpositio *per*, ait S. Thomas (p. I, q. 45, a, 6), solet denotare causam mediam sive principium de principio.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

denotat? Verum quia Latinorum quidem theologi (sunt vero iidem et vestri magistri ac Patres, si verum dicere vultis quippe qui ante schisma floruerunt) rarissime *per Filium ex Patre*, semper autem *ex Patre et Filio* Spiritum sanctum procedere dicunt; Orientales vero raro voce *ex Filio*, sæpius tamen dictione *per Filium* utuntur, haud absona facimus, dum hic loci præpositionem *per* cum præpositione *ex* in idem recidere statuimus, invenientes ex una quidem parte et ipsos aliquando ex Filio Spiritum esse asserentes, ex altera vero consentientes ipsis Occidentales Patres sæpissime idem tradentes; præsertim quando reperimus perspicue de hypostatica et subsistenti Spiritus sancti progressione vel processione voce *per* eos utentes. Aut quid tibi significat, ut alia eaque multa prætermittam, quod in epistola ad Jordanem divus effatur Damascenus? *Nobis*, inquit, *unus est Deus, Pater et Verbum ejus, et Spiritus ejus. Verbum vero factus personaliter subsistens et Spiritus spiraculum personaliter subsistens, per Filium vero, et non ex Filio.* Et iterum in decimo tertio theologicorum capitum: *Filii*, inquit, *est Spiritus, non ex ipso, sed ut per ipsum procedens; solus enim causa Pater.* Hæc doctoris istius testimonia ex industria tibi protuli, ex una quidem parte quia magis in eo confidis eoque gloriaris, ex altera vero quia hæc maxime ex ejus dictis contra nos urges. Si enim hæc pro nobis stare ostensa fuerint, quæ maxime contra nos esse putas, nulla tibi supererit ratio. Quid igitur præpositio *per* hic significare tibi et de quo accipi videtur? Evidens est, pro sempiterna Spiritus sancti personali exsistentia et processione eam usurpare. Nemo enim adeo impudens est, ut contraria dicat. Nam spiraculum et productum personaliter subsistens per Filium dicit, non ex Filio. Frustra igitur ab ipso projicitur præpositio *per*, vel quid significat; significat quidem, licet ipse non dicas; quid vero aliud significaverit nisi et Filium *cum* Patre esse causam exsistentiæ Spiritus? Quod vero spectat ad illud: *Solus causa Pater*, et quod ipse dicit non ex Filio esse Spiritum, qua ratione et quam ob causam dictum est, alibi sufficienter disputavimus et exinde qui voluerit relegat, ubi tales quidem oppositiones abunde dissolvimus sanctosque ostendimus sibimet concordantes et per omnia in omnibus consonantes. Quæ autem profers de eo, quod non omnia, quæ de divino Spiritu dicuntur, similiter ad Patrem et Filium referuntur, ab auditoribus gratiam poscens dicis pleraque. Neque enim adducta a te testimonia omnia hoc probant, imo nonnulla probant omnino contrarium. Nam per Patrem prodire et suppeditari, sicut et per Filium, haud dicetur Spiritus propter prædicta; in Patre vero manere et in

A Πατέρες, εἰ τἀληθὲς ἐθέλοιτε λέγειν, ἅτε πρὸ τοῦ σχίσματος γεγονότες) σπανιώτατα *δι' Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς*, ἀεὶ δ' *ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ* ἐκπορεύεσθαι (1) λέγουσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· οἱ δ' ἀνατολικοὶ τῷ μὲν *ἐξ Υἱοῦ* σπανίως, τῷ δὲ *δι' Υἱοῦ* πλεονάκις χρῶνται, οὐκ ἀπεικότα ποιοῦμεν εἰς ταυτὸν ἥκειν ἐνταῦθα τῇ *ἐκ* τιθέμενοι τὴν *διὰ*, τοῦτο μὲν καὶ αὐτοὺς ἔστιν ὅτε ἐξ Υἱοῦ αὐτὸ εἶναι λέγοντας, τοῦτο δὲ καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῖς τοὺς Πατέρας τοὺς δυτικοὺς πλειστάκις οὕτω θεολογοῦντας εὑρίσκοντες, καὶ μάλιστα ὅταν φανερῶς ἐπὶ τῆς ὑποστατικῆς τε καὶ ὑπαρκτικῆς τοῦ Πνεύματος πρόοδου εἴτουν ἐκπορεύσεως τῇ *διὰ* χρωμένους εὑρίσκωμεν. Ἢ τί σοι νοεῖ, ἵνα τἄλλα πολλὰ ὄντα ἀφῶ, τὸ τοῦ θείου Δαμασκηνοῦ ἐν τῇ πρὸς Ἰορδάνην ἐπιστολῇ (2); *Ἡμῖν εἷς Θεός*, φησὶν, *ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Λόγος αὐτοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ· Λόγος δὲ ἐνυπόστατον γέννημα, διὸ καὶ Υἱὸς* (3), *καὶ Πνεῦμα ἐνυπόστατον ἐκπόρευμα καὶ πρόβλημα, δι' Υἱοῦ δὲ καὶ οὐκ ἐξ Υἱοῦ*· καὶ αὖ τὸ ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ αὐτοῦ τῶν θεολογικῶν κεφαλαίων· *Καὶ Υἱοῦ δὲ Πνεῦμα, οὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ἐκπορευόμενον· μόνος γὰρ αἴτιος ὁ Πατήρ* (4). Καὶ ἐπίτηδες ταύτας τέ σοι καὶ τὰς τούτου τοῦ διδασκάλου μαρτυρίας προήνεγκα, τοῦτο μὲν ὡς ἐπὶ τούτῳ σοῦ μᾶλλον ἰσχυριζομένου, τοῦτο δ' ὡς ταύτας μάλιστα τῶν αὐτοῦ ἡμῖν ἐπισείοντος· τούτων γὰρ πρὸς ἡμῶν εἶναι δειχθεισῶν, ἃς μάλιστα καθ' ἡμῶν αὐτὸς οἴει, οὐδεὶς ἔτι σου λειφθήσεται λόγος. Τί τοίνυν ἡ *διὰ* δοκεῖ σοι σημαίνειν ἐνταῦθα, κἀπὶ τίνος παραλαμβάνεσθαι; Ἢ δῆλον, ὡς ἐπὶ τῆς ἀϊδίου τοῦ Πνεύματος ὑποστατικῆς ὑπάρξεώς τε καὶ ἐκπορεύσεως· οὐδεὶς γὰρ γὰρ οὕτως ἀναίσχυντος, ὡς τἀναντία εἰπεῖν. Τὸ γὰρ ἐνυπόστατον ἐκπόρευμα καὶ πρόβλημα δι' Υἱοῦ φησιν, οὐκ ἐξ Υἱοῦ. Μάτην οὖν αὐτῷ προσέρριπται ἡ *διὰ*, ἢ καὶ τι σημαίνει· σημαίνει γε (5), κἂν αὐτὸς μὴ φαίης· τί δ' ἄλλο σημάνειεν ἢ καὶ τὸν Υἱὸν μετὰ τοῦ Πατρὸς αἰτίαν εἶναι τῆς τοῦ Πνεύματος ὑπάρξεως; Τὸ δὲ *μόνος αἴτιος ὁ Πατὴρ* καὶ τὸ μὴ ἐξ Υἱοῦ αὐτὸν εἰπεῖν εἶναι τὸ Πνεῦμα, ὅπως τε καὶ διὰ τίνα αἰτίαν εἴρηται, ἐν ἄλλοις ἱκανῶς διειλέγμεθα, κἀκεῖθεν ὁ βουλόμενος ἀναλεξάσθω, ὅπου τὰς τοιαύτας ἀντιθέσεις ἱκανῶς διαλυσάμενοι συμβιβάσαντας τοὺς ἁγίους ἀλλήλοις ἐδείξαμεν καὶ διὰ ἁπάντων ἐν ἅπασι συμφωνοῦντας. Ἃ δὲ φῂς περὶ τοῦ μὴ πάντα τὰ περὶ τοῦ θείου λεγόμενα Πνεύματος ὁμοίως πρὸς Πατέρα καὶ Υἱὸν ἀναφέρεσθαι, χάριν τοὺς ἀκούοντας αἰτῶν λέγεις τὰ πλείω· οὐ γὰρ τὰ ἐπαγόμενά σοι μαρτύρια πάντα τοῦτο δείκνυσιν· ἔστι δ' ἃ καὶ πᾶν τοὐναντίον· διὰ μὲν γὰρ τοῦ Πατρὸς προϊέναι καὶ χορηγεῖσθαι, ὡς καὶ δι' Υἱοῦ, οὐκ ἂν ῥηθείη τὸ Πνεῦμα διὰ τὰ προειρημένα· ἐν Πατρὶ δὲ μένειν καὶ ἐν Πατρὶ ἀναπαύεσθαι, ὡ; καὶ ἐν Υἱῷ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδὲν ἄτοπον λέγειν, εἴ-

(1) Λέγεσθαι addit Mon. f, 232, b, quod deest in Marc. f, 68, b, et in Vatic. f, 185, b.
(2) Monac. ἡμεῖς.
(3) Mon. ὁ Υἱός.

(4) Eumdem locum allegat Beccus, orat. 2, De injusta depos. c. 17 (Gr. orth. II, 63), ad Constant. l. IV, c. 5 (ibid., p. 211).
(5) Marc. τέ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

περ τὴν ἐν ἀλλήλοις τῶν θείων τῆς Τριάδος προσώπων περιχώρησιν κἂν καὶ (1) τοὺς ἄρτι θεολογίας ἡμμένους καὶ εἰδέναι καὶ ὁμολογεῖν ἀνάγκη. Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων τὰ μὲν ψευδῆ τε καὶ ἀληθείᾳ μαχόμενα οἷα δὴ τὰ πλείω τῶν σῶν βλητέον εἰς κόρακας, τὸ δ' ἐξ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἢ δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, ὡς ἀληθές τε καὶ τοῖς ἁγίοις δοκοῦν τιμάσθω καὶ πιστευέσθω.

A Patre quiescere, ut et in Filio, dicere Spiritum sanctum nihil absurdi est, quandoquidem mutuam divinarum Trinitatis personarum circum incessionem (*a*) etiam qui primis labiis theologiam gustarunt et norint et confiteantur necesse est. Quæ cum ita sint, illa falsa et veritati repugnantia, qualia sunt pleraque quæ profers, in malam crucem amandanda; Spiritus vero sancti processio ex Filio vel per Filium ut vera et sanctis Patribus rata bonoranda atque credenda erit.

ΕΦΕΣΟΥ Γ' (Κ') (1*).

Ὅταν ἀποβλέψω πρὸς τὰς φωνὰς τῶν ἁγίων, αἷς κεχρημένοι περὶ τοῦ θείου φαίνονται Πνεύματος, οἶμαι τοὺς Λατινοφρονοῦντας μηδὲ λογικῆς γοῦν ἀκολουθίας καὶ συμφράσεως τεχνικῆς ἐπαισθάνεσθαι, μήπω γε θείων ἀκριβείας δογμάτων καὶ πατρικῆς διανοίας μετὰ τοῦ Πνεύματος ζητούσης περὶ τοῦ Πνεύματος. Τί γὰρ καὶ φήσουσιν, ὅταν οἱ ἅγιοι (2) μερίζωσι τοῖς συνδέσμοις τὴν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν ἀναφορὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος; καὶ ὁ μὲν λέγῃ (3), *Ἐκ τοῦ* (4) *Θεοῦ τῶν ὅλων καὶ αὐτὸ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, δι' Υἱοῦ δὲ πεφηνὸς*, δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις, ὁ δὲ, *Ἐκ τοῦ Πατρὸς μὲν ἐκπορευόμενον, ἐν δὲ τῷ Υἱῷ μένον*· ὁ δὲ, *Τοῦ Υἱοῦ μὲν ἥρτηται* (5), *ᾧ ἀδιαστάτως συγκαταλαμβάνεται, τῆς δὲ τοῦ Πατρὸς αἰτίας ἐξημμένον ἔχει τὸ εἶναι, ὅθεν καὶ ἐκπορεύεται*· ὁ δὲ, *Ἐκπορεύεται μὲν ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός, ἔστι δὲ οὐκ ἀλλότριον τοῦ Υἱοῦ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον.* Ἆρ' ἔτι τολμήσουσι φάναι, μίαν ἐξ ἀμφοῖν εἶναι τοῦ Πνεύματος πρόοδον; Καὶ τί ποτε αὐτοῖς ὁ μερισμὸς ἐβούλετο, βέλτιστοι, καὶ τὸ μὲν τούτῳ διδόναι, τὸ δὲ ἐκείνῳ; Τίς γὰρ εὐσεβῶν ἐρεῖ, παρὰ μὲν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὑποστῆναι τὴν κτίσιν, διὰ δὲ τοῦ Υἱοῦ κεκοσμῆθαι, τὴν καὶ παρ' ἀμφοῖν ὁμοίως ὡς ἑνὸς Θεοῦ καὶ δημιουργοῦ καὶ τὸ εἶναι λαβοῦσαν καὶ διακοσμηθεῖσαν; Πῶς δὲ οὐκ ἀδιανόητον (6) εἰ ταυτὸν αἱ λέξεις ἠδύναντο, μερίζειν αὐτὰς τοῖς συνδέσμοις, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἔλεγε, παρὰ μὲν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἑστερεῶσθαι τοὺς οὐρανούς, διὰ δὲ τοῦ Υἱοῦ συμπεπῆχθαι; Ἀλλ' ὁ τοιούτῳ σχήματι μερισμοῦ χρώμενος ἀφαιρεῖ δήπου θατέρου θάτερον· ὥσπερ ὁ λέγων, Παῦλος μὲν Ταρσεύς, Παλαιστῖνος δὲ Πέτρος, οὐκ ἄμφω καὶ ἀμφοῖν δίδωσι, καὶ ὁ λέγων, Εὐδοκίᾳ μὲν τοῦ Πατρός, αὐτουργίᾳ δὲ τοῦ Υἱοῦ, συνεργείᾳ δὲ τοῦ Πνεύματος τὴν οἰκονομίαν

EPHES. III. (XX).

Quando respicio ad sanctorum voces, quibus de divino Spiritu usi cognoscuntur, eos qui cum Latinis sentiunt neque logicæ consequentiæ et contextus arte positi habere sensum ullum existimo, ne dicam accuratæ divinorum dogmatum notitiæ et ejus a Patribus custoditæ affectionis, quæ Spiritu auxiliante de Spiritu quæstionem instituit. Quid enim dicent, quando sancti Patres relationem Spiritus sancti ad Patrem et Filium diversis separant loquendi formis? Et alius quidem dicit ex Deo universorum et ipsum exsistentiam *habentem*, *per Filium vero apparentem*, videlicet hominibus; alius vero *ex Patre quidem procedentem*, in *Filio vero manentem*, alius ait: *A Filio quidem dependit, cum quo simul absque intervallo concipitur, esse vero ex ea causa habet connexum, quæ est Pater, unde et procedit*; alius demum: *Procedit quidem ex Deo et Patre, non vero alienus est a Filio secundum substantiæ rationem.* Num adhuc asserere audebunt unam ex ambobus esse Spiritus sancti processionem? Et quid illis Patribus vellet ea locutionum divisio, o optimi, quid hoc, quod huic aliud tribuunt, aliud vero illi? Nam quis unquam piorum dicet, creationem a Deo et Patre habere exsistentiam, per Filium vero exornatam esse, creationem, inquam, ab utroque similiter ut ab uno Deo ut conditore in esse productam et ornatu suo instructam? Quomodo vero non esset insipiens, si idem dictiones valerent, dividere eas loquendi formulis et particulis, ac si quis diceret, a Deo Patre cœlos firmatos esse, per Filium vero compactos? Sed qui tali divisionis forma utitur, certe alterum ab altero removet, quemadmodum ille qui dicit: Paulus Tarsensis erat, Petrus vero Palæstinus, non utrumque de utroque prædicat;

(1) Κἂν καὶ Mon. Marc. et Vatic. f. 186 a.

(1*) In Monac. cod. 256 f. 297 b, est cap. 21.

(2) Diversos Patres in sequentibus adducit, ut probet aliis verbis Spiritus sancti relationem ad Patrem, aliis relationem ad Filium declarari, nimirum: 1. Gregorium Thaumaturgum (ap. Camat. c. 130; Gr. Orth. II, p. 485) vel potius Nyssenum (l. I, c. Eunom. vide Georg. Metoch. c. Man. c. 24. Gr. Orth. II, p. 1051); 2. Gregorium M. ex versione Dial. II (vide Phot. De Spirit. sanct. mystag. c. 84 et Camaterum c. 148, Gr. orth. t. II, p. 515); 3. Gregorium Nyssenum et Basilium (vide supra Marci cap. 11 et 12, cum Scholarii responsionibus; 4. Cyrillum Alexandrinum (vide supra Marci c. 12, apud Scholarium.)

(3) Sic Mon. 256. f. 293 a: Mon. 27. f. 253 b, λέγει.

(4) Μὲν add. Mon. 256.

(5) Ἥρτηται habent uterque Monac. et Vat. f. 186 b. Alias Marcus legisse videtur εἴρηται vel in lectione variasse. Vide not. in Marci c. 12, apud Scholarium.

(6) Mon. 256. ἀδιανόητον. M. 27: ἀνόητον.

(*a*) De hac perichoresi confer S. Thomam, p. I, q. 42, a. 5, et Petavium, De Trinit. l. IV, c. 16. De incarnat., l. IV, c. 14, quos sequuntur reliqui sacrorum dogmatum explanatores.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

et qui dicit : Beneplacito Patris, operatione Filii, cooperatione Spiritus sancti locum habuisse incarnationem, dum unum unicuique tribuit, reliqua ab eo excludit. Manifestum igitur est vel ex ipsa forma, quæ est secundum distributionem, neque convenire Patri, quod per ipsum suppeditetur Spiritus sanctus, neque convenire Filio, quod ex ipso Spiritus sanctus procedat.

A γενέσθαι, ἓν ἑκάστῳ δοὺς ἀφεῖλετο τὰ λοιπά. Δῆλον ἄρα καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ κατὰ τὸν μερισμὸν σχήματος, ὡς οὔτε τῷ Πατρὶ προσήκει τὸ δι' αὐτοῦ χορηγεῖσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὔτε τῷ Υἱῷ τὸ ἐξ αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι.

Admirabilis cardinalis Nicæni responsum.

Utrum tu potius syllogisticam methodum et logicam consequentiam calleas, an vero Latini et qui cum Latinis sentiunt, id sufficienter in refutatione primi ex tuis argumentis ostendimus, quando te perspicue refutavimus pessime hallucinatum et sophistice plane ratiocinantem una cum iis, qui tibi adhærent, et nihil ulterius addere opus est. Adversus vero sapientissimas has sententias et prima puerorum rudimenta grammaticum quemdam arcessere opus fuerit qui grammaticales has regulas tibi exponat; dicendum tamen nobis est, divisivam ejusmodi particularum et præpositionum virtutem nihil ad præsentem disputationem valere, si quis ad scopum eorum, quæ dicuntur, respiciat. Hoc vero in omnibus necessario faciendum est, si quis velit accurate quæ dicuntur intendere, et in theologia potissimum, ut et beatus Cyrillus in Thesauris postulat, dum ait: *Oportet eum qui semet accingit ad scrutandas divinas Scripturas tempus occasionemque observare, quando dicitur id de quo agitur, et personam, a qua vel per quam vel de qua dicitur; sic enim absque errore sensus iis qui recte volunt intelligere servabitur* (*a*). Hæc igitur et hoc loco considerantes inveniemus doctores insistentes contra hæreticos, qui divinitatem tum Filii tum Spiritus sancti impugnarunt atque omnia perverterunt ac sus deque verterunt Scripturarumque testimonia ad proprium errorem traxerunt, ea transmutarunt et sic tum scipsos tum alios fefellerunt; quorum alii tum Filium tum Spiritum sanctum diversæ a Patre substantiæ esse nugabantur, alii vero Filium quidem Patri consubstantialem esse, Spiritum vero diversæ a Patre et Filio substantiæ exsistere garriebant. Contra hos igitur et cum his pugnantes sancti Patres et doctores has et his affines emiserunt voces, servantes quidem reverentiam testimoniis ex sacris Litteris haustis debitam atque presse voces tum evangelicas tum apostolicas sequentes, ne iis qui cuncta pervertebant, ansam præberent transmutandi ea quæ bene dicta ibi erant, per alias tamen æquipollentes voces, quæ et ipsæ erant ex Scripturis desumptæ, veritatem nihilominus iis revelantes, qui non prorsus mente obcæcati fuerunt. Quando igitur dicunt, procedere Spiritum sanctum ex Patre, sed manere in Filio, vel ex

Τοῦ θαυμαστοῦ καρδηνάλεως Νικαίας.

Πότερα σὺ μᾶλλον ἢ Λατῖνοι καὶ οἱ τὰ Λατίνων φρονοῦντες συλλογιστικῆς τε μεθόδου καὶ λογικῆς ἐπαΐεις ἀκολουθίας ἱκανῶς ἐν τοῖς πρὸς τὸ πρῶτον τῶν σῶν ἐπιχειρημάτων ἐδείξαμεν, ὅτε σὲ περιφανῶς ἀπηλέγξαμεν αἴσχιστα ἀπατώμενον καὶ σαυτὸν ἅμα καὶ τοὺς σοὶ προσέχοντας, παρασυλλογιζόμενον, καὶ οὐδὲν δεῖ περαιτέρω προσθεῖναι. Πρὸς δὲ τὰ σοφά σου ταῦτα τὰ διανοήματα καὶ πρῶτα τῶν παιδαρίων μαθήματα γραμματιστὴν μὲν ἄν τινα ἐπικαλέσασθαι δέοι τοὺς γραμματικούς σοι τούτους κανόνας ἐξηγησόμενον· ῥητέον δὲ καὶ ἡμῖν ὡς ἡ διαιρετική σοι τῶν συνδέσμων τούτων δύναμις οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον ἐστίν, εἴ τις πρὸς τὸν τῶν λεγομένων ἀπίδοι σκοπόν. Τοῦτο καὶ ἐπὶ πάντων ἀνάγκη ποιεῖν, εἰ μέλλει τις ἀκριβῶς ἐπαΐειν τῶν λεγομένων, κἀπὶ θεολογίας μάλιστα, ᾗ καὶ Κύριλλος ἐν *Θησαυροῖς* ὁ μακάριος βούλεται, *Δεῖ*, λέγων, *τὸν εἰς ἔρευναν ἐμβαλνοντα τῶν θείων Γραφῶν τὸν καιρὸν* (1) *ἐπιτηρεῖν, καθ' ὃν λέγεται τὸ λεγόμενον* (2) *καὶ τὸ πρόσωπον, παρ' οὗ ἢ δι' οὗ ἢ περὶ οὗ λέγεται· οὕτω γὰρ ἂν ἀπλανὴς ἡ διάνοια φυλαχθεῖη τοῖς ὀρθῶς ἐθέλουσι νοεῖν.* Ταῦτα τοίνυν κἀνταῦθα σκοπούμενοι εὑρήσομεν τοὺς διδασκάλους κατὰ τῶν τῇ τε τοῦ Υἱοῦ τῇ τε τοῦ Πνεύματος θεότητι μαχομένων αἱρετικῶν ἐνισταμένους πάντα κακουργούντων καὶ διαστρεφόντων, καὶ πρὸς τὴν ἰδίαν πλάνην γραφικὰς ἑλκόντων μαρτυρίας, καὶ ταύτας μεταποιούντων, καὶ οὕτως ἑαυτούς τε καὶ τοὺς ἄλλους ἀπατώντων, καὶ τῶν μὲν τόν τε Υἱόν, τό τε Πνεῦμα ἑτέρας παρὰ τὸν Πατέρα οὐσίας εἶναι ληρούντων, τῶν δὲ τὸν μὲν Υἱὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρί, τὸ δὲ Πνεῦμα ἑτέρας παρὰ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν οὐσίας φλυαρούντων. Κατὰ τούτων οὖν ἐνιστάμενοι καὶ τούτοις οἱ θεῖοι Πατέρες τε καὶ διδάσκαλοι μαχόμενοι ταύτας τε καὶ τὰς ταύταις παραπλησίας ἀφῆκαν φωνάς, τηροῦντες μὲν τὴν ὀφειλομένην ταῖς ἐκ τῆς θείας Γραφῆς μαρτυρίαις εὐλάβειαν καὶ κατ' ἴχνος ταῖς εὐαγγελικοῖς τε καὶ ἀποστολικοῖς φωναῖς ἑπόμενοι, ἵνα μὴ τοῖς πάντα διαστρέφουσιν ἀφορμὴν δοῖεν μεταποιεῖν τὰ καλῶς κείμενα, δι' ἄλλων δ' ὅμως ἰσοδυνάμων φωνῶν ἐκ τῆς Γραφῆς καὶ αὐτῶν εἰλημμένων τὴν ἀλήθειαν οὐδὲν ἧττον τοῖς μὴ πάντη τὸν νοῦν ἐσκοτωμένοις ἀνακαλύπτοντες. Ὅταν οὖν φῶσιν ἐκπορεύεσθαι μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα, μένειν δὲ ἐν Υἱῷ, ἢ ἐκ τοῦ Θεοῦ μὲν

(1) Mon. 27, f. 234 a et Marc. f. 70 a τὸν καιρῶν.

(2) al. τὸ δηλούμενον.

(*a*) Hæc verba ex Cyrilli Thesauris desumpta allegat Allatius in Vindic. syn. Ephes., c. 14 p. 54.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τῶν ὅλων τὴν ὕπαρξιν ἔχειν, χορηγεῖσθαι δὲ δι' Υἱοῦ, δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις, ἢ ἐκπορεύεσθαι μὲν ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός, οὐκ ἀλλότριον δὲ εἶναι τοῦ Υἱοῦ ἢ προΐέναι καὶ ἀναβλύζειν δι' Υἱοῦ καὶ ὅσα τῆς ὁμοίας ἀκολουθίας, οὐχ ὅτι πάντη διάφορα ἀλλήλοις τὰ ῥήματα ταῦτα, διὰ τοῦτο, φασὶ, καὶ τοῖς συνδέσμοις τούτοις οὕτω τὸν λόγον μερίζουσιν· ἀλλὰ πρῶτον μὲν τὰς εὐαγγελικάς τε καὶ ἀποστολικὰς ἀμεταποιήτους τηρεῖν βουλόμενοι φωνάς, ὡς ἂν καὶ τοῖς ἄλλοις τὴν τοῦ μεταποιεῖν ὁδὸν ἀποκλείσωσιν· ἔπειτα καὶ πλείοσι ῥήμασι τὴν πρὸς Πατέρα καὶ Υἱὸν τοῦ Πνεύματος ὁμοουσιότητα δηλοῦντες. Μᾶλλον γὰρ ἂν δεικνύοιτο ὁμοούσιον Πατρὶ καὶ Υἱῷ, εἰ ἐκπορεύοιτο ἐκ Πατρὸς καὶ μένοι ἐν Υἱῷ, καὶ οὗ ἐκπορεύοιτο ἐκ Πατρὸς καὶ εἴη ἴδιον τοῦ Υἱοῦ καὶ ὅσα ὅμοια, ἢ εἰ μόνον λέγοιτο ἐκ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι. Ἐκ Πατρὸς γὰρ καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγειν οὕτω σαφῶς, ὃ μᾶλλον ἂν ἐδήλου, τὸ προκείμενον, οὐκ ἠβούλοντο μὴ ἔχοντες ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ ῥητῶς οὕτω κείμενον, ἄλλως τε καὶ διά τινα τῶν ῥημάτων τούτων διαφορὰν οὕτω τὸν λόγον προήνεγκαν· οὐ γὰρ δὴ πάντη ταυτὸ ταῦτα σημαίνειν οὐδ' ἡμεῖς ἂν φαίημεν, ἀλλά πη καὶ διαφορειν. Καὶ γὰρ τὸ τὸν μὲν Πατέρα ἀφ' ἑαυτοῦ ἔχειν τὸ ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι, τὸν δὲ Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἡ τούτων τῶν ῥημάτων διαφορότης σημαίνει· οὔτε γὰρ πάντη ταυτὸ οὔτε πάντη διάφορον δηλοῦσιν· διὸ καὶ δι' ἑτέρων λέξεων τὸ αὐτὸ ὅμως οἱ Πατέρες δηλοῦσιν. Εἴρηται γὰρ δὴ καὶ πολλάκις ἐν ἄλλοις, καὶ νῦν αὖθις εἰρήσεται, ὡς ἀδύνατον δι' Υἱοῦ ἀναβλύζειν ἢ προχεῖσθαι ἢ πεφηνέναι μὴ καὶ δι' αὐτοῦ ὑφιστάμενον· οὐ γὰρ δὴ ὑποστὰν ἤδη καὶ πάντη ἑαυτοῦ ἀπεσχοινισμένον, οὐδ' ὡς δοῦλον αὐτὸ εἰς τὸν αἰσθητὸν πέμπει κόσμον· πάνυ γὰρ σωματικὰ ταῦτα καὶ τῆς θείας ἐκείνης ἀνάξια φύσεως. Σκόπει δὲ καὶ αὐτός· Εἶτ ὡς δοῦλον αὐτὸ (συγγνοίη δὲ ἡμῖν αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τῶν ῥημάτων τούτων) ἢ ὡς ὁμοφυὲς αὐτὸ πέμπει, ἀναβλύζει, προχεῖ καὶ ὅσα ὅμοια. Ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον ἀσεβὲς καὶ μόνον ἐννοῆσαι. Εἰ οὖν ὡς ὁμοφυὲς, ἢ ἅτε δὴ ἔχων τι πρὸς αὐτὸ ἀξίωμα, ἢ μή· ἀλλ' εἰ ὡς μὴ ἔχων, καὶ τὸ Πνεῦμα ἂν ἔπεμπε τὸν Υἱὸν ἢ Θεὸν, ὁμοφυὲς ὂν αὐτῷ· ἀλλὰ τοῦτο οὐ λέγεται· τὸ γὰρ Ἡσαΐου ἐκεῖνο, ὡς τὸ Πνεῦμα πέμψειε (1) τὸν Υἱὸν, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς (2) διὰ τὴν σάρκα εἰρῆσθαι μᾶλλον δοκεῖ τοῖς Πατράσιν. Ἔχει ἄρα τι ἀξίωμα ὁ Υἱὸς πρὸς τὸ Πνεῦμα πέμπων αὐτό. Ὅθεν καὶ Γρηγόριος μὲν ὁ θεῖος τὸν Υἱὸν εἰρηκε πέμπειν τὸ Πνεῦμα, *ἵνα δείξῃ τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα* (3)· Ἀθανάσιος δὲ ὁ μέγας *τοῖς μαθηταῖς ὁ Κύριος*, φησὶ, *τὴν θεότητα καὶ μεγαλειότητα δεικνὺς ἑαυτοῦ οὐκ ἔτι ἐλάττονα ἑαυτὸν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ μείζονα καὶ ἴσον ὄντα σημαίνων, ἐδίδου μὲν τὸ Πνεῦμα καὶ ἔλεγεν· « Ἐγὼ ἀποστέλλω* (4). » Τοῦτο δὲ τοῦ Υἱοῦ ἀξίωμα οὐκ ἐπίκτητον, οὐδὲ δεσπότου πρὸς δοῦλον, ἀλλὰ φυσικὸν ὄν τί ἂν ἄλλο εἴη,

A Deo quidem universorum exsistentiam habere, donari vero per Filium videlicet hominibus, vel procedere quidem ex Deo et Patre, non alienum vero esse a Filio, vel prodire et scaturire per Filium et quæcunque ejusdem seriei sunt, non quod omnino diversa ab invicem sint hæc nomina, idcirco dicunt et hisce particulis et locutionibus sermonem, ita dividunt sed in primis evangelicas et apostolicas voces absque ulla immutatione servare volentes, ut et aliis viam præclùdant eas transmutandi, secundo etiam pluribus verbis Spiritus sancti cum Patre et Filio consubstantialitatem declarantes. Nam magis Spiritus sanctus, ut videtur, Patri et Filio ostendetur consubstantialis, si procedat ex Patre et maneat in Filio et rursum B procedat ex Patre et proprius sit Filii, et quæcunque similia, quam si duntaxat et Patre procedere dicatur. Ex Patre enim et Filio eum procedere ita perdiserte dicere, quod rem propositam magis declarasset, noluerunt, cum in sacris Litteris id non habuerint disertis verbis enuntiatum, aliter vero et propter quamdam verborum istorum differentiam ita doctrinam protulerunt. Neque enim prorsus idem significare vel nos ipsi dixerimus, verum quodammodo ea differre dicimus. Videlicet horum vocabulorum differentia significat, Patrem quidem, quod ex ipso procedit Spiritus sanctus, habere a seipso, Filium vero id habere ex Patre; neque enim omnino idem neque omnino C diversum denotant. Idcirco et per alias dictiones idem tamen Patres exprimunt. Jam sæpius alibi dictum est et nunc iterum dicetur, fieri non posse, ut Spiritus per Filium scaturiat vel profundatur vel appareat, si non per ipsum subsistat. Neque enim jam subsistentem et omnino a se dissectum ac divisum neque ut servum eum mittit in mundum sensibilem; valde enim corporea sunt ista atque divina natura indigna. Considera vero et ipse : Vel eum ut servum (veniam det sanctus ipse Spiritus, quod ejusmodi verbis utimur!) vel ut consubstantialem mittit, profundit, effundit et quæcunque similia. Sed prius vel cogitare duntaxat est impium. Si ergo ut consubstantialem, eum mittit vel utpote habens aliquam ad ipsum dignitatem vel non. Sed si ut non habens, tum et Spiritus mitteret Filium qua Deum, cum sit ipsi consubstantialis; sed hoc non dicitur. Nam illud Isaiæ, quo Spiritus mittere videtur Filium ad evangelizandum pauperibus, propter carnem dici potius Patribus videtur. Unde et divus Gregorius dixit, Filium mittere Spiritum sanctum *ad ostendendam propriam dignitatem*; magnus vero Athanasius ait : *Discipulis Dominus propriam deitatem et magnificentiam ostendens, non amplius se Spiritu inferiorem, verum majorem et æqualem exsistentem significans dedit Spiritum et dixit : « Ego mitto. »*

(1) Sic Marc. f. 71, b. Mon. f. 135 a : πέμψεις.
(2) Isa. xi, viii, 16.
(3) Naz. orat. de Spirit. sanct. 37, 596, 608. Cf. Greg. Apol. in Marci Conf. cap. 15.
(4) Athan. orat. 1, c. Arian. n. 5. Cf. Greg. Apol. cit. cap. 11.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Hæc vero Filii dignitas non adscititia est, neque ea qua dominus pollet præ servo, sed cum naturalis sit, quid plane aliud erit, nisi quod Filius cum Patre sit causa hypostasis Spiritus sancti et simul ei Spiritus sanctus sit consubstantialis? Quod per verba illa *majorem et æqualem* magnus declarat Athanasius, prius causæ rationi, posterius substantiæ clarissime tribuens. Juxta hæc vero omnia ipsi doctores et manifestissime multis in locis suorum librorum, quando etiam secundum ipsos licebat absque pusillanimitate quæ videbantur edicere, alii quidem ex Patre per Filium procedere, alii ex Patre per Filium esse Spiritum sanctum deprædicant, alii vero etiam ex Patre et Filio, quod sane haud frustra dixerunt neque ita simpliciter protulissent, si non novissent, etiam Filium ad esse Spiritus sancti aliquid cum Patre conferre. Quando itaque quæ videntur sententiæ tuæ patrocinari exponis, oportet te etiam aliorum, quæ a doctoribus dicta sunt, meminisse atque conari, ut cuncta sibi consonantia ostendas, non vero segmenta ac frustula ex eorum libris accipientem reliqua mala arte abscondere. Illud enim magistri est, hoc vero impudentis sophistæ opus; illud veritatem scrutantis, hoc oculos voluntarie contra lumen occludentis. Verum insipientiam et nugacitatem asseris esse, dicere, a Deo quidem Patre creaturam exsistentiam habere, efformatam vero et ornatam esse per Filium, et quæcunque his similia. Gregorius autem Theologus (ille sane non paulo doctior, plus aliquid novit super tuam grammaticam) non insipientiam et nugacitatem id reputavit. Sicut enim dixerit Deum in tribus maximis stare, causa, conditore et consummatore, in Patre et Filio et Spiritu sancto, ita sane diceret, si hunc in modum oporteret sermonem proferre, mundi Deum Patrem esse causam, Filium conditorem, Spiritum sanctum consummatorem; quanquam cum idem significent hæc nomina, deducitur inde etiam tres personas simul unam esse rerum creatarum causam; quælibet enim trium personarum hæc omnia est, quod ne ipse quidem negaveris, neque alterum ab altero removetur per divisionem earum particularum, ut tu somniaris, verum omnia omnibus convenientia quodlibet cuilibet personarum tribuit, rationibus nimirum diversis. Hoc vero ipsum etiam exemplum tuum versus finem ostendit, quam imprudenter et nescio qua inscientia sit inductum. Opinaris enim, quando dicimus, beneplacito Patris et cooperatione Spiritus sancti incarnationis dispensationem esse factam, verba hæc omnino differre et alterum ab altero excludi; hoc vero vel cogitare absit utpote blasphemum. Nam et Spiritus sancti beneplacito nihilominus quam Patris et etiam ipsius Filii incarnationis mysterium dispensatum est; licet tamen dividentibus per particulas conjunctivas dice-

ἢ τὸ αἰτίαν μετὰ τοῦ Πατρὸς τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως εἶναι καὶ ἅμα ὁμοούσιον αὐτῷ εἶναι τὸ Πνεῦμα; Ὃ διὰ τοῦ *μείζονα καὶ ἴσον* ὁ μέγας δηλοῖ Ἀθανάσιος, τὸ μὲν τῷ αἰτίῳ, τὸ δὲ οὐσίας σαφέστατα ἀποδιδούς. Παρὰ πάντα δὲ ταῦτα οἱ αὐτοὶ διδάσκαλοι καὶ σαφέστατα πολλαχοῦ τῶν ἑαυτῶν λόγων, ὅτε καὶ καθ' αὑτοὺς ἐξῆν ἄνευ ὑποστολῆς τὰ δοκοῦντα λέγειν, οἱ μὲν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, οἱ δὲ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα θεολογοῦσιν· οἱ δὲ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, οὐκ ἂν μάτην ταῦτα εἰρηκότες καὶ οὕτως ἁπλῶς ἀποῤῥίψαντες, εἰ μή τι καὶ τὸν Υἱὸν ᾠδεισαν τῷ εἶναι τοῦ Πνεύματος σὺν τῷ Πατρὶ συμβαλλόμενον. Ὅταν οὖν τὰ δοκοῦντά σου τῇ δόξῃ συνηγορεῖν ἐκτίθῃς, δεῖ σε καὶ τῶν ἄλλων τοῖς διδασκάλοις εἰρημένων μεμνῆσθαι, καὶ πάντα πειρᾶσθαι σύμφωνα δεῖξαι ἀλλήλοις, ἀλλὰ μὴ τεμάχιά τινα τῶν ἐκείνων λόγων ἀπολαμβάνοντα τὰ λοιπὰ κακούργως ἀποκρύπτεσθαι. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ διδασκάλου, τοῦτο δὲ σοφιστοῦ ἀναισχύντου ἔργον· κἀκεῖνο μὲν τὴν ἀλήθειαν ἐρευνῶντος, τοῦτο δ' ἑκόντι καμμύοντος (1) πρὸς τὸ φῶς. Ἀλλ' ἀδιανόητον καὶ ἀδολεσχίαν φῂς εἶναι, παρὰ μὲν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὑποστῆναι λέγειν τὴν κτίσιν, κεκοσμῆθαι δὲ διὰ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὅσα ὅμοια. Γρηγόριος δὲ ὁ Θεολόγος (οὐ μικρόν τι πλέον ἐκεῖνός γε ὑπὲρ τὴν σὴν γραμματικὴν εἰδώς;) οὐκ ἀδιανόητον τοῦτο οὐδ' ἀδολεσχίαν ἡγήσατο· ὥσπερ γὰρ εἰρηκε θεὸν ἐν τρισὶν ἱστασθαι τοῖς μεγίστοις, αἰτίῳ καὶ δημιουργῷ καὶ τελειοποιῷ, ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι (2), οὕτως εἶπεν ἂν, εἰ οὕτω τὸν λόγον ἐδέησε προενεγκεῖν, τοῦ κόσμου τὸν μὲν Θεὸν καὶ Πατέρα εἶναι αἰτίαν, τὸν δὲ Υἱὸν δημιουργὸν, τὸ δὲ Πνεῦμα τελειοποιόν· καίτοι τὸ αὐτὸ τῶν τριῶν τούτων σημαινόντων ὀνομάτων κατά γε τὸ καὶ τὰ τρία πρόσωπα ἅμα ἕνα τῆς κτίσεως αἰτίαν εἶναι· πάντα γὰρ ἕκαστον τῶν τριῶν προσώπων ἐστὶν, ὅπερ οὐδ' ἂν αὐτὸς ἀρνήσαιο, οὐδ' ἀφαιρεῖται θατέρου θάτερον διὰ τοῦ τῶν συνδέσμων τούτων μερισμοῦ, ὡς αὐτὸς ὀνειρώττεις, ἀλλὰ πάντα πᾶσιν ἁρμόζοντα ἕκαστον ἑκάστοις ἀποδίδωσι τῶν προσώπων, λόγοις δηλαδὴ διαφόροις. Τὶ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ τὸ σὸν ἐπὶ τέλει δείκνυσι παράδειγμα ὡς ἀπερισκέπτως, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἀμαθῶς εἰσαχθέν. Οἶει γὰρ, ὡς ὅταν λέγωμεν, εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς καὶ συνεργείᾳ τοῦ Πνεύματος τὴν οἰκονομίαν τῆς σαρκώσεως γενέσθαι, διαφέρειν τε τὰ ῥήματα ταῦτα καὶ θάτερον ἀφαιρεῖσθαι θατέρου· τοῦτο δὲ καὶ ἐννοῆσαι γοῦν ἀπείη ὡς βλάσφημον. Καὶ γὰρ καὶ τοῦ Πνεύματος εὐδοκίᾳ οὐδὲν ἧττον ὡς τοῦ Πατρὸς καὶ ἔτι αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ τὸ τῆς σαρκώσεως μυστήριον ᾠκονόμηται· ἔξεστι δὲ ὅμως διαιροῦσι διὰ τῶν συνδέσμων εὐδοκίᾳ μὲν τοῦ Πατρὸς λέγειν, συνεργείᾳ δὲ τοῦ Πνεύματος γεγονέναι. Ὥσπερ γοῦν ἐπὶ τούτων, οὕτω κἀπὶ τῶν προκειμένων· εἰ καὶ τοῖς συνδέσμοις οἱ διδάσκαλοι διαιροῦσι τὸν λόγον, οὐκ ἄλλο μέντοι τι ἄλλο πάντη φασὶ, πλὴν ὅσον τὸν μὲν Πατέρα ἀρχοειδῆ καὶ πρώτην αἰτίαν, τὸν δὲ Υἱὸν ἐκεῖθεν ἔχειν

(1) Mon. f. 235 b, Καμμύοντι
(2) Greg. Naz. orat. 24, p. 428 ed. Bill. (nunc est orat. 34.)

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δηλοῦντες, τὸ καὶ δι' αὐτοῦ προϊέναι τὸ Πνεῦμα. Ἐνὶ δὲ τεκμηρίῳ, μᾶλλον δ' ἀποδείξει σαφεστάτῃ τοῦτο γνῶθι. Κύριλλος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν *Θησαυρῶν*, ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀποδεῖξαι προθέμενος (1), ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἐπιγραφή· *Αὐτὸ τοῦτ' ἐστὶ τὸ συμπέρασμα*, ἐντεῦθέν φησιν εἶναι πρόδηλον *τῆς ἀμφοῖν οὐσίας εἶναι τὸ Πνεῦμα, διότι ἐξ ἀμφοῖν πρόεισι.* Δύναται δέ τις ὅμως εἰπεῖν διαιρῶν τοῖς συνδέσμοις, ἐκπορεύεσθαι μὲν ἐκ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα, προϊέναι δὲ ἐξ Υἱοῦ, καὶ ὅμως οὐκ ἐρεῖ διάφορα· εἰ γὰρ τὸ προϊέναι ἐνταῦθα μὴ τὸ ἐκπορεύεσθαι καὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν σημαίνει, σοὶ σκοπεῖν ἐφίημι· πῶς γὰρ ἂν ἄλλως ὁμοούσια εἶναι δειχθείη Υἱός τε καὶ Πνεῦμα, εἰ μὴ θάτερον ἐκ θατέρου εἴη; λέγοντος καὶ Βασιλείου τοῦ θείου (2)· *Οὐ γὰρ τὰ ἀδελφὰ ἀλλήλοις ὁμοούσια λέγεται, ἀλλ' ὅταν τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐκ τοῦ αἰτίου τὴν ὕπαρξιν ἔχον τῆς αὐτῆς ὑπάρχῃ* (3) *φύσεως, ὁμοούσια λέγεται.*

re : beneplacito quidem Patris, cooperatione vero Spiritus sancti factum esse. Sicut igitur in his, ita et in proposita materia : etiamsi doctores particulis sermonem dividunt, non tamen aliud prorsus et aliud dicunt, nisi tantum, quod Pater quidem sit causa principalis ac prima, Filius vero ab eo id habeat quod et per ipsum prodeat Spiritus sanctus, hisce verbis declarantes. Uni vero testimonio, potius vero manifestissimo argumento id cognosce. Cyrillus libro secundo Thesaurorum, propositum habens, ut ostenderet, ex essentia Patris et Filii esse Spiritum sanctum, eo in capite, cujus inscriptio : *Ipsa hæc est conclusio* exinde ait manifestum esse, *essentiæ amborum Spiritum, quia ex ambobus prodit.* Potest tamen aliquis locutionibus dividens dicere, *procedere* quidem ex Patre Spiritum, *prodire* vero ex Filio, et tamen hæc non dicet diversa. An enim *prodire* hoc loco non significet procedere et exsistentiam habere, tibi considerandum relinquo; nam quomodo aliter consubstantiales ostenderentur tum Filius tum Spiritus, nisi alter esset ex altero? Præsertim cum et divus Basilius dicat : *Non enim quæ fraternam invicem cognationem habent, consubstantialia inter se dicuntur, sed tunc, cum principium et quod est a principio ejusdem naturæ sunt, consubstantialia nominantur.*

ΤΟΥ ΕΦΕΣΟΥ ΚΕΦ. Δ' (ΚΑ') (4).

Ὁ ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ λαλήσας Θεὸς (5) προειδὼς τῶν ἀνθρώπων τὸ φιλομόχθηρον καὶ τὰ παρὰ τοῦ ἐχθροῦ ἐπισπαρησόμενα ζιζάνια, τῇ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ προαναστέλλων οὐδεμίαν ἀφῆκε λέξιν, ἣν ἐλλιπῶς ἔχειν δοκοῦσαν οὐκ ἀνεπλήρωσεν ἐν ἑτέροις ἢ λαβήν τινα παρέξειν μέλλουσαν οὐκ ἀπηύθυνεν ἀλλαχόσε, ἵν' ἐκεῖνο τοῦ σοφοῦ πληρωθῇ· *Πάντα εὐθέα ἐστὶ τοῖς συνιοῦσι καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν* (6). Αὐτίκα τὸ, *Ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστιν* (7), ἐπειδή πολύ τι (8) συμβάλλεσθαι ἔμελλε τοῖς τὸν Υἱὸν ἐλαττοῦσι τῆς πατρικῆς ἀξίας ἐπανίσωσεν ἐν ἑτέροις εἰπών· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν* (9). Καὶ αὖθις· *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί* (10). Καί· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα* (11). Καὶ ὁ Ἀπόστολος· *Οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ* (12). Καὶ πάλιν ἐν ταῖς Παροιμίαις τὸ, *Κύριος ἔκτισέ με* (13), παρὰ τῆς Σοφίας λεγόμενον, ἐν τοῖς ἑφεξῆς διορθοῦται· λέγει γὰρ ὑποκατιοῦσα· *Πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με* (14), διὰ μὲν ἐκείνου τὴν κατὰ σάρκα δηλοῦσα καὶ κτίσιν καὶ γένεσιν (15), διὰ δὲ τούτου τὴν προαιώνιον γέννησιν. Πάλιν ἐπείπερ ἐν

EPHES. C. IV (XXI).

Deus, in divina Scriptura locutus prævidens pronam hominum malitiam et zizania, quæ doctrinæ suæ supersparsurus erat inimicus, jam in antecessu repellens nullam emisit vocem, quam, si videretur reticere vel omittere quædam, alibi non compleverit, vel si oppugnationi ullo modo locum datura erat, non alio in loco explicando emendaverit, ut illud sapientis impleretur : *Omnia recta sunt prudentibus et plana invenientibus scientiam.* Protinus illud, *Pater major me est*, quoniam multum quodammodo conferre poterat iis qui Filium Patris dignitate inferiorem asserturi erant, aliis in locis rursum exæquavit dicens : *Ego et Pater unum sumus;* præterea : *Ego in Patre et Pater in me;* et : *Qui vidit me vidit et Patrem.* Et Apostolus : *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.* Et rursum in Proverbiis : *Dominus creavit me* (*a*), ait Sapientia, quod tamen in sequentibus emendatur, ubi procedente oratione ait : *Ante omnes colles gignit me;* per illud declarat creationem et ortum secundum carnem, per hoc vero generationem sempiternam. Rursum quoniam

(1) Vide Bess. Epigr. 1, Constant. Meliten. orat. 2, c. 11, et Georg. Metochit. c. Planud. (Gr. orth. t. II, p. 528, 529, 798, 950).
(2) Basil. ep. 300, Ad canonicas (ep. 52, ed. Garnier).
(3) Mon. 27. f. 236 a, ὑπάρχει.
(4) In Mon 256 f. 298 a est cap. 22.
(5) In Marc. f. 73 a. hucusque tantum Marci verba allegantur.
(6) Prov. VIII, 9; Isa. XXVI, 7.
(7) Joan. XIV, 28.
(8) sic Mon. 256 f. 298, b.; Mon. 27 : πολύ τινα.
(9) Joan. X, 20.
(10) Joan. X, 38; XIV, 10.
(11) Joan. XIV, 9. Hunc locum omittit Mon. 256.
(12) Philipp. II, 6. Omitt. hæc rursum Mon. 256.
(13) Prov. VIII, 22.
(14) ibid. V, 25.
(15) Sic Mon. 256; Mon. 27 γέννησιν.

(*a*) Notum est, in Vulgata secundum Hebraicum exemplar et alios Græcos codices, qui habent ἐκτήσατο, legi : *Dominus possedit me*; non minus vero notum est, lectionem illam *creavit* pluribus antiquorum non parum difficultatis attulisse.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

in Evangeliis solum verum Deum Patrem suum vocaverat Dominus (dixit enim : *Ut cognoscant te solum Deum verum et quem misisti Jesum Christum*), ne videretur a vera deitate seipsum excludere, ipse, qui hæc scripserat, Joannes in Epistolis de Filio ait : *Hic est verus Deus et vita æterna*. Rursum quoniam Spiritus Patris dicitur secundum naturalem cognationem et donationem, quæ est ad nos (dicit enim : *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis*), ne videderetur a Filio alienus esse et non pari modo etiam a Filio dari, Spiritus quoque Filii dicitur. Apostolus enim, *Misit Deus*, inquit, *Spiritum Filii sui in corda vestra*. Si igitur etiam vox illa, qua dixit ex Patre procedere Spiritum sanctum ejusmodi fuisset, ut cum etiam ex Filio procedere esset subintelligendum, non omisisset in aliis id edicere et rectificare ille qui hominum salutem adeo cordi habuit, sed vel per seipsum omnino vel per suos discipulos id perspicue revelaturus erat. Quoniam vero id non dixit, patet, eum id non dixisse, quia non ita fuit. Propterea Damascenus Joannes ait : *Spiritum Filii dicimus, ex Filio autem non dicimus*. Et divus Apostolus ait : *Etiamsi angelus de cœlo evangelizet vobis præter id quod accepistis, anathema sit.*

A τοῖς Εὐαγγελίοις μόνον ἀληθινὸν Θεὸν (1) τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα φησὶ (λέγει γάρ· *Ἵνα γινώσκωσί σε, τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν*) (2), ἵνα μὴ δόξῃ τῆς ἀληθινῆς θεότητος ἑαυτὸν ἀφορίζειν, αὐτὸς ὁ ταῦτα γράψας Ἰωάννης ἐν τῇ Ἐπιστολῇ περὶ τοῦ Υἱοῦ φησιν· *Οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος* (3). Πάλιν ἐπειδὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς λέγεται κατὰ τὴν φυσικὴν οἰκείωσιν καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς δωρεὰν (λέγει γάρ· *Οὐκ ἐστὲ ὑμεῖς οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν*) (4), ἵνα μὴ δόξῃ τοῦ Υἱοῦ ἀλλότριον εἶναι, καὶ μὴ ὁμοίως καὶ παρ' αὐτοῦ δίδοσθαι, Πνεῦμα καὶ τοῦ Υἱοῦ λέγεται· λέγει γὰρ ὁ Ἀπόστολος· *Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα* B *τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν* (5). Εἰ τοίνυν καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τοιοῦτον ἦν, ὡς συνεπινοεῖσθαι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, οὐκ ἂν παρέλειψεν ἐν ἑτέροις εἰπεῖν τοῦτο καὶ διορθῶσαι ὁ τῆς τῶν ἀνθρώπων κηδόμενος σωτηρίας, ἀλλ' ἢ δι' ἑαυτοῦ πάντως ἢ διὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἔμελλε τοῦτο σαφῶς ἐκκαλύψειν. Ἐπεὶ δὲ οὐκ εἴρηκε, δῆλον, ὡς τὸ μὴ ὂν οὐκ εἴρηκε. Διὰ τοῦτο ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησί· *Πνεῦμα Υἱοῦ λέγομεν, ἐκ τοῦ Υἱοῦ δὲ οὐ λέγομεν* (6). Ὁ δὲ θεῖός φησιν Ἀπόστολος· *Κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται ὑμᾶς παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω* (7).

SAPIENS NICÆNUS.

At enim vero et hic providit Spiritus sanctus et eos, qui non prorsus insipientes sunt, jam ante præmunivit, modo Spiritum Filii et imaginem Filii seipsum vocans, modo ex Filio mitti, ex Filio insufflari, ex Filio accipere et quæcunque his similia enuntians. Hæc enim omnia iis qui recta et sana mente audiunt per alia verba idem significant, ac si diceret ex Filio se procedere, quemadmodum alibi tum multi alii divinarum rerum gnari tum nos ipsi prolixius demonstravimus. Illa vero verba : *Qui vidit me, vidit et Patrem ;* et : *Omnia quæcunque habet Pater esse Filii*, et *gladius* ille in Apocalypsi *ab utraque parte acutus, qui procedit ex ore Christi* (nam ipse est *qui sedebat super equum*) ; atque pariter *fluvius vitæ* in eadem Apocalypsi commemoratus, *splendidus ad instar crystalli, procedens de Deo et Agno* (*a*). Hæc, o vir præstantissime, ad quid videntur tibi deducere, nisi ut te credere faciant, etiam ex Filio Spiritum sanctum procedere? An vero hæc non fuerint præsentis materiæ rectificatio et lenimentum æque idoneum, ut verba : *Ante omnes colles gignit me*, quoad errorem, qui a verbis: *Dominus creavit me*, ansam sumpturus erat et postea vere exortus est? Et maxime quidem. Hæc enim

ΤΟΥ ΣΟΦΟΥ ΝΙΚΑΙΑΣ.

Καὶ μὴν καὶ ἐνταῦθα προὐνοήσατο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τοὺς μὴ πάνυ τοι ἀγνώμονας προησφαλίσατο, τοῦτο μὲν Πνεῦμα Υἱοῦ καὶ εἰκόνα Υἱοῦ C ἑαυτὸ ὀνομάσαν, τοῦτο δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ πέμπεσθαι, ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐμφυσᾶσθαι, ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνειν, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Πάντα γὰρ ταῦτα τοῖς εὐγνωμόνως ἀκούουσι δι' ἄλλων ῥημάτων ταυτὸ σημαίνει, ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν ἐξ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, ὡς ἐν ἄλλοις πολλοῖς τε ἄλλοις τὰ θεῖα σοφοῖς καὶ δὴ καὶ ἡμῖν πλατύτερον δέδεικται. Τὸ δέ, *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα*, καὶ τὸ, *Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, καὶ τοῦ Υἱοῦ εἶναι*, ἡ δὲ παρὰ τῇ Ἀποκαλύψει *δίστομος ῥομφαία ἡ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ Χριστοῦ ἐκπορευομένη* (8) (ἐκεῖνος γὰρ ἐστιν *ὁ ἐπὶ τοῦ ἵππου καθήμενος*) (9), ὁ δ' ἐν τῇ αὐτῇ *λαμπρὸς ὡς κρύσταλλος τῆς ζωῆς ποταμὸς ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ ἀρνίου ἐκπορευόμενος* (10), εἰς τί σοι δοκοῦ- D σιν, ὦ βέλτιστε, φέρειν, ἢ ἵνα σε πιστεύειν ποιῶσι, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, Ἢ οὐκ ἂν εἶεν ταυτὶ οὕτως ἱκανὴ τοῦ προκειμένου παραμυθία, ὡς τὸ, *Πρὸ Πάντων τῶν βουνῶν γεννᾷ με*, τῆς ἀπὸ τοῦ, *Κύριος ἔκτισέ με*, πλάνης, τότε μὲν μελλούσης, μετέπειτα δὲ ἀναφυείσης ; Καὶ πάνυ γε. Καὶ γὰρ ταῦτα ἐκείνου τρανότερα καὶ σαφέ-

(1) Θεὸν. omitt. Mon. 27.
(2) Joan. XVII, 2.
(3) I Joan. V, 20.
(4) Matth. X, 20.
(5) Galat. IV, 6.
(6) De fide orth., I, 8, 13.
(7) Galat. I, 8.
(8) Apoc. XIX, 15.
(9) Ibid., 11.
(10) Apoc. XXII, 1.

(*a*) Ad hæc provocarat concilium Aquisgranense anni 809, cum Theodulpho Aurelianensi. Postea et alii Occidentales iis utuntur.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Tu autem ulterius progressus etiam oppositionem secundum relata ad aliquid in divinis repudias, et hoc duabus quibusdam rationibus, eisque valde infirmis et a proposita materia prorsus dissitis. Primo enim putas, etiam in divinis personis paternitatem et filiationem posterius quid esse personalitate Patris et Filii, quemadmodum et in nobis; quod omnem impietatem transcendit. Neque noscis, quod cum in aliis idem sint Pater et Filius, paternitate et filiatione solum differunt et quod istæ proprietates solum constituunt eorumdem personas, non secundum Latinos solum, sed etiam secundum ipsos nostros orientalesque doctores; et plura diceremus verba ad hæc, nisi cunctis nota ea forent. Deinde dicis oppositionem relatorum ad aliquid inducere se invicem et idcirco copulare potius, non autem distinguere. Quod quanta inscientia dicatur, vel ipsi tirones dixerint, qui primis fabiis logicam gustarunt. Cum enim relata ad aliquid secundum plures modos dicantur, quædam etiam ut causa et causatum vel efficiens et effectum ad invicem dicuntur, quæ etiam se invicem inducunt (nam causa ad causatum dicitur et efficiens ad effectum et pater ad filium, et vice versa), distinguuntur tamen ab invicem nihilominus his ipsis. Aliud enim est causa et aliud causatum, aliud pater quam filius, aliud efficiens quam effectum. Verum ista utpote neque philosophiæ neque theologiæ propria abjiciantur. Quam vero distinctionem tu in divinis idoneam esse contendis cæteras reprobans, diversam videlicet ex Patre Filii ac Spiritus sancti progressionem, hanc idcirco idoneam esse scito, quia in se ipsa continet Spiritus sancti ex Filio vel per Filium processionem (*b*). Hoc enim est illud, quod dicitur, Filium per generationem, Spiritum per processionem ex Patre prodire, illum immediate ex Patre, hunc vero ex Patre per Filium procedere secundum Nyssenum Gregorium, qui illum contigue ex primo, hunc vero per id quod contigue ex primo esse deprædicat. Quod et aliis multis tum orientalium tum occidentalium doctorum visum sæpenumero dictum in præsentia præterimus, ne eadem sæpius dicere cogamur.

Σὺ δὲ προϊὼν καὶ τὴν κατὰ τὰ πρός τι ἀντίθεσιν ἐπὶ τῶν θείων ἀποδοκιμάζεις, καὶ τοῦτο δυσί τισι λόγοις, καὶ μάλ' ἀσθενέσι καὶ πάντη τοῦ προκειμένου ἀπεοικόσι. Πρῶτον μὲν γάρ οἴει κἀπὶ τῶν θείων προσώπων τὴν πατρότητα καὶ υἱότητα ὑστερογενέστερόν τι εἶναι τοῦ προσώπου τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, B ὃν τρόπον καὶ ἐφ' ἡμῶν· ὃ πᾶσαν ἀσέβειαν ὑπερελαύνει. Οὐδ' οἶδας, ὡς τἄλλα ταυτὸ ὄντες ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς, τῇ πατρότητι καὶ υἱότητι διαφέρουσι μόνον, καὶ ὡς αὗται αἱ ἰδιότητες μόνον συνιστῶσι τὰ αὐτῶν πρόσωπα, οὐ κατὰ Λατίνους μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἡμετέρους τε καὶ ἀνατολικοὺς διδασκάλους· καὶ πολλοὺς ἂν εἰρήκαμεν λόγους πρὸς τοῦτο, εἰ μὴ πᾶσι γνώριμοι ἦσαν. Μετέπειτα φῂς τὴν τῶν πρός τι ἀντίθεσιν συνεισάγειν ἄλληλα, καὶ διὰ τοῦτο συνάπτειν μᾶλλον, οὐ διακρίνειν· ὃ πόση; ἀμαθίας ἔχεται, κἂν καὶ οἱ ἄρτι λογικῆς ἡμμένοι φαῖεν. Τῶν γὰρ πρός τι κατὰ πλείους τρόπους λεγομένων, καί τινα ὡς αἴτιον καὶ αἰτιατὸν ἢ ποιοῦν τε καὶ ποιούμενον πρὸς ἄλληλα λέγονται, ἃ καὶ συνεισάγει μὲν C ἄλληλα (τό τε γὰρ αἴτιον πρὸς τὸ αἰτιατὸν λέγεται, καὶ τὸ ποιοῦν πρὸς τὸ ποιούμενον, καὶ πατὴρ πρὸς υἱὸν, καὶ τὸ ἀνάπαλιν), διακρίνονται μέντοι ἀλλήλων τοῖς αὐτοῖς τούτοις οὐδὲν ἧττον. Ἄλλο γὰρ τὸ αἴτιον, καὶ ἄλλο τὸ αἰτιατὸν, καὶ ἄλλο πατὴρ υἱοῦ, καὶ ποιοῦν ποιουμένου. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς μήτε φιλοσοφίᾳ μήτε θεολογίᾳ οἰκεῖα ἀπερρίφθω· ἣν δ' αὐτὸς ἱκανὴν εἶναι διάκρισιν φῂς ἐπὶ τῶν θείων, τὰς ἄλλας ἀποδοκιμάζων, τὴν ἐκ Πατρὸς δηλονότι Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος διάφορον πρόοδον, ἴσθι διὰ τοῦτο ἱκανὴν εἶναι, διότι ἐν ἑαυτῇ τὴν ἐξ Υἱοῦ ἢ δι' Υἱοῦ τοῦ Πνεύματος πρόοδον περιέχει. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ τὸν μὲν γεννητῶς, τὸ δ' ἐκπορευτῶς ἐκ Πατρὸς προΐέναι, τὸ τὸν μὲν ἀμέσως ἐκ τοῦ Πατρὸς, τὸ δ' ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ D ἐκπορεύεσθαι, κατὰ τὸν Νύσσης Γρηγόριον τὸν μὲν προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου εἶναι θεολογοῦντα. Ὅ καὶ ἄλλοις τε πολλοῖς τῶν τε ἀνατολικῶν τῶν τε δυτικῶν διδασκάλων δοκοῦν, καὶ μὴν ἄλλοις τε πρὸ ἡμῶν δεδειγμένον καὶ ἡμῖν πολλάκις εἰρημένον ἐν τῷ παρόντι παρίεμεν τοῦ μὴ ταυτὰ λέγειν πολλάκις εἵνεκα.

EPHES. CAP. VIII (XXV).

Quemadmodum nihil conferunt Patri personæ ex ipso prodeuntes ad suam ipsorum exsistentiam (nam totum et perfectum ab illo habent esse),

ΕΦΕΣΟΥ ΚΕΦ. Η' (ΚΕ') (1).

Ὥσπερ οὐδὲν συντελεῖ τῷ Πατρὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ προϊόντα πρόσωπα θεῖα πρὸς τὴν ἑαυτῶν ὕπαρξιν (ὅλον γὰρ ἀπ' ἐκείνου καὶ ἐντελὲς ἔχει τὸ εἶναι), κατὰ τὸν

(1) In Mon. 256 f. 300 b, est cap. 26.

(*a*) Ibid., lib. IV, c. 10, § 1, p. 522.

(*b*) Paschasius, De Spiritu sancto, I, 12, sine hæsitatione ait: *Si requiras quid inter nascentem et procedentem distet, evidenter hoc interest, quia iste ex uno nascitur, ille ex utroque progreditur.*

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

αὐτὸν τρόπον οὐδὲ πρὸς τὴν ἀλλήλων ὕπαρξιν οὐδὲν αὐτῷ συντελέσει. Οὔτ' ἄρα τῷ Πατρὶ συναίτιον εἰς τὴν τοῦ Υἱοῦ γέννησιν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὔθ' ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ πρὸς τὴν τοῦ Πνεύματος προβολήν· πλήρης γὰρ ἡ γεννητικὴ καὶ προβλητικὴ ἐνέργεια καὶ μία παρ' ἑνὸς ἑκατέρα πρὸς τὴν ἑνὸς ὕπαρξιν.

secundum eumdem modum neque ad suam ipsorum exsistentiam vicissim aliquid ipsi conferent, ita ut altera alteram producat. Neque igitur Patri ad Filii generationem concausa est Spiritus sanctus, neque Filius Patri ad Spiritus sancti productionem. Plena enim est generativa et productiva operatio et una ab uno utraque ad unius exsistentiam.

ΤΟΥ ΣΟΦΟΥ ΝΙΚΑΙΑΣ.

Διὰ τί δὲ, εἰ μὴ πρὸς τὴν ἑαυτῶν ὕπαρξιν συντελεῖ τι τῷ Πατρὶ (1) τὰ θεῖα πρόσωπα, οὐδὲ πρὸς τὴν θατέρου θάτερον αὐτῶν συντελέσει; Πόθεν ἡ τοῦ λόγου αὕτη ἀνάγκη ἕπεται; Καινὴ τις αὕτη καὶ θεολογία καὶ φιλοσοφία ἐστὶν, ὡς εἴ τι ἑαυτοῦ μὴ εἴη αἴτιον, οὐδ' ἄλλου αἴτιον ἔσται. Ἀλλ', ὦ τάν, ἑαυτοῦ μὲν εἶναί τι αἴτιον καὶ ταυτὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν εἶναι πρὸς τὸ αὐτὸ πάντη ἀδύνατον, ἄλλων δέ τινων αἴτιον εἶναι, καὶ μάλα συμβαῖνον (2), ἄν τε τῶν συνωνύμως, ἄν τε τῶν ὁμωνύμως προαγόντων ᾖ τὸ παράγον. Πόθεν οὖν ἐκ τοῦ πάντη ἀδυνάτου τὸ μάλιστα δυνατὸν ἀναιρεῖς, κἀκ τοῦ μηδαμῶς ὄντος τὸ ὂν τε καὶ γινόμενον ὁσημέραι; Ἀλλὰ μὴ πάντη τὴν τῶν ὄντων φύσιν ἀγνοούντων ᾖ ταῦτα. Ὁ γὰρ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ τῷ μὲν ἑαυτοῦ εἶναι οὐδὲν συμβαλεῖται· οὐ δύναται γὰρ ἑαυτοῦ αἴτιος εἶναι· τῷ δὲ τοῦ Πνεύματος καὶ μάλα· οὐχ ὅτι ἀτελὴς; ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς προβολὴ τοῦ Πνεύματος, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἐξ Υἱοῦ δεομένη (ἄπαγε τῶν σωματικῶν τούτων καὶ παχέων ἐννοιῶν), ἀλλ' ὅτι ἐν τῷ ἐκ Πατρὸς ὁ Υἱὸς γεννᾶσθαι πάντα τὰ φυσικὰ τοῦ Πατρὸς λαβὼν ἀγαθὰ καὶ τοῦτο μετὰ πάντων ἔσχε τῶν ἄλλων, τὸ καὶ ἐξ αὐτοῦ ἢ δι' αὐτοῦ ἐκ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὅπερ ἔσχεν ἂν καὶ τὸ Πνεῦμα, εἰ μὴ τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ ἀντικείμενον ἦν. Προβάλλει δὲ οὐ πρότερον ὁ Πατὴρ, εἶτα ὁ Υἱὸς, οὐδ' ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ προβολῇ, οὐδ' ἄλλο (3) καὶ ἄλλο, οὐδ' ἄλλως (4) καὶ ἄλλως, ἀλλ' ἅμα καὶ τῇ αὐτῇ καὶ τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως· διὸ καὶ μία καὶ ἡ αὐτὴ καὶ πλήρης ἡ παρ' ἑκατέρου προβλητικὴ ἐνέργεια οὐδὲν ἧττον ἢ ἡ παρὰ Πατρὸς μόνου.

SAPIENTIS NICÆNI.

Cur autem, si nihil ad suam exsistentiam conferunt Patri divinæ personæ, neque altera earum ad alterius exsistentiam aliquid conferat? Unde ista consequitur rationis necessitas? Nova hæc theologia et philosophia est, quod si quid non sit sui ipsius causa, neque alterius causa esse possit. Sed heus tu, sui ipsius quidem aliquid esse causam atque idem ad idem causam et causatum esse prorsus est impossibile, aliorum vero quorumdam esse causam possibile et revera contingens est, sive eorum quæ univoce sive eorum quæ æquivoce producunt sit producens. Unde igitur ex omnino impossibili id quod quam maxime possibile est, e medio tollis, atque ex eo quod nusquam est id quod est et fere quotidie evenit? Sed hæc omnino naturam rerum ignorantium esse videntur. Nam Filius et Verbum Dei ad sui ipsius exsistentiam nihil conferet, quia sui ipsius esse causa nequit, ad exsistentiam autem Spiritus sancti vel maxime; non quia imperfecta Spiritus sancti ex Patre emissio atque propterea etiam emissione ex Filio indiga (apage cum corporalibus et crassioribus hisce cogitationibus), sed quia Filius dum ex Patre generatur, omnia naturalia Patris bona nactus, etiam hoc cum cæteris omnibus habuit, quod etiam ex ipso vel per ipsum ex Patre procedit Spiritus sanctus; quod habuisset etiam Spiritus, nisi rationi ipsius esset oppositum. Emittit vero non prius Pater, deinde Filius, neque alia et alia emissione, neque aliud et aliud, neque alio et alio modo, sed simul et eadem emissione et idem et eodem modo. Idcirco et una eademque atque completa est productiva operatio ab utroque nihil minus, quam ea, quæ foret a Patre solo.

ΕΦΕΣΟΥ ΚΕΦ. Θ' (ΚϚ') (5).

Ὥσπερ τὸ ἐνεργοῦν ὡρισμένως ὡρισμένην εἰσάγει καὶ τὴν ἐνέργειαν, οὕτω καὶ ἡ ὡρισμένη ἐνέργεια πρὸς ὡρισμένον (6) τὸ ἐνεργοῦν ἀναφέρεται. Εἰ τοίνυν τὸ γεννᾷν ὁμοῦ καὶ προβάλλειν ἑνός ἐστι τοῦ Πατρὸς ὡρισμένη ἐνέργεια, τὸ δὲ προβάλλειν μόνον, οὐ μὴν καὶ γεννᾷν, ἑνός ἐστι προβολέως ὡρισμένη ἐνέργεια τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ κατὰ τοὺς Λατίνους, τὸ δὲ γεννᾶσθαι τοῦ Υἱοῦ αὖθις ὡρισμένη ἐνέργεια, καὶ τὸ ἐκπορεύεσθαι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τέσσαρα ἔσται τὰ ὡρισμένως ἐνεργοῦντα ἐν τοῖς θείοις προσώποις·

EPHES. CAP. IX (XXVI).

Sicut id quod operatur definito modo definitam etiam inducit operationem, ita quoque definita operatio ad definitum aliquod operans refertur. Si igitur generare simul et producere unius Patris est definita operatio, producere vero solum, non etiam generare, unius productoris est definita operatio Patris et Filii secundum Latinos, generatio autem Filii (passiva) rursus definita operatio, item Spiritus sancti processio: quatuor erunt definite operantia in divinis personis: unus Pater,

(1) Τῷ Πατρὶ omitt. Mon. 27 f. 244 a et Marc. f. 80, b; in posteriori tamen alia manus adjecit, et cum Marci verba hic repetantur, ponendum sane est.

(2) Marc. συμβαίνει.

(3) Mon. 27, f. 244 a, ἄλλῃ.

(4) Mon. idem, ἄλλος.

(5) In Monac. 256, f. 301 a, est cap. 27.

(6) Mon. 27, f. 244 b, ὡρισμένην.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

unus productor, qui diversi ab invicem sunt numero, unus Filius et unus Spiritus sanctus. Quatuor autem definite separateque atque diverso modo operantia quid aliud nisi quaternitatem personarum loco Trinitatis inducunt? Frustra ergo Latini jactant fidem in sanctam Trinitatem, cum ita eam propriis placitis injuria afficiant.

A εἷς Πατήρ, εἷς προβολεύς, ἕτεροι ἀλλήλων τῷ ἀριθμῷ ὄντες, εἷς Υἱὸς καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον· τέτταρα δὲ ὡρισμένως καὶ διαφόρως ἐνεργοῦντα τί ἄλλο ἢ τετράδα προσώπων ἀντὶ Τριάδος εἰσάγει; Μάτην ἄρα Λατῖνοι τὴν εἰς Τριάδα πίστιν αὐχοῦσιν, οὕτως αὐτὴν τοῖς οἰκείοις δόγμασι καθυβρίζοντες.

SAPIENTIS NICÆNI.

Quantum temet, o homo, fallaciis fallis! Primo quidem bis Filium accipiens, tum productorem tum Filium eum appellans, bis vero etiam producere, atque separatum a Patre Filium existimans, exindeque concludens quaternitatem loco Trinitatis in deitate, cum secundum tuam sapientiam quinarium inducere oporteat. Deinde et generari et produci operationem nominans, quamvis grammatica disciplina, in qua frustra, ut video, ipse versatus es, sanciat, eorum quæ passiva forma efferuntur plura passionem significare, qualia quoque esse generari et produci nemo negabit. Verum scito et tu et qui hisce tuis rationibus animum intendunt, quod Pater cum sit ingenitus et a nullo habeat esse, persona divina in Trinitate et exsistens et subsistens generandi operatione definita et separata subsistentiam dat Filio, cum ipso vero vel per ipsum producit Spiritum spirandi operatione definita, atque una eademque. Atque sic nobis Trinitas servatur adorata et prout dignum est a nobis honorata, a te autem ob ignorantiam, non enim dixerim malitiam, vel maxime injuriis affecta.

ΤΟΥ ΣΟΦΟΥ ΝΙΚΑΙΑΣ.

Οἷα σαυτόν, ἄνθρωπε, κατασοφίζῃ! Πρῶτα μὲν δὶς τὸν Υἱὸν λαμβάνων, προβολέα τε αὐτὸν καὶ Υἱὸν ὀνομάζων, δὶς δὲ καὶ τὸ προβάλλειν καὶ ἀπεσχοινισμένον τοῦ Πατρὸς οἰόμενος τὸν Υἱόν, κἀντεῦθεν συμπεραίνων τετράδα ἀντὶ Τριάδος ἐν τῇ θεότητι, δέον πεντάδα κατὰ τὴν σὴν σοφίαν εἰσάγειν. Ἔπειτα B τὸ γεννᾶσθαι καὶ προβάλλεσθαι ἐνέργειαν ὀνομάζων, καίτοι τῆς ἐν ᾗ σαυτὸν (μάτην, ὡς ὁρῶ) κατατέτριφας γραμματικῆς τῶν παθητικῶς ἐκφερομένων τὰ πλείω πάθος σημαίνειν κανονιζούσης, οἷα εἶναι καὶ τὸ γεννᾶσθαι καὶ τὸ ἐκπορεύεσθαι οὐδεὶς ἀντερεῖ. Ἀλλ' ἴσθι σύ τε καὶ οἱ τοῖς σοῖς τούτοις δὴ προσέχοντες λόγοις, ὡς ὁ Πατὴρ ἀγέννητος ὢν καὶ παρ' οὐδενὸς ἔχων τὸ εἶναι, πρόσωπόν τε θεῖον ἐν τῇ Τριάδι καὶ ὢν καὶ ὑφεστὼς, τῇ μὲν τοῦ γεννᾶν ὡρισμένῃ ἐνεργείᾳ ὑφίστησι τὸν Υἱόν, σὺν αὐτῷ δὲ ἢ δι' αὐτοῦ προάγει τὸ Πνεῦμα ὡρισμένῃ μιᾷ τε καὶ τῇ αὐτῇ τοῦ προβάλλειν ἐνεργείᾳ. Καὶ οὕτως ἡμῖν ἡ Τριὰς περισώζεται προσκυνουμένη τε καὶ ἀξίως ὑφ' ἡμῶν τιμωμένη, ὑπὸ σοῦ δὲ δι' ἄγνοιαν, οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι μοχθηρίαν, καὶ μάλα ὑβριζομένη. C

EPHES. CAP. X (XXVII).

Deitatis principium vel hypostaseon est proprium Patris et Filii secundum Latinos vel eorum naturæ vel operationis. Si igitur hypostaseon est proprium, quomodo non duo erunt principia, cum duæ quoque sint hypostases, quemadmodum et principiatum, quod duabus hypostasibus convenit duo etiam principiata omnino inducit? Si vero proprium est naturæ eorum, æquale prorsus cum ea erit et non ultra extendentur, Spiritus enim non est principium. Si quid ergo Patris et Filii natura, hoc erit deitatis principium; et si quid deitatis principium, hoc Patris et Filii natura D erit. Alienus ergo est Spiritus sanctus a natura Patris et Filii, quemadmodum et a principii ratione alienus est; et adhuc Latini Macedonium vituperant? Si vero operationis cujusdam est proprium, inquirendum, utrum una ea numero sit, an duæ. Ac si quidem duæ sunt, duo rursum necessario erunt principia; si vero una, quærendum est rursus, utrum personalis ea sit an naturalis. Si naturalis, tunc Spiritus a naturali aliqua operatione alienus erit, atque exinde etiam a natura; si autem personalis, ad unam personam definite

(1) Mon. 256, f. 301 a, est cap. 28.
(2) Τὸ ἅγιον omitt. M. 256.
(3) M. 256. Μακεδονίῳ.

ΕΦΕΣΟΥ ΚΕΦ. Ι' (ΚΖ') (1).

Τὸ τῆς θεότητος αἴτιον ἢ τῶν ὑποστάσεών ἐστιν ἴδιον τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ κατὰ τοὺς Λατίνους, ἢ τῆς αὐτῶν φύσεως ἢ ἐνεργείας. Εἰ μὲν οὖν τῶν ὑποστάσεών ἐστιν ἴδιον, πῶς οὐ δύο τὰ αἴτια (δύο γὰρ καὶ αἱ ὑποστάσεις)· καθάπερ καὶ τὸ αἰτιατὸν δυσὶ προσὸν ὑποστάσεσι δύο καὶ τὰ αἰτιατὰ πάντως εἰσάγει; Εἰ δὲ τῆς αὐτῶν φύσεως, ἐξισάσει πάντως αὐτῇ καὶ οὐκ ἐπὶ πλέον ἔσται· τὸ γὰρ Πνεῦμα οὐκ ἔστιν αἴτιον. Εἴ τι ἄρα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ φύσις, τοῦτο θεότητος αἴτιον· καὶ εἴ τι θεότητος αἴτιον, τοῦτο Πατρὸς καὶ Υἱοῦ φύσις· ἀλλότριον ἄρα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον (2) τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ φύσεως, ὥσπερ καὶ τοῦ αἰτίου ἀλλότριον· καὶ ἔτι Μακεδόνιον (3) οἱ Λατῖνοι μέμφονται; Εἰ δὲ ἐνεργείας τινὸς, ζητητέον, εἰ μία τῷ ἀριθμῷ ἐστιν αὕτη, ἢ δύο. Καὶ εἰ μὲν δύο, δύο πάλιν ἐξ ἀνάγκης ἔσται τὰ αἴτια· εἰ δὲ μία, ζητητέον (4) αὖθις, εἰ προσωπικὴ ἐστιν αὕτη ἢ φυσική. Καὶ εἰ μὲν φυσική, φυσικῆς τινος ἐνεργείας ἔσται τὸ Πνεῦμα ἀλλότριον, κἀντεῦθεν δὴ καὶ τῆς φύσεως. Εἰ δὲ προσωπική, πρὸς ἓν πρόσωπον ὡρισμένως; ὀνενεχθήσεται· μία γὰρ τῷ ἀριθμῷ προσωπικὴ ἐνέργεια πάσαις ἀνάγκαις ἑνὸς ἔσται προσώπου πρὸς ἓν ἐνέργημα τείνουσα. Μάτην ἄρα Λατῖνοι

(4) M. 27 f. 245 a omitt. verba εἰ μία τῷ — ζητητέον; homœoteleuton exemplaris in voce ζητητέον in causa esse videtur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὴν μίαν τῷ ἀριθμῷ προβλητικὴν ἐνέργειάν τε καὶ ἰδιότητα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ διδόασιν (1).

A referetur. Una enim numero personalis operatio omni necessitate unius erit personæ ad unum effectum tendens. Frustra ergo Latini unam numero producendi operationem ac proprietatem Patri Filioque tribuunt (a).

ΤΟΥ ΝΙΚΑΙΑΣ.

Οὗτος ἀνὴρ ὑπὸ τοῦ μὴ ἔχειν μὲν ὅ τι εἴποι, βούλεσθαι δὲ πολλὰ λέγειν καὶ τούτῳ τοὺς ἀμαθεῖς καταπλήττειν, οἳ ἐν τῷ πολλὰ συνείρειν ἀκαίρως τὴν σοφίαν ὁρίζονται, τὰ αὐτὰ λέγει πολλάκις ἢ ῥήμασιν ἄλλοις ἢ καί τινα μικρὰ μεταλλάττων, ὡς δοκεῖν τοῖς ἀκούουσιν ἄλλα τινὰ νεώτερα λέγειν, καίτοι ταυτὰ λέγων καὶ τῷ ὄντι ἀδολεσχῶν· ἴσως δὲ καὶ αὐτὸς οὕτως ὑπ' ἀμαθίας οἴεται. Ἀλλ' ἡμεῖς κατὰ τοῦ πρώτου τῶν αὐτοῦ ἐπιχειρημάτων ἐνιστάμενοι, ὅπου ταυτὰ πλατύτερον λέγει, ἱκανῶς ταῦτά τε κἀκεῖνα διελυσάμεθα, κἀκεῖ τὸν ἀκροατὴν παραπέμπομεν. Οὐ γὰρ ἐπαινετὸν πρὸς ἄκαιρον ἐσμὸν λόγων καὶ αὐτοὺς μῆκος ἀντιπαρατείνειν μάταιον λόγων. Τοῦτο δὲ ὑπομνήσομεν τοὺς φιλομαθεῖς μόνον, ὡς πᾶν ποιοῦν ποιεῖ μὲν ᾗ τόδε τι καὶ ἄτομον, ποιεῖ δ' ὅμως κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἢ τέχνην· διὸ καὶ τὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν προάγειν μὲν ᾗ ὑποστάσεις τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, προάγειν δὲ κατὰ τὴν θείαν αὐτῶν φύσιν, κοινήν τε καὶ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τἀριθμῷ οὖσαν ἀμφοῖν καὶ ὑφεστηκυῖαν ἐν αὐτοῖς· οὔτε δὲ τὴν φύσιν μόνον οὔτε τὰ πρόσωπα μόνον αἴτια τῆς τοῦ Πνεύματος εἶναι προόδου. Καὶ ἐπειδὴ ἐν αὐτοῖς ἡ φύσις οὐχ ὡς ἐν ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις ἄλλη καὶ ἄλλη ἐστὶ τἀριθμῷ, οὐδὲ μὴ ὑφεστηκυῖα ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ μία καὶ ἡ αὐτὴ καὶ τἀριθμῷ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ὑφεστηκυῖα, ὡς εἴρηται, διὰ τοῦτο καὶ μία ἄμφω εἰσὶν ἀρχὴ ἐνέργειαι μία δυοῖν, ᾗ εἰσὶν ἕν. Οὕτως αὐτῷ τό τε ἑνὸς εἶναι προσώπου ἐνέργειαν τὴν προβλητικὴν δύναμιν, Εἴ γε αὐτὴν προσωπικὴν θείημεν, ἥ τε δυαρχία εἰς τὸ μηδὲν ἀποῦσα γέγονεν ἅπαντος· καὶ τὸ ἀντιστρέφειν τε καὶ ἐξισάζειν τὴν φύσιν τε καὶ τὸ αἴτιον ποιεῖ οὐδὲν πρὸς ὃ βούλεται, τοῦ Πνεύματος μὴ δυναμένου καὶ ἑαυτὸ προάγειν, κἂν καὶ φυσικὴ ἐνέργεια ᾖ τὸ προβάλλειν, καὶ τῆς αὐτῆς ᾖ καὶ αὐτὸ φύσεως ὥσπερ οὖν καὶ ἔστι.

NICÆNI.

Iste vir eo quod non habet quod dicat, vult vero multa dicere atque eo stupore percellere imperitos, qui dum multa intempestive congesta coacervataque vident in eo sapientiam statuunt, eadem sæpius dicit vel aliis verbis vel etiam parva aliqua commutans, ut audientibus alia quædam ac magis nova dicere videatur, licet eadem dicens et revera nugaciter garriens; fortasse vero et ipse id ex inscitia credit. Verum nos contra primum argumentorum ab ipso prolatorum insistentes, ubi eadem diffusius exponit, sufficienter tum hæc tum illa dissolvimus, atque illic auditorem remittimus. Neque enim laudabile foret contra intempestivum rationum agmen et ipsos nos inane pondus longamque seriem rationum opponere. Id vero in memoriam duntaxat dicendi cupidis revocamus, quod omne agens agit in quantum est hoc aliquid et individuum, agit tamen secundum sui ipsius naturam vel artem, idcirco etiam Patrem et Filium producere quidem quatenus hypostases Spiritum sanctum, producere vero secundum divinam ipsorum naturam, communem et unam eamdemque numero amborum atque in ipsis subsistentem; neque naturam solum neque solum personas principia esse progressionis Spiritus sancti. Et quoniam in ipsis natura non ut in nobis hominibus alia atque alia numero est, neque ita in ipsis subsistens, verum et una eademque numero in Patre ac Filio est et subsistit, sicuti dictum est, propterea etiam ambo unum principium sunt et una duorum operatio quatenus sunt unum. Tali pacto ipsi tum id quod unius personæ operatio debeat esse productiva virtus, siquidem personalem eum ponere velimus, tum et principiorum dualitas in nihilum abibunt et prorsus evanescent; atque etiam, quod asserit, converti et exæquarl tum naturam tum principium nihil facit ad ipsius intentum, cum Spiritus seipsum nequeat producere, quamvis et producere naturalis foret operatio et ejusdem esset et ipsum naturæ, sicuti quoque revera est.

ΕΦΕΣΟΥ ΚΕΦ. ΙΑ' (ΚΗ') (2).

Ἡ μία τῷ ἀριθμῷ καὶ ἁπλῆ ἐνέργεια καὶ πρὸς ἓν ἐνέργημα τείνουσα καὶ πρὸς ἓν ἀριθμῷ τὸ ἐνεργοῦν ἀναφέρεται. Ἔστω τὸ ἐνεργοῦν ἐφ' οὗ Α, τὸ

EPHES. CAP. XI (XXVIII).

Una numero et simplex operatio atque ad unum tendens effectum etiam ad unum numero operans seu agens refertur. Sit agens ubi A, id ad quod

(1) M. 256, 301 hanc in margine ponit notam : Τοῦτο καὶ ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως ῥητῶς ἀποφαίνεται· λέγει γάρ· *Μία ἀριθμῷ ἐνέργεια ἑνὸς ἀριθμῷ*. Καὶ ἔτι ἐν τῷ ἐννάτῳ τοῦ αὐτοῦ βιβλίου· *Μία κίνησις ἡ ὑφ' ἑνός τε τοῦ κινοῦντος καὶ ἑνὸς τοῦ κινουμένου· εἰ γάρ τι ἄλλο καὶ ἄλλο καὶ ἄλλο κινήσει, οὐ συνεχὴς ἡ ὅλη κίνησις.*

(2) In Mon. 256, f. 301 a est cap. 29.

(a) Nota marginalis : Hoc etiam Aristoteles libro quinto Naturalis auscultationis enuntiat. Ait enim (Natur. auscult. l. v, cap. 4, § 8, p. 313) : *Unus numero, actus est* (habitus) *unius numero*. Et in nono ejusdem operis (ibid. l. vii, c. 6, § 5, p. 354) : *Unus motus est qui est* (vel si est, cum pro ἡ edita habeant εἰ) *ab uno movente et unius quod moveatur; si quam enim rem aliud atqui aliud moveat, totus motus non est continuus*. Videtur hæc adnotatio ad sequens Marci caput potius referenda, ad quod revera legitur in cod. Monac. 27, f. 246 a, in fine paginæ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

operatio ubi G, intermedia vero inter hæc operatio una numero, videlicet AG; ac etiam agens A unum esse numero. Sed sint duo AB; B autem vel pars est ipsius A, vel extra ipsum positum. Si igitur ipsius pars, non aliud præter ipsum est, sed unum cum ipso, et sic rursum totum erit unum numero. Si vero seorsim et extra illud situm est, primo sit positum ab infra, operatio vero ipsius A ad G vel æquabilis et continua est, vel inæquabilis (*a*). Si æquabilis et continua, cum una numero sit, manifestum est, nihil ei collaturum esse B, quod intermedium positum est, sed B aut nihil acturum aut non acturum ad G, sicut agit A. Si vero inæquabilis est, liquet, quod moram quamdam suscipiet secundum B et seipsa fortior erit, sicut fluvius aliquis, qui aliud flumen in se recipit. Hoc vero non est unius operationis ac continuæ proprium. Nam irruptio quædam et incursus quidam intermedius fiet operationis, quæ est a B, et sic duplex operatio erit, et non simplex. Eadem vero evenient, si supra A positum est B, sed ponatur ex obliquo τοῦ A; manifestum hic multo magis est; duas esse operationes, alteram quidem eam, quæ est ab A ad G, alteram vero eam, quæ est a B ad idem G. Impossibile est ergo, unam numero operationem ad duo agentia relationem habere, quemadmodum impossibile unius lineæ ex alterutra parte duos esse terminos. Igitur uno numero operatio ad unum numero agens refertur. Esto agens A, Pater et productor; id ad quod operatio G, Spiritus sancti subsistentia, intermedia vero inter hæc productiva una et simplex atque sempiterna operatio, B vero sit Filius. Ad unum ergo Patrem, et non ad Filium refertur productiva sancti Spiritus operatio, quæ una ac personalis est.

πρὸς ὃ ἡ ἐνέργεια ἐφ' οὗ Γ, μεταξὺ δὲ αὐτῶν ἐνέργεια μία τῷ ἀριθμῷ ἡ ΑΓ· λέγω ὅτι καὶ τὸ ἐνεργοῦν Α ἓν ἐστιν ἀριθμῷ. Μὴ γὰρ ἀλλ' ἔστω δύο τὰ ΑΒ, τὸ δὲ Β ἤτοι μέρος ἐστὶν αὐτοῦ τοῦ Α ἢ χωρὶς αὐτοῦ κείμενον. Εἰ μὲν οὖν μέρος ἐστὶν αὐτοῦ, οὐκ ἄλλο παρ' αὐτό ἐστιν, ἀλλ' ἓν μετ' αὐτοῦ, καὶ οὕτω πάλιν ἔσται τὸ ὅλον ἓν ἀριθμῷ. Εἰ δὲ χωρὶς αὐτοῦ κεῖται, κείσθω κάτωθεν πρῶτον· ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ Α πρὸς τὸ Γ ἐνέργεια ἤτοι ὁμαλὴ καὶ συνεχής ἐστιν ἢ ἀνώμαλος. Εἰ μὲν οὖν ὁμαλὴ καὶ συνεχής ἐστι μία τῷ ἀριθμῷ οὖσα, δῆλον ὅτι οὐδὲν αὐτῇ συμβαλεῖται τὸ Β μεταξὺ κείμενον, ἀλλ' ἤτοι οὐκ ἐνεργήσει ἢ οὐ πρὸς τὸ Γ, καθάπερ τὸ Α. Εἰ δ' ἀνώμαλός ἐστι, δῆλον, ὅτι ἐπίστασίν τινα δέξεται κατὰ τὸ Β, καὶ σφοδρωτέρα ἑαυτῆς ἔσται καθάπερ τις ποταμὸς προσλαμβάνων ἕτερον ῥεῦμα. Τοῦτο δ' οὐκ ἔστι μιᾶς ἐνεργείας καὶ συνεχοῦς ἴδιον· διακοπὴ γάρ τις μεταξὺ γενήσεται καὶ συμβολὴ τῆς ἀπὸ τοῦ Β ἐνεργείας, καὶ οὕτω διπλῆ ἡ ἐνέργεια ἔσται, καὶ οὐχ ἁπλῆ, οὐδὲ μία. Τὰ δ' αὐτὰ καὶ εἰ (1) ἄνω τοῦ Α τὸ Β κεῖται, συμβήσεται. Ἀλλὰ δὴ κείσθω ἐκ πλαγίου τοῦ Α δῆλον δὴ ἐνταῦθα πολλῷ μᾶλλον, ὅτι δύο εἰσὶν αἱ ἐνέργειαι, μία μὲν ἡ ἀπὸ τοῦ Α πρὸς τὸ Γ, ἑτέρα δὲ ἡ ἀπὸ τοῦ Β πρὸς τὸ αὐτὸ Γ. Ἀδύνατον ἄρα μίαν τῷ ἀριθμῷ ἐνέργειαν πρὸς δύο τὰ ἐνεργοῦντα τὴν ἀναφορὰν ἔχειν, καθάπερ ἀδύνατον μιᾶς γραμμῆς ἐκ θατέρου μέρους δύο τὰ πέρατα εἶναι. Μία ἄρα τῷ ἀριθμῷ ἐνέργεια πρὸς ἓν ἀριθμῷ τὸ ἐνεργοῦν ἀναφέρεται. Ἔστω τὸ ἐνεργοῦν Α, Πατήρ τε καὶ προβολεύς, τὸ πρὸς ὃ ἡ ἐνέργεια Γ, ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὕπαρξις· μεταξὺ δὲ αὐτῶν ἡ προβλητικὴ τοῦ Πνεύματος μία καὶ ἁπλῆς καὶ ἀΐδιος ἐνέργεια· τὸ Β δὲ ὁ Υἱός. Πρὸς μόνον ἄρα τὸν Πατέρα καὶ οὐ πρὸς τὸν Υἱὸν ἀναφέρεται ἡ προβλητικὴ τοῦ Πνεύματος μία προσωπικὴ ἐνέργεια (2).

NICÆNI.

Subit me risus, isque vehemens, quando te video demonstrationibus ex litteris et lineis petitis de iis quæ mentis aciem transcendunt quasi ratiocinantem et ea quæ sunt supra omnem rationem geometricis necessitatibus comprehendere conantem, et quando nulla tibi præsto est ratio, Ecclesiæ syllogismos, quasi eis uti sit nefas, clare procul relegantem, quando vero inveneris vel par-

ΤΟΥ ΝΙΚΑΙΑΣ.

Ἔπεισί μοι καὶ σφόδρα γελᾷν, ὅταν σὲ καὶ γραμμικαῖς ἀποδείξεσιν ὁρῶ περὶ τῶν ὑπὲρ νοῦν οἷονεὶ συλλογιζόμενον, καὶ τὰ ὑπὲρ πάντα λόγον γεωμετρικαῖς ἀνάγκαις περιλαμβάνειν πειρώμενον, καὶ ὅταν μὲν μηδενὸς εὐπορῇς λόγου, τῆς Ἐκκλησίας τοὺς συλλογισμοὺς ὡς δὴ οὐ θεμιτὸν ὂν αὐτοῖς χρῆσθαι λαμπρῶς ἐξορίζοντα· ὅταν δὲ μικρᾶς τινος ἐπιλαμβάνῃ ἀφορμῆς, μεγάλα φρονοῦντα ἐπὶ τῷ

(*a*) De his vide Aristot. Phys. auscult. l. v, c. 4, §§ 13 seq. p. 314.

(1) Mon. 27, f. 246 a : ἡ.

(2) In margine hæc reperitur figura :



Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

συλλογίζεσθαι. Ἵνα δὲ εἰδῇς, ὡς οὔτε ἡ ἐκ πλαγίου A vam quamdam occasionem, in ratiocinandi arte
σοι οὔτε ἡ ἄνω οὔτε ἡ κάτω τοῦ δευτέρου ποιοῦντος summopere gloriantem et superbientem. Ut autem
θέσις οὐδὲν πρὸς τὸν προκείμενον λόγον, ἀλλὰ πάντα scias, tuam secundi agentis vel ex obliquo vel in
μάταιά τε καὶ σωματικά ἐστι καὶ διανοίας μηδαμῆ summis vel in infimis positionem nihil omnino
τὴν αἴσθησιν ὑπερβαινούσης φαντάσματα, φαμέν, ad præsentem facere tractationem, sed cuncta va-
εἰ καὶ πολλάκις εἰρήκαμεν, ὡς μία καὶ ἡ αὐτὴ ἐν na esse et corporalia, et mentis nequaquam super
Πατρὶ καὶ Υἱῷ τοῦ προβάλλειν ἐστὶν ἐνέργεια, καὶ sensus semet elevantis phantasmata, dicimus, li-
εἷς εἰσι προβολεὺς ἅμφω καὶ ἐν ἀριθμῷ ἐνεργοῦν, cet jam sæpius dixerimus. unam eamdemque esse
εἴ τις δηλαδὴ τὴν φύσιν αὐτὴν ὁρᾷη, καθ' ἣν ἅμφω in Patre et Filio producendi operationem, et unum
ἐνεργοῦσι, τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ἀριθμῷ καὶ ὑφε- esse spirantem utrumque atque unum numero
στηκυῖαν ἐν ἀμφοῖν οὖσαν. Τὰ γὰρ καὶ δύο πρόσωπα agens, si quis nimirum naturam ipsam spectet;
εἶναι, καὶ δύο τοὺς προβάλλοντας ἢ ὑποστάσεις, οὐ- secundum quam ambo operantur, quæ una ea-
δὲν τῷ λόγῳ λυμαίνεται· οὔτε δυαρχία διὰ τοῦτο demque numero ac subsistens in ambobus est. Nam
εἰσάγεται, οὔτε ἐνέργειαι δύο, ἕως ἂν ἡ φύσις, καθ' quod duæ personæ sunt et duo spirantes quatenus
ἣν ἄμφω προβάλλουσι, μία καὶ ἡ αὐτὴ ἀριθμῷ καὶ B hypostases, id nihil officit rationi huic, neque id-
ὑφεστηκυῖα ᾖ ἐν ἀμφοῖν, ὡς εἴρηται. Οὐ μέντοι διὰ circo principiorum dualitas inducitur neque duæ
τοῦτο καὶ τὸ Πνεῦμα ἢ ἑαυτὸ προβάλλειν ἀνάγκη operationes, quandiu natura, secundum quam ambo
διὰ τὸ κατὰ τὴν κοινὴν προβάλλεσθαι φύσιν, ἢ ἄλ- producunt sive spirant, eadem numero ac sub-
λης φύσεως εἶναι μὴ ἑαυτὸ προβάλλον (1). τὸ μὲν sistens sit in ambobus uti dictum est. Non tamen
δὲ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι καὶ προβάλλειν καὶ προβάλλε- propterea et Spiritum vel se ipsum producere ne-
σθαι, τὸ δὲ ὅτι οὐδὲ τὸν Υἱὸν ἄλλης φύσεως εἶναι cesse est, quia secundum communem producitur
φήσεις εἶναι ἢ ὁ Πατήρ, καίτοι γε κατὰ τὴν κοινὴν naturam, vel alterius naturæ esse, si non seipsum
μὲν φύσιν γεννώμενον, οὐ μέντοι γε ἑαυτὸν γεν- producat; illud quidem, quia non potest simul et
νῶντα. Ἡ τε οὖν τοῦ προβάλλειν Πατρός τε καὶ producere et produci, hoc vero quia neque Filium
Υἱοῦ ἐνέργεια μία καὶ ἡ αὐτὴ τἀριθμῷ, καὶ οὐχ alterius naturæ esse affirmabis, quam est Pater,
ἧττων μὲν ἐκ Πατρὸς μόνου, μείζων δὲ ἡ ἐκ Πατρὸς quamvis secundum communem naturam sit geni-
καὶ Υἱοῦ, οὔτε μέρος ἡ ἐξ Υἱοῦ τῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς, tus, non tamen seipsum sit generans. Igitur spi-
ἢ τὸ ἀνάπαλιν, οὔτε ἀνώμαλος πρότερόν τε καὶ rativa Patris et Filii operatio una eademque nu-
ὕστερον, ἀλλ' ὁμαλὴ καὶ συνεχής, ἐπεὶ μηδὲ πρότε- mero; neque minor est ea quæ ex Patre solo, ma-
ρόν τι καὶ ὕστερόν ἐστιν ἐν αὐτῇ, οὐδ' ἐπίστασιν C jor vero quæ ex Patre et Filio est, neque pars est
καὶ ἄνεσιν ἐπιδεχομένη· ὃ τε σὸς τῶν λόγων ἐσμὸς ea quæ ex Filio, illius quæ est ex Patre, vel vice
οὐδὲν οὐδ' ἐνταῦθα περαίνει. versa, neque inæquabilis prius atque posterius,
sed æquabilis et continua; cum vero neque prius quidquam et posterius in ipsa sit, neque remissio-
nem et repressionem aliquam suscipit, atque tuum rationum examen neque hic aliquid prorsus con-
cludit.

ΕΦΕΣΟΥ ΚΕΦ. ΙΒ' (ΚΘ') (2).

Τὸ ἐκ Πατρὸς εἶναι κοινὸν Υἱῷ καὶ Πνεύματι Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἀπέδωκεν (3). Εἰ δὲ ὁ μὲν Υἱὸς ἀμέσως ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ μηδένα ἕτερον αἰτιον ἔχων, τὸ δὲ Πνεῦμα οὐκ ἀμέσως, ἀλλὰ συναίτιον ἑαυτοῦ τὸν Υἱὸν ἔχον, οὐκέτι κοινὸν αὐτοῖς ἔσται τὸ ἐκ Πατρὸς, οὗ μὴ ἐπίσης μετέχουσιν. Ἢ τοίνυν τὸν Θεολόγον ἀνάγκη ψεύδεσθαι, ἢ εἰ μὴ τοῦτο, πάντη τε καὶ πάντως Λατῖνοι ψεύδονται (4) D τῷ Υἱῷ τὴν αἰτίαν διδόντες τοῦ Πνεύματος.

ΤΟΥ ΣΟΦΟΥ ΝΙΚΑΙΑΣ.

Πρῶτα μὲν τὸ *ἀμέσως* καὶ *ἐμμέσως* ἐνταῦθα οὐ ποιεῖ διαφορὰν οὐδεμίαν, ἢ ὅτι ὁ μὲν γεννητῶς, ὁ δ' ἐκπορευτῶς ἐκ Πατρὸς πρόεισι· τοῦτο δὲ κατὰ σοῦ ἐστιν οὐδὲν ἧττον, εἴ γε καθ' ἡμῶν ἰσχύει. Ἄλλος γὰρ ὁ τῆς γεννήσεως καὶ κατὰ σὲ τρόπος τοῦ τρόπου τῆς ἐκπορεύσεως, καὶ οὕτως ἄλλος, ὡς καὶ ἱκανὸς εἶναι διακρίνειν ἀλλήλων Υἱόν τε καὶ Πνεῦμα, ὡς καὶ αὐτὸς οἶει καί τινες τῶν Λατίνων τίθενται. Εἰ οὖν διὰ τὸ *ἀμέσως* καὶ *ἐμμέσως* οὐκέτι αὐτοῖς

(1) Mon f. 246 b, προβάλλων.
(2) In Mon. 256. f. 302 a, est cap. 30.

EPHES. CAP. XII (XXIX).

Ex Patre esse commune Filio ac Spiritui Gregorius Theologus attribuit. Si autem Filius quidem immediate est ex Patre et nullam aliam agnoscens causam, Spiritus vero non immediate, sed concausam sui ipsius habens Filium, non amplius commune eis erit *ex Patre esse*, de quo non æqualiter participant. Aut itaque Theologus mentiatur necesse est, aut, si hoc non admittendum, omnino et omni modo mentiuntur Latini, dum Filio Spiritus sancti causam tribuunt.

SAPIENTIS NICÆNI.

In primis voces *immediate et mediate* hoc loco nullam aliam faciunt differentiam, quam quod ille per generationem, hic vero per processionem ex Patre prodit. Hoc autem nihilo minus contra te est, siquidem contra nos valet. Alius enim est generationis modus etiam secundum tuam sententiam a processionis modo, atque adeo diversus, ut et aptus ad distinguendos ab invicem Filium et Spiritum videatur, ut et tu putas et quidam

(3) Naz. orat. 25, col. 23, in Heronem philos.
(4) Mon. 27, Ψεύδεσθαι. Recte Mon. 256.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Latinorum statuunt. Quando igitur propter voces *immediate* et *mediate* non amplius ipsis commune erit *ex Patre esse* (neque enim, ais, æqualiter de eo participant), siquidem eadem hæc sunt cum vocibus *per generationem* et *per processionem*, tunc etiam tibi nobiscum nihilominus considerandum est, quomodo hanc tuam rationem dissolvas (contra temetipsum namque eam proferebas); si vero voces *per generationem* et *per processionem* majorem quamdam ad invicem differentiam important, quam *immediate et mediate*, adhuc magis tibi circumspiciendum est, quomodo labyrinthos harum rationum effugias. Deinde noli contra Latinos hoc absurdum inferre, sed contra sanctum Gregorium Nyssenum; vobis enim talia quoque contra Patres audere licet. Nam ille est, qui Filium *id quod proxime ex primo*, Spiritum vero *per id quod proxime ex primo* prædicavit. Præterea neque hoc te lateat, quod etsi sunt doctores, qui *mediate* Spiritum ex Patre procedere dicunt, non tamen isti negaverint, *etiam immediate* ex Patre eum esse; illud quidem, quando respiciunt ad ordinem in divina Trinitate, secundum quem Filius est medius, Spiritus vero tertius a Patre et per Filium ex Patre prodiens; hoc autem propter singularem et maxime unicam ejus ex utroque progressionem, et quia Pater fons et suprema causa deitatis est, ita ut si ipse non esset, Filius neque alicujus causa foret neque omnino exsisteret (*a*). Quare theologus Gregorius optime docet ac prædicat, dum statuit, commune esse Filio ac Spiritui sancto ex Patre esse; et qui idem cum eo nomen sortitus est, Nyssensium Ecclesiæ lumen, consona ipsi eloquitur, Latini quam maxime verum dicunt. doctoribus atque iis, quæ ex rationibus resultant, magna eum docilitate ac simul cum pietate obtemperantes.

κοινὸν ἔσται τὸ *ἐκ Πατρὸς εἶναι* (οὐ γὰρ ἐπίσης, φῂς, αὐτοῦ μετέχουσιν)· εἰ μὲν ταυτὸν εἰσὶ ταῦτα τῷ *γεννητῶς* καὶ *ἐκπορευτῶς*, καὶ σοὶ μεθ' ἡμῶν οὐδὲν ἧττον σκεπτέον, ὅπως σου τοῦτον λύσῃς τὸν λόγον (καὶ κατὰ σαυτοῦ γὰρ αὐτὸν ἐξέθου)· εἰ δὲ τὸ *γεννητῶς* καὶ *ἐκπορευτῶς* μείζονά τινα πρὸς ἄλληλα διαφορὰν ἢ τὸ *ἀμέσως* καὶ *ἐμμέσως* ἔχει, καὶ μᾶλλόν σοι σκεπτέον, ὅπως σοῦ τοὺς λαβυρίνθους τῶν λόγων τούτων ἐκφεύξῃ. Ἔπειτα μὴ κατὰ Λατίνων, ἀλλὰ κατὰ τοῦ ἱεροῦ Γρηγορίου τοῦ Νύσσης πρῶτον τοῦτο τὸ ἄτοπον σύναγε· ὑμῖν γὰρ καὶ τοιαῦτα κατὰ τῶν Πατέρων ἔξεστι τολμᾶν. Ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ τὸν μὲν Υἱὸν *προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου* τὸ δὲ Πνεῦμα *διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου*, θεολογήσας. Ἄλλως τε μηδὲ τοῦτό σε λανθανέτω, ὡς εἰ καὶ *ἐμμέσως* εἰσὶν οἱ τῶν διδασκάλων τὸ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι λέγουσιν, οὐκ ἂν οὐδὲ τὸ *καὶ ἀμέσως* ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἀρνήσαιντο· ἐκεῖνο μὲν, πρὸς τὴν ἐν τῇ θείᾳ Τριάδι τάξιν ἀποβλέποντες, καθ' ἣν ὁ μὲν Υἱὸς ἐστι μέσος, καὶ τρίτον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα καὶ δι' Υἱοῦ πρόεισιν ἐκ Πατρός· τοῦτο δὲ διὰ τὴν μοναδικήν τε καὶ ἐνιαίαν ἐξ ἀμφοῖν αὐτοῦ *πρόοδον*, καὶ διὰ τὸ τὸν Πατέρα πηγήν τε καὶ αἰτίαν τῆς θεότητος εἶναι, ὡς αὐτοῦ μὴ ὄντος, μηδὲ τὸν Υἱὸν μήτε του (1) ἂν αἴτιον ὄντα μήθ' ὅλως ὄντα. Ὥστε καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἄριστα θεολογεῖ, κοινὸν Υἱῷ καὶ Πνεύματι τὸ ἐκ Πατρὸς εἶναι τιθέμενος· καὶ ὁ ὁμώνυμος αὐτῷ τῆς Νυσσέων (2) φωστὴρ σύμφωνα αὐτῷ φθέγγεται· καὶ Λατῖνοι σφόδρα ἀληθεύουσι τοῖς τε διδασκάλοις καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν λόγων συμβαίνουσι μάλα εὐμαθῶς τε καὶ εὐσεβῶς ἅμα ἑπόμενοι.

EPHES. CAP. XIII (XXX).

Exsistendi modum et proprietatem sancti Spiritus theologi dicunt non simpliciter *procedere*, verum *procedere ex Patre*. Jam vero si hoc ipsi est exsistendi modus atque proprietas, processio ex Filio vel frustra ipsi adest, vel superaddit aliquid exsistentiæ et duplicem reddit ejus proprietatem; et est, si quidem proprium necesse est converti cum eo, cujus proprium est, et neque superabundare neque deficere, et ipse duplex. Ex Patre ergo solo procedit Spiritus sanctus.

ΕΦΕΣΟΥ ΚΕΦ. ΙΓ (Λ') (3).

Τρόπον ὑπάρξεως καὶ ἰδιότητα τοῦ ἁγίου Πνεύματος οἱ θεολόγοι φασὶν οὐ τὸ *ἐκπορεύεσθαι* ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ *ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι*. Εἰ δὴ τοῦτο τρόπος αὐτῷ ὑπάρξεως καὶ ἰδιότης ἐστί, τὸ *ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι*, ἢ μάτην αὐτῷ πρόσεστιν ἢ προστίθησί τι (4) τῇ ὑπάρξει, καὶ διπλῆν ποιεῖ τὴν αὐτοῦ ἰδιότητα (5)· καὶ ἔστιν, εἰ τὸ ἴδιον ἀντιστρέφειν ἀνάγκη πρὸς τὸ οὗ ἐστιν ἴδιον, καὶ οὔτε πλεονάζειν οὔτε ἐλλείπειν (6), καὶ αὐτὸ διπλοῦν. Ἐκ τοῦ Πατρὸς ἄρα μόνου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται.

SAPIENTIS NICÆNI.

Ex Patre procedere nihil est aliud nisi ex Patre Filioque, vel ex Patre per Filium procedere, neque aliud illud Latini dicunt. Et rationes jam sæ-

ΤΟΥ ΣΟΦΟΥ ΝΙΚΑΙΑΣ.

Τὸ *ἐκ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι* οὐκ ἄλλο τοῦ *ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ* ἢ *ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι*, οὔτ' ἔστιν οὔτε φασὶν οἱ Λατῖνοι. Καὶ οἱ λόγοι

(1) του habent Mon. 27 f. 247 a et Marc. f. 83 b (pro τινος).
(2) Scil. Ἐκκλησίας.
(3) Mon. 256, f. 302 a, est cap. 31.
(4) Mon. 27. f. 247 b, habet, τις.
(5) Quæ post ἰδιότητα sequuntur, desunt in cod. Monac. 256.
(6) Hic revera aliquid in textu nostro deficiens, quod supplevimus.

(*a*) Respectu habito ad virtutem spiratricem, immediate ex Patre dicitur Spiritus: respectu habito ad personas spirantes, eatenus *mediate* ex Patre est, quatenus est a Filio, qui a Patre genitus est, *immediate* vero, quatenus est a Patre ipso. Vide S. Thomam, in l. 1 Sent. d. 12, q. 1, art. 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

πολλάκις προείρηνται. Ἐν γὰρ τῷ ἐκ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι καὶ τὸ *ἐξ Υἱοῦ* ἢ *δι' Υἱοῦ* περιέχεται, εἴπερ μὴ ᾖ Πατρὸς ἐκ τοῦ Πατρός, ἀλλ' ᾖ προβολέως ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται· εἷς δὲ προβολεὺς ὁ Πατὴρ μεθ' Υἱοῦ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ μία ἡ ἐξ ἀμφοῖν πρόοδος. Ὥστ' οὔτε μάτην αὐτῷ πρόσεστιν τὸ *ἐξ Υἱοῦ*, οὔτε τι τῇ ὑπάρξει προστίθησιν, οὔτε διπλόην εἰσάγει, ὡς αὐτὸς οἴει, ἀλλ' ἀνώτερός τε πάσης συκοφαντίας ὁ λόγος, καὶ τἀληθὲς ἑαυτοῦ πανταχοῦ σύμφωνον, καὶ τὶ ἴδιον πρὸς τὸ οὐ ἴδιον ἀντιστρέφον κάνταῦθα (τὸ γὰρ πρόβλημα πρὸς τὸν προβολέα, καὶ ὁ προβολεὺς πρὸς τὸ πρόβλημα ἀναφέρεται), τὸν Λατινικὸν ἄριστα συνιστᾷ λόγον.

A pe antea prolatæ sunt. Nam in dictione, *procedere ex Patre*, continetur et includitur etiam dictio *ex Filio* vel *per Filium*, quandoquidem non ex Patre est, quatenus est Pater, sed quatenus est spirator, ex ipso Spiritus sanctus procedit. Unus vero spirator est Pater cum Filio, et propterea etiam una est progressio ex utroque. Quamobrem neque frustra ei adest id *ex Filio*, neque quidquam ejus exsistentiæ adjicit, neque duplicitatem inducit, ut ipse putas, sed super omnem calumniam hæc doctrina est elevata et veritas ubique sibi ipsi consonat et proprium cum eo cujus proprium est et hoc loco convertibile (nam spiratum ad spirantem et spirans ad spiratum refertur) Latinorum sententiam optimo modo stabilit.

B

ΕΦΕΣΟΥ ΚΕΦ. ΙΔ' (ΛΑ') (1).

Ὅταν μίαν ἀρχὴν τῶν κτισμάτων λέγωμεν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δῆλον, ὅτι τὴν θείαν φύσιν πρὸς τὰς λοιπὰς συγκρίνοντες τοῦτο λέγομεν, ἥτις ἐστὶ μία πολλῶν ἐκείνων καὶ διαφόρων οὐσῶν. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὅταν μίαν ἀρχὴν θεότητος λέγωμεν, ἓν πρόσωπον δῆλον, ὅτι πρὸς τὰ λοιπὰ συγκρίνοντες τοῦτο φαμέν. Καὶ ὥσπερ οὐδὲν τῶν κτισμάτων εἰς τὴν μίαν ἀρχὴν κατὰ τὴν δημιουργίαν παραλαμβάνεται, οὕτως οὐδέτερον τοῖν δυοῖν προσώποιν εἰς τὴν μίαν ἀρχὴν κατὰ τὴν θεότητα παραληπτέον ἐστί. Τὸ γὰρ ἓν τῶν πλειόνων ἀρχὴν εἶναι μᾶλλον εἰκὸς, ἢ τὰ πλείονα τοῦ ἑνός. Μόνος; ἄρα (2) ὁ Πατὴρ ἀρχὴ μία τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, ὥσπερ καὶ μόνη ἡ Τριὰς ἀρχὴ μία πάσης τῆς κτίσεως. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ θεῖος Διονύσιος διαῤῥήδην φησί· *Μόνη πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ Πατήρ* (3).

C

ΤΟΥ ΝΙΚΑΙΑΣ.

Τίνας μὲν ἐνταῦθα λαμβάνεις προτάσεις, δι' ὧν ἂν σοι τὸ προκείμενον συναχθείη, ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα· θαῦμα δὲ, εἰ αὐτὸς συνίης, ὧν λέγεις· ὅτι δὲ ἀδιανόητα φῄς, κἂν αὐτὸς βέλτιον σκεψάμενος φαίης. Δέον γάρ σε εἰπεῖν· Διὰ τοῦτο τὴν Τριάδα μίαν ἀρχὴν τῆς κτίσεως εἶναι φαμὲν, διότι μία αὐτῶν καὶ ἡ αὐτὴ ἀριθμῷ θέλησις, καθ' ἣν τὴν κτίσιν προάγουσι. Σὺ δ' οὐκ οἶδ' ὅ τι συνείρεις καὶ ἥντινα πρὸς τὴν κτίσιν παραβολὴν τῆς Τριάδος ποιῇ. Ἀλλ' ἡμεῖς σοι φαμὲν, ἄνθρωπε, ὡς ὃν τρόπον διὰ τὴν ὁμοβουλίαν καὶ τὸ ταυτὸν τῆς θελήσεως μία ἀρχὴ κτίσεως ἡ Τριὰς, καίτοι τρία πρόσωπα ὄντες, οὕτως; καὶ διὰ τὴν τῆς προβλητικῆς δυνάμεως ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ ταυτότητα ἢ μᾶλλον ἑνότητα μία τοῦ Πνεύματος ἀρχὴ, καὶ ἡ αὐτὴ ταριθμῷ ὁ Πατήρ ἐστι καὶ Υἱός. Οἷαν δὲ καὶ ἀκολουθίαν εἰσάγεις πλὴν σοῦ οὐδενί τῳ δόξουσαν ἄλλῳ; Τὸ μὲν γὰρ μηδὲν τῶν κτισμάτων ἑαυτοῦ ἀρχὴν εἶναι μετὰ τῆς Τριάδος ὁμοῦ, ἀναγκαῖον (πῶς γὰρ ἂν εἴη κτίστης τὸ κτίσμα), ὅτι δὲ διὰ τοῦτο οὐδὲ τοῖν θείοιν προσώποιν οὐδέτερον μία θατέρου ἀρχὴ μετὰ θατέρου ἐστὶν,

D

EPHES. CAP. XIV. (XXXI)

Quando unum creaturarum principium dicimus Patrem et Filium et Spiritum sanctum, manifestum est, id nos fari divinam naturam comparantes cum reliquis, quæ una est, dum illæ multæ ac diversæ sunt. Porro secundum eumdem modum etiam quando unum deitatis principium dicimus, liquet, nos id dicere unam personam cum cæteris comparantes. Et quemadmodum nulla ex creaturis in unum principium secundum rerum conditionem assumitur, ita neutra ex duabus personis in unum principium secundum deitatem assumenda est. Nam unum plurium esse principium magis conveniens est, quam plura unius. Solus ergo Pater unum principium Filii et sancti Spiritus, sicut et sola Trinitas unum principium universæ creaturæ. Hoc autem divus quoque Dionysius diserte dicit : *Solus fons superessentialis deitatis est Pater.*

NICÆNI.

Quales quidem hoc loco assumas propositiones, quarum ope rem propositam colligas, ego quidem nescio; mirum vero erit, si ipse intelligas quæ dicis; te vero dicere quæ cogitari nequeunt, vel ipse, si melius rem scrutatus fueris, dices. Oportebat enim te dicere : Propterea Trinitatem unum rerum creatarum principium esse dicimus, quia una earum personarum eademque numero voluntas, secundum quam res creatas producunt. Tu vero nescio quid copules et quamnam institutas Trinitatis ad res creatas comparationem. Verum enimvero dicimus tibi, o homo, quo modo propter æqualem volitionem et voluntatis identitatem unum rerum creatarum principium est Trinitas, licet tres personæ sint, eodem plane modo etiam propter spirativæ virtutis in Patre et Filio identitatem vel potius unitatem unum idemque numero Spiritus sancti principium esse Patrem et Filium. Qualem vero consecutionem inducis præter te nulli cuipiam alteri visam! Quod enim nulla ex creaturis sui ipsius sit principium cum

(1) Mon. 256 f. 302 a, est cap. 32.
(2) ἄρα habet Mon. 256. omittit Mon. 27 f. 248.

(3) Dionys. De div. nom. c. 2; apud Camaterum. c. 116 (Gr. orth. t. II, p. 467.)

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Trinitate simul, id necessarium est; (quomodo enim creatura foret creator?) quod vero propterea neutra duarum divinarum personarum, unam alterius cum altera sit principium, id unde sequitur aut quibus necessitatibus demonstratur? Scito ergo, nos quoque unum unius vel etiam plurium dicere principium et minime inficias ire, Patrem solum esse fontem superessentialis deitatis, solum ipsum fontem non ex fonte, et principium non ex principio cognoscentes atque credentes etiam iis cæteris rationibus, quas alibi fusius clariusque exposuimus et ante nos, qui nos præcesserunt, beati et sapientissimi viri.

A πόθεν ἔπεται ἢ τίσιν ἀνάγκαις τοῦτο συνάγεται; Ἴσθι οὖν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἓν ἐνὸς ἢ καὶ τῶν πλειόνων φαμὲν αἴτιον, καὶ τὸν Πατέρα μόνην πηγὴν τῆς ὑπερουσίου θεότητος οὐκ ἀρνούμεθα, μόνην αὐτὸν πηγὴν οὐκ ἐκ πηγῆς, καὶ ἀρχὴν οὐκ ἐξ ἀρχῆς εἶναι εἰδότες τε καὶ πιστεύοντες, καὶ οἷς ἄλλοις ἀλλαχοῦ πλατύτερόν τε καὶ σαφέστερον εἰρήκαμεν λόγοις, καὶ πρὸ ἡμῶν οἱ φθάσαντες ἡμᾶς μακάριοι καὶ σοφώτατοι ἄνδρες.

EPHES. CAP. XV (XXXII).

Ab eodem agente eodem tempore procedens diversa operatio diversum prorsus perficit effectum. Sit idem agens ubi A, operationes vero ejusdem eodem tempore, altera quidem quæ est ad B, altera vero diversa ab ipsa, quæ est ad G. Dico, etiam G diversum fore a B. Nam si idem foret, congrueret prorsus cum ipso, et operatio quæ est ad ipsum congrueret et quadraret cum operatione quæ est ad B; una ergo et eadem erit. Verum supposita sunt ut duæ et adinvicem diversæ operationes; igitur et G diversum erit a B. Sit nunc A Pater sempiterne et naturaliter operans, B vero Filius, G Spiritus sanctus; diversæ autem ad invicem operationes ea quæ est ad B, Filii generatio, quæ vero ad G, Spiritus sancti processio. Diversus igitur a Filio Spiritus sanctus, quia etiam operationes quæ ad utriusque subsistentiam sunt, a se differunt; neque etiam nobis opus fuerit alia distinctione Filii et Spiritus sancti, cum ipsæ diversæ operationes et progressiones eos possint distinguere.

NICÆNI.

Hæc quidem quæstio est in medio posita, utrum Filius a Spiritu distinguatur diversa ex Patre progressione, an ex eo, quod alter ex altero sit. Atque aliis quidem hoc, aliis vero illud videtur, etiam inter ipsos Latinos (*a*); sunt etenim nonnulli quoque Latinorum doctorum, qui diversa ex Patre progressione Filium et Spiritum sufficienter ab invicem discerni censent, non tamen propterea etiam ponunt, non esse ex Filio Spiritum sanctum, verum in conclusione quidem concordant omnes et concorditer ex Patre et Filio procedere

ΕΦΕΣΟΥ ΚΕΦ. ΙΕ' (ΑΒ') (1).

Ἡ παρὰ τοῦ αὐτοῦ ἐνεργοῦντος ἐν τῷ αὐτῷ B χρόνῳ διάφορος ἐνέργεια διάφορον ἀποτελεῖ τὸ ἐνέργημα. Ἔστω τὸ αὐτὸ ἐνεργοῦν ἐφ' οὗ Α, ἐνέργειαι δὲ αὐτοῦ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ μία μὲν ἡ πρὸς τὸ Β, ἑτέρα δὲ διάφορος πρὸς αὐτήν, ἡ πρὸς τὸ Γ. Λέγω, ὅτι καὶ τὸ Γ διαφέρον ἔσται τοῦ Β. Εἰ γὰρ τὸ αὐτὸ ἔσται, ἐφαρμόσει πάντως αὐτῷ, καὶ ἡ πρὸς αὐτὸ δὲ ἐνέργεια (2) ἐφαρμόσει τῇ πρὸς; τὸ (3) Β ἐνεργείᾳ. Μία ἄρα καὶ ἡ αὐτὴ (4) ἔσται. Ἀλλ' ὑπέκειντο (5) εἶναι δύο καὶ πρὸς ἀλλήλας διάφοροι· καὶ τὸ Γ ἄρα διαφέρον ἔσται τοῦ Β. Ἔστω τὸ μὲν Α ὁ Πατὴρ, ὁ ἀΐδιος καὶ φυσικῶς ἐνεργῶν· τὸ Β δὲ ὁ Υἱός, τὸ δὲ Γ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἐνέργειαι δὲ διάφοροι πρὸς ἀλλήλας ἡ πρὸς τὸ Β μὲν ἡ τοῦ Υἱοῦ γέννησις, ἡ δὲ πρὸς τὸ Γ ἡ τοῦ θείου Πνεύματος ἐκπόρευσις. Διαφέρον ἄρα τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπεὶ C καὶ αἱ (6) πρὸς τὴν ὕπαρξιν ἑκατέρου ἐνέργειαι διαφέρουσι· καὶ οὐκ ἂν ἡμῖν ἔτι δέοι διακρίσεως ἑτέρας τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, αὐτῶν τῶν διαφόρων ἐνεργειῶν καὶ πρόδων διακρίνειν αὐτὰ δυναμένων (7).

ΤΟΥ ΝΙΚΑΙΑΣ.

Τοῦτο μὲν πρόβλημά ἐστι κείμενον ἐν μέσῳ, πότερον ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος τῇ ἐκ Πατρὸς διαφόρῳ προόδῳ διακρίνοιτο, ἢ τῷ θάτερον ἐκ θατέρου εἶναι. Καὶ τοῖς μὲν τοῦτο, τοῖς δ' ἐκεῖνο δοκεῖ, καὶ αὐτῶν τῶν Λατίνων. Καὶ γάρ εἰσιν οἱ καὶ τῶν Λατινικῶν διδασκάλων τῇ ἐκ Πατρὸς διαφόρῳ προόδῳ Υἱόν τε καὶ Πνεῦμα ἱκανῶς ἀλλήλων διαφέρεσθαι οἰόνται, οὐ μέντοι διὰ τοῦτο καὶ μὴ εἶναι ἐξ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα D τίθενται· ἀλλ' ἐν μὲν τῷ συμπεράσματι πάντες ὁμοφωνοῦσι καὶ πάντες συμφώνως ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι διατείνονται, περὶ τὰ

(*a*) Vide quoad hæc et sequentia Scholarii animadversiones supra cap. 6 in Marcum Ephes.

(1) In Mon. 256, f. 302 a, est cap. 33.
(2) Mon. 27, f. 248 b, ἐνέργειαι.
(3) Mon. 27, πρὸς τῇ.
(4) Sic recte Mon. 256; Mon. 27, καὶ αὐτὴ.
(5) Mon. 27, ὑπόκεινται.
(6) αἱ omitt. Mon. 27.
(7) In codd. additur hoc schema:

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μέσα δὲ καὶ τὰς τοῦτο δεικνυούσας προτάσεις εἰσὶν οἱ καὶ διαφέρονται. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν παντὶ ζητήματι γίνεται. Ἐπὶ οἱουδήποτε γὰρ συμπεράσματος γνωρίμου τε καὶ ὁμολογουμένου πᾶσι πολλαὶ τοῖς σοφοῖς ἀμφισβητήσεις περὶ τὰς τούτου ἀποδείξεις γίνονται, τῶν μὲν δι' ἄλλων, τῶν δὲ δι' ἄλλων μέσων τὸ αὐτὸ δεικνυόντων· ὅθεν εἴ τις ἀναιρεῖν ἱκανῶς βούλοιτο τὸ προκείμενον, οὔτε τὰς ἰδίας ἀποδείξεις ἐκθεῖναι μόνον ἀρκεῖ, εἰ μὴ καὶ τὰς τοῦ ἄλλως λέγοντος ἀνέλοι, οὔτε τοῦτο ποιῆσαι καταλείποντα θάτερον· ἀλλ' ἅμα καὶ τοὺς ἐναντίους λῦσαι λόγους καὶ τοὺς ἰδίους ἀνάγκη προαγαγεῖν. Καὶ σὺ τοίνυν, ὅτε σοὶ (1) καὶ τοῦτο δοθεὶη ἀληθὲς εἶναι, τὸ τῇ διαφόρῳ προόδῳ ἱκανῶς ἀλλήλων τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα διακρίνεσθαι, οὐδὲν πλέον ἔχεις λαβών, ἕως ἂν τὸ συμπέρασμα καὶ δι' ἄλλων πολλῶν δεικνύοιτο, καὶ οὕτω δεικνύοιτο, ὡς μηδέν σε ἀντειπεῖν ἔχειν. Κάνταῦθα δὲ ὅμως ἐξ ἡμισείας ὃ βούλει ποιεῖς, τὰ σαυτοῦ μὲν ἐκτιθέμενος, τοὺς δὲ δεικνύντας λόγους, μὴ δύνασθαι ἀλλήλων διακρίνεσθαι, εἰ μὴ θάτερον ἐκ θατέρου εἴη, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι πάντως φῦ διαλυόμενος· ὥστε σοὶ τὸν λόγον ἀμφίβολον καταλείπεσθαι. Τί γὰρ ἂν καὶ φαίης πρὸς τοὺς λέγοντας, τὰ μὲν διακρινόμενα ἀλλήλων ἢ τῇ ἀρχῇ ἢ τοῖς ὅροις διακρίνεσθαι, τὸν δὲ Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τοῖς μὲν ὅροις οὐκ ἂν διακρίνεσθαι ἀλλήλων, εἴπερ τὰ τοῖς ὅροις διακρινόμενα ἢ τῇ ὕλῃ διακρίνεσθαι δεῖν, ἢ τῆς ἀτομότητός ἐστιν αἰτία (ἐκεῖ δὲ οὐδεμία ἐστὶν ὕλη), ἢ τῷ εἴδει (ἐκεῖ δὲ ταυτὸ εἶδος τὴν θείαν οὐσίαν ἐν ἀμφοῖν εἶναι)· ὥστε λείπεσθαι τῇ ἀρχῇ αὐτοὺς διακρίνεσθαι· κἀντεῦθεν εἰ ἄμφω ἐκ Πατρὸς εἶεν (2) μόνου, οὐκ ἂν ἀλλήλων διακρίνεσθαι· λείπεσθαι τοίνυν τὸν μὲν Υἱὸν ἐκ Πατρός, τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ εἶναι; Εἴ τις οὖν ταῦτα φαίη, τί αὐτὸς ἀπολογήσῃ; οἶδα μὲν ὡς οὐδὲν ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου ἐρεῖς. Λατῖνοι δὲ ἄνδρες σοφοί τε καὶ διαλεκτικοὶ πρὸς τὰς Λατίνων ταύτας ἐπιχειρήσεις σοφῶν τε καὶ διαλεκτικῶν καὶ αὐτοῦ πολλὰ μὲν καὶ καλὰ ἐροῦσί τε καὶ εἰρήκασιν, οὐ μέντοι γε παρὰ τοῦτο τῷ συμπεράσματι μάχονται, ἀλλὰ πολλαῖς τε καὶ γενναίαις ἄλλαις ἀποδείξεσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ εἶναι καὶ μάλα ἰσχυρίζονται. Σὺ δὲ ἴσθι, ὡς καὶ τὴν διάφορον ταύτην σοι τῶν φώτων ἐκ Πατρὸς πρόοδον εἰς ταυτὸ τοῖς ἑαυτῶν λόγοις εἰσὶν οἱ τῶν Λατίνων ἀπάξουσι καὶ ταυτὸ δηλοῦν ἀποδείξουσι τῷ τὸν μὲν Υἱὸν ἐκ Πατρὸς, τὸ δὲ Πνεῦμα ἐξ ἀμφοῖν προϊέναι. Τὸ γὰρ τὸν μὲν Υἱὸν γεννητῶς, ἐκπορευτῶς δὲ τὸ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς προϊέναι, οὐδὲν ἄλλο εἶναι πολλοῖς τε καὶ καλοῖς λόγοις πείσουσιν, ἢ τὸν μὲν ἀμέσως ἐκ Πατρὸς προϊέναι τῷ τῆς γεννήσεως τρόπῳ, τὸ δὲ Πνεῦμα διὰ τοῦ ἐκ Πατρὸς γεννηθέντος ἀφράστως ἐκπορευόμενον, καὶ τὴν ἐκπόρευσιν διὰ τῆς γεννήσεως, ὡς καὶ οἱ ἡμέτεροι θεολόγοι φασὶν, προϊέναι. Πρὸς οὓς αὐτὸς οὐκ ἂν οὐδ' ἀντιβλέψαι δυνησόμενος μάτην ἐνταῦθα πονεῖς ταῖς γραμμικαῖς σου μέγα φρονῶν ἀποδείξεσι, καὶ ταύτῃ τοὺς ἀμαθεῖς ἐκπλήττων. Τί δ' ἂν

Οὐκ ἀρκεῖ μόνον τὸ φάναι· δεῖ δὲ καὶ τὴν ἀνάγκην προσθεῖναι. Τίς γὰρ ἡ ἀποκλήρωσις, ἴδιον μὲν τοῦ Πατρὸς λέγοντας τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι αὐτὸ ἀκούειν, ἴδιον δὲ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἀκούοντας, μὴ τὸν αὐτὸν νοεῖν τρόπον, ὡς ἐξ Υἱοῦ δηλαδὴ ἔχον τὸ εἶναι, ἀλλ' ὂν αὐτὸς ἕτερον ἀναπλάτ-

Nicæni.

Non est satis tantum affirmare, verum opus est necessitatem quoque addere; quid enim est causæ cur, cum dicimus Spiritum proprium esse Patris, etiam ex Patre esse intelligamus? Cum vero audimus Spiritum proprium esse Filii, non eodem modo interpretemur, tanquam et ex Filio videlicet

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

habeat esse ; sed secundum aliam rationem quam ipse velut in somnis ad arbitrium fingis. Dictum enim magni Basilii, quod adducis, nobiscum potius facit ; et imprudens contra te illud affers. Cum enim unius atque ejusdem rei, nimirum hujus, quod est Spiritum sanctum natura cum Patre Filioque conjungi, demonstrationes requirat doctor, illud quod est ex Patre procedere et illud Filii dici atque esse, producit, ad idem pertinere, atque idem valere, et ambo existimans : cujus enim dicitur Spiritus, ab eo sane et spiratur. Tu vero absurdum, quod sequitur, et illud quod necessario reciprocatur, estque tuis dictis consentaneum, cum subterfugere coneris, etiamsi valde nolis, adversariis patrocinaris. Non enim, inquis, Filius dicitur Spiritus sancti, ne Spiritus Pater ipsius esse videatur : etiam tu ipse concedens relativa reciprocari : quemadmodum et nomen Spiritus, cum sit relativum, ut etiam tu velis nolis fateberis, ad spirantem infertur, ab eoque spiratur, cujus et dicitur Spiritus. Existimas autem cum ex substantia Filii esse Spiritum dicimus, etiam ex persona illius esse minime fateri nos cogi : et ad hoc probandum, nescio unde absurdum aliquod videris colligere. Sic enim inquis : Alter ab altero erit ; tanquam videlicet fieri possit, ut et Filius ex substantia Spiritus, et propterea etiam ex ipsius hypostasi dicatur ; quantum ego conjectura perspicio, et ex tua mente intelligo ; nihil enim ipse declaras. Atqui hoc idem nostræ sententiæ magnum est argumentum : siquidem nunquam uspiam reperies, non in sacris Litteris, non apud doctores, Filium, vel Patrem, qui ex substantia Spiritus dicantur : quia nimirum neque ex hypostasi illius sint. At si solam consubstantialitatem, ut vos vultis, hæc vox, Ex substantia, inquam, esse Filii, vel Patris significaret ; nil obstaret, quominus hoc etiam de illis diceretur. Quod si nemo sanctorum ex hypostasi Filii esse Spiritum dixit, at ex Filio esse et a Filio exsistere fassi sunt. Quæ verba maxime exsistentiam Spiritus significant. Occidentales autem Patres atque doctores etiam ex Filio procedere affirmant. Ex Filio autem cum audis, ni personam Filii intellexeris, mirum sane sit. Alioquin tu neque ex hypostasi Patris, diceres esse Spiritum, nisi Gregorius Nyssenus, et is fere semel, in suis orationibus dixisset Spiritum ex paterna hypostasi procedere. Verum ex Patre audiens, cujus rei plena est omnis Scriptura, cuncta alia prius quam hypostasim Patris intelligeres, quam plane puerilis sunt ista mentis. Uter igitur vestrum, tune, an Veccus, nihil sani colligat, ratione ipsa satis demonstratum est.

τεις ὡς ἐν ὀνείροις κατ' ἐξουσίαν. Ὃ γὰρ τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐπάγεις ὑπὲρ ἡμῶν μᾶλλον, καὶ κατὰ σαυτοῦ λέληθας προκομίζων. Ἑνὸς γὰρ τοῦ αὐτοῦ τοῦ κατὰ φύσιν ᾠκειῶσθαι Πατρὶ καὶ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀποδείξεις ζητῶν ὁ διδάσκαλος, τό τε ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, καὶ τοῦ Υἱοῦ λέγεσθαί τε καὶ εἶναι, προάγει, εἰς ταυτὸ φέρειν, καὶ ταυτὸ δύνασθαι καὶ ἄμφω οἰόμενος. Οὗ γὰρ λέγεται Πνεῦμα, ἐξ ἐκείνου δήπου καὶ πνεῖται. Σὺ δὲ τὸ ἑπόμενον ἄτοπον καὶ τὴν ἀναγκαίαν ἀντιστροφὴν τοῖς σοῖς λόγοις ἀκολουθοῦσαν ἐκφεύγειν πειρώμενος, καὶ μὴ σφόδρα βουλόμενος τοῖς ἐναντίοις συνηγορεῖς. Οὐ γὰρ λέγεται, φῂς, τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱὸς, ἵνα μὴ Πατὴρ αὐτοῦ δόξῃ τὸ Πνεῦμα, ὁμολογῶν καὶ αὐτὸς τὰ ἀναφορικὰ πρὸς ἀντιστρέφοντα λέγεσθαι, ὡς καὶ τὸ τοῦ Πνεύματος ὄνομα ἀναφορικὸν ὄν, ὡς καὶ αὐτὸς ἢ ἐκὼν ἢ ἄκων ὁμολογήσεις, πρὸς τὸν πνέοντα ἀναφέρεσθαι, πνεῖσθαί τε ἐξ ἐκείνου, οὗ καὶ λέγεται Πνεῦμα. Τὸ δ' ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ λέγειν εἶναι τὸ Πνεῦμα μὴ ἀναγκάζειν οἰόμενος καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως εἶναι αὐτοῦ, καὶ ἄτοπόν τι συνάγειν δοκεῖς, οὐκ οἶδ' ὅθεν εἰς τὴν τούτου παράστασιν· οὕτω γὰρ ἔσονται, φῂς, ἐξ ἀλλήλων, ὡς ἐγχωροῦν δηλαδὴ καὶ τὸν Υἱὸν ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος οὐσίας λέγεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως, εἴ τι τῆς σῆς διανοίας ἐγὼ στοχάζομαι. Οὐδὲν γὰρ αὐτὸς ἀποσαφεῖς. Καίτοι τοῦτ' αὐτὸ τοῦ ἡμετέρου λόγου μέγα μαρτύριον. Οὐδέποτε γοῦν οὐδαμοῦ τὸν Υἱὸν ἢ τὸν Πατέρα εὑρήσεις, οὐ παρὰ τῇ Γραφῇ, οὐ παρὰ τοῖς διδασκάλοις ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος οὐσίας εἶναι λεγόμενον, διὰ τὸ μηδ' ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ δήπουθεν εἶναι. Καίτοι εἰ τὸ ὁμοούσιον μόνον, ὡς ὑμεῖς βούλεσθε, αὕτη ἡ λέξις, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Υἱοῦ ἢ τοῦ Πατρὸς λέγω, ἐσήμαινεν, οὐδὲν, ἂν ἐκώλυε καὶ τοῦτο ῥηθῆναι. Εἰ δὲ μηδεὶς τῶν ἁγίων ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα ἐκήρυξεν, ἀλλ' εἶπον ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι, καὶ ὑπάρχειν ἐκ τοῦ Υἱοῦ· ἃ μάλιστα τῶν ῥημάτων τὴν τοῦ Πνεύματος σημαίνουσιν ὕπαρξιν. Οἱ δὲ δυτικοὶ Πατέρες τε καὶ διδάσκαλοι, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. Ἐκ τοῦ Υἱοῦ δ' ἂν ἀκούων, εἰ μὴ τὴν τοῦ Υἱοῦ νοήσαις ὑπόστασιν, θαῦμα ἂν εἴη. Ἢ σύ γε οὐδ' ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως εἶπες ἂν εἶναι τὸ Πνεῦμα, εἰ μὴ ὁ Νύσσης Γρηγόριος μόνος, καὶ οὗτος ἅπαξ που τῶν ἑαυτοῦ λόγων, Πνεῦμα τὸ τῆς πατρικῆς ἐκπορευόμενον ὑποστάσεως εἰρηκεν. Ἀλλὰ τὸ ἐκ Πατρὸς ἀκούων, οὗ πλήρης πᾶσα Γραφὴ, πάντα ἂν μᾶλλον ἢ τὴν τοῦ Πατρὸς ἐνόεις ὑπόστασιν, ὡς σφόδρα γε ταυτὶ παιδικῆς διανοίας. Πότερος οὖν ὑμῶν οὐδὲν ὑγιὲς συνάγει εἴτε αὐτὸς, εἴτε Βέκκος, ὁ λόγος ὀρκεῖ παραστῆσαι.

Vecci in undecimam.

Quoniam quidam, cum audiunt, Spiritum sanctum ex substantia esse Filii, aliud aiunt esse ex substantia, et aliud ex persona, cum perspicere non valeat, nomen Filii hypostaticum esse nomen, et qui dicit, ex substantia Filii, totum significat

Τοῦ Βέκκου εἰς τὴν ια'.

Ἐπειδὴ ἀκούοντές τινες τὸ Πνεῦμα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ, λέγουσιν ἄλλο εἶναι τὸ ἐκ τῆς οὐσίας, καὶ ἄλλο τὸ ἐκ τῆς ὑποστάσεως, μὴ δυνάμενοι συνιδεῖν ὡς τὸ Υἱὸς ὄνομα ὑποστατικόν ἐστιν ὄνομα, καὶ ὁ λέγων ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ, ὅλον δηλοῖ τὸν Υἱὸν,

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

οὐσίαν δηλαδὴ ἐνυπόστατον, εἰς λαμπρὸν ἔλεγχον τῆς ἀτόπου αὐτῶν ἐπινοίας, συνελέγησαν αἱ παροῦσαι Γραφικαὶ ῥήσεις, αἱ δηλοῦσαι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν γεννᾶσθαι. Ὁμολογημένου γὰρ μίαν εἶναι τὴν ἐκ Πατρὸς γέννησιν τοῦ Υἱοῦ, πῶς ἔστι διαφέρειν τὸ ἐκ τῆς οὐσίας, καὶ τὸ ἐκ τῆς ὑποστάσεως; εἰ μή τις βλασφημῶν προδήλως ἐθέλοι λέγειν ἄλλην μὲν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς γέννησιν τοῦ Υἱοῦ, ἄλλην δ' ἐκ τῆς ὑποστάσεως. Προστίθενται δὲ ταῖς τοιαύταις ῥήσεσιν εἰς συγκρότησιν τῆς τοιαύτης ἐννοίας καὶ ῥήσεις ἕτεραι, δηλοῦσαι τελείαν οὐσίαν, καὶ τέλειον Θεὸν λέγεσθαι τὸν Πατέρα, καὶ τελείαν οὐσίαν τὸν Υἱόν, καὶ τελείαν οὐσίαν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

A Filium; nimirum substantiam subsistentiam habentem; ad suam absurdam opinionem egregie coarguendam et confutandam collectæ sunt præsentes a sanctis in scriptis relictæ sententiæ, quæ indicant ex substantia Patris Filium gigni; concesso enim unam esse generationem Filii ex Patre; qui fieri potest, ut illud ex substantia, et illud ex hypostasi inter se differant? nisi quis manifeste blasphemans dicere velit, aliam esse generationem Filii ex substantia Patris, aliam ex hypostasi. Ad hæc dicta in approbationem hujus intelligentiæ addimus alia quæ denotant perfectam substantiam, perfectumque Deum dici Patrem, et perfectam substantiam Filium, atque perfectam snbstantiam Spiritum sanctum.

B

Τοῦ Παλαμᾶ.

Ὅταν τι μιᾶς οὐσίας ᾖ καὶ ὑποστάσεως, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας ἐκείνης φυσικῶς ἔχον ὅπως δήποτε τὴν ὕπαρξιν, καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως ἐκείνης ταύτην ἔχει. Καὶ ἀντιστρόφως πάλιν· ὃ γὰρ ἂν ἐκ τῆς ὑποστάσεως ἐκείνης ᾖ, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας ἐκείνης ἐστίν. Ὅταν δὲ μιᾶς μὲν οὐσίας ᾖ, οὐδεμιᾶς δὲ ὑποστάσεως, ἀλλὰ πλειόνων, τὸ ἐκ τῆς μιᾶς ἐκείνης οὐσίας οὐκ ἐκ τῶν λοιπῶν ὑποστάσεών ἐστιν, ἀλλ' ἐκ μιᾶς τινος αὐτῶν. Ἐπεὶ οὖν ἡ ἀνωτάτη καὶ προσκυνητὴ Τριὰς ἡμῶν μία φύσις ἐστὶν ἐν ὑποστάσεσι τρισὶν, οὐ πᾶν τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τὴν ὑπόστασιν ἔχον ἐκ τῶν λοιπῶν ὑποστάσεών ἐστιν, ἀλλ' ἐκ μιᾶς τινος αὐτῶν, δηλαδὴ τῆς πατρικῆς· ἐκ ταυτης γὰρ μὴ εἶναι οὐκ ἐνδέχεται. Οὐκοῦν οὐχὶ καὶ ἐξ ἑτέρας, ἀλλ' ἐκ μόνης, εἴπερ ἐκ μιᾶς. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων· ἕκαστος γὰρ ἡμῶν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Ἀδὰμ, οὐκέτι δὲ καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· διότι μία μὲν οὐσία ἡ τῶν ἀνθρώπων ἦν, πολλαὶ δὲ ὑποστάσεις. Ἀνθρωπίνης δὲ τὴν ἀρχὴν μιᾶς οὔσης οὐσίας τε καὶ ὑποστάσεως, ἐκ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὁ Κάϊν ἀνδρικῆς οὐσίας τε καὶ ὑποστάσεως ὑπῆρχε τοῦ Ἀδάμ. Δυοῖν δὲ ἀνδρῶν ἤδη καθ' ὑπόστασιν τελούντων, ὁ Ἐνὼχ ἐκ τῆς οὐσίας μὲν ὑπῆρχε τοῦ Ἀδὰμ, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, ἀλλ' ἐκ μόνης τοῦ Κάϊν. Ὁ οὖν Βέκκος οὗτος διατεινόμενος ἐνταῦθα καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως εἶναι τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, εἴπερ εἶναι θεολογεῖται ἐκ τῆς φύσεως, μίαν εἶναι δείκνυσι φρονῶν ὥσπερ οὐσίαν οὕτω καὶ ὑπόστασιν ἐπὶ Θεοῦ, τὸν Υἱὸν ἢ τὸν Πατέρα τελείως ἀθετῶν ὁ τάλας· πρὸς δὲ τούτῳ καὶ ἐκ μόνου τοῦ Υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν εἶναι τοῦ θείου Πνεύματος δεικνύς. Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ῥητῶν, ἃ τελείαν θεολογοῦσιν οὐσίαν εἶναι τὸν Πατέρα, καὶ τελείαν οὐσίαν τὸν Υἱὸν, ὡσαύτως καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ τὸ ἐνιαῖον καὶ ἀπαράλλακτον τῆς οὐσίας ἐπιγινώσκει τῶν τριῶν, ἀλλ' ἐνθεωρεῖν πειρᾶται πληθυσμόν τινα, καὶ διαφορὰν κατ' αὐτὴν ἀφρόνως.

C

D

Palamæ.

Cum aliquid ex una substantia, et hypostasi constat, quod ab illa substantia naturaliter quomodocunque exsistentiam habet, ex illa quoque hypostasi eam habet. Et contra: Quod enim ex illa hypostasi est, etiam ex illa substantia exsistit. At vero, cum aliquid unius quidem est substantiæ, nullius autem hypostaseos, sed plurium, quod ex illa una substantia, non etiam ex reliquis personis, sed ex una aliqua illarum est. Quoniam igitur suprema atque colenda nostra Trinitas una constat natura in tribus hypostasibus, non omne quod ex substantia hypostasim habet, ex reliquis personis exsistit, sed ex una aliqua illarum, paterna videlicet. Ut enim ab illa non sit, fieri non potest. Non igitur et ex alia, sed a sola, siquidem ex una: idque patet in hominibus: unusquisque enim nostrum ex Adami substantia est, non amplius autem et ex persona illius; quia una est hominum substantia, multæ personæ. Cum autem a principio una substantia et persona humana constaret; ex una eademque virili substantia et persona Adami productus est Cain. At vero duobus hominibus, secundum personas in rerum natura jam constitutis, Enoch ex substantia quidem Adami, non autem et ex sua persona, sed ex persona solius Cain constabat. Itaque iste Veccus hoc loco asseverans, etiam ex persona Filii esse Spiritum, siquidem, ut asserunt theologi, est ex natura; ostendit se in ea esse sententia, ut opinetur, unam esse in Deo, tanquam substantiam, sic et personam, Filium vel Patrem penitus rejiciens miser, et præterea ex solo Filio exsistere divinum Spiritum docens. Quin etiam ex sententiis quibus perfectam substantiam esse Patrem, et perfectam substantiam Filium, atque similiter Spiritum sanctum sacri theologi ostendunt; non unicam et indifferentem trium personarum agnoscit substantiam, sed multitudinem quamdam ipsius, ac differentiam imprudenter observare conatur.

Τοῦ σοφοῦ Νικαίας.

Ὡς σφόδρα γε εἰκότα εἰς τὴν θεολογίαν εἰσάγετε παραδείγματα! Τοῦτο ὑμῖν ὁμολογουμένως τῆς πλά-

Sapientis Nicæni.

Quam valde convenientia exempla in theologiam introducitis! Id profecto vobis causa exstat erro-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

ris, quoniam de divinis humana sapitis, et quæ hic sunt juxta id omne, quod intelligi potest, eo transfertis. At enim cavendum ne sit nefas talia de illa ineffabili Trinitate sentire; oportet enim etiam unitatem, atque singulare Deitatis præter Trinitatem personarum ipsi servare; non autem in trinos deos incurrere. Quod vos istis rationibus astruitis. Non enim veluti tres homines, communem suam substantiam, humanitatem inter se communicant, sic etiam divinæ personæ Trinitatis divinam essentiam participant; sed illorum quidem eadem est non numero, sed specie humanitas; idcirco etiam tres numero constant homines. Sacrosanctæ autem Trinitati eadem numero est divina essentia, et unus sunt numero Deus; et ipsa quidem in divinis personis subsistit, estque unum subsistens cum singulis personis. Humanitas autem neque est subsistens in particularibus hominibus, neque unum subsistens cum singulis individuis constituit. Ex quo fit ut quod ex substantia horum est, non etiam ex persona omnium sit. Etenim Cain, cum ex substantia, seu natura sit Adami, atque Abelis, ex Adami quidem natura cum sit, etiam ex illius persona foret: non quia ex ipsius substantia sit, sed quoniam omnino ex ipsius persona est, cum ipsum nactus fuerit suam causam. Ex substantia vero Abelis constans, non etiam ex ipsius persona est; siquidem Abelis persona non numero, sed solummodo specie substantiam cum Adamo participat. Neque vero subsistentem in se habet suam substantiam, neque unum subsistens cum sua persona constituit. Quod autem ex Patris et Filii est substantia, nihil obstat quominus et ex persona illorum sit. Quin etiam maxime est necessarium, cum hæc substantia Patri ac Filio, non tantum specie secundum hominum exemplum, sed eadem numero, atque communis exsistat. Et in ipsis præterea divinis hypostasibus, paternitate, inquam, et filiatione subsistat. Nescio igitur quid sibi velint exempla ista discrepantia; vel quid ex ipsis aliquis concludere queat? At fortassis talis est animus, qui semel concertare constituerit; et perspicuis evidentibusque rebus adversatur, et a veritate abhorret; ut etiam in prærupta horrendaque saxa præcipitare sese non extimescat, dummodo iis nocere se credat, quos sibi adversarios arbitratur; qualis est et præsens argumentatio, quibus hoc in loco agit, aperte in ternarium numerum deorum decidens. Is autem et suum ipsius crimen aliis ascribere non erubescit. Et illi sane, qui antea Spiritum sanctum impugnabant, cum ex Patre vel Filio ipsum esse audirent, illud quidem ex hypostasi admittebant: at ex natura ipsorum esse, hoc vero aspernabantur. Nunc alterum istud bellum cum eo gerunt, cum illud sane ex substantia laudent, ac probent, illud ex hypostasi respuant. Ita nunquam intermittit hostis Ecclesiæ scandala excitare: quæ quidem necesse est evenire, heu tamen illum, ex quo proveniunt! Quanquam illis

A νης τὸ αἴτιον, ὅτι περὶ τῶν θείων φρονεῖτε ἀνθρώπινα, κἀκεῖ τὰ ἐνταῦθα κατὰ πᾶν ἕλκετε τὸ νοούμενον. Ἀλλὰ μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ τοιαῦτα περὶ τῆς ἀπορρήτου Τριάδος ἐκείνης φρονεῖν. Δεῖ γὰρ αὐτῇ καὶ τὴν μονάδα φυλάττειν, καὶ τὸ ἑνικὸν τῆς θεότητος πρὸς τῇ τῶν προσώπων Τριάδι, ἀλλὰ μὴ εἰς τριθεΐαν ἐκπίπτειν· ὃ τούτοις ὑμεῖς τοῖς λόγοις κατασκευάζετε. Οὐ γὰρ ὥσπερ οἱ τρεῖς ἄνθρωποι τῆς κοινῆς αὐτῶν οὐσίας τῆς ἀνθρωπότητος κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις, οὕτω καὶ τὰ θεῖα τῆς Τριάδος πρόσωπα τῆς θείας οὐσίας· ἀλλ' ἐκείνων μὲν εἶδει, οὐκ ἀριθμῷ ἡ αὐτὴ ἀνθρωπότης ἐστί· διὸ καὶ τρεῖς εἰσι τῷ ἀριθμῷ ἄνθρωποι· τῇ δὲ θείᾳ Τριάδι ἡ αὐτὴ ἀριθμῷ ἐστιν ἡ θεία οὐσία εἷτουν θεότης· καὶ διὰ τοῦτο καὶ μία οὐσία καὶ Θεός εἰσιν εἷς ἀριθμῷ. Καὶ
B αὕτη μὲν ὑφεστῶσα ἐν ταῖς θείαις ἐστὶν ὑποστάσεσιν, καὶ ἓν ὑφεστὼς μεθ' ἑκάστης τῶν ὑποστάσεων· ἡ δὲ ἀνθρωπότης οὔτε ὑφεστῶσα ἐν τοῖς κατὰ μέρος ἀνθρώποις, οὔτε ἓν ὑφεστώς ἐστι μεθ' ἑκάστου ἀτόμου. Ὅθεν τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῶν ὂν οὐ καὶ ἐκ τῆς πάντων ἐστὶν ὑποστάσεως· Κάϊν γὰρ ἐκ τῆς τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ Ἄβελ οὐσίας ἢ φύσεως ὢν ἐκ μὲν τοῦ Ἀδὰμ εἴη ἂν καὶ τῆς ὑποστάσεως, οὐχ ὅτι ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας, ἀλλ' ὅτι ὅλως ἐκ τῆς αὐτοῦ ἐστιν ὑποστάσεως, αὐτὸν ἐσχηκὼς αἴτιον· ἐκ δὲ τοῦ Ἄβελ τῆς οὐσίας ὢν οὐκ ἔστι καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως, εἴπερ ἡ τοῦ Ἄβελ ὑπόστασις οὔτ' ἀριθμῷ ἀλλ' εἴδει μόνον τῆς αὐτῆς κοινωνεῖ τῷ Ἀδὰμ οὐσίας. Οὔτε δὲ ὑφεστῶσαν ἔχει ἐν ἑαυτῷ τὴν οὐσίαν
C αὐτοῦ, οὔτε ἓν ὑφεστὼς μετὰ τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως. Τὸ δὲ ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ οὐσίας, καὶ ἐκ τῆς αὐτῶν ὑποστάσεως, οὐδὲν κωλύει. Μᾶλλον δὲ καὶ πᾶσα ἀνάγκη εἶναι, ταύτης τῆς οὐσίας ἀριθμῷ τῆς αὐτῆς καὶ κοινῆς οὔσης τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, ἀλλ' οὐκ εἴδει μόνον κατὰ τὸ τῶν ἀνθρώπων παράδειγμα, καὶ ἔτι ὑφεστηκυίας ἐν ταῖς θείαις ὑποστάσεσι ταύταις, τῇ πατρότητι καὶ υἱότητι, λέγω. Ὥστ' ἂν καὶ ἐκ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας καὶ ὑποστάσεως ἦν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ μὴ τῇ τούτου ἀντέπιπτεν ἰδιότητι, τῆς αὐτῆς τἀριθμῷ καὶ κατὰ τούτου τῆς
D οὐσίας κατηγορουμένης ἐκείνης, καὶ ὑφεστώσης ὁμοίως κἀν τούτῳ. Οὐκ οἶδα οὖν τί τὰ ἀνόμοια ταῦτα παραδείγματα βούλεται· ἢ τί δυνατὸν συμπεραίνειν ἐκ τούτων; Ἀλλ' ἴσως τοιοῦτόν ἐστιν ἅπαξ ἐρίζειν προθεμένη ψυχή· καὶ πρὸς τὰ δῆλα ἐνίσταται, καὶ τὴν ἀλήθειαν δυσχεραίνει, οὐκ ὀκνοῦσα καὶ κατὰ μεγάλων κρημνῶν κυβιστᾷν, ἂν μόνον τι δρᾷν οἴηται κατ' ἐκείνων, οὓς αὐτῇ μαχομένους ἡγεῖται· οἷός ἐστι καὶ ὁ παρὼν λόγος, εἰς τριθεΐαν προδήλως ἐκπίπτων οἷς ἐνταῦθά φησιν. Ὁ δὲ καὶ ἄνευ τοῦ αἰσχύνεσθαι ἑτέροις τὸ ἴδιον ἔγκλημα ἐπιγράφεται φέρων. Καὶ οἱ μὲν πρὶν μαχόμενοι τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ἐκ τοῦ Πατρὸς αὐτὸ ἀκούοντες, ἢ τοῦ Υἱοῦ, τὸ μὲν ἐκ τῆς ὑποστάσεως ἀπεδέχοντο, τὸ δὲ ἐκ τῆς φύσεως αὐτῶν, τοῦτο δὲ ἀπηρνοῦντο· νῦν δὲ πόλεμον τοῦτον ἕτερον αὐτῷ πολεμοῦσι, τὸ μὲν ἐκ τῆς οὐσίας δεχόμενοι, ἀρνούμενοι δὲ τὸ ἐκ τῆς αὐτῶν ὑποστάσεως. Οὕτως οὐδέποτε διαλείπει σκάνδαλα ὁ ἐχθρὸς τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐγείρων· ἃ ἀνάγκη μὲν ἐλ-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

θεῖν, οὐαὶ δὲ ὅμως δι' οὗ ἔρχεται! Καίτοι ἐκείνοις μὲν καί τις ὑπῆρχε ἴσως συγγνώμη, μᾶλλον δ' ἴχνος συγγνώμης, ἔχουσί τινα προάγειν εἰς μαρτυρίαν, ἐκ μὲν τῶν θείων ὑποστάσεων ὄντα, μὴ μέντοι καὶ τῆς οὐσίας· τούτοις δὲ ποία ἔσται παραίτησις, ἐκ μὲν τῆς οὐσίας ὁμολογοῦσιν, ἀρνουμένοις δὲ τὸ ἐκ τῆς ὑποστάσεως εἶναι, ὧν τὴν αὐτὴν τἀριθμῷ οὐσίαν συντίθενται; Οὕτως ἀσύμβατα καὶ ἑαυτοῖς καὶ τῇ ἀληθείᾳ φασί.

Τοῦ Βέκκου εἰς τὴν ιβ'.

Ἐπειδή εἰσί τινες ἀποτολμῶντες λέγειν, τὸ ἀναβλύζειν, καὶ προϊέναι, καὶ ἐκλάμπειν, καὶ πεφηνέναι ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, μὴ δηλοῦν τὸ οὐσιωδῶς καὶ ἐνυποστάτως ὑπάρχειν αὐτὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ τῶν Πνευματικῶν χαρισμάτων διανομὴν εἰς ἔλεγχον τῆς τοιαύτης ἀνοίας ἐξελέγησαν αἱ παροῦσαι γραφικαὶ ῥήσεις, αἱ δηλοῦσαι ἀναβλύζειν, καὶ ἐκλάμπειν καὶ πεφηνέναι τὸν Υἱὸν ἐκ Πατρός· οὐ γὰρ δή τις ἐρεῖ, ὡς οὐχ ὁ Υἱός ἐστιν ὁ ἀναβλύζων καὶ ἐκλάμπων, καὶ πεφηνὼς ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐσιωδῶς καὶ ἐνυποστάτως, ἀλλὰ τὰ χαρίσματα.

Τοῦ Παλαμᾶ.

Τὸ γεννητῶς ἔκ τινος, ἢ ἐκπορευτῶς τὴν ὕπαρξιν ἔχον ἐξ αὐτοῦ καὶ προϊέναι λέγεται καὶ ἐκπέμπεσθαι καὶ ἐκλάμπειν, εἴπερ φῶς ἐστι, καὶ ὅσα παραπλήσια τούτοις. Οὐ μὴν πᾶν τὸ προϊὸν, ἢ ἐκπεμπόμενον, ἢ ἐκλάμπον ἔκ τινος, καὶ ἐξ ἐκείνου γεννητῶς, ἢ ἐκπορευτῶς τὴν ὕπαρξιν ἔχει, καὶ ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει ἐστίν. Οὗτος δὲ ὁ τὰς ἐπιγραφὰς ταύτας συγγραψάμενος τόλμαν ἐγκαλεῖ τοῖς εὐσεβῶς καὶ νουνεχῶς φρονοῦσι τολμητίας ὢν περὶ τὸ δυσσεβεῖν αὐτός.

Τοῦ Νικαίας.

Φάθι καὶ τὴν ἀνάγκην, δι' ἣν ἐπὶ μὲν τῆς ἐκ Πατρὸς προόδου Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος ταυτὸν ταῦτα δύναται τὰ ὀνόματα, τό τε γεννητῶς ἢ ἐκπορευτῶς προϊέναι, καὶ τὸ ἀναβλύζειν, ἢ πηγάζειν καὶ τἆλλα· ἐπὶ δὲ τῆς ἐκ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Πνεύματος προαγωγῆς οὐ ταυτὸν τὸ πηγάζειν καὶ τἆλλα τῷ ἐκπορεύεσθαι. Ἢ διατί τὸ μὲν ἐκπορευόμενον καὶ πηγάζει, οὐ μέντοι καὶ τὸ ἀνάπαλιν; Ἀλλὰ μὴ οὕτως ἁπλῶς συμπέραινε χάριν τοὺς ἀκροωμένους αἰτῶν. Εἰ δ' αὐτὸς ἄνευ ἀποδείξεως λέγων οἴει τι γενναῖον ποιεῖν, ἐροῦμεν καὶ ἡμεῖς ἁπλῶς οὕτως, ὧν σὺ φῂς τἀναντία· καὶ ἴσως πιστευθησόμεθα μᾶλλον, καθόσον ἐροῦμεν καὶ βέλτιον. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν κτισμάτων ἴσως τοῦθ' εὑρεθήσεται, τὸ πεμπόμενον ἔκ τινος, ἢ προϊὸν, ἢ πηγάζον, ἢ ἀναβλύζον, μὴ ἐξ ἐκείνου τὴν ὕπαρξιν ἔχειν· ἐφ' ὧν ἄλλο ἐστὶ πρᾶγμα τὸ εἶναι, καὶ τὸ πέμπεσθαι ἕτερον. Καίτοι γε οὐδὲ διὰ πάντων ἐφαρμόζει τοῦτο τῶν ὀνομάτων. Τὸ γὰρ ἔκ του πηγάζον, ἢ ἀναβλύζον, μὴ καὶ ἐξ ἐκείνου ὑπάρχειν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἂν εἴποιμεν. Ἐπὶ δὲ τῆς θείας Τριάδος τίς ὁ λόγος, τὸ μὲν ἔχον ἔκ τινος τὸ εἶναι καὶ ἐξ ἐκείνου πηγάζειν, τὸ δὲ πηγάζον μὴ καὶ ἐκ τούτου ὑπάρχειν; ἐφ' ἧς τὸ πηγάζειν καὶ προϊέναι, καὶ ἐκπορεύεσθαι, ἔτι δὲ καὶ τὸ πέμπεσθαι ἓν πρᾶγμα

quidem dicta quædam, quæ ex divinis personis habeant, non tamen, et ex substantia in testimonium adducere valentibus, forte aliqua venia danda erat, seu potius vestigium veniæ. At vero istis ex substantia quidem esse concedentibus, ex personis autem negantibus, quarum eamdem numero substantiam fatentur, quænam erit excusatio? Ita tum a se ipsis, tum a veritate plurimum dissident atque discordant.

Vecci in duodecimam.

Quoniam sunt nonnulli, qui temere dicere audeant, emanare Spiritum ex Filio, ac procedere, et elucere, atque esse non substantialiter, et per modum subsistendi ipsum esse a Filio; sed ab ipso donorum spiritalium divisionem significare. In confutationem ejusmodi amentiæ collectæ sunt præsentes litteris consecratæ sententiæ, quæ Filium ex Patre emanare, et elucere, atque esse plane ostendunt. Non enim certe dicet aliquis dona, sed non Filium esse, qui substantialiter a Patre, et per modum subsistendi emanet, eluceat atque exsistat.

Palamæ.

Quod per modum generationis, seu processionis ab aliquo exsistit, ab eo quoque procedere, ac mitti, atque elucere dicitur, quandoquidem lumen exstat, et quæcunque alia his similia. Non tamen omne quod procedit, seu mittitur, seu elucet ab aliquo, ab ipso quoque per modum generationis vel processionis constat, atque in propria persona exsistit. Iste autem, qui has inscriptiones composuit, eos qui pie prudenterque sentiunt, audaciæ atque temeritatis accusat, cum ipse sit audax ad impietatem.

Nicæni.

Necessitatem quoque affers, propter quam in Filii et Spiritus ex Patre processu ista nomina per modum generationis seu processionis procedere, et emanare, vel scaturire, cæteraque idem inter se valent; in productione autem Spiritus ex Filio emanare, et id genus reliqua, non idem sunt cum procedere. Vel exponas rationem cur quod procedit, etiam emanat, non tamen et contra? Non autem ita simpliciter concludas, quod probandum est, gratis ab auditoribus tibi concedi postulans. Sin autem tu nihil probando, tantum dicendo, præclarum aliquid facere te existimas, dicemus etiam nos ita simpliciter eorum contraria, quæ tu asseris. Forte etiam majorem nobis præstabunt fidem, quatenus dicemus et melius. Etenim in creaturis id forsan invenietur, quod ab aliquo mittitur, vel procedit, vel emanat, seu scaturit, ut non etiam ab ipso exsistentiam habeat; in quibus aliud est esse, et aliud mitti. Quanquam etiam neque ipsis rebus creatis universe, atque per omnia id nominum congruit. Quod enim ex aliquo emanat, atque instar fontis scatet, ut non etiam ab ipso sit, nescio quomodo dixerim. At vero in sanctissima Trinitate, ubi scaturire, et proficisci, atque proce-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

dere, adhuc autem et mitti unam rem significant, licet quandoque ratione differant; quæ ratio est ut quod ab aliquo habet esse, ab eo quoque profluat, quod autem profluit, non etiam ab eo exsistat? Ergo neque ista ratio recte a te dicta est, neque aliquid quod sanum atque solidum sit, vel necessarium affert. Nimirum sibi germanis, et antecedentibus rationibus respondet, et æqualem illis, atque sibi ipsi imbecillitatem ac vanitatem testatur.

A σημαίνει; εἰ καὶ ἐνίοτε διαφέρει τῷ λόγῳ. Ὥστε οὐδ' οὗτος ὁ λόγος καλῶς εἴρηται, οὐδέ φησιν οὐδὲν ἀναγκαῖον οὐδὲ ὑγιὲς, ἀκολούθως τοῖς ἀδελφοῖς τε καὶ φθάσασι, καὶ μαρτυρῶν ἑαυτοῖς τὴν ἴσην ἑαυτῷ ἀθένειάν τε καὶ οὐθένειαν.

MONITUM.

Bessarion cardinalis, visis inscriptionibus patriarchæ Vecci et ineptissima contra eas confutatione Gregorii Palamæ, aliam ipse confutationem adversus Palamam tuendo Veccum Græce composuit. Quæ omnia, ut manifesta fierent doctis, ipsemet Latina reddidit. Orationem quoque Græcam, quam miserat Lascari Philanthropino Latine vertit. Epistolam item exhortatoriam, creatus jam patriarcha Constantinopolitanus Græce scriptam ad omnes Græcos in Latinum transtulit. Quæ Latina versio cum minime nota esset Petro Arcudio, ipse quoque eadem Græca Bessarionis Latina fecit. Et quoniam Latina Bessarionis vitio amanuensis multis mendis scatent, ut videre est in bibliotheca Vaticana, Arcudius vero ad majorem claritatem quasi verbatim ea convertit; quidam utraque typis esse cudenda censuerunt. Hoc itaque non te lateat, benigne Lector.

BESSARIONIS

DEFENSIONES RECTI CATHOLICIQUE DOGMATIS LATINORUM,

VIDELICET

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI CONTRA HÆRETICUM ILLUD IMPUGNANTEM

GRÆCE LATINEQUE PER EUM EDITÆ.

Post concilium Lugdunense, tempore Gregorii X celebratum, in quo per suos oratores Græci uniti fuerunt Ecclesiæ Romanæ: Spiritumque sanctum ex Patre et Filio procedere professi sunt, prout Ecclesia catholica credit et profitetur: quidam patriarcha Constantinopolitanus nomine Veccus, huic veritati adhærens ad impugnationem adversariorum, quorum adhuc magnus exstabat numerus, omnium Græcorum doctorum volumina magno studio revolvens, cunctas eorum auctoritates ad hanc rem facientes in unum collegit, et aliquibus per eum titulis præpositis, prout ex continua contentione, quæ tunc fiebat, videbatur necessarium esse, utputa quod Spiritus sanctus sit ex Patre et Filio: quod ex Patre per Filium, quod immediate ex Patre, et sic de similibus. Unicuique horum titulorum varias diversorum doctorum auctoritates adaptavit; probans per eas quod sibi propositum erat: verbi gratia, in primo capitulo adducit auctoritates, quibus probatur Spiritum sanctum esse etiam ex Filio; alias deinde probantes ex Patre esse per Filium; demum ad demonstrandum idem esse dicere ex Patre et Filio, atque ex Patre per Filium, ut instruat nos, cum audimus doctores Græcos Spiritum sanctum ex Patre per Filium theologantes idem intelligere nos debere, ac si audiremus ex Patre et Filio eos dicentes; alias auctoritates adducit æquivalentiam istarum præpositionum in theologia significantes. Et huic titulo, cæterisque omnibus quoddam argumentum suum præposuit,

B suam intentionem declarans, et auctoritatum intelligentiam optime hoc modo quod sibi erat propositum concludens. Post Veccum prædictum nonnullis annis quidam apud Græcos Gregorius nomine, cognomine Palamas, de quo magna existimatio apud Græcos fuit, veritati catholicæ circa hunc articulum contrarius, et hostis apertus, paucis volens omnem Vecci prædicti laborem enervare, argumentis prologisque ejus contradixit: volens probare auctoritates propositas, non eam quam ille dicebat, sed longe aliam intentionem habere. Quæ si vera fuissent, totus labor patriarchæ prædicti evanuisset. In hac tamen opinione multis annis homines permanserunt. Cum autem hoc utriusque opus ad manus mei Bessarionis S. R. E. cardinalis episcopi Tusculani, tunc archiepiscopi C Nicæni, pervenisset, non passus sum, nec æquo animo tuli, ut et communem doctores calumniam paterentur, et pro convicto, atque profligato falso ab aliquibus hic sapientissimus vir Veccus patriarcha putaretur. Quare contra Palamam et ejus fucosas et apparentes contradictiones me opposui, probans pro posse auctoritates productas illam intentionem habere quam Veccus sapientissime dicit; non quam Palamas calumniose exponit. Quo præsupposito omnes auctoritates optime faciunt ad propositam rem, et veritas per omnia luce clarius apparet intuentibus. Proponuntur igitur primum argumenta sive prologi Vecci, deinde Palamæ ad ea contradictiones, demum nostræ defensiones,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quibus Veccum defendentes Palamæ cavillationes aperimus, et eas pro posse enervamus, si recte et sufficienter aliorum sit judicium.

Vecci primum argumentum.

Variæ diversorum doctorum auctoritates collectæ, quibus probatur Spiritus sanctus etiam ex Filio esse. Aliæ quoque post eas hoc in volumine inferuntur ad demonstrandum Spiritum sanctum esse per Filium ex Patre. Cumque illæ ex Filio, hæ per Filium eumdem Spiritum esse demonstrent, ad æquivalentiam harum præpositionum probandam, *per* scilicet et *ex*, aliæ deinceps inferuntur doctorum auctoritates, quibus harum præpositionum æquivalentia demonstratur.

Palamæ contradictio

Cum in theologia invicem æquivaleant eæ præpositiones, *per* et *ex* neque divisionem ullam, neque differentiam sanctæ Trinitatis significant, sed unionem et immutabilitatem, secundum naturam videlicet et voluntatem ejus. Hinc enim sane ostenditur unius ejusdemque naturæ potentiæ, operationis et voluntatis Pater, et Filius, et Spiritus sanctus esse. Qui vero hic sanctorum dicta sumpsit atque inscripsit, divinarum personarum differentiam male impieque per ejuscemodi præpositionum æquivalentiam conatur ostendere, et quod a duabus personis, et ab utraque earum una trium divinarum personarum, Spiritus videlicet sanctus, differenter essentiam habeat. Dilucidum igitur est sanctorum sententias bene ac pie se habere; sed ab eo, qui illas sic aggregavit atque conscripsit, male atque impie accipi. Quod autem ejusmodi, *per*, præpositio unionem, et omnino immutabilitatem significet, quando scilicet isti, *ex*, æquivalet, divinus Maximus quam apertissime ostendit, cum ad Marinum scribit de quibusdam dicentibus ex Filio Spiritum esse. Ait etenim, quod non facerent Filium causam, unam enim noverant Filii et Spiritus sancti causam, Patrem videlicet, esse; sed ut per ipsum prodire ostenderent, et per hanc præpositionem conjunctionem substantiæ et immutabilitatem probarent. Ex iis igitur patet Veccum istum infideliter atque impie ejusmodi dicta accipere. Non enim conjunctionem et immutabilitatem, sed personarum differentiam ex iis adducere conatur, neque magnum Basilium audit, qui quadam in parte ad Amphilochium, quod Pater, inquit, per Filium creet, neque imperfectam Patris creationem significat, neque supervacuam enervemque Filii operationem ostendit, sed unionem significat voluntatis : itaque vox ista per Filium primæ principalisque causæ confessionem habet : non sumitur ad efficientem causam inveniendam. Quod igitur asserit per Filium, et ex Filio Spiritum secundum temporalem missionem prodire, eamdem Patris et Filii voluntatem peroptime probat; bona enim Patris et Filii voluntate, eodem quoque cooperante Spiritu, dignis hominibus Spiritus sanctus donatur atque largitur. Ili vero, qui Latinos sequuntur, temulentia quadam per Filium et ex Filio Spiritum sanctum putantes essentiam habere, opus eum esse beneplaciti et voluntatis, atque ex necessitate creaturam, sed non divinæ naturæ fructum impie asserunt. Sacer enim Damascenus inquit : Opus divinæ voluntatis creatura est, sed non divinitatis, absit. Et rursus non voluntatis, sed divinæ naturæ tam generatio, quam processio est, quæ ante sæcula et sempiterna est.

Nicæni defensio.

Strenuus iste vir ad eas quidem auctoritates, quæ ex Filio esse et per Filium ex Patre procedere Spiritum sanctum affirmant, quodque ex iis colligitur, minime contra ipse potest. Quo enim pacto ad tantam tam dilucidam veritatem? æquivalentiæ vero harum præpositionum, *per* et *ex*, neque bene, neque ulla cum ratione inhæret, et contumeliis ac maledictis adversarium prosequitur, putat se operæ pretium facere, cum perverse atque impie sanctorum mentem exposuisse, eorumque dicta aggregasse virum hunc sapientem calumniatur, ipse vero de his rationem reddere nequeat, putatque hanc præpositionem *per*, etsi unionem, immutabilitatem, identitatemque voluntatis in sancta Trinitate significet, cum in theologia illi præpositioni *ex* æquivalere dignoscatur, non posse quempiam secundum hoc significatum eam accipere etiam de Spiritus sancti processione ex Patre per Filium; vel non ista ratione etiam nos id intelligere, sed distinctionem ac divisionem magis inducere, oppositionemque et discordiam. Quod ex prædictis ipse intelligere videtur; imo vero quam apertissime asserit, per hoc omnes nos velle ex duabus personis Patre Filioque Spiritum sanctum essentiam differenter habere : nescio unde vel a quo hoc verbum differenter dici audiens. Ita nos putat theologiæ expertes : fortassis autem et ipse hoc sentit, ex Patre per Filium asserens mundum creatum fuisse; nec enim ullam cerno necessitatem cur de creatura quidem, *per*, æquivalens, *ex* identitatem significet personarum : tamen ostendens discretionem (hoc enim neque ipse negabit), de Spiritu vero diversitatem et omnino discretionem. Neque eum pudet contra se magni Basilii testimonium afferre : vocem eam *per Filium* professionem principalis causæ habere. At nos ex duabus quidem personis Patre, ac Filio Spiritum sanctum exsistentiam dicimus habere, et toto corde confitemur. Nihil enim operatur, nisi in quantum hoc aliquid et individuum sit. In quantum autem ejusmodi Pater et Filius duo sunt : at differenter ex iis procedere, hoc nequaquam concedemus. Siquidem ut Patris, ita et Filii operationem naturalem, sanctos audimus dicentes Spiritum sanctum esse. Unam autem operationem Patris et Filii esse præcipue credimus, nisi et is cum ex Patre, et Filio, et Spiritu, vel ex Patre per Filium in Spiritu dicit mundum subsistere;

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non ex tribus solis personis asserat effici ; hoc enim utique fateretur, sed etiam differenter ex tribus : quod si miretur quo pacto hac præpositione *per* voluntatis unitatem et identitatem repræsentante, nos per eam Filium esse causam exsistentiæ Spiritus sancti velle demonstrare : primum semetipsum miretur, quomodo per Filium fieri dicens mundum, deinde eum causam putet productionis mundi, per hanc præpositionem ostendi ; vel dicat non esse causam entium Filium, et malo malum curret. Affert quoque divini Maximi testimonium, quod minime ad propositum facit. Et nos enim fatemur hanc præpositionem, *per*, et unitatem, et immutabilitatem substantiæ Patris ac Filii significare : novimus etenim per hanc dictionem, *per*, ordinem quemdam et respectum ejus, de quo hæc dicitur ad illum de quo hac dictione, *ex*, utimur, maxime demonstrari ; eamdem tamen ipsam identitatem immutabilitatemque causam esse, et quod Filius idem possit quod Pater, quodque per eum procedat Spiritus sanctus. Secundum enim divinum Cyrillum ex utroque, ex Patre per Filium : secundum vero eumdem Maximum ex Patre, et Filio, sive ex Patre per Filium procedit, id est exsistentiam habet : siquidem procedere iste quoque asserat significare exsistentiam habere, præsertim secundum illos qui hoc nomen duntaxat exsistentiæ Spiritus tribuunt. Quod autem dicat sanctus doctor, Filium non facit causam Spiritus sancti, sed Patrem, minime miraberis, si Græcam linguam considerabis, et de quo ipsa proprie hoc nomine causa uti consuevit. Notissimum namque est primam et principalem causam, et fontem, et radicem uniuscujusque hanc proprie causam vocari, qualem solum Patrem esse quis non concederet, quod dilucidum hinc est : siquidem creaturæ et Spiritum sanctum, causam esse nemo, qui Christiano nomine censeatur, negaret. At theologus Gregorius : Deus, inquit, in tribus consistit maximis, causa et opifice, et perficiente Patre scilicet, et Filio, et Spiritu sancto. Cum autem audias Patrem principalem causam, ne putes nos jam etiam differenter dicere, Filium producere Spiritum, cum non sit causa principalis. Idem enim nihilominus etiam de creatura sequitur, atque omnibus simpliciter, quæ Filius habet, quæcunque et Pater habet : nec enim creaturæ principalis causa Filius est, siquidem tanquam causaliter et ut Filius omnia habet, quæcunque et Pater habet paternaliter, et non causaliter : tamen et ipse causa est, et una cum Patre entium causa. Ac eorum identitatem, et voluntatis unitatem, nec minus personarum distinctionem, *per* præpositio repræsentat. Quæ autem, inquit, quod opus divinæ voluntatis, et idcirco creaturam dicimus Spiritum propter hanc dictionem, *per*, quæ identitatem voluntatis repræsentat. Haud scio si alicui alteri præter se ipsum videri possint. Si enim propterea quod *per* voluntatis identitatem ostendit, secundum istum Spiritus creatura esse colligitur : cur non potius divina erit natura et putabitur a nobis, cum eadem, *per*, etiam substantiæ identitatem repræsentet? Quippe cum beati Maximi sententia, quam ipse pro se attulit, potius doceat identitatem substantiæ : Ut enim, inquit, conjunctionem substantiæ ostendat, quanquam et si solum identitatem voluntatis, *per* ostenderet, nihil etiam sic absurdi sequeretur, cum eadem res, et essentia, et voluntas de Deo dicatur. Hanc enim potentiam simpliciorem sublimioremque omnibus esse, nemo est qui ignoret. Unamquamque vero potentiam tanto ad plura se habere quanto simplicior et sublimior sit, omnibus palam est. Quare Dei quoque voluntatem ad Filium, et Spiritum sanctum, ut naturam seu essentiam se habere, sed ut voluntatem ad creaturam. Notissimum enim est, quod omnis et voluntas etiam divina ad finem ut natura se habet determinate ipsum appetens, quemadmodum et natura ad unum determinate se habet : finis autem voluntatis Dei et Patris, Filius et Spiritus sanctus est : ad quos necesse est eum se habere ut naturam. Ad ea vero quæ sunt ad finem, et præsertim ad ea sine quibus potest finem attingere, ut sunt creaturæ, nihil enim hæ nec adesse Dei conferunt, nec ad melius esse : ad hæc, inquam, non determinate, et idcirco ut voluntas se habet ; patet enim ea et nolle et velle. Unde et Damasceni sententia solvatur, et nos ab omni reprehensione soluti sumus, cum verba illa quæ contra nos esse videbantur, nihil afferant necessarii. Itaque iste cum aliquid dixisse videbatur, contra se omnino concludit.

Secundum Vecci argumentum.

Cum sint quidam, qui Scripturarum sententiis adversantur, quæ propterea per Filium Spiritum sanctum ex Patre esse indicant, collectæ sunt et hæ sententiæ, quæ immediate Filium ex Patre esse ostendunt, ad sententias illas confirmandas, quæ per Filium Spiritum sanctum esse demonstrant. Nam nisi per Filium Spiritus sanctus esset, cur non et ipse immediate ex Patre esse diceretur?

Palamæ contradictio.

Est quoque Spiritus sanctus immediate ex Patre dictus, ex quo tua illa sententia, omnisque interimitur conatus Gregorius, qui sua excellentia Theologus est nuncupatus, secundum esse in suis carminibus, inquit, Spiritum sanctum a Patre quemadmodum et Filium. Nyssenus vero una cum pluribus aliis ad unam Patris personam eodem modo utrumque se habere inquit, præter subsistentiæ modum. Quid autem illi qui dicunt Spiritum sanctum ex Patre procedere, atque in Filio permanere, et ex Patre in Filium penetrare, ac ex Patre esse, Verboque concomitari? Item qui communionem charitatem Patris et Filii esse Spiritum sanctum asserunt, præterea qui unamquamque personam ad alteram se habere non minus quam ad se ipsam. Quid denique ille, qui canat : *Manus tuæ fecerunt me et plasmaverunt*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

me? Nonne igitur hi omnes immediate Spiritum sanctum ex Patre esse ostendunt.

Nicæni defensio.

Nec vero omnino nos negamus Spiritum sanctum immediate ex Patre, quanquam non id expresse dictum a doctoribus attulisti. Si igitur etiam ipse nobiscum eum mediate esse fateris, pro nobis sermo est: sin autem id caves, sequentia reformidans, doctorum tibi reprehensio præsto, qui et Filium ex Patre immediate esse docent, atque inter eos nihil esse medii, ac Spiritum esse per Filium, mediamque personam Filii inter Patrem et Spiritum sanctum. Fit autem tibi hinc deceptio, cum distinguere id non possis, quo pacto ex Patre immediate Spiritus sit, quo pacto etiam mediate. Nam si vel duabus et differentibus processionibus ex Patre Filioque Spiritum sanctum esse fateremur, ut ex Patre quidem imperfecte, perfecte vero procederet ex Filio: vel si ex Filio tantum prodire poneremus, tum solum mediate ex Patre procederet. Nunc vero si quis ad unicam productionem processionisque identitatem ex utroque prospiciat, itemque quod Pater et causa, et fons divinitatis sit, ita ut si is non esset, etiam ipse Filius neque esset, neque alicujus causa esset, immediate ex Patre reperiet Spiritum; et ad hæc ducunt quæ ipse inducis dicta. At si ordinem quisque speculetur, qui re in Trinitate est, nec solum nostra intentione constat, Filium medium cernet, et tertium a Patre Spiritum, ac per Filium ex Patre procedentem, habentemque ante se præintellectum Filium, sicut Filius habet Patrem præ se intellectum. Quod ipse minime cogitans concludis non necessario.

Tertium argumentum Vecci.

Congestæ sunt et hæc Scripturarum sententiæ, quæ conferunt ad mentem doctorum probantium non immediate, sed per Filium ex Patre Spiritum esse. Nam si immediate Spiritus foret ex Patre, non diceretur esse Filius imago Patris, et Spiritus imago Filii, Filius operatio Patris, et Spiritus operatio Filii, Filius persona Patris, Spiritus persona Filii.

Palamæ contradictio.

Amentissime, qui impie hic describis, quæ a sanctis recte ac pie dicuntur, quomodo non conspicis, quod sanctæ Trinitati communia et naturalia nullam habent differentiam: siquidem unus Deus est, una imago, una voluntas, una denique Patris, et Filii, et Spiritus sancti operatio: igitur una cum aliis etiam cum persona altera alterius harum dicitur, naturalis est, et non personalis, atque ostensiva immutabilis similitudinis, sed non modum subsistentis demonstrat, absit. Tu vero non sic personam alteram alterius dicens, sed hypostatice hæc intelligens: non potes esse deinceps prædicator Trinitatis. Nam si Filius est persona Patris, ut ex eo, et Spiritus Filii, non erit deinceps Pater persona altera præter Filium, neque Filius præter Spiritum sanctum. Videsne quo pacto sanctorum quidem dicta pie ac recte se habent, absque vero impie et perverse suscipiuntur?

Nicæni defensio.

Siccine tu beatum etiam Paulum, qui Filium invisibilis Dei imaginem affirmat, et ejus personæ splendorem, gloriæque splendorem audis; ac si diceret eum ejusdem personæ cum Patre esse, naturæque solum ostenderet identitatem, non distinctionem quoque personarum. At nos, qui fide ac ratione ducimur, et identitatem naturæ per hæc nomina intelligimus imaginem, scilicet personam et operationem: ita ut possumus etiam dicere unam esse sanctæ Trinitatis et imaginem et divinitatem pro exemplari, imaginem recipientes eodem modo, et personam Patris dicentes, Patris substantiam demonstramus, cum in Deo substantia idem sit cum persona ejus, nec eo minus et personarum ostendimus distinctionem. Nam et tres personas sancta in Trinitate fatemur, non identitatem per hoc, sed distinctionem demonstrantes: imagoque certe non ad se ipsam, sed ad illam refertur, cujus et imago est; et idcirco hypostasim significat, cum relativum nomen sit et personam constituat. Tu vero quo pacto id intelligas, nescio, cum naturaliter dici non hypostatice affirmes: quando alter persona alterius dicitur, atque inconveniens quoddam contra nos afferre putas, quod liquido contra te est. Nam nobis dicentibus Filium personam esse Patris, ex eo prodeuntem, Filii rursus Spiritum sanctum, ut ex eo procedentem, sequi putas ex hoc non dicere Patrem aliam personam esse, et Filium aliam, et Spiritum sanctum. Ego autem, si bene tuam intelligo rationem, ex tua quidem hac positione id absurdissimum sequi assererem; e nostra vero omnino contrarium. Si enim alteram personam alterius dici identitatem duntaxat, ac immutabilem similitudinem ostendit, ut ipse ponis: est autem persona Patris Filius, ut idem ei secundum substantiam, itemque Filii Spiritus, ut ejusdem solum cum eo substantiæ, profecto non esset alia persona Patris, quam Filii et Spiritus sancti, nec illorum ab invicem. Neque enim alterius substantiæ sunt, sed cum personam Patris vel personam Filii audiemus, itemque Spiritus sancti identitatem substantiæ intelligemus; ita ut secundum te Trinitas perimatur ad unicum circumscripta Deum. Sin autem, ut nos fatemur, alteram personam alterius dici, ex illo esse significat, cujus et esse dicitur, simulque ejusdem esse substantiæ: quoniam quidquid ex aliquo est, aliud dilucide est, saltem substantia et persona, quam illud, ex quo dicitur esse, quomodo non erit Pater alia persona, et Filius, et Spiritus sanctus? Itaque nos quidem hæc asserentes, Trinitatem quam maxime servamus; tu vero cave ne contra-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

rium facias, injusteque nos redarguas, quibus ipse dignus es, improperia in nos inferens. Quod autem cum aliquid persona, vel potentia, vel operatio dicitur cujuspiam, ad hoc aliam hypostasim sive personam significet, etiam ex eo esse significat, cujus et esse dicitur. Audi quid omnes dicant : Christum scilicet Dei potentiam, et Dei sapientiam ; itemque viventem et subsistentem operationem, et potentiam Patris Filium. Et rursus Spiritum sanctum non alienum a Filio, sed in eo, et ex eo, atque ut naturalem operationem. Patet enim quod cum Filius subsistens potentia Patris sit, ab eo etiam differt in quantum hypostasis est, et secundum hoc etiam ex eo est, et Spiritum sanctum naturalem Filii operationem, neque hanc non subsistentem, et ex eo esse, et hac ratione ab eo distingui. Quare non tantum naturæ identitatem hæc nomina ostendunt, in quo ipse te laudas, sed etiam distinctionem personarum. Hac igitur ratione devicta, omnia etiam, quæ sequuntur, simul conflicta dissipataque sunt.

Quartum argumentum Vecci.

Cum quidam nolint profiteri Filium in Trinitate medium esse, quod tamen manifeste a sanctis Patribus institutum in theologia est, non omnino velint in Trinitate nomen ordinis asserere ; et hæ doctorum auctoritates collectæ sunt, tum ad ostendendum Spiritum sanctum per Filium connexum esse Patri, tum ad liquido demonstrandum ordinem esse in Trinitate.

Palamæ contradictio.

Mentiris contra pios fidelesque hominum, miserrime. Haud enim ignari sumus, ordinem in Trinitate esse ; sed pium atque fidelem. Qui vero tertium a Patre Spiritum sanctum ex necessitate esse ostendit, tanquam impium, quem tu cum Eunomio asseris, minime recipimus. Atque contra Scripturarum sententias mentiris. Quæ non modo Filium, sed interdum etiam Patrem Filio Spirituique sancto nexum esse aiunt : interdum quoque Filii et Patris Spiritum sanctum medium communemque affirmant. Et quem liquido dici ordinem asseris, manifestum est, quod non de Filio et Spiritu sancto est. Conceditur tamen et Filium esse medium, sed non quoad exsistentiam Spiritus ab eis, qui divina noverunt, sed secundum confessionem, non immediate Spiritum sanctum ponentibus, ne et ipse genitus videatur. Itaque ejusmodi dicta a viris sanctis bene ac recte reposita sunt. Sed qui in hoc loco illa collegit atque ad suam, hic falsam opinionem inseruit, male impieque his utitur.

Nicæni defensio.

At homo quisquis es, qui hæc dicis, hujusmodi ordo, quem attulisti, tuosque doces auditores, non ordo, sed potius inordinatio nuncupanda foret. Nam si propter confessionem, ut ais, ordinem affirmas, Filiumque medium esse asseris, ne immediate Spiritum ponens eum genitum cogaris opinari, videris neque re in divinam Trinitatem ordinem ponere, sed ipse id concipiendo quasi dono concedere, ac putare in te esse, cum volueris permutando ordinem nominum postponere. Si enim ob nomen Patris (nam hoc arbitror confessionem vocas) non effers immediate Spiritum sanctum, ne genitus putetur, licet si eum spirantem nominabimus, Spiritum statim inferre, et per Spiritum ex spirante Filium esse, Filiumque per se ex Patre, sed per accidens ex spirante : Spiritum autem sanctum per se ex spirante, sed ex Patre per accidens, atque in nobis esse ordinem alterantibus. Interdum Filium medium Patris et Spiritus ponere, cum primam causam nominemus Patrem : interdum vero Patris et Filii medium Spiritum, cum eum spirantem affirmemus. Quæ quidem omnia et absurda sunt, et magis inordinationem, quam ordinem inducunt. At nos hujuscemodi ordinem negamus. Nec vero arbitreris nos cum Eunomio eum ordinem sentire, tertiumque ex necessitate a Patre Spiritum putare. Nam tertium esse ipsum maxime quidem credimus, et hoc ex necessitate. Modo hoc tibi verbum ex necessitate non significet idem, atque ex natura, cum illi credamus, qui eum tertium esse tradidit in salutaris baptismatis traditione. *Ite*, inquit, *et baptizate in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*. Tertium autem natura esse nunquam dicimus, nec unquam incidemus in alterum contrariorum fugiendo alterum, ut ipse agis. Siquidem tertium natura ipse fugiens, ipsum etiam discretivum personarum ordinem negas ; neque potes in medio manere : quam melius tibi fuisset ambo fugere extrema, stareque in medio, ut nostra sententia est : qui nec omnino tertium esse negamus, neque tertium esse natura concedimus, sed tertium quidem eum ponentes, non solum dici, sed etiam esse atque ordinem discretivum recipientes personarum, non naturarum : quem quidem ipsum ex necessitate esse quis contradicat ? Quanquam ipse omnem ordinem quoquo modo ex necessitate demonstrantem, hunc esse tertium non concedas, nec Patrem nostrum Chrysostomum audias, cum dicat : Discretivus itaque divinarum personarum ordo sanctis notus consistit, sed discretivus naturæ ordo in sancta Trinitate rejiciendus est : discretivum autem personarum ordinem naturæ quidem non esse, sed natura tamen esse quilibet sanæ mentis concederet, ac secundum hanc rationem esse et naturalem, non secundum quod naturam discernit, sed secundum quod natura non positione nostra est. Id autem affirmant et doctores Ecclesiæ principes Athanasius atque Basilius : hic majorem propositionem tradens, Athanasius minorem inducens, et syllogismum ambo unum complectentes demonstrantem natura Spiritum sanctum ad Filium ordinari ; ad Patrem enim Filium natura

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ordinari, et ita quidem natura, ut omne causatum ad propriam causam; utque id, quod ex igne producitur ad ipsum ignem, docet Basilius; Spiritum autem ejusmodi naturam ordinemque ad Filium habere, quem Filius ad Patrem, Athanasius litteris mandavit, qui cum naturalis sit, non in quantum naturam discernit. Sæpe namque id dicatur, ut calumniantium obstruantur ora, sed quia natura non positione nostra est; re quidem esse, et non intentione nostra, neque in nobis esse, ut ipse arbitraris, cum velimus permutare: interdumque ita ordinare, interdum aliter: nemo est, qui non fateretur. Si itaque hujuscemodi ordinem et ipse fateris, Scripturarum sententias non pervertimus; nec ullis, qui mentem habeant, videbitur: sed bene ac recte, qui eas collegit, fecit, atque pro nobis hæ rationes sunt. Sin autem hunc negas, qui dicit te eum negare, verum dicit, nec mentitur, sed bene te vulnerat verbis collectis doctorum. Vile etiam hæc sane agis, cum ad aliam sententiam dictas auctoritates ipse colligis, et per eas putas refellere hanc insolubilem auream ordinis catenam. Spiritus namque medius inter Filium et Patrem tanquam ingenitum genitumque esse dicitur, cum ipse neque genitus sit, neque ingenitus secundum Gregorium Nazianzenum: Pater autem Filii et Spiritus sancti nexus, ut ipse fons eis exsistens, et ut sint, et ut unum sint. Quæ cum abs te supervacanea, nec ad propositum producantur, non minus contra producentem, quam contra eos, adversus quos inducta sunt, et reprehensionis et ruditatis demonstrationem habent.

Quintum Vecci argumentum.

Cum quidam sint, qui illud Evangelii dictum, quod Spiritum sanctum Spiritum veritatis nominat, non concedunt idem valere quod valet et dictum ex Patre ipsum procedere. Itemque nec illud æquivalere asserunt, ex Patre videlicet procedere, et ex Filio accipere Spiritum sanctum. Collectæ sunt et eæ auctoritates doctorum ad æquivalentiam ostendendam ejusmodi dictorum evangelicorum.

Palamæ contradictio.

O hominis amentiam! Cum enim æquivalent hæc dicta, unitatem sive consubstantialitatem divini Spiritus repræsentant, differunt autem quasi non ab utroque, Patre scilicet et Filio, subsistentiam Spiritus demonstrent. Quod quidem ab eisdem Scripturarum sententiis notum est. Qui autem has sententias aggregavit, ad differentiam horum dictorum quasi surdus effectus est.

Nicæni defensio.

In his nec apparentem quidem argumentationem affert, qua sola in aliis utitur, veri negligens, vel imperitus etiam in illis, in quibus illud reperire contingeret. In his etiam neque si vehementer quæsivisset, reperisset, contumeliis vero auctorem afficit, prout etiam in aliis facit: positionem etiam quamdam ponit ad quam probandam nihil inducit necessitatis. Siquidem auctoritatem illam, quæ Spiritus veritatis fatetur Spiritum sanctum, esse illi æqualem, quæ ipsum ex Patre procedere ponit, vel ex Filio accipere, nobis dicentibus: His unitatem, inquit, et consubstantialitatem Spiritus ostendere; non tamen eis processionem ex Patre et Filio, secundum hoc enim differre: sed quomodo non demonstrat, verum auctoritates illas ac dicta testatur, quæ tamen dilucide in contrarium, quam ipse velit ducunt. Quod enim communitatem quamdam consubstantialitatemque ad invicem significantes æquivaleant, hoc verissimum est. Quod autem ex Patre Filioque Spiritus sancti processionem non ostendant, hoc certe a temetipso affers, adversum omnem veritatem pugnans. Nam id ipsum consubstantiale causa est, ut Spiritus ex Filio, vel ex Patre per Filium producatur; prout divus Cyrillus dilucide ostendit: Proprius, inquit, Patris et Filii est Spiritus sanctus, et unus ex Patre per Filium propter substantiæ identitatem, sive Patris scilicet et Filii, sive et horum ad Spiritum. Hoc enim modo vel illo pro nobis hæ rationes faciunt. Consubstantialitas enim Spiritus ad Patrem et Filium, quodque eorum propius dicatur, non excludit ipsum ex Filio, vel per Filium ex Patre esse; imo vero concludit atque probat: quod etiam et alibi idem ipse inquit: Dei Patris etiam, et Filii Spiritum sanctum esse, qui consubstantialiter ex utroque, scilicet ex Patre per Filium profunditur. Si enim simpliciter solum consubstantialitas causa esset, quod Spiritus sanctus proprius Filii diceretur, utique et Filius Spiritus sancti proprius diceretur, cum ei consubstantialis sit, quod nemo unquam affirmare ausus est. Si vero ob illud, quod Filius ad Patrem referatur, non posse, inquit, Filium proprium Spiritus dici, ne ejus esse Pater Spiritus sanctus videatur: testantur nobis ex necessitate Filium spirantem aut producentem esse, propterea quod Spiritus cum relativum nomen sit, ad spirantem referatur necesse est, atque ex illo spirari, cujus etiam dicitur esse. Et ita contra seipsos talia jactantes reperientur, cum putent adversarios oppugnare. Quod autem non solum dici Spiritum proprium Filii in eumdem sensum cadit, atque ex Patre procedere, sed nihilominus et accipere ex Filio, id etiam rursus una cum multis aliis doctoribus ipse Cyrillus testatur: Ut enim procedens per ipsum naturaliter tanquam proprium ejus, inquit, cum omnibus, quæ habet, perfecte accipere dicitur, quæ illius sunt.

Sextum argumentum Vecci.

Cum quidam sint, qui affirment hæc verba ad invicem differre, prodire scilicet, profluere et procedere, collectæ sunt ad irrefragabilem eorum æquivalentiæ demonstrationem propositæ sancti Cyrilli sententiæ: deinde aliorum dicta Patrum, qui de sancta Trinitate tractarunt, affirmantium ex Patre prodire, et emitti, et profluere Spiritum

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

sanctum in illis locis, quibus dicturi erant, eum ex Patre procedere.

Palamæ contradictio.

O dementiam! Quis enim tam ignarus est quin sciat hoc verbum prodire de Filio etiam dici, sed procedere, aut profluere de eo ipso nunquam? Quemadmodum et profluere proprie de temporali missione Spiritus, interdum, tum etiam de processione dicitur. Veccus tamen iste, et qui eum sequuntur, hæc nihil ad invicem differre affirmant, impie pariter atque impudenter. Siquidem sanctorum dicta hoc in loco collecta, etsi ostendunt in quibus interdum hæc verba concurrunt, eorum tamen ad invicem differentiam minime interimunt.

Nicæni defensio.

At si attente beatum Cyrillum legisses, de Filio etiam reperisses eum usum hac dictione procedere in tractatu quem fecit super Joannem, in ea parte videlicet, cum venerit Paracletus. Nam si ex Patre, inquit, non procedit, id est ex ejus substantia Filius secundum nos : si vero de Filio profluere non dicitur, cum tamen dicatur de Spiritu, minime mirandum est ; cum figuræ nominis Spiritus hæc dictio accommodatur, non autem Filii ; quemadmodum etiam dictio generatio Filii quidem nomini accommodatur, non autem Spiritus nomini convenit ; non tamen idcirco juste diceret quisquam, quod cum ipsum generari ex causa esse significet, Spiritus autem non generatur ex Patre, sed procedit, ipsum procedere non significet tanquam ex causa esse ex eo, a quo procedit. Hoc enim dicere stolidum est. Quare differentiam harum dictionum hinc probare minime potes. Cum autem et de Filio et de Spiritu sancto pariter hæc dicantur : item cum emanatio Spiritus et processio vocetur, et profluentia, et progressus tanquam idem hæc omnia significent, nihil omnino differre hæc nomina ab invicem videntur. Quod si non differunt, eodem igitur modo audienda sunt, cum Filio, vel per Filium procedere Spiritus sanctus dicitur, quemadmodum cum de Patre : sed cum de Patre dicuntur, per ea intelligimus sancti Spiritus processionem ex eo; eadem igitur et ex Filio, id est, per Filium intelligenda est. Profluit enim Spiritus sanctus, ut Cyrillus fatetur, a Filio; quemadmodum etiam ex Deo et Patre nullum dubitationis vestigium relinquens. Quod si tu demonstraveris, hæc nomina vel non idem significare, vel si idem aliter tamen de Filio aliter de Patre intelligi debere, quanquam noster doctor clamitet, ita a Filio profluere, quemadmodum intelligitur ex ipso Deo, et Patre : absolvemus te hujus injustæ blasphemiæ in Veccum, et amentiæ, cujus eum, non recte considerans, accusas.

Septimum argumentum Vecci.

Cum quidam, audientes Spiritum sanctum ex Filio etiam emanare atque prodire, non divinam Spiritus naturam ex divina substantia, naturaque Filii oriri atque emanare insulse concedunt : sed spirituale quoddam munus illis, qui digni sunt, superveniens, ob idque illa, quæ in eis fit inhabitatio ubique præsentis divinitatis sancti Spiritus habitudinaliter fiat : ita ejusmodi munus intelligentes ac si sejunctum separatumque a divina Spiritus substantia intelligeretur. Collectæ sunt et eæ auctoritates, ex quibus id intelligi potest. Quod sancti Spiritus inhabitatio, quæ fidelibus dignisque fit, quanquam habitudinalis ineffabiliter, et super ratione est : tamen quia eo hæc dona Spiritus profluunt, ubi divina ejus natura habitudinaliter inhabitabit ipse Spiritus sanctus, qui in Trinitate et una persona, et ejus completivus, quique divina natura perfectusque Deus est prout Pater, et Filius demonstratur ; cum aliquis Spiritum sanctum emanare, prodire et esse ex Filio dicat.

Palamæ contradictio.

Neque quid dicat profecto novit, neque quid affirmare velit, qui hanc scripturam composuit. Nemo namque qui pie intelliget quæ dicta sunt, semotam esse a divina natura divinam gratiam et operationem putaret. Nec ea de causa, quia inseparabilis est a divina natura divina operatio, propterea et natura est operatio nihil ab ea differens. Siquidem divina operatio ex natura est, et ei inesse ut theologi affirmant, sed per se non est. Divina vero natura nec ex operatione est, et est per se, et locus est divinarum operationum, sed et Spiritum sanctum nequaquam ex persona esse Filii affirmamus. Iste autem cum eum dicat ex natura esse Filii, nobis contradicere atque adversari arbitratur : nihil differre, ut videtur putans naturam a subsistentia, vel et differentiam insipienter naturæ afferens in sancta Trinitate, quia differentia personarum est.

Nicæni defensio.

Si ergo semotam divinam Spiritus gratiam ab ejus natura personaque non arbitraris : quid intelligis audiens ex Filio Spiritum sanctum mitti : patet quod etiam volens nolens illius personam, siquidem gratia sine persona non mittitur : quia, ut Cyrillo placet, non subsistente gratia minime participamus : sed id est, quod mittitur divina natura, et subsistens, quod completivum est Trinitatis, persona videlicet Spiritus sancti. Quo igitur pacto et Filium hunc mittere intelliges? Haud enim aliter quam Patrem : alterius enim etiam potentiæ foret ; manifestum est igitur quod sicut et Pater. Sed Pater mittit producens et ipsam personam ; igitur et Filius cum ipsum mittit producens et ipsam personam, nisi tanquam ministrum eum dicas Spiritum, qui ex Patre procedit postea mittere. Quod ut absurdum, ita et impium est. Concedatur enim non idem esse divinæ substantiæ divinam operationem :

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

quidnam concludere tum ex hoc conaris, si cum Spiritus sanctus mittatur, non insubsistentem gratiam, verum ipsam divinam subsistentem naturam mitti et ipse concedis, manifestum est, si etiam ignorare ipse dissimulas, sancti Spiritus divinam hypostasim ex Filio esse, emanare atque mitti, quemadmodum etiam ex Patre, quod sibi ostendendum proposuit, qui doctorum collegit sententias. Quod si miraris, quo pacto nos ex natura Filii Spiritum sanctum asserentes oriri, atque emanare, et ex ejus persona esse putamus, ac si propter identitatem naturæ, et personarum identitatem poneremus, vel propter eorum differentiam, alteritatem etiam naturæ introduceremus. Multo profecto magis nos tuam perfidiam miramur. Si cum Filii naturam audias cum hac additione Filii, eam tanquam quid simpliciter absolutum intelligas, et non cum proprietate Filii, nec id quidem comprehendere potuisti, quod per se natura absolute communiterque sumpta neque mittere neque producere quidquam potest, neque omnino esse causa essendi, quæ non sit cum aliqua proprietate sumpta, quæ personam constituat. Nam quod individuorum sint operationes, tota philosophia clamat.

Octavum argumentum Vecci.

Ad demonstrandum Spiritum sanctum ex Patre Filioque esse, collectæ sunt et eæ auctoritates Scripturarum, quæ ostendunt eum esse qualitatem substantiæ Patris et Filii. Itemque fragrantiam, spirationem et odorem; juxta autem ejusmodi sententias, et alia dicta excerpta sunt: quæ in eumdem sensum ducunt, quæ et Patrem Spiritus sancti fontem, et Filium Spiritus sancti fontem piissime asseverant.

Palamæ contradictio.

Sententiæ hic scriptorum collectæ per exempla quædam, quoad fieri potest, Spiritum sanctum Patri Filioque consubstantialem esse ostendunt. Nec enim exemplum reperire quisquam potest, quod omnimodam habeat similitudinem. Et cum interdum Spiritus sanctus aqua viva vocetur secundum gratiam et operationem, hujus aquæ et Pater et Filius fons nuncupatur. Interdum et idem Spiritus sanctus. Qui vero ejusmodi dicta hic attulit, horum quædam præteriit, quibusdam abusus est. Et hoc modo allicere et trahere putat ad suum perversum sensum audientes.

Nicæni defensio.

Demonstrant quidem sententiæ prædictæ Spiritus sancti cum Patre Filioque consubstantialitatem, nec id tamen solum, sed quod etiam ex eis sit atque procedat. Nam ex Patre utique esse, et ipsemet tu significare concedis. Hoc autem cum dederis, non poteris reddere rationem, cur eadem de Patre quidem dicta non modo consubstantialitatem, sed etiam ex eo esse demonstrent: de Filio vero solam consubstantialitatem, præsertim cum hæc nomina non convertantur. Siquidem consubstantialis Spiritui Filius dicitur: forma vero, aut fragrantia, aut ejus spiratio nunquam dictus est. Ut igitur Filium formam Patris, vel fragrantiam, vel qualitatem legentes, non tantum ei consubstantialem hunc intelligimus, sed ex eo etiam prodeuntem: ita et Spiritum sanctum spirationem, formam, fragrantiam atque operationem Filii utroque modo prædicto putamus dici. Quæ enim ratio est aliter de Patre ad Filium Spiritumque, aliter de Filio ad Spiritum hæc intelligere? Tu vero et eorum quæ antea fatebaris, oblitus, rursum Spiritum sanctum affirmas secundum gratiam tantum aquam vivam vocari, et hujus duntaxat Filium esse fontem. Sed si gratia hæc a substantia subsistentiaque minime sejungitur (nam hoc jam concessisti), quomodo non et divinam Spiritus sancti personam cum hac gratia Filius ut fons emittit?

Nonum argumentum Vecci.

Hæ Scripturarum sententiæ, in quibus Patres sacræ theologiæ professores, cuncta, quæ propria sunt Patris, naturaliter transire in Filium et ex eo genitum demonstrarunt, hic collectæ sunt ad demonstrandum Spiritum sanctum esse, prodire atque oriri etiam ex Filio perinde ut ex Patre: sicut divus Cyrillus litteris mandavit. Si enim dictarum sententiarum determinationes paternitatem solum generationemque a Filio auferunt, manifestum est, quod Filius quidem non erit Pater, Spiritus vero ex paterna substantia emanans, et ex substantia Filii non generante et emanat et profluit.

Palamæ contradictio.

Nulla profecto ratione impietas corroboratur; transire enim audiens Veccus iste in Filium paternas proprietates, et naturaliter et essentialiter de illis propriis, quæ paternæ substantiæ sunt, putavit doctores dicere, non de illis quæ natura propria sunt. Secundum ergo ejus in theologia peritiam divo Cyrillo in suis *Thesauris* scribente, quomodo non erit Deus Spiritus, cum totam habeat substantialem proprietatem Patris et Filii? Personalia Patris et Filii Spiritus habebit, et genitus, et genitor erit luminum Pater, et vim generandi et producendi habens. Qua quidem re quid magis impium quidve magis supervacaneum dici potest? Idem rursus fere intelliget ista, cum audiret Damascenum dicentem in VIII *Dogmatum* ejus: Quæcunque habet Pater, et Spiritus sanctus, præterquam quod non est ingenitus. Et Nazianzenum Gregorium, in eo sermone, quem ad eos qui ab Ægypto venerunt scribit: Quæcunque sunt Filii, sunt et Spiritus, præter filiationem. Quantæ iterum amentiæ putandum est, cum ex substantia Filii esse audiat, etiam ex ejus persona esse putare? ac si quemadmodum una substantia, sic etiam subsistentia esset de Deo. Præterea non conspicit, quod cum de Patre et ex Patre dicitur Spiritus,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sanctum in illis locis, quibus dicturi erant, eum ex Patre procedere.

Palamæ contradictio.

O dementiam! Quis enim tam ignarus est quin sciat hoc verbum prodire de Filio etiam dici, sed procedere, aut profluere de eo ipso nunquam? Quemadmodum et profluere proprie de temporali missione Spiritus, interdum, tum etiam de processione dicitur. Veccus tamen iste, et qui eum sequuntur, hæc nihil ad invicem differre affirmant, impie pariter atque impudenter. Siquidem sanctorum dicta hoc in loco collecta, etsi ostendunt in quibus interdum hæc verba concurrunt, eorum tamen ad invicem differentiam minime interimunt.

Nicæni defensio.

At si attente beatum Cyrillum legisses, de Filio etiam reperisses eum usum hac dictione procedere in tractatu quem fecit super Joannem, in ea parte videlicet, cum venerit Paracletus. Nam si ex Patre, inquit, non procedit, id est ex ejus substantia Filius secundum nos: si vero de Filio profluere non dicitur, cum tamen dicatur de Spiritu, minime mirandum est; cum figuræ nominis Spiritus hæc dictio accommodatur, non autem Filii; quemadmodum etiam dictio generatio Filii quidem nomini accommodatur, non autem Spiritus nomini convenit; non tamen idcirco juste diceret quisquam, quod cum ipsum generari ex causa esse significet, Spiritus autem non generatur ex Patre, sed procedit, ipsum procedere non significet tanquam ex causa esse ex eo, a quo procedit. Hoc enim dicere stolidum est. Quare differentiam harum dictionum hinc probare minime potes. Cum autem et de Filio et de Spiritu sancto pariter hæc dicantur: item cum emanatio Spiritus et processio vocetur, et profluentia, et progressus tanquam idem hæc omnia significent, nihil omnino differre hæc nomina ab invicem videntur. Quod si non differunt, eodem igitur modo audienda sunt, cum Filio, vel per Filium procedere Spiritus sanctus dicitur, quemadmodum cum de Patre: sed cum de Patre dicuntur, per ea intelligimus sancti Spiritus processionem ex eo; eadem igitur et ex Filio, id est, per Filium intelligenda est. Profluit enim Spiritus sanctus, ut Cyrillus fatetur, a Filio; quemadmodum etiam ex Deo et Patre nullum dubitationis vestigium relinquens. Quod si tu demonstraveris, hæc nomina vel non idem significare, vel si idem aliter tamen de Filio aliter de Patre intelligi debere, quanquam noster doctor clamitet, ita a Filio profluere, quemadmodum intelligitur ex ipso Deo, et Patre: absolvemus te hujus injustæ blasphemiæ in Veccum, et amentiæ, cujus eum, non recte considerans, accusas.

Septimum argumentum Vecci.

Cum quidam, audientes Spiritum sanctum ex Filio etiam emanare atque prodire, non divinam A Spiritus naturam ex divina substantia, naturaque Filii oriri atque emanare insulse concedunt: sed spirituale quoddam munus illis, qui digni sunt, superveniens, ob idque illa, quæ in eis fit inhabitatio ubique præsentis divinitatis sancti Spiritus habitudinaliter fiat: ita ejusmodi munus intelligentes ac si sejunctum separatumque a divina Spiritus substantia intelligeretur. Collectæ sunt et eæ auctoritates, ex quibus id intelligi potest. Quod sancti Spiritus inhabitatio, quæ fidelibus dignisque fit, quanquam habitudinalis ineffabiliter, et super ratione est: tamen quia eo hæc dona Spiritus profluunt, ubi divina ejus natura habitudinaliter inhabitabit ipse Spiritus sanctus, B qui in Trinitate et una persona, et ejus completivus, quique divina natura perfectusque Deus est prout Pater, et Filius demonstratur; cum aliquis Spiritum sanctum emanare, prodire et esse ex Filio dicat.

Palamæ contradictio.

Neque quid dicat profecto novit, neque quid affirmare velit, qui hanc scripturam composuit. Nemo namque qui pie intelliget quæ dicta sunt, semotam esse a divina natura divinam gratiam et operationem putaret. Nec ea de causa, quia inseparabilis est a divina natura divina operatio, propterea et natura est operatio nihil ab ea differens. Siquidem divina operatio ex natura est, et ei inesse ut theologi affirmant, sed per se non C est. Divina vero natura nec ex operatione est, et est per se, et locus est divinarum operationum, sed et Spiritum sanctum nequaquam ex persona esse Filii affirmamus. Iste autem cum eum dicat ex natura esse Filii, nobis contradicere atque adversari arbitratur: nihil differre, ut videtur putans naturam a subsistentia, vel et differentiam insipienter naturæ afferens in sancta Trinitate, quia differentia personarum est.

Nicæni defensio.

Si ergo semotam divinam Spiritus gratiam an ejus natura personaque non arbitraris: quid intelligis audiens ex Filio Spiritum sanctum mitti: patet quod etiam volens nolens illius per- D sonam, siquidem gratia sine persona non mittitur: quia, ut Cyrillo placet, non subsistente gratia minime participamus: sed id est, quod mittitur divina natura, et subsistens, quod completivum est Trinitatis, persona videlicet Spiritus sancti. Quo igitur pacto et Filium hunc mittere intelliges? Haud enim aliter quam Patrem: alterius enim etiam potentiæ foret; manifestum est igitur quod sicut et Pater. Sed Pater mittit producens et ipsam personam; igitur et Filius eum ipsum mittit producens et ipsam personam, nisi tanquam ministrum eum dicas Spiritum, qui ex Patre procedit postea mittere. Quod ut absurdum, ita et impium est. Concedatur enim non idem esse divinæ substantiæ divinam operationem:

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

quidnam concludere tum ex hoc conaris, si cum Spiritus sanctus mittatur, non insubsistentem gratiam, verum ipsam divinam subsistentem naturam mitti et ipse concedis, manifestum est, si etiam ignorare ipse dissimulas, sancti Spiritus divinam hypostasim ex Filio esse, emanare atque mitti, quemadmodum etiam ex Patre, quod sibi ostendendum proposuit, qui doctorum collegit sententias. Quod si miraris, quo pacto nos ex natura Filii Spiritum sanctum asserentes oriri, atque emanare, et ex ejus persona esse putamus, ac si propter identitatem naturæ, et personarum identitatem poneremus, vel propter eorum differentiam, alteritatem etiam naturæ introduceremus. Multo profecto magis nos tuam perfidiam miramur. Si cum Filii naturam audias cum hac additione Filii, eam tanquam quid simpliciter absolutum intelligas, et non cum proprietate Filii, nec id quidem comprehendere potuisti, quod per se natura absolute communiterque sumpta neque mittere neque producere quidquam potest, neque omnino esse causa essendi, quæ non sit cum aliqua proprietate sumpta, quæ personam constituat. Nam quod individuorum sint operationes, tota philosophia clamat.

Octavum argumentum Vecci.

Ad demonstrandum Spiritum sanctum ex Patre Filioque esse, collectæ sunt et eæ auctoritates Scripturarum, quæ ostendunt eum esse qualitatem substantiæ Patris et Filii. Itemque fragrantiam, spirationem et odorem; juxta autem ejusmodi sententias, et alia dicta excerpta sunt: quæ in eumdem sensum ducunt, quæ et Patrem Spiritus sancti fontem, et Filium Spiritus sancti fontem piissime asseverant.

Palamæ contradictio.

Sententiæ hic scriptorum collectæ per exempla quædam, quoad fieri potest, Spiritum sanctum Patri Filioque consubstantialem esse ostendunt. Nec enim exemplum reperire quisquam potest, quod omnimodam habeat similitudinem. Et cum interdum Spiritus sanctus aqua viva vocetur secundum gratiam et operationem, hujus aquæ et Pater et Filius fons nuncupatur. Interdum et idem Spiritus sanctus. Qui vero ejusmodi dicta hic attulit, horum quædam præteriit, quibusdam abusus est. Et hoc modo allicere et trahere putat ad suum perversum sensum audientes.

Nicæni defensio.

Demonstrant quidem sententiæ prædictæ Spiritus sancti cum Patre Filioque consubstantialitatem, nec id tamen solum, sed quod etiam ex eis sit atque procedat. Nam ex Patre utique esse, et ipsemet tu significare concedis. Hoc autem cum dederis, non poteris reddere rationem, cur eadem de Patre quidem dicta non modo consubstantialitatem, sed etiam ex eo esse demonstrent: de Filio vero solam consubstantialitatem, præsertim cum hæc nomina non convertantur. Siquidem consubstantialis Spiritui Filius dicitur: forma vero, aut fragrantia, aut ejus spiratio nunquam dictus est. Ut igitur Filium formam Patris, vel fragrantiam, vel qualitatem legentes, non tantum ei consubstantialem hunc intelligimus, sed ex eo etiam prodeuntem: ita et Spiritum sanctum spirationem, formam, fragrantiam atque operationem Filii utroque modo prædicto putamus dici. Quæ enim ratio est aliter de Patre ad Filium Spiritumque, aliter de Filio ad Spiritum hæc intelligere? Tu vero et eorum quæ antea fatebaris, oblitus, rursum Spiritum sanctum affirmas secundum gratiam tantum aquam vivam vocari, et hujus duntaxat Filium esse fontem. Sed si gratia hæc a substantia subsistentiaque minime sejungitur (nam hoc jam concessisti), quomodo non et divinam Spiritus sancti personam cum hac gratia Filius ut fons emittit?

Nonum argumentum Vecci.

Hæ Scripturarum sententiæ, in quibus Patres sacræ theologiæ professores, cuncta, quæ propria sunt Patris, naturaliter transire in Filium et ex eo genitum demonstrarunt, hic collectæ sunt ad demonstrandum Spiritum sanctum esse, prodire atque oriri etiam ex Filio perinde ut ex Patre: sicut divus Cyrillus litteris mandavit. Si enim dictarum sententiarum determinationes paternitatem solum generationemque a Filio auferunt, manifestum est, quod Filius quidem non erit Pater, Spiritus vero ex paterna substantia emanans, et ex substantia Filii non generante et emanat et profluit.

Palamæ contradictio.

Nulla profecto ratione impietas corroboratur; transire enim audiens Veccus iste in Filium paternas proprietates, et naturaliter et essentialiter de illis propriis, quæ paternæ substantiæ sunt, putavit doctores dicere, non de illis quæ natura propria sunt. Secundum ergo ejus in theologia peritiam divo Cyrillo in suis *Thesauris* scribente, quomodo non erit Deus Spiritus, cum totam habeat substantialem proprietatem Patris et Filii? Personalia Patris et Filii Spiritus habebit, et genitus, et genitor erit luminum Pater, et vim generandi et producendi habens. Qua quidem re quid magis impium quidve magis supervacaneum dici potest? Idem rursus fere intelliget ista, cum audiret Damascenum dicentem in vm *Dogmatum* ejus: Quæcunque habet Pater, et Spiritus sanctus, præterquam quod non est ingenitus. Et Nazianzenum Gregorium, in eo sermone, quem ad eos qui ab Ægypto venerunt scribit: Quæcunque sunt Filii, sunt et Spiritus, præter filiationem. Quantæ iterum amentiæ putandam est, cum ex substantia Filii esse audiat, etiam ex ejus persona esse putare? ac si quemadmodum una substantia, sic etiam subsistentia esset de Deo. Præterea non conspicit, quod cum de Patre et ex Patre dicitur Spiritus,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

qui Patrem esse Filium negant, pariter et Filii ad Patrem communitatem negant secundum processivam proprietatem.

Nicæni defensio.

Non adeo illum sapientem virum putes ignarum theologiæ esse, ut quæ paternæ substantiæ propria sunt, ea in Filium transire debere arbitretur. Quod autem Pater producat Spiritum sanctum, non id in quantum Pater habet, sed in quantum spirator. Hoc autem nomen spirator nequaquam constitutivum personæ nomen est. Qua de causa impossibile non est, hoc etiam Filio esse commune; si sanctissimo Patri Cyrillo credendum est, qui multo melius quam nos de theologia sentit. Omnia, inquit, est Filius quæcunque Pater est, præter id solum quod non sit Pater. Deinde addit, proprium habens et ex eo, et in eo in natura Spiritum sanctum. Neque hæc adversari inter se putavit Filium non esse Patrem, et tamen ex eo Spiritum esse. Aliud scilicet est arbitratus in quantum Pater est, et aliud in quantum spirator est, et illud quidem Filio incommunicabile esse, hoc vero quam maxime convenire. Quod etiam alibi enucleatius exponens, non præter id solum, inquit, quod non sit Pater, sed præterquam quod non generet. Manifeste paternitatem tantum et solam generandi vim, non spirandi ab eo auferens. Tu vero utrum nos an te ipsum decipere conaris, nescio per illud divi Cyrilli dictum. Quod et si propositis rebus aliquid simile habere videtur, multo tamen discrepare, si bene advertatur, reperiemus. Quam maxime enim differt, dicere quempiam habere naturalem alicujus proprietatem, vel ejus naturaliter proprietates. Nam illud solum ad substantiæ respicit identitatem : hoc aliquarum personalium notionum communitatem significat, quæ naturaliter et substantialiter sit, ne cuipiam accidenti aut participationi locus detur. Illud autem omnia scilicet quæ Patris sunt, et Spiritus esse præter ingenitum esse ; et quæcunque Filii sunt etiam Spiritus esse præter filiationem, nescio cujus rei gratia superaddidit. Nos enim feliciter ac pie hæc omnia intelligimus. Quod si quisquam aut ipse non bene sentit, aut cæteros decipere conatur, illius est crimen. Nam si quis a Spiritu proprietatem Patris auferat, quæ est ingenitum esse : causamque sive principium aliarum personarum, qualem amplius personalem Patris proprietatem ei derelinquet? Similiter si quis Filium Spiritui hosque solos ad invicem comparans, negaret Spiritum esse Filium, cæteris vero in rebus eum omnino similem Filio esse crederet : quam ei personalem proprietatem tribueret? nec enim paternam tribueret. Nam neque de Patre erat sermo, neque ad hunc illa comparatio, neque licet ad hunc fuisset, aliquid ei proprietatis Patris relinqueret. Cum præterquam quod non sit Filius, cætera omnia secundum Filium sit, cumque omnino prout Filius ita et ipse causatus a Patre sit : at neque filialis, cujus etenim? siquidem id personale est Filio, esse Filium. Quod jam a Spiritu adepti fuimus ; ad illud autem quod si cum audiat quisquam ex substantia Filii Spiritum, etiam ex ejus persona eum intelliget, non mirandum esse, satis prius dictum est. Hic vero et magnæ dementiæ est, inquit, non respicere quod cum de Patre et ex Patre Spiritus dicitur, qui Filium negant esse Patrem, simul quoque negant vim spirandi communem esse Filio cum Patre. Ejusdem fortasse dementiæ semetipsum accusans, et forsitan majoris, dum hoc absurdum intelligens nihilominus non fugit illud, cum Spiritum dicat Spiritum Filii. Nam si Patris, et ex Patre, ut iste fatetur, dicitur Spiritus : qui Filium negant esse Patrem, non solum vim spirandi communem esse Filio cum Patre negant, sed etiam Spiritum Filii dici. Quod si bene hanc dementiam fugiat, in alteram incidit, multo magis detestandam, si Spiritum sanctum scilicet non dicat, neque sentiat Filii Spiritum ; quod denique Scripturæ omni adversari quis non dicat? Itaque iste etiam sermo manifestissime deprehenditur omni undique ignorantia plenus esse.

Decimum argumentum Vecci.

Hæ Scripturarum sententiæ, in quibus Patres de divinitate tractantes proprium Patris Filium esse asserunt, ut ex ejus essentia exsistentem, ex eoque esse ut proprium substantiæ ejus, hic collectæ sunt, ut cuique volenti facultas sit, hinc manifeste nosse, Spiritum etiam idcirco proprium Filii dici, quod ex substantia ejus est. Itemque eadem de causa ex substantia Filii esse dicitur, quod ejusmodi substantiæ proprium bonum est. Quod etiam consubstantialitatem Spiritus cum Filio ostendit. Si enim secundum quamdam aliam rationem consubstantialitatis, qualis est, quæ de duobus consubstantialitatibus dicitur ; in quibus non est alterum per alterum, Spiritus esset proprius Filii, ex Filiique substantia esset, etiam Filius proprius Spiritus sancti, et ex ejus substantia ob conversionem ejusmodi consubstantialitatis, quod nemo sanctorum Patrum unquam dixit, neque dicetur ab aliquo, qui recte ac pie de fide sentiret. Talis autem consubstantialitas neque proprie consubstantialitas est; sed illa, quæ alterum alteri copulat tanquam per eum ex eo exsistens naturaliter et substantialiter. Quod quidem probabit magni Basilii hic adducta sententia, qui manifeste asserit fratres non dici proprie invicem consubstantiales. Adduntur autem ejusmodi sententiis et aliæ sententiæ, quæ ob hoc ostendunt Filium esse consubstantialem Patri, quia ex ejus substantia est, ut omnes, qui velint, hinc intelligere possint, idcirco Spiritum sanctum cum Filio consubstantialem esse, quia ex ejus substantia est. Item ad has sententias roborandas et alia Patrum dicta afferentur, quæ consubstantialitatem

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Spiritus ad Patrem Filiumque inde ostendunt, quod is ex Patre per Filium sit.

Palamæ contradictio.

Proprius est Filius Patris ut ex eo genitus, eodemque modo et Spiritus sanctus est, ut ex Patre procedens. Quemadmodum magnus Basilius adversus Eunomianos litteris mandavit : Proprietatem, inquit, ad Patrem Spiritus sancti novi, quia a Patre procedit. Dicitur tamen Filii Spiritus, sicut idem sanctus capite octavo ad Amphilochium asserit, ut secundum naturam ei conjunctus ; fieri enim minime potest, ea, quæ natura idem sunt, non esse invicem conjuncta. Non dicitur autem Filius Spiritus sancti, ne Spiritus sanctus Pater esse videatur, cum Filius ad Patrem referatur, cujus Filius diceretur. Veccus autem iste ex sententiis hic sane collectis nihil sani colligit ; reprehenditur tamen a semetipso, cum dicat ob consubstantialitatem ex substantia Filii Spiritum dici. Nec enim ea de causa etiam ex persona Filii esset ; contingeret enim ex invicem hæc esse. Idcirco nemo id unquam asseruit, Spiritum ex persona esse Filii, sed ex persona Patris.

Nicæni defensio.

Non solum dixisse satis est, sed etiam rationem addere oportet. Quænam isthæc voluntaria positio est, proprium Patris Filium, aut Spiritum sanctum dicere, ut essentiam habentes ex Patre : sed proprium Filii Spiritum dicentes non eodem modo intelligere, quod ex Filio scilicet essentiam habeat, sed quem ipse pro libito quasi in somniis fingis. Nam quod magni Basilii dictum in medium ducis, pro nobis potius, et contra te adduxisti. Unius etenim et ejusdem rei, quod scilicet Spiritus sanctus naturaliter Patri et Filio conjunctus sit, probationes quærens doctor sanctissimus, hanc tanquam potissimam, quod scilicet ex Patre procedat, Filiique dicatur, et sit, producit in medium, putans ad idem referre, idemque hæc ambo posse. Nam cujus Spiritus dicitur, ex illo denique spiratur. Tu vero absurditatem rei, suasque positiones sequentem, ac necessariam conversionem, quæ ex tuis sequitur verbis effugere cum conaris, etiam nolens tuis adversariis faves. Non enim dicitur (ais) Spiritus sancti Filius : ne hujus Pater Filius videatur, asserens scilicet et ipse relativa debere ad invicem converti, ut cum et Spiritus nomen relativum sit : quemadmodum et ipse volens nolens fateris, ad spirantem referri, atque ex illo spirari debere, cujus et dicitur Spiritus. Quod autem et si ex substantia Filii Spiritus sanctus dicatur, non tamen ideo necessarium arbitratur etiam ex ejus persona esse, absurdum etiam quiddam ; unde equidem nescio ad hoc demonstrandum conaris colligere. Sic enim ais ex invicem essent tanquam possibile scilicet etiam Filium ex Spiritus substantia dici ; et idcirco etiam ex ejus persona. Si ego te bene percipio, nihil enim ipse clarum dicis ; atqui nostra ratio inde firmissime roboratur ; nusquam enim reperies vel Filium, vel Patrem, neque sacris in Litteris, neque apud doctores, ex substantia Spiritus sancti dictum esse. At si hæc dictio, hæc substantia videlicet Filii aut Patris esse, solam consubstantialitatem, quemadmodum vos vultis, significaret, illud etiam perfecto dici debebat. Si autem nemo sanctorum ex persona Filii Spiritum esse prædicavit, attamen ex Filio esse, atque ex Filio exsistere affirmarunt, quæ maxime exsistentiam Spiritus significant. Occidentales autem Patres atque doctores etiam ex Filio eum procedere asserunt. Per nomen autem Filii nisi personam Filii intelligas, miraculum esset, tu neque ex Patris persona Spiritum esse dixisses, nisi solus Gregorius Nyssenus, et is quidem semel suis in sermonibus, Spiritum ex paterna persona procedere dixisset : sed cum ex Patre audires (qua sententia plena omnis Scriptura est), cuncta potius quam personam Patris intelligeres. At hoc quam maxime puerile est. Quis igitur vestrum nihil sani concludat, tunc, an Veccus, sermo noster dilucide demonstravit.

Undecimum argumentum Vecci.

Cum quidam, audientes Spiritum sanctum ex substantia esse Filii, aliud ex substantia esse dicunt, aliud ex persona ; nec illud comprehendere possunt hoc nomen Filius personale nomen esse, et qui ex substantia dicit Filii, totum Filium ostendit substantiam, scilicet subsistentem. Ad eorum igitur ineptos absurdosque sensus redarguendos collectæ sunt et eæ Scripturarum sententiæ, quæ ex substantia Patris Filium generari ostendunt. Nam si unam esse nativitatem Filii ex Patre fatemur, quo pacto illa differre possunt, esse scilicet ex substantia, et esse ex persona? nisi quisquam manifestissime blasphemaret, auderetque dicere, aliam Filii esse ex substantia Patris nativitatem, aliam ex persona. Adduntur etiam et iis sententiis alia Patrum dicta, quæ perfectam substantiam, et Deum perfectum Patrem, et perfectam substantiam Filium, et perfectam substantiam Spiritum sanctum ostendunt.

Palamæ contradictio.

Cum aliquid unius substantiæ personæque est, tunc quod ex illa substantia naturaliter essentiam habet, ex illa etiam persona eamdem habet, et e converso. Quod enim exstitit ex illa persona, etiam ex illa substantia est. Personarum autem plurium quod est ex illa una substantia, non ex cæteris omnibus personis, sed ex una quadam earum est. Cum igitur suprema venerandaque Trinitas una natura in tribus personis sit, non omne quod ex subsistentia habet ex cæteris, etiam ex omnibus personis est, sed ex una quadam earum scilicet prima. Nam ex hac non esse nequaquam potest. Non igitur ex alia, sed ex hac

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

sola, siquidem ex una. Quod quidem in hominibus patet. Nam unusquisque nostrum ex substantia quidem Adæ est, sed non est ex ejus persona, cum una substantia hominum sit, sed multæ personæ : a principio vero cum humana substantia sit, atque persona scilicet Adæ una esset, Evaque ejus substantia fuit, ex persona quoque ejus formata est. Atque priusquam Cain esset cum una sola virili substantia personaque exsisteret, ex ea una virili Adæ substantia personaque genitus est Cain. Duobus autem viris jam secundum personam exsistentibus Enoch ex Adæ substantia quidem, non autem ex persona fuit, sed de Cain sola persona genitus est. Veccus autem iste hoc in loco asserens ex Filii persona Spiritum esse, eo quod ex ejus substantia a theologis esse dicitur, unam in Deo personam sicut substantiam esse ponit Filium, aut Patrem omnino negans miser. Itemque a solo Filio Spiritus sancti essentiam esse ostendit. Atque ab eorum dictis, qui in divinis perfectæ substantiæ esse Patrem, perfectæque Filium et similiter Spiritum sanctum affirmant, non substantiæ unitatem, ac trium personarum incommutabilitatem intelligit, sed in eadem Trinitate multiplicitatem quamdam et differentiam insipienter speculari conatur.

Nicæni defensio.

Quam similia decoraque in theologia exempla inducitis? id vobis certissime causa erroris est. Quod de divinis perinde ac de humanis sapitis, et totam hinc ad ea similitudinem trahitis. At cave ne de ineffabili illa Trinitate nefas sit ita sentire. Nam ut ei divinitatis unitas, sic personarum Trinitas est servanda, ne tres esse deos asserere cogeremini, ut istis vos verbis manifeste facitis. Non enim quemadmodum tres homines ad invicem communem suam habent substantiam, ita et sanctæ Trinitatis personæ divinam essentiam. Siquidem specie illis, non numero eadem humanitas est. Sanctæ vero Trinitati eadem numero est divina essentia, sive divinitas : et idcirco tres ille personæ et una essentia, et unus Deus est. Et hæc quidem tribus substat divinis personis, et cum singulis earum unum subsistens est. Humanitas vero neque particularibus hominibus substat, neque unum subsistens est cum individuis singulis. Quamobrem quod ex eorum substantia est, haudquaquam ex omnium etiam persona est. Cain quippe cum ex Adæ atque Abel substantia naturaque sit, ex Adæ quidem etiam persona est; non quoniam ex illius substantia fuit, sed quia ex ejus persona est, eum ipsum causam habens. Ex Abel autem substantia cum sit, non tamen ex ejus persona est, quia persona Abel non numero, sed specie tantum Adæ substantiæ communicat; neque subsistentem in se habet suam substantiam, neque unum subsistens cum persona secunda. At vero quod ex Patris Filiique substantia est, ex eorum etiam persona nihil prohibet quin illud sit. Imo vero necesse est omnino esse, cum ex substantia numero eadem communique sit Patri et Filio, non specie solum secundum illud hominum exemplum, et etiam substet divinis his personis, paternitati scilicet et filiationi. Itaque etiam ex sua substantia personaque esset Spiritus sanctus, nisi suæ proprietati oppugnaret : cum eadem numero substantia illa eo etiam prædicetur, ac in eo similiter substet. Quid igitur velint dissimilia exempla, aut quid ex his iste concludere possit, nescio. Verum hic est contentiosorum mos, quod etiam manifestis se opponunt, et veritati aures claudunt, nec intelligunt magna etiam præcipitia adire, dummodo contra illos quidquam agere possint, quos putant sibi adversarios esse. Qualis et præsens sermo est. Qui manifeste in eorum qui tres deos putant, incidit hæresim. Hic vero quam imprudentissime suum Deum in alios inferre conatur : et illi quidem, qui prius Spiritui sancto adversabantur, ex Patre vel Filio esse cum audientes, quod ex persona quidem eorum esset, recipiebant : quod autem ex eorum substantia, negabant. Nunc vero alterum ii atrocius bellum inferunt. Recipiunt enim ex substantia eorum eum esse; sed ex eorum persona minime. Ita nunquam desistit Ecclesiæ sanctæ hostis scandala disseminare. Quæ quidem ut veniant necesse est, sed væ homini illi, per quem veniunt. Quanquam et illis quidem venia fortasse aliqua danda esset, imo vero aliquod veniæ vestigium : cum quædam in testimonium adducere haberent, quæ ex personis divinis essent, non autem ex substantia, quod de creaturis patet. Istis vero quænam excusatio erit, cum ex substantia eum esse fateantur, ex persona vero ejus, ex cujus substantia illum esse concedunt, negent. Ita et sibi ipsis et veritati contraria pugnantiaque dicunt.

Duodecimum argumentum Vecci.

Cum quidam dicere audeant illud emanare ex Filio Spiritum sanctum, prodire, splendere atque manifestari, non significare eum substantialiter et personaliter ex Filio esse, sed gratiarum ex eo spiritualium quamdam tributionem; ad eam opinionem redarguendam collectæ sunt præsentes auctoritates, quæ splendere, emanare atque manifestari Filium ex Patre ostendunt. Nemo enim unquam diceret non emanare, non splendere, non manifestari substantialiter ex Patre Filium, sed ejus gratias, aut dona.

Palamæ contradictio.

Quod ex aliquo, aut generatione, aut processione essentiam habet, ex eo etiam prodire, et emitti, et splendere dicitur, et ejusmodi : non tamen quidquid prodit, aut emittitur, aut splendet ex alio, habet etiam ex illo per generationem vel processionem essentiam, atque in propria subsistentia est. At iste, qui has collegit auctoritates, impudens ipse ac temerarius cum sit, temeritatis illos accusat, qui pie ac recte de divinis sapiunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Nicæni defensio.

Affer etiam necessitatem, qua de causa de Filii progressu ex Patre et Spiritus sancti æquivaleant cuncta hæc nomina, generari scilicet, procedere, prodire, emanare, oriri, et ejusmodi. De productione vero Spiritus ex Filio non idem sint oriri, et cætera ejusmodi cum procedere. Aut quid causæ est cur quod procedit, etiam emanet, nec tamen e converso? Non ita simpliciter, et sine ratione conclude quasi petens ut auditores ex gratia quidquid velis admittant. Quod si ipse illa sine demonstratione loquens, strenuum quiddam fecisse arbitraris, etiam ipsi eodem modo simpliciter tibi contradicemus; et fortassis tanto magis nobis adhibebitur fides, quanto nos melius verinsque ipsi dicemus. Nam de creaturis quidem fortassis hoc reperietur : quod videlicet ex aliquo A mittitur, vel prodit, vel emanat, vel oritur, non etiam ex illo essentiam habet, in quibus aliud est esse, aliud mitti : quanquam neque de iis universaliter, neque de cunctis hoc nominibus aperte dici possit. Quippe cum aliquid ex re quadam oritur aut emanat : ut etiam ex illa sit necesse est. De sancta vero Trinitate quænam ratio est, cur quod ex aliquo habet esse, oriatur, et emanet etiam ex illo necesse sit : id autem quod oritur et emanat, non etiam sit ex eo, præsertim cum in ea hæc nomina, oriri videlicet, prodire ac procedere, itemque et mitti, unam rem significent, etsi interdum ratione differant. Quare manifeste patet quod iste etiam sermo neque bene dicitur, neque necessarii quidquam nec denique aliquid veri affert. Qui cum B superioribus similis sit, similem etiam sibi atque illis infirmitatem et errorem testatur.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΡΔΙΝΑΛΕΩΣ

ΚΥΡΟΥ ΒΗΣΣΑΡΙΩΝΟΣ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΜΑΞΙΜΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ, ΤΟΥ ΠΛΑΝΟΥΔΗ, ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΚΠΟΡΕΥΣΕΩΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΚΑΤΑ ΛΑΤΙΝΩΝ ΣΥΛΛΟΓΙΣΜΟΥΣ.

—

SAPIENTISSIMI CARDINALIS

DOMINI BESSARIONIS

REFUTATIO SYLLOGISMORUM MAXIMI PLANUDÆ DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI CONTRA LATINOS.

(Arcudius, *Opusc. aurea*, p. 615.)

—

Μαξίμου μοναχοῦ τοῦ Πλανούδη περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατὰ Λατίνων.

Ἐρωτητέον, πότερον ἡ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπόρευσις τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἄλλη καὶ ἄλλη ἐστὶν, ἢ μία καὶ ἡ αὐτή. Εἰ μὲν οὖν ἄλλη καὶ ἄλλη, διπλῆ ἄρα ἡ ἐκπόρευσις ἔσται, καὶ τὸ Πνεῦμα διπλοῦν, ὅπερ ἄτοπον· εἰ δὲ μία καὶ ἡ αὐτὴ, πῶς ἐκ τῆς ἀΰλου δυάδος δύναται τὸ ἓν εἶναι; Μονὰς μὲν γὰρ ἀρχὴ καὶ αἰτία οὐ μόνον δυάδος, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀριθμῶν· δυὰς δὲ ἀρχὴ καὶ αἰτία μονάδος, εἴτουν ἑνός, οὐκ ἂν γένοιτο. Οὐ γὰρ καθ' ὑποστροφὴν αἱ γενέσεις τῶν ἀριθμῶν, ἀλλὰ κατὰ πρόοδον. Μονὰς γὰρ εἰς δυάδα κινεῖται, κἀκεῖθεν εἰς τριάδα, καὶ ἑφεξῆς. Τὸ γὰρ λέγειν ἐκ τῆς τριάδος ἀφαιρεθείσης μονάδος δυάδα γίνεσθαι, κἀκ τῆς δυάδος ὁμοίως μονάδα. Ἀλλ' αἰτία κἀνταῦθα τούτων ἡ ἀφαιρουμένη μονάς. Ἀλλ' οὐκ ἄλλος τις ἀριθμός· λείπεται ἄρα μὴ τὰ δύο αἰτια εἶναι τοῦ ἑνὸς, ἀλλὰ τὸ ἓν τῶν δύο· καὶ οὕτω μὲν ἐν τοῖς ἀΰλοις, ὃ κἂν ἐπὶ θεότητι πάσης ὕλης ὑπερκειμένῃ ἁρμόζειν εἰκός· C

Maximi Planudæ monachi de processione Spiritus sancti contra Latinos.

Interrogandum est, processio Spiritus sancti ex Patre Filioque utrum alia et alia sit, an una et eadem. Si enim alia et alia, ergo duplex erit processio, et Spiritus duplex, quod est absurdum. Si vero una et eadem, qui fieri potest ut ex immateriali dualitate unum exsistat? Quippe unitas est principium et causa, non solum dualitatis, sed etiam aliorum cunctorum numerorum. Dualitas autem ut sit unitatis principium et causa, fieri non potest. Non enim secundum reversionem, sed secundum progressum oriuntur numeri. Etenim unitas movetur ad dualitatem, indeque ad trinitatem, ac deinceps. Dicere enim ex trinitate, adempta monade, fieri dualitatem, et similiter ex dualitate unitatem. At hic quoque causa est horum unitas, quæ aufertur. Non autem alius quispiam numerus. Restat ergo ut non sint duo causa unius, sed unum causa duorum, et sic quidem in imma- D

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

terialibus illud convenire par est, quod etiam in deitate, quæ toti materiæ supereminet. At vero in materialibus fit quidem ex duobus unum, vel secundum congressum, ut ex viro et femina proles, et ex ferro et lapide ignis, vel secundum compositionem, ut ex terra et aqua lutum. Cæterum hic quoque dicendum est, primo quidem, quod in divinis hypostasibus, neque congressus quispiam talis intelligitur, neque compositio. Secundo, quo hic quoque uni duo præcedunt tempore, cum personæ Trinitatis sint coæternæ. Tertio, quod in plerisque alterum non tantum a duobus differt specie, sed etiam illa duo ad invicem alia sunt specie, cum hypostases Trinitatis sint ejusdem naturæ. Quare non secundum materialia, sunt immaterialia. Non ergo ex Patre et Filio Spiritus.

A ἐν δὲ τοῖς ἐνύλοις γίνεται μὲν ἐκ δύο ἕν, ἢ κατὰ σύνοδον, ὡς ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς τέκνον, καὶ ἐκ σιδήρου καὶ λίθου πῦρ, ἢ κατὰ σύνθεσιν, ὡς ἐκ γῆς καὶ ὕδατος πηλός. Ἀλλ' ἔστιν εἰπεῖν κἀνταῦθα, πρῶτον μὲν, ὡς ἐν ταῖς θείαις ὑποστάσεσιν οὔτε σύνοδος τοιαύτη τις ἐπινοεῖται, οὔτε μὴν σύνθεσις· δεύτερον δὲ, ὅτι ἐνταῦθα μὲν προηγεῖται τῷ χρόνῳ τὰ δύο τοῦ ἑνὸς, συναΐδια δὲ τὰ τῆς Τριάδος πρόσωπα· τρίτον ὅτι ἐν μὲν τοῖς πλείοσι τούτων ἕτερον τῷ εἶδει οὐ μόνον παρὰ τὰ δύο τὸ ἕν, ἀλλὰ κἀκεῖνα πρὸς ἄλληλα ἕτερα τῷ εἴδει. Αἱ δὲ τῆς Τριάδος ὑποστάσεις τῆς αὐτῆς φύσεώς εἰσιν. Ὥστε οὐ κατὰ τὰ ἐν ὕλῃ καὶ τὰ ἄϋλα. Οὐκ ἄρα ἐκ Πατρὸς καὶ
B Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα.

Demetrii Cydonii adversus Planudem, ex manu propria scriptis.

Miraretur quispiam virum hunc, qui ob hæc pauca et imbecilla argumenta conatur evertere librum sancti Augustini, in quo transferendo in linguam Græcam multum elaboravit. Si enim illum laborem subiit, volens nocere iis qui legerint, absurdus revera est, ac dignus inter pios multæ reprehensionis laborare, ut animis aliorum nocens; sin autem sciens utilem fore quibus erit obvius, et nostratibus gratificaturus vertere illum elegit, quid rursus quasi pœnitentia ductus, veluti nocua cavere hortatur, quæ propter utilitatem legentium interpretatus est? Cæterum absurdi hujus causa est, terror illius, qui tunc imperabat, quem inexorabilem sciens fore his, qui Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere asserunt, hisce argumentis carcere ac vinculis seipsum liberare voluit.

Δημητρίου τοῦ Κυδώνη κατὰ Πλανούδη ἐξ οἰκειοχείρων γραφέντα.

Θαυμάσειέ τις τὸν ἄνδρα τοῦτον, τὸν διὰ τῶν ὀλίγων τούτων καὶ ἀσθενῶν ἐπιχειρημάτων πειρώμενον τὸ τοῦ ἁγίου Αὐγουστίνου βιβλίον ἀνατρέπειν, ἐφ' ᾧ πόλλ' ἐμόγησεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα μετενεγκών. Εἰ μὲν γὰρ βλάψαι βουλόμενος τοὺς ἀναγινώσκοντας τὸν ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ πόνον ὑπέστη, ἄτοπος ὄντως καὶ πολλῆς τοῖς εὐσεβέσιν ἄξιος μέμψεως, πονεῖν ἐφ' ᾧ ταῖς ψυχαῖς τῶν ἄλλων λυμήνασθαι· εἰ δ' ἐπιστάμενος, ὠφέλιμον τοῖς ἐντευξομένοις ἔσεσθαι τὸ βιβλίον, μετενεγκεῖν τοῦτο εἵλετο, καὶ τοῖς ὁμοφύλοις χαρίσασθαι, τί πάλιν ὥσπερ ἐκ μεταμελείας, ὡς
Cum Eunomius, ex eo quod Spiritus sanctus a sanctis tertius ordine ac dignitate diceretur, tertium quoque eum esse natura colligeret, divus Basilius, conclusionem moleste ferens, non negat media, nimirum, Spiritum sanctum tertium esse ordine ac dignitate. Licet enim veluti ægre ferens, clamet adversus Eunomium: Qui vero sint sancti, et in quibus sermonibus hanc doctrinam fecerint, dicere nequit: non tamen id urgens hæc ait, neque negans tertium esse ordine, ac dici a sanctis Spiritum, quemadmodum nostrates male existimant; D
sic enim ipse sibi ac veritati adversaretur: sed ab Eunomii dementia vehementer abhorrens, et indigne ferens conclusionem, nimirum tertium esse Spiritum etiam natura, et silentium illius accusans, quod tacuerit, minimeque indicaverit sanctos qui istud affirment, in hanc vocem erupit: Qui vero sint sancti, et in quibus sermonibus hanc doctrinam tradiderint, dicere nequit. Perspicuum enim est, quod si sanctorum auctoritates exposuisset, absurdam fortasse inferre conclusionem minime potuisset. Scimus enim, quod ex uno quopiam verbo seu vocabulo sæpe totus scopus scriptoris et mens apparet, alicui de suo ut non liceat aliquid addendo malitiose agere, et conclusionem eorum dictis minime consentaneam inferre. Hinc fit ut si

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

etiam Eunomius sanctos istud affirmantes, et eorum auctoritates addidisset, minime sane potuisset concludere quod conclusit; tametsi enim sancti tertium esse Spiritum maxime sentiunt, atqui natura tertium esse constanter negant. Propterea igitur malitiam ejus deplorans infert: Numquid factus est homo tam audax, ut de divinis dogmatibus novitates introducat? Manifestum autem est, hic eum novitatem appellare, tertium esse Spiritum natura, non ordine, ac dignitate. Namque alioquin seipsum novarum rerum auctorem appellasset, sibique ipse magis repugnasset. Ipse enim est, qui maxime omnium tertium esse Spiritum ordine ac dignitate credendum tradidit, quique nos auream hanc et indissolubilem catenam ordinis docuit. Etenim in his ipsis verbis adversus Eunomium continuo infert: Dignitate enim secundum esse a Filio, ab ipso habentem esse, et ab ipso accipientem, et annuntiantem nobis, atque omnino ab illa causa dependentem, tradit pietatis sermo.

Hujus enim sententiæ, et si non totum, partem tamen aliquam nostri recipiunt: reliqua intercidentes, atque ita dicentes: Dignitate enim secundum esse a Filio, tradit fortasse pietatis sermo; addentes quoque illud, fortasse, ut ambiguum sermonem reddant. Quod quidem alienum esse a mente Magni Basilii, prorsus ostendemus.

Hæc igitur, non per figuram rhetorum (1), quam vocant ἀντιπαράστασιν (hoc est, concessionem, seu quod in scholis aiunt, dato et non concesso), magnus ille Basilius infert, quemadmodum quibusdam imperitissime visum est. Verum, thesim certam minimeque dubiam ponens, quod sequitur considerat: tertium quidem ordine valde concedens, tertium vero natura velut impium rejiciens. Audi igitur quæ dicat ipse rationem astruens: Quemadmodum enim Filius ordine quidem a Patre secundus est. Deinde infert rationem cur ita: Quia, inquit, ab illo est; et dignitate; quia inquit, principium et causa esse illius est Pater; natura vero non amplius secundus est. Ita et Spiritus sanctus etiam si subeat, et subsequatur Filium ordine ac dignitate, non tamen merito eum alienæ esse naturæ sequetur. Hic vero quidam addiderunt (ut et omnino concedamus), dicentes: Etiamsi subsequatur Filium ordine ac dignitate, ut et omnino concedamus. Illius vero scopo nihil magis atque hoc contrarium esse potest, qui in epistola ad canonicas (2) manifeste dicit: Spiritus vero sanctus Patri quidem ac Filio connumeratur, quod et super creaturam sit, ordine autem tertius posi-

A ἔθηκε τοὺς τοῦτο λέγοντας ἁγίους, καὶ τὰς ῥήσεις ἐκείνων, οὐκ ἂν ἐδυνήθη συμπεραῖναι, ὃ συνεπέρανεν. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα τρίτον εἶναι τὸ Πνεῦμα οἱ ἅγιοι φρονοῦσι, τῇ φύσει μέντοι γε τρίτον εἶναι καὶ σφόδρα ἀρνοῦνται. Διὰ ταῦτα οὖν τὴν κακουργίαν αὐτοῦ σχετλιάζων, ἐπιφέρει, Ἆρα γέγονεν οὕτω τολμηρὸς ἄνθρωπος, τὰς περὶ τῶν θείων δογμάτων καινοτομίας εἰσηγούμενος; Καὶ δῆλον ὅτι καινοτομίαν ἐνταῦθα καλεῖ τὸ τρίτον εἶναι τῇ φύσει τὸ Πνεῦμα, οὐ τῷ τρίτον εἶναι τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι. Ἢ γὰρ ἂν ἑαυτὸν ἐκάλει καινοτόμον, καὶ ἑαυτῷ μᾶλλον ἠναντιοῦτο. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ μάλιστα πάντων τρίτον εἶναι τὸ Πνεῦμα τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι παραδοὺς πιστεύειν, καὶ τὴν χρυσῆν ταύτην σειρὰν τῆς τάξεως καὶ ἄλυτον διδάξας ἡμᾶς.

B Ἐν γὰρ τοῖς κατ' Εὐνομίου τούτοις λόγοις προσεχῶς ἐπάγει· Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως τῆς αἰτίας ἐκείνης ἐξημμένον, παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος.

Τούτου γὰρ τοῦ ῥητοῦ, εἰ καὶ μὴ τὸ πᾶν, μέρος γέ τοι ὅμως δέχονται οἱ ἡμέτεροι, τὰ λοιπὰ περικόπτοντες καὶ λέγοντες οὕτωσί· Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ παραδίδωσιν ἴσως ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος. Προστιθέντες καὶ τὸ *ἴσως*, ἵν' ἀμφίβολον τὸν λόγον ποιήσωσιν, ὃ τῆς τοῦ μεγάλου Βασιλείου διανοίας ἀλλότριον δειχθήσεται πάντη.

Ταῦτα οὖν οὐ κατ' ἀντιπαράστασιν ὁ μέγας ἐπάγει, ὡς καὶ μάλα ἀμαθῶς τισιν ἔδοξεν, ἀλλὰ θέσιν C ὁμολογουμένην τιθέμενος, τὸ ἑπόμενον σκέπτεται. τρίτον μὲν τῇ τάξει εἶναι μάλα τιθέμενος· τρίτον δέ γε τῇ φύσει, ὡς ἀσεβὲς ἀπορρίπτων. Ἄκουε γοῦν οἷα, κατασκευάζων τὸν λόγον, φησίν· Ὡς γὰρ ὁ Υἱὸς τάξει μὲν δεύτερος τοῦ Πατρός. Εἶτα ἐπάγει τὴν αἰτίαν, διὰ τί. Διότι, φησίν, ἀπ' ἐκείνου· καὶ ἀξιώματι, διότι, φησίν, ἀρχὴ καὶ αἰτία τοῦ εἶναι αὐτοῦ ὁ Πατήρ, φύσει δὲ οὐκ ἔτι δεύτερος· οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ὑποδέδηκε τὸν Υἱὸν τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκέτ' ἂν εἰκότως, ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον φύσεως, ἀκολουθοίη. Κἀνταῦθα δέ τινες προσέθηκαν, ἵνα καὶ ὅλως συγχωρήσωμεν, λέγοντες, Εἰ καὶ ὑποδέδηκε τὸν Υἱὸν τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, ἵν' ὅλως καὶ συγχωρήσωμεν. Τούτου δὲ D οὐδὲν ἐναντιώτερον τοῦ ἐκείνου σκοποῦ· ὃς φανερῶς ἐν τῇ πρὸς τὰς κανονικὰς ἐπιστολῇ λέγει· Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Πατρὶ μὲν καὶ Υἱῷ συναριθμεῖται, διότι καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν ἐστί. Τέτακται δὲ τρίτον, ὡς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ δεδιδάγμεθα παρὰ τοῦ εἰπόντος, *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.* Ὁ δὲ

(1) Hoc loco minime obscure innuit, et insimulat Marcum Ephesium, quippe illius fuit hæc prava interpretatio, ut ex concilio Flor. sess. 20, liquido constat.

(2) Moniales forte, ut ita dixerim, regulares intelligendæ sunt, quæ nimirum secundum quamdam normam instituti ab Ecclesia approbati vitam degebant. Canon enim Græcis regulam significat et eodem modo in Ecclesia Romana quidam religiosi vocantur canonici regulares, vel ad differentiam aliorum canonicorum, vel est repetitio nominis in variis linguis, quemadmodum Scriptura dicit, « Abba Pater. » Exstat quoque oratio celeberrima Joannis Chrysostomi cujus titulus est: Ὑπὲρ τοῦ τὰς κανονικὰς μὴ συνοικεῖν ἀνδράσιν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

προτιθεὶς τοῦ Υἱοῦ, ἢ πρεσβύτερον λέγων τοῦ Πατρὸς, οὗτος ἀνθίσταται μὲν τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ, ἀλλότριος δὲ τῆς ὑγιαινούσης ἐστὶ πίστεως, μὴ ὃν παρέλαβε τύπον δοξολογίας φυλάττων, ἀλλ' ἑαυτῷ καινοφωνίαν εἰς ἀρέσκειαν ἀνθρώπων ἐπινοῶν. Καὶ μετ' ὀλίγα· Ὥστε ἡ περὶ τὴν τάξιν καινοτομία αὐτῆς τῆς ὑπάρξεως ἀθέτησιν ἔχει, καὶ ὅλης τῆς πίστεώς ἐστιν ἄρνησις.

A tus est, quemadmodum in Evangelio edocti sumus a Domino dicente : *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Qui autem anteponit Filio, vel antiquiorem dicit esse Patre, iste opponit se quidem Dei constitutioni, alienus vero est a sana fide, cum formulam religionis colendæ, quam acceperit, non servet : sed novitatem vocum, ad captandam hominum gratiam sibi excogitet. Et post pauca : Quapropter quæ circa ordinem novitas est, ipsius exsistentiæ contemptum habet, et totius fidei est negatio.

Εἰ οὖν ταῦτα τὰ ῥήματα ἀμφιβάλλοντός ἐστι περὶ τὴν τάξιν, καὶ διστάζοντος, καὶ μετὰ τοῦ, *Ἴσως*, καὶ *Ἴν' ὅλως καὶ συγχωρήσωμεν* τοὺς ἑαυτοῦ λόγους προφέροντος, αὐτὸς κρινεῖς, καὶ ὅσοι εὐγνώμονες καὶ μικρόν τι συνιέντες λόγων δυνάμεως, καὶ B ἀληθείας δογμάτων.

An igitur hæc verba dubitantis sint de ordine, atque ambigentis, et cum illis vocibus, fortasse, et *ut omnino concedamus*, suas rationes enuntiantis, tu ipse judicabis, et quotquot alii sunt æqui et probi viri, qui vel modicam vim rationum ac dogmatum veritatem intelligant.

Εἶτ' οὐκ αἰσχύνονται τοσαύτην ἐναντιολογίαν τῷ ἁγίῳ προσάπτοντες, προσθείην δ' ἂν καὶ ἀπόνοιαν, εἰ νῦν μὲν τρίτον εἶναι τὸ Πνεῦμά φησι τῇ τάξει, καὶ οὕτω τρίτον ὡς μὴ ἐνεῖναι τὴν τάξιν ἀλλάξαι· ἀσεβεῖν γάρ φησι τὸν τοῦτο ποιοῦντα· νῦν δὲ, Ἀξιώματι γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ ἴσως παραδίδωσιν ὁ λόγος τῆς εὐσεβείας.

Deinde non erubescunt tantam notam contrarietatis, adderem vero et amentiæ sancto inurere, si Spiritum esse quidem tertium modo affirmet, et ita tertium, ut immutare ordinem non sit fas; etenim impie ait eum agere qui id agat; modo vero dicat : Dignitate enim secundum esse a Filio, fortasse tradit pietatis sermo.

Ἐγὼ μὲν ἐπὶ μάρτυρι Θεῷ αὐτὸς ὑπὲρ τῶν ταῦτα λεγόντων αἰσχύνομαι· εἰ δ' αὐτοὶ οὐκ αἰσθάνονται τῆς ἑαυτῶν ἀτοπίας θαῦμα ἂν εἴη.

Equidem testor Deum, me pro iis qui talia dicunt, erubescere : quod si ipsi absurditatem suam non sentiunt, mirum est.

Ὃ δὲ πᾶσαν αὐτῶν ἀναισχυντίαν ἀποκλείει, ὅτι ἐν τοῖς κατ' Εὐνομίου μετὰ πολλὰ συμπεραινόμενος ὁ διδάσκαλος ἐπάγει· Οὕτω δηλονότι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀξιώματι μὲν ὑποδέδηκε καὶ τάξει, παρειλήφαμεν γὰρ αὐτὸ τρίτον ἀπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἀριθμούμενον, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἐν τῇ παραδόσει τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος παραδεδωκότος τὴν τάξιν, ἐν οἷς εἶπε, *Πορευθέντες βαπτίζετε*, καὶ τὰ λοιπά.

Cæterum quod omnem eorum obstruit impudentiam, illud est, quod in iis quæ tradit doctor adversus Eunomium, post multa alia concludens C infert : Sic nimirum et Spiritus sanctus dignitate quidem et ordine subit Filium : accepimus enim ipsum tertium a Patre et Filio numeratum, eumdem ipso Domino in traditione salutaris baptismatis ordinem tradente, in quibus dixit : *Euntes baptizate*, et reliqua.

Ἐπίστησον οὖν, ὅτι οἷς ῥήμασιν ἐν τῇ πρὸς τὰς κανονικὰς ἐπιστολῇ κέχρηται πρὸς τὴν τῆς τάξεως ἀπόδειξιν, τῇ σωτηρίῳ δηλαδὴ παραδόσει, τοῖς αὐτοῖς κάνταῦθα περὶ τῆς αὐτῆς τάξεως χρῆται. Ἀλλὰ μὴν ἐν τῇ πρὸς τὰς κανονικὰς τοσούτῳ θαῤῥεῖ καὶ πίστει προφέρει τὸν λόγον, ὥστε μὴ ἐνεῖναι καὶ λέγειν ἄλλως εἰπεῖν, ἢ ἀσεβήσειν τὸν τοῦτο ποιήσοντα· πῶς οὖν ἐνταῦθα, ὅπου τῇ αὐτῇ τῶν λόγων ἰσχύϊ, καὶ οὔτε μείζονι, οὔτ' ἐλάττονι χρῆται, μετὰ διστα- D γμοῦ καὶ ἀμφιβολίας τὸν λόγον προαγαγεῖν ἔμελλεν;

Perpende igitur, quæso, quoniam quibus verbis, in epistola ad canonicas ad ordinem demonstrandum usus est, nimirum salutari traditione baptismatis, iisdem etiam hic de eodem ordine utitur. At enim in epistola ad canonicas tanta securitate tantaque fide sermonem profert, ut non liceat dicere aliter eum dixisse, quam impie agere eum qui id agat. Quomodo igitur hic, ubi eadem rationum vi, et neque majori neque minori, utitur, cum hæsitatione atque ambiguitate sermonem proferre debuisset?

Ἀλλὰ ταῦτα κακοήθων ἀνθρώπων, καὶ μετὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς πάντα μηχανωμένων, οὐ τῆς τοῦ θείου ἀνδρὸς ἐκείνου εἰσὶ διανοίας. Οὕτως οὐδένα δεῖ ἀμφιβάλλειν τοῦ μεγάλου Πατρὸς εἶναι γνήσιον τοῦτον τὸν λόγον, τὸ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δηλαδὴ τάξει καὶ ἀξιώματι τοῦ Υἱοῦ δευτερεύειν, καὶ παρ' αὐτοῦ ἔχειν τὸ εἶναι, καὶ τῆς αὐτοῦ αἰτίας ἐξῆφθαι.

Verum hæc sunt hominum perversis moribus præditorum, quique omnia mala proprio capiti machinantur, non autem mentis illius divini viri. Sic neminem oportet ambigere magni illius Patris esse legitimam hanc sententiam, nimirum Spiritum sanctum ordine ac dignitate secundum esse a Filio, ab ipsoque habere esse, et a sua causa dependere.

Τούτου δὲ ὄντος γνησίου, τίς ἔτι λοιπὸν ἄλλο τι ζητήσειεν, ὦ πρὸς τῆς ἀληθείας αὐτῆς; Οὐχ ἱκανὸς ὁ μέγας Βασίλειος διδάξαι ἡμᾶς τὴν ἀλήθειαν; Οὐ μόνος τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀντάξιος; Οὐ τοσοῦτον ἔσπασε καὶ χάριτος καὶ σοφίας, ὡς καὶ μόνος πάσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ διδάσκαλος ἀξιόχρεως εἶναι;

Porro autem hac sententia vera et legitima exsistente, quæso te per ipsam veritatem, quid aliud amplius quæret aliquis? Nonne satis aptus est magnus Basilius ad docendum nos veritatem? Nonne solus instar omnium est aliorum? Nonne tantam adeptus est gratiam et sapientiam, ut vel solus toti Ecclesiæ doctor dignissimus esse possit?

Ἐγὼ μὲν μᾶλλον ἂν βουλοίμην μετὰ τούτου, εἰ

Equidem mallem potius, si mihi hoc dicere fas

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

est, errare cum eo, quam cum omnibus aliis verax esse.

Hinc igitur ex his nudis verbis veritate quæstionis testificata, quod nimirum Spiritus sanctus ex Filio procedat, non abs re tamen fuerit, quandoquidem hoc in loco sumus, etiam ex subsequentibus ipsius verbis ratiocinando eamdem veritatem tibi ostendere. Ait igitur Filium ordine ac dignitate secundum esse a Patre, id quod etiam nostris videtur. Verumtamen perpende quomodo Filius sit ordine ac dignitate secundus a Patre : idem enim infert : Quoniam enim, inquit, ab illo, et quoniam principium, et causa ejus est Pater. Quare, quod in divinis personis est secundum ab altero, propterea est secundum, quod ab illo sit; id autem etiam in rebus naturalibus manifestum est. Omne enim, quod natura ab aliquo secundum est, ab illo quoque est. Sed idem auctor fatetur Spiritum sanctum etiam ordine ac dignitate secundum esse a Filio. Quod autem non dubitando id proferat, quemadmodum quidam somniant, sed et valde asseverando, in epistola ad canonicas clarissime ostenditur. Sic igitur ratiocinare : Omne quod in divinis personis ab alio secundum exsistit, ab eo quoque est ; at vero Spiritus sanctus a Filio secundus exsistit ; igitur a Filio est. Quod si placet paulo altius, atque universe rationem repetere, aliter dicendum est : Omne quod ab aliquo natura secundum est, ab illo quoque est; sed Spiritus sanctus natura secundus est a Filio ordine ac dignitate; quare Spiritus a Filio est. Quod autem Spiritus natura secundus sit ordine a Filio, patet ; nihil enim est in Trinitate præter naturam, neque secundum accidens, neque adventitium.

Minime vero te offendat vox illa (natura), cum Spiritum sanctum natura secundum esse a Filio audis. Non enim secundum ipsum esse dicimus, secundum naturam, ne alienæ naturæ esse ostendamus, quemadmodum Eunomius ; sed natura dicimus, destruentes id quod est præter naturam. Id quod etiam magnus testatur Athanasius, docens eumdem habere ordinem ac naturam Spiritum ad Filium, quem ordinem ac naturam habet Filius ad Patrem. Duo enim ista ex hoc ostenduntur, quod nimirum et tertius sit ordine a Patre Spiritus, et secundus a Filio ; quodque natura (hoc est naturalis) iste sit ordo.

Amplius autem et aliter rationem efferamus : Si quid ab aliquo natura secundum est, ab illo quoque exsistit : atqui Spiritus natura secundus est a Filio ; igitur a Filio quoque exsistit.

Verum hæc ex dictis magni Basilii nobis ostensa sint, de quibus etsi multa verba feci, adhuc tamen multo plura his dicere poteram, quæ brevitatis causa omisi. Et hæc quidem dixi, et longius protraxi quam erat animus, propterea quod non parum auxilii ad investigandum verum hinc nobis proveniat, quin potius in his verbis summa rei consistit. Siquidem solus magnus Basilius satis aptus est ad docendum nos veritatem.

οἷόν τε φάναι, πλανᾶσθαι, ἢ μετὰ πάντων ἀληθεύειν τῶν ἄλλων.

Αὐτόθεν ταίνυν ἐκ τούτων γυμνῶν τῶν ῥημάτων τῆς τοῦ προβλήματος τούτου ἀληθείας μαρτυρουμένης, τοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δηλαδὴ κἀκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, οὐ χεῖρον ὅμως ἐπεὶ ἐν τούτῳ τῷ μέρει ἐσμὲν, κἀκ τῶν ἑπομένων ῥημάτων αὐτοῦ συλλογισάμενον τὴν αὐτὴν ἀλήθειαν δεῖξαί σοι. Φησὶ τοίνυν τὸν Υἱὸν δεύτερον τοῦ Πατρὸς τάξει τε καὶ ἀξιώματι. Τοῦτο δὲ καὶ τοῖς ἡμετέροις δοκεῖ. Ἀλλ' ἐπίστησον πῶς; ὁ Υἱὸς δεύτερός ἐστι τοῦ Πατρὸς τάξει καὶ ἀξιώματι. Ὦ αὐτὸς γὰρ ἐπάγει, Διότι γὰρ, φησὶν, ἀπ' ἐκείνου, καὶ διότι ἀρχὴ καὶ αἰτία αὐτοῦ ὁ Πατήρ. Ὥστε τὸ ἐν τοῖς θείοις προσώποις ἑτέρου δεύτερον τάξει καὶ ἀξιώματι, διὰ τοῦτο δεύτερον, διότι ἐστὶν ἀπ' ἐκείνου. Τοῦτο δὲ κἀν τοῖς φυσικοῖς πράγμασι δῆλον. Πᾶν γὰρ τὸ φύσει τινὸς δεύτερον καὶ ἀπ' ἐκείνου ἐστίν. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δεύτερον τοῦ Υἱοῦ τάξει καὶ ἀξιώματι, ὁ αὐτός φησιν· ὅτι δὲ οὐκ ἀμφιβάλλων, ὡς τινες ὀνειρώττουσιν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα διισχυριζόμενος, ἐν τῇ πρὸς τὰς κανονικὰς ἐναργέστατα δείκνυται. Οὐκοῦν συλλόγισαι οὕτως· Πᾶν τὸ ἐν τοῖς θείοις προσώποις ἑτέρου δεύτερον ἀπ' ἐκείνου ἐστὶ, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δεύτερον τοῦ Υἱοῦ· ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἄρα ἐστίν. Εἰ δὲ βούλει καὶ εἰς καθολικώτερον τὸν λόγον ἀναγαγεῖν, ῥητέον ἑτέρως· Πᾶν τὸ φύσει τινὸς δεύτερον ἐξ ἐκείνου ἐστί· τὸ δὲ Πνεῦμα φύσει δεύτερον τοῦ Υἱοῦ τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι· ὥστε τὸ Πνεῦμά ἐστιν ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Ὅτι δὲ τὸ Πνεῦμα φύσει ἐστὶ δεύτερον τοῦ Υἱοῦ τῇ τάξει, δῆλον· οὐδὲν γὰρ ἐν τῇ Τριάδι παρὰ φύσιν, οὐδὲ κατὰ συμβεβηκὸς, οὐδ' ἐπίκτητον.

Μὴ πρόσκοπτε δὲ τῇ λέξει τοῦ φύσει, φύσει τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ δεύτερον εἶναι ἀκούων· οὐ γὰρ κατὰ τὴν φύσιν δεύτερον αὐτὸ εἶναι λέγομεν, ἵν' ἀλλοτρίας φύσεως δείξωμεν ὑπάρχον, ὡς ὁ Εὐνόμιος, ἀλλὰ φύσει λέγομεν, ἀναιροῦντες τὸ παρὰ φύσιν. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ μέγας μαρτυρεῖ Ἀθανάσιος, οἵαν τάξιν καὶ φύσιν ὁ Υἱὸς ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα, τὴν αὐτὴν τάξιν καὶ φύσιν καὶ τὸ Πνεῦμα πρὸς τὸν Υἱὸν ἔχειν διδάσκων. Δύο γὰρ ταυτὶ δείκνυνται διὰ τούτου, ὅτι τε τρίτον ἀπὸ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τῇ τάξει καὶ δεύτερον τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὅτι φύσει ἐστὶν αὕτη ἡ τάξις.

Ἔτι δὲ καὶ ἄλλως τὸν λόγον προείσομεν. Εἴ τι τινὸς δεύτερον ἐστὶ φύσει, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐστιν. Ἀλλὰ μὴν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δεύτερόν ἐστι τοῦ Υἱοῦ φύσει· καὶ τοῦ Υἱοῦ ἄρα ἐστίν.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀπὸ τῶν τοῦ μεγάλου Βασιλείου ῥητῶν ἡμῖν ἀναπέφηνεν, ἐν οἷς εἰ καὶ πολλοὺς κατέτριψα λόγους, πολλῷ τούτων ὅμως ἐνῆν εἰπεῖν ἔτι πλείονα, ἃ διὰ συντομίαν παρῆκα. Καὶ ταῦτα δὲ εἶπον, καὶ πλεῖον οὗ ἐβουλόμην ἐμήκυνα, διὰ τὸ μὴ μικρὰν ἡμῖν ἐντεῦθεν ὀκλουθεῖν περὶ τὴν τῆς ἀληθείας εὕρεσιν συμμαχίαν, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν ταῦτα τὰ ῥήματα δύνασθαι, εἴπερ μόνος ὁ μέγας Βασίλειος ἱκανὸς διδάξαι ἡμᾶς τὴν ἀλήθειαν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἤδη δ' ἐπὶ τὰ προεπηγγελμένα μεταβήσομαι, καί σοι τὴν πρόοδον τῆς καθ' ἡμᾶς συνόδου συντετμημένως διηγησάμενος, καί τινας ὀλίγας περὶ τοῦ συμπεράσματος ἀποδείξεις ἐκθεὶς, καταπαύσω τὸν λόγον. A

Ἀρχὴ διηγήσεως τῶν ἐν τῇ συνόδῳ.

Ὡς ἴστε τοίνυν ἐν Φερράρίᾳ παραγενόμενοι σύν τε τῷ κραταιῷ ἡμῶν βασιλεῖ, καὶ τῷ ἱερῷ πατριάρχῃ, καὶ πάσῃ τῇ ἡμετέρᾳ συνόδῳ ἃ μὲν πρὸ τοῦ τῆς συνόδου ἐνάρξασθαι μερικῆς διειλέγμεθα, ὡς μὴ πάνυ ἀναγκαῖα παρήσω· ἐπεὶ μηδ' ἡμῖν προὔργου ἦσαν ἐκεῖνα, ἀλλὰ τὸν καιρὸν ἐπίτηδες τρίβοντες, συνελθεῖν ἀνεμένομεν οὓς ἔδει παρεῖναι ἐν τῇ συνόδῳ.

Τοῦ καιροῦ δ' ἐπιστάντος, ἔδοξεν ἡμῖν εἰς δύο μερίσαι τὸ ζήτημα, δηλαδὴ, τό τε μὴ δεῖν μηδ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν ἐν τῷ Συμβόλῳ προσθεῖναι, καὶ δεύτερον τὸ μηδ' ἀληθὲς εἶναι τὸ συμπέρασμα τοῦτο, τὸ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. Ἔδοξεν μὲν οὖν τοῦτο· ἐζητεῖτο δὲ περὶ ποτέρου τούτων πρότερον εἶναι διαλεκτέον. Καὶ ἐκράτησε τὸ περὶ τοῦ *μὴ δεῖν ὅλως προσθεῖναι*, καίτοι γ' ἐμοῦ μὴ βουλομένου, ἀλλὰ φανερῶς ἀντιλέγοντος. Ἔλεγον γὰρ, ὡς Ἡ ἰσχυρότερόν ἐστιν ὑπὲρ ἡμῶν τοῦτο τὸ πρόβλημα ἢπερ τὸ δεύτερον, ἢ ἀσθενέστερον· εἰ μὲν οὖν ἀσθενέστερον, οὐ χρὴ ἀπὸ τοῦ ἀσθενεστέρου ἀρξαμένους ἡττηθῆναι, καὶ τὴν ἧτταν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τοῦ ἀγῶνος παθόντας, τεταραγμένους καὶ πεφοβημένους εἰς τὸ δεύτερον εἰσελθεῖν. Δέος γὰρ μή ποτε ἡ τροπὴ ἡ ἐπὶ τῷ πρώτῳ κἀπὶ τῷ δευτέρῳ τροπῆς αἰτία ἡμῖν γένηται· εἰ δὲ ἰσχυρόν ἐστι, δεῖ τὸ ἰσχυρὸν φυλάττειν ὕστερον· νικήσαντες μὲν γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ, μετὰ ταῦτα κἂν τῷ δευτέρῳ ἐκ πολλῆς αὐτοὺς τῆς περιουσίας τρεψόμεθα. Εἰ δὲ κρατηθῶμεν ἐν ἐκείνῳ τῷ δόγματι δηλαδὴ, τότε κἂν τὸ δεύτερον νικήσωμεν, μὴ δεῖν αὐτὸ τῷ συμβόλῳ προσθεῖναι διδάξαντες. B C

Ἄλλως τε ἐπεὶ τὸ δι' ἐλαττόνων ἀεὶ κἀν τῇ φύσει βέλτιον τοῦ διὰ πλειόνων, ἐκεῖνο προκρίνειν δεῖ, ἐγὼ ἔλεγον, καὶ περὶ ἐκείνου πρῶτον διαλεχθῆναι, μεθ' ὃ τὸ λοιπὸν χώραν οὐκ ἔχει. Τοῦ μὲν οὖν δόγματος φανέντος ψευδοῦς, τὸ μὴ προσθεῖναι χώραν οὐχ ἕξει λοιπόν. Ὥστε ἐνὶ ἀγῶνι τελέως τοὺς ἐναντίους τρεψόμεθα, ἂν ἀπὸ τοῦ δόγματος ἀρξώμεθα. Τοῦ δὲ μὴ δεῖν προσθεῖναι δειχθέντος, ἔτι λείπεται ἐξετάσαι τὸ δόγμα, εἰ ἀληθές. Ταῦτα δὲ λέγων τοὺς ἡμετέρους οὐκ ἔπειθον. Ἀλλ' ἐκ παντὸς ἐβούλοντο τρόπου περὶ τούτου πρῶτον διαλεχθῆναι. Ταῦτα δ' ἐγὼ ἔλεγον μαρτυροῦντός μοι τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς συνειδήσεως, τῆς τοῦ γένους ἡμῶν ἀεὶ τιμῆς στοχαζόμενος, καὶ τὴν αὐτοῦ δόξαν ἐκ παντὸς τρόπου πραγματευόμενος. Ἢ γὰρ ἐνδόξως ἐβουλόμην ἡμᾶς Λατίνων διαζευχθῆναι. καὶ μετὰ τοῦ δοκεῖν κεκρατηκέναι αὐτῶν, ἢ ἐνδόξως αὐτοῖς ἑνωθῆναι, καὶ ἄνευ τοῦ δόξαι ἡττηθῆναι, καὶ ἀσθενῆσαι πρὸς τὰς ἀποδείξεις. Τούτων δ' ἑκάτερον, ἐκ μὲν ὧν ἐγὼ ἔλεγον, ἠκολούθει· ἐκ δὲ ὧν διεπραξάμεθα, πᾶν τοὐναντίον. Ὅθεν καὶ μετεμέλησεν οὐκ ὀλίγοις τῆς βουλῆς ταύτης, καὶ μάλιστα τοῖς νουνεχέσιν. Τί D

Jam vero ad ea quæ antea pollicitus sum, me conferam, tibique progressum nostræ synodi præcise narrabo; ac tandem quibusdam paucis de hac conclusione demonstrationibus expositis, finem faciam.

Principium narrationis actorum in synodo.

Quæ igitur Ferrariam profecti una cum fortissimo nostro imperatore, ac sacro patriarcha, totaque nostra synodo, ut tu quoque nosti, antequam initium sumeret synodus, privatim disputabamus, ea tanquam minus necessaria prætermittam, quando nobis quoque illa minus erant utilia; sed de industria tempus conterentes, quos adesse opus erat in synodo, ut convenirent exspectabamus.

Instante itaque tempore, visum est nobis in duas partes quæstionem dividere; nimirum et quod non oporteat ne ipsam quidem veritatem Symbolo addere; et quod secundum est, hanc minime veram esse conclusionem, videlicet Spiritum factum ex Filio procedere. Hoc igitur viso, quærebatur de quo prius disserendum esset, illudque *de nihilo prorsus addendo* vicit, me alioqui nolente, sed manifeste contradicente. Siquidem aiebam vel validius esse pro nobis istud problema posteriori, vel infirmius; si infirmius, non opus esse ab infirmiori incipientes vinci, et victoria statim a principio certaminis amissa, turbatos ac timore perculsos, in secundum descendere; timendum enim esse, ne fuga in primo quæsito, etiam in secundo fugæ causa nobis sit; si vero validum est, posterius servare. Cum enim in primo vicerimus, in secundo quoque postea abunde satis eos avertemus atque fugabimus. Quod si victi fuerimus in illo primo dogmate, tunc saltem secundum vincemus, docebimusque non oportere illud in Symbolum addere.

Præterea, cum quod per pauciora, eo quod per plura fit, semper etiam in natura melius sit, illud ego anteponendum, deque eo prius disputandum esse aiebam, post quod reliquum non habet locum: ostensa itaque falsitate dogmatis, non esse addendum, non habebit deinceps locum: quapropter si a dogmate incipiemus, uno certamine perfecte hostes erunt pulsi atque fugati: ostenso vero nihil esse addendum, adhuc ipsum dogma superest examinandum, an verum sit. Cum vero hæc dicerem, nostris suadere non poteram; sed omni modo ac ratione, de hoc prius esse disserendum contendebant. Hæc vero ego dicebam, teste mihi Deo et conscientia, nostræ gentis semper honorem spectans, ejusque gloriam omnibus modis curans. Vel enim præclare volebam nos a Latinis sejungi, simulque cum existimatione victoriæ; vel præclare cum illis conjungi et absque eo quod videremur victi fuisse, et in probationibus defecisse. Horum autem utrumque ex iis quæ ego dicebam, sequebatur; ex iis vero quæ egimus, totum oppositum. Unde etiam non paucos, maxime vero cordatos viros hujus consilii

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

pœnituit. Quid tu igitur inquies? Sane quidem confestim non silui; sed cum eos vidissem, id et non aliud volentes (quod illis accidebat, quia nimirum existimabant nos in hoc plus posse, quam in ipso dogmate), volens ipsos a proposito avertere, dixi rationes in contrarium, audiente sapientissimo nostro imperatore, ostendens infirmitatem problematis, quodque ridiculum sit existimare, non oportere veritatem ad Symbolum addere. Rationes vero tam erant solidæ, ut nemo ex illis qui præsentes aderant, potuerit eas solvere. Attamen quod voluerunt, statuerunt, et ego illos sequebar, cum quæ utilia fore mihi viderentur, ea dicere, Deo ac generi nostro debere me existimarem; postea vero majorem partem sequi, et una cum illis consociatum certare. Atque ita certamen hujus rei descendimus, et cum Latinis cœpimus disceptare, ostendentes ipsis non oportere quidquam, ne ipsam quidem omnino veritatem, Symbolo addere.

A οὖν ἐγώ; Οὐκ εὐθὺς ἐσιώπησα, ἀλλ' ἰδὼν αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας καὶ οὐκ ἄλλο (τοῦτο δὲ ἔπασχον διὰ τὸ ο�εσθαι πλέον ἡμᾶς ἰσχύειν ἐν τούτῳ ἢ ἐν τῷ δόγματι), βουλόμενος αὐτοὺς ἀποτρέψαι τοῦ προκειμένου εἶπον λόγους εἰς τοὐναντίον ἐπ' ἀκροάσει τοῦ σοφοῦ ἡμῶν βασιλέως, τὴν ἀσθένειαν δεικνὺς τοῦ προβλήματος, καὶ ὅτι γελοῖόν ἐστιν οἴεσθαι μὴ δεῖν τὴν ἀλήθειαν τῷ Συμβόλῳ προσθεῖναι. Οἱ δὲ λόγοι οὕτως ἰσχυροὶ ἦσαν, ὥστ' οὐδεὶς μὲν αὐτοὺς τῶν παρόντων ἴσχυσε λῦσαι· ὅμως δὲ ὅπερ ἐβούλοντο ἐκύρωσαν, καὶ ἐγὼ εἰπόμην, εἰπεῖν μὲν τὰ δοκοῦντα συνοίσειν νομίζων ὀφείλειν Θεῷ καὶ τῷ γένει, μετὰ δὲ ταῦτα τοῖς πλείοσιν ἀκολουθεῖν, καὶ σὺν αὐτοῖς ἀγωνίζεσθαι· καὶ οὕτως εἰσήλθομεν τὸν περὶ τούτου ἀγῶνα, καὶ μετὰ τῶν Λατίνων ἠρξάμεθα διαλέγεσθαι, δεικνύντες αὐτοῖς, μὴ δεῖν τῷ Συμβόλῳ μηδὲν, μηδ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν ὅλως προσθεῖναι.

Tota vero nostra demonstratio, ex definitionibus sacrorum conciliorum desumebatur: in quibus sane circa finem aiunt non oportere præter illa aliam fidem conscribere, aut sapere, aut docere, et id genus.

B Ἡ δὲ πᾶσα ἀπόδειξις ἡμῶν ἐκ τῶν ὅρων ἦν τῶν ἁγίων συνόδων· ἐν οἷς περὶ τὰ τέλη φασὶ, μὴ δεῖν παρὰ ταῦτα ἑτέραν πίστιν συγγράφειν, ἢ φρονεῖν, ἢ διδάσκειν, καὶ ὅσα ὅμοια τούτοις.

Quando sane aliquid etiam ridiculum tota nostra gens perpessa fuisset, propter istum bonum virum Ephesium, nisi ipse prius sensissem, et impedivissem. Etenim una cum ejusmodi auctoritatibus ex definitionibus depromptis, etiam dictum quoddam Apostoli volebat adducere, dicentis ad Galatas: *Si quis vobis evangelizaverit aliud, præter id quod accepistis, anathema sit* [1]; alterum quoque sancti Dionysii universe affirmantis non audendum esse, non modo dicere, sed ne cogitare quidem præter ea quæ divine nobis e sacris eloquiis manifestata sunt. Igitur ista quoque tanquam rem demonstrantia, quod ne ipsam quidem veritatem addere liceat, in medium afferre volebat. Id vero, quantam omnibus irridendi nostri facultatem dedisset, præterquam quod etiam ipsa prima die disputationis victi fuissemus, ita sane intelliges.

Ὅτε καί τι γελοῖον ἅπαν ἂν ἐπεπόνθει τὸ γένος διὰ τοῦ καλοῦ Ἐφέσου, ἂν μὴ αὐτὸς αἰσθόμενος ἐνεπόδισα. Σὺν τούτοις γὰρ τοῖς ἀπὸ τῶν ὅρων καὶ ῥητόν τι τοῦ Ἀποστόλου κομίσαι ἠβούλετο, πρὸς Γαλάτας λέγοντος, *Εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίσεται ἄλλο παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω·* καὶ τοῦ ἁγίου Διονυσίου καθόλου τοιγαροῦν λέγοντος, « Οὐ τολμητέον εἰπεῖν, οὔτε μὴν ἐννοῆσαι, παρὰ τὰ θεῖωδῶς ἡμῖν ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων ἐκπεφασμένα. »

C Ἠβούλετο οὖν καὶ ταῦτα ὡς παραστατικὰ τοῦ μηδ' αὐτὴν προσθεῖναι δεῖν τὴν ἀλήθειαν, εἰς μέσον παραγαγεῖν. Τοῦτο δ' ὅσον ἂν ἡμῖν προὐξένησε τὸν κατάγελων, καὶ ὡς ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς διαλέξεως τὴν ἧτταν ἀπενεγκάμεθα ἄν, μάθοις ἂν ὧδε.

Nos in tertia synodo, quæ Ephesi celebrata est, nitebamur, dicentes ipsam primam hanc inhibitionem fecisse de addendo interdicentem. Quæ res profecto etsi non ita se habeat, præbet tamen aliquam umbram auxilii contendere volentibus propter verborum æquivocationem et ambiguitatem.

Ἡμεῖς ἐν τῇ τρίτῃ συνόδῳ τῇ κατ' Ἔφεσον συγκροτηθείσῃ ἰσχυριζόμεθα, λέγοντες ἐκείνην πρώτην τοῦτο ποιῆσαι τὸ κώλυμα τὸ προσθεῖναι ἀπαγορεύσασαν. Ὅπερ εἰ καὶ μὴ τἀληθὲς οὕτως ἔχει, ὅμως ἔχει τινὰ σκιὰν βοηθείας τοῖς βουλομένοις ἐρίζειν, διὰ τὸ τῶν ῥημάτων ὁμώνυμον καὶ ἀμφίβολον.

Porro autem ratio existimandi, eam primum tertiam synodum hanc fecisse inhibitionem, prima et potissima quidem est, quod acta secundæ aut D primæ synodi penitus non exstent. Posterior vero causa est, quod secunda synodus œcumenica Symbolum Nicænæ synodi in multis immutavit, multa quidem adimens, multo plura vero etiam addens. Quare non poteramus nos dicere ante secundam synodum factam fuisse inhibitionem. Certe enim ipsos sanctos Patres secundæ synodi anathemati subjiceremus.

Ἡ δὲ αἰτία τοῦ ταύτην πρώτην τὴν τρίτην σύνοδον οἴεσθαι τοῦτο ποιῆσαι τὸ κώλυμα πρώτη μέν ἐστιν, ὅτι Πρακτικὰ τῆς δευτέρας ἢ πρώτης συνόδου οὐχ εὑρίσκονται ὅλως· δευτέρα δὲ ὅτι ἡ β' οἰκουμενικὴ σύνοδος τὸ Σύμβολον τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου ἐν πλείστοις ἐνήλλαξε, πολλὰ μὲν ἀφελοῦσα, πλείω δὲ καὶ προσθεῖσα. Ὥστε οὐκ ἐδυνάμεθα ἡμεῖς λέγειν πρὸ τῆς β' συνόδου γενέσθαι τὸ κώλυμα. Ἢ γὰρ ἂν αὐτοὺς τοὺς ἐν τῇ β' συνόδῳ ἁγίους Πατέρας ὑπὸ ἀνάθεμα ὑπηγάγομεν.

His igitur declaratis, vide quid absurditatis ex iis testimoniis, quæ Ephesius volebat adducere, se-

Τούτων οὖν σεσαφηνισμένων, ὅρα τί ἐξ ὧν ὁ Ἐφέσου μαρτυριῶν ἐβούλετο, ἄτοπον ἠκολούθει.

[1] Galat. I, 9.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἐπεὶ γὰρ ὁ θεῖος Ἀπόστολος καὶ ὁ ἅγιος Διονύσιος πολλῷ καὶ πρὸ τῆς β' καὶ τῆς πρώτης συνόδου ἐγένοντο, τὰ ῥητὰ ταῦτα ἢ τὸ ψευδῆ διδάσκειν κωλύουσι, καὶ ἐναντία τῇ πίστει, ἢ ὅλως καὶ τἀληθῆ· ἀλλ' εἰ μὲν καὶ τἀληθῆ, ὑπὸ ἀνάθεμα μὲν οἱ τῆς β' συνόδου Πατέρες τοσαύταις προσθέσεσί τε καὶ ἐφαιρέσεσι τὸ τῆς πρώτης σύμβολον ἐνηλλαχότες· ὑπὸ ἀνάθεμα δὲ οἱ τῆς πρώτης, τὸ τῶν πρὸ αὐτῆς Σύμβολον ἐν πλείστοις μεταποιήσαντες.

A queretur. Quoniam enim divinus Apostolus, ac sanctus Dionysius, multo ante secundam synodum, imo vero et primam floruerunt, hæc eorum dicta, vel falsa docenda esse prohibent, et contraria fidei; vel omnino et vera. Sed si et vera, sub anathemate erunt Patres secundæ synodi, qui tot additamentis, et diminutionibus primæ Symbolum immutarunt: sub anathemate vero et Patres primæ synodi, qui idem Symbolum quod ante primam synodum fuit, in multis immutarunt.

Ἀλλ' εἰ τοῦτο καὶ ἐννοεῖν ὅλως βλάσφημον, τὰ ψευδῆ ἄρα καὶ ἐναντία τῇ πίστει διδάσκειν κωλύουσιν ὅ τε θεῖος Ἀπόστολος, ὅ τε ἱερὸς Διονύσιος. Εἰ οὖν τὰ ψευδῆ κωλύουσιν, ἡμεῖς δὲ τὰ τούτων ῥητὰ εἰς ἰσοδύναμα τοῖς ὅροις ἐνομίζομεν, καὶ οἱ ὅροι ἄρα τὰ ψευδῆ κωλύουσι προσθεῖναι, οὐ μέντοι τἀληθῆ. Καὶ οὕτως ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἡττήθημεν ἄν.

Quod si id vel cogitare omnino nefas est, igitur falsa, fideique contraria, tum divinus Apostolus, tum sacer Dionysius docere prohibent. Si igitur falsa, nos autem horum dicta æqualia esse definitionibus, atque idem valere arbitramur: igitur definitiones quoque falsa, non autem vera addenda esse prohibent. Atque ita ipsa prima die victi fuissemus.

Ἐγὼ δὲ, ταῦτα ἰδὼν, τούτους τε τοὺς λόγους αὐτῷ ἀνακαλύψας, μόλις αὐτὸν ἔπεισα, καὶ ἄλλους εἰς τὴν πειθὼ προσλαβόμενος συνεργοὺς, ὥστε ταῦτα ἀφεῖναι, ἃ καὶ πεισθεὶς οὐ παρήγαγεν.

Ego vero hæc cum animadvertissem, hasque rationes illi aperuissem, vix persuasi, aliis quoque sociis et adjutoribus ad ipsi persuadendum mecum acceptis, ut ea vellet omittere, quæ etiam persuasus, non adduxit (1).

Ἐκ τούτων οὖν ἔστιν ἐννοῆσαι τὴν ἐκείνου λεπτότητα τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἣν αὐτὸν εἰκὸς κρίσιν ἐν τοῖς δυσχερεστέροις καὶ ὑψηλοτέροις θεωρήμασιν ἔχειν, τοῖς περὶ τοῦ δόγματος λέγω, εἰ τοῦτο τοιοῦτον ὂν αὐτὸν λέληθε.

Ex his igitur intelligere licet illius viri acumen, quodque judicium verisimile est, eum habere in rebus difficilioribus, et sublimioribus theorematibus, et dogmate, inquam, si hoc ejusmodi cum sit, ipsum effugerat.

Ταῦτα δὲ λέγω οὐκ ἐκεῖνον διασῦραι βουλόμενος· πόρρω γὰρ ἐγὼ τῶν τοιούτων· ὅθεν οὐδέποτε κατ' ἐκείνου οὔτ' εἶπον, οὔτε ἐρῶ πλέον τῶν ἐντυθὲν εἰρημένων· ἀλλὰ τοὺς ἀκροατὰς διδάξαι βουλόμενος ἀπὸ τῶν ἐκείνου φυλάττεσθαι λόγων.

Hæc autem dixerim, non illi quidem detrahere volens; longissime enim a talibus rebus absum: unde etiam nunquam adversus illum neque dixi, neque dicam amplius, his exceptis, quæ hic dicta sunt, sed auditores docere volens, ab illius sermonibus cavendum esse.

Προχωροῦντες οὖν εἰς τοῦτο τὸ ζήτημα, ἔτι μὲν περὶ τὰς ἀρχὰς ὄντες καὶ τὰ προοίμια, ἡμεῖς ἐδοκοῦμεν ἐπικρατεῖν, καὶ ὄντως ἐπεκρατοῦμεν· οὕπω γὰρ ἡμῖν ἄξιόν τι λόγου καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα παρὰ τῶν Λατίνων ἀπήντηκεν, ἔξω τοῦ προκειμένου ἐκείνων τε λεγόντων, ἡμῶν τε πρὸς ταῦτα ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἀνθιστημένων· ὅτε καὶ θαῤῥῶ λέγειν, τοὺς ἰσχυροτέρους τῶν παρὰ Γραικῶν εἰρημένων λόγων αὐτὸς ἦν ὁ καὶ εὑρὼν καὶ εἰπών. Ἕως τὸν λόγον διεδέξατο ὁ πάντ' ἄριστος ἀνὴρ καὶ θαυμάσιος, καὶ τοῦ Λατίνων γένους ἄγαλμα, καὶ κόσμος τῆς φύσεως, Ἰουλιανὸς ὁ τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας Ῥωμαίων καρδινάλις ἀξιώτατος· ὃς πολλά τε καὶ καλὰ εἰπὼν, καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ προκείμενον, οὕτως ἰσχυραῖς καὶ ἀναντιῤῥήτοις ἀποδείξεσι τὸ πρόβλημα ἀπεξειργάσατο, δείξας ἐξεῖναι τὴν ἀλήθειαν ἀεὶ προστιθέναι τῷ θείῳ Συμβόλῳ συνοδικῶς καὶ καλούσης ἀνάγκης, ὡς μηδὲν ἡμᾶς ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις μελετηκότας πρὸς ταῦτα ἀντειπεῖν δυνηθῆναι.

Procedentes itaque ad hanc quæstionem, cum adhuc in ipso limine quæstionis essemus, videbamur nos superiores esse, et revera superiores eramus. Nondum enim aliquid nobis alicujus momenti dignum, et ad ipsam rem faciens, Latini objecerant; cum extra rem illi dicerent, nosque illorum objectis abunde resisteremus; quando et audeo dicere firmiores rationes a Græcis dictas, ipse eram, qui et inveneram et dixeram. Donec tandem orationem suscepit in omnibus præstantissimus et admirabilis vir, Latinorumque gentis ornamentum, et naturæ decus Julianus, sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis dignissimus: qui cum multa, eaque præclara, et ad rem dixisset, ita firmis et exquisitis rationibus quæsitum perfectum et absolutum reddidit, ostendens synodice ac necessitate cogente semper licere divino Symbolo verum addere: ut cum nos multis diebus meditaremur, nihil ei ad hæc opponere potuerimus.

Ὧν πολλῶν ὄντων, ὅσα εἰς μνήμην ἐμὴν ἥκει, ἐνταυθοῖ σοι ἐκθεῖναι πειράσομαι, ὡς ἂν καὶ τὴν περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἀλήθειαν ἐκ μέρους ἀκούσειας.

Quæ cum multa sint, ea tantum hic tibi exponere conabor, quæcunque mihi in memoriam venerint, ut etiam veritatem ad hunc locum pertinentem ex

(1) Quæ hic narrat Bessarion de Marco Ephesio vera esse tum inde probari possunt, quod ille ipse Ephesius peracta sacrosancta synodo ad decipiendos Græcos incautos eadem loca beati Pauli citare, atque illis inculcare non sit veritus, ut patet legentibus editionem suæ fidei.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

parte agnoscas. Prius tamen audi nostrarum oppositionum et controversiarum caput, quod maxime firmum esse videtur.

In calce definitionum cujusque synodi, sumpto a tertia initio, hæc ad verbum lata et condita sunt : Illis lectis statuit sancta synodus, « nemini licere aliam fidem proferre, aut componere, aut sapere, aut aliter docere : eos vero qui audent, clericos quidem deponendos esse, laicos autem anathemate feriendos. »

Hujus sane sensus, et horum ferme verborum sunt omnia interdicta. Nos in istis tanquam firmissimis, et quæ refelli nequeant, nitebamur, dicentes, non oportere, ne ipsam quidem veritatem Symbolo addere, quandoquidem prædictis verbis id vetatur, minimeque licet. Ad quæ cum valde multæ rationes a Latinis sint allatæ, inter illas etiam erant istæ.

Demonstrationes quod liceat verum Symbolo addere.

Concilium, seu concilia, non solum aliam fidem proferre, verum etiam componere vetant. Jam vero, si intelligant aliam fidem componere, pro eo quod est esse aliis vocabulis Symbolum enuntiatum, contingit omnes anathemati subjectos esse, qui aliis quidem vocabulis, eodem vero sensu idem Symbolum ediderunt. Quod fere omnes sancti fecerunt ; sed hoc falsum atque blasphemum est. Non igitur interdictum est aliis verbis veritati consentientibus eamdem fidem exponere, sed contrariam fidem conscribere, id prohibitum est.

Secundo. Quarta synodus etiam sapere ac docere aliter, eidem subjicit anathemati. Jam vero si sapere aut docere vocabulis quidem aliis, veritati tamen consentientibus id prohibet, sub anathemate erunt, qui suam fidem, quibus sortiti sunt, unusquisque vocabulis docuerunt. Singuli enim sanctorum, aliis atque aliis verbis eamdem fidem docuerunt. At enim hoc absurdum est ; non igitur voces, sed oppositi sensus prohibiti sunt ; præsertim cum et sapere ad sensus, non ad verba referatur.

Tertio. Sexta synodus hæc eadem habet, quæ et quarta. Etiam hoc amplius, inhibet eos qui aliquam vocum novitatem, hoc est vocabuli inventionem, inducunt ad eversionem eorum quæ ab illis sancita sunt. Ex quo apparet illas tantum voces vetitas esse, quæ ad eversionem eorum quæ ab illis lata et condita sunt : non autem eas quæ non ad eversionem, sed eamdem servant intelligentiam, inducuntur.

Præterea. Tertia synodus decernit, non oportere aliam, præter Nicænam, fidem proferre : alioquin sub anathemate esse, qui id agant. Symboli vero secundæ synodi, quo nos modo utimur, nullam mentionem fecit. Si igitur Symboli secundæ synodi, tanquam quod diversum sit, alterumque exsistat a

Πρὸ δὲ τούτων τῶν ἡμετέρων ἐνστάσεων καὶ ἀντιλογιῶν τὸ κεφάλαιον καὶ μάλιστα ἰσχυρότερον ἄκουσον.

Ἐν τῷ τέλει τῶν ὅρων ἑκάστης τῶν συνόδων ἀπὸ τῆς τρίτης ἀρχομένων κεῖνται οὕτω κατὰ ῥῆμα· « Τούτων ἀναγνωσθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος, μηδενὶ ἐξεῖναι ἑτέραν πίστιν προφέρειν, ἢ συντιθέναι, ἢ φρονεῖν, ἢ διδάσκειν ἑτέρως· τοὺς δὲ τολμῶντας, κληρικοὺς μὲν καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ ἀναθεματίζεσθαι. »

Ταύτης τῆς ἐννοίας καὶ τούτων σχεδὸν τῶν ῥημάτων εἰσὶ τὰ κωλύματα πάντα. Ἐπὶ τούτοις ἡμεῖς ὡς ἀναντιῤῥήτοις διισχυριζόμεθα λέγοντες, μὴ δεῖν τῷ συμβόλῳ μηδὲ τὴν ἀλήθειαν προσθεῖναι. Ἐπὶ διὰ τῶν προειρημένων ῥημάτων κεκώλυται, καὶ οὐκ ἔξεστι. Πρὸς ἃ πάνυ πολλῶν ἐκ τοῦ μέρους Λατίνων λόγων ῥηθέντων, ἐν ἐκείνοις ἦσαν καὶ ταῦτα.

Ἀποδείξεις τῶν τὴν ἀλήθειαν δεῖν προσθεῖναι τῷ Συμβόλῳ.

Ἡ σύνοδος, ἢ αἱ σύνοδοι οὐ τὸ προφέρειν μόνον πίστιν ἑτέραν, ἀλλὰ καὶ τὸ συντιθέναι κωλύει. Εἰ δὲ τὸ ἑτέραν πίστιν συντιθέναι ἀντὶ τοῦ ἑτέραις λέξεσι πεφρασμένον σύμβολον νοοῦσι, συμβαίνει ὅτι πάντες οἱ ἑτέραις μὲν λέξεσι, τοῖς αὐτοῖς δὲ νοήμασι, τὸ αὐτὸ ἐκθέμενοι σύμβολον, ὅπερ σχεδὸν πάντες οἱ ἅγιοι πεποιήκασιν (ἕκαστος γὰρ αὐτῶν, ἢ οἱ πλείονες, ἐποιήσαντο πίστεως ἐκθέσεις ἰδίας), ὑπὸ ἀνάθεμά εἰσιν. Ἀλλὰ μὴν τοῦτο ψεῦδος καὶ βλάσφημον. Οὐκ ἄρα κεκώλυται τὸ ἑτέροις ῥήμασι συμφωνοῦσι τῇ ἀληθείᾳ τὴν αὐτὴν πίστιν ἐκθεῖναι, ἀλλὰ τὸ ἀναντίαν πίστιν συγγράψαι, τοῦτο κεκώλυται.

Ἔτι ἡ δ' σύνοδος καὶ τὸ φρονεῖν καὶ διδάσκειν ἑτέρους, ὑπὸ τὸ αὐτὸ ὑποβάλλει ἀνάθεμα. Εἰ δὲ τὸ φρονεῖν, ἢ διδάσκειν, λέξεσιν ἑτέραις μὲν, συμφωνοῦσι δὲ τῇ ἀληθείᾳ, τοῦτο κωλύει, ὑπὸ ἀνάθεμα πάντες, οἷ αἷς ἔτυχεν ἕκαστος λέξεσι τὴν ἑαυτῶν πίστιν διδάσκοντες. Ἕκαστος γὰρ τῶν ἁγίων ἄλλαις καὶ ἄλλαις λέξεσι τὴν αὐτὴν πίστιν διδάσκουσιν. Ἀλλὰ μὴν τοῦτο ἄτοπον. Οὐκ ἄρα τὰς λέξεις, ἀλλὰ τὰ ἀντικείμενα νοήματα κεκωλύκασιν. Ἐπεὶ καὶ ἄλλως τὸ φρονεῖν εἰς τὰ νοήματα ἀναφέρεται, ἀλλ' οὐκ εἰς τὰς λέξεις.

Ἔτι ἡ ἕκτη τὰ αὐτά τε ταῦτα τῇ δ' φησί· καὶ ἔτι κωλύει τοὺς καινοφωνίαν, ἤτοι λέξεως ἐφεύρεσιν εἰσάγοντας πρὸς ἀνατροπὴν τῶν ὑπ' αὐτῶν διορισθέντων. Ἀφ' οὗ φαίνεται ἐκείνας τῶν λέξεων κεκωλῦσθαι, αἱ πρὸς ἀνατροπὴν τῶν ἐγκειμένων εἰσάγονται· οὐ μὴν τὰς μὴ πρὸς ἀνατροπὴν, ἀλλὰ ταυτὸ νόημα σωζούσας.

Ἔτι ἡ γ' σύνοδος διορίζεται, μὴ δεῖν ἑτέραν πίστιν προφέρειν παρὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ· εἰ δὲ μή, ὑπὸ ἀνάθεμα εἶναι τοὺς τοῦτο ποιοῦντας. Του δὲ συμβόλου τῆς β' συνόδου, ᾧ ἡμεῖς χρώμεθα νῦν, οὐδεμίαν ἐποιήσατο μνείαν. Εἰ μὲν οὖν τοῦτο τὸ τῆς β' συνόδου σύμβολον, ὡς διαφέρον καὶ ἕτερον

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὂν τοῦ τῆς πρώτης; διὰ τοῦτο οὐκ ἔτυχε μνήμης ὑπὸ τῆς τρίτης συνόδου, ἁμαρτάνομεν ἡμεῖς ἀσύγγνωστα νῦν, τῷ μὲν τῆς πρώτης οὐ χρώμενοι, ὃ καὶ μένειν ἀμεταποίητον ἐκύρωσαν οἱ Πατέρες, τῷ δὲ τῆς δευτέρας ἐπ' Ἐκκλησίας τε καὶ ἰδίᾳ πάντες ἀναγινώσκοντες μόνον. Καί ἐσμεν κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ὑπ' ἀνάθεμα. Εἰ δ' ὡς ταυτὸν ὂν σεσιώπηται, φαίνεται ταυτὸν ὂν οὐ τοῖς ῥήμασι (τούτοις γὰρ καὶ πάμπολυ διαφέρει, προσθήκας τε πλείστας ἔχον καὶ ἀφαιρέσεις)· ἀλλ' ἔστι ταυτὸν τοῖς νοήμασι. Διὸ καὶ ἀμφότερα τό τε τῆς πρώτης, τό τε τῆς δευτέρας σύμβολον, ὡς ἓν ἡγήσαντο οἱ τῆς γ' συνόδου Πατέρες. Ὥστε καὶ πᾶν σύμβολον τὴν αὐτὴν τῷ τῆς πρώτης ἔννοιαν σῷζον εἴη ἂν ἐκείνοις ταυτόν. Καὶ οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον, ὅταν λέγηται μὴ τολμᾷν παραδιδόναι ἕτερον σύμβολον. Ἕτερον γὰρ ἀκουστέον τὸ τῆς ἀντικειμένης ἐννοίας, καὶ οὐχὶ τὸ λέξεσι διαφέρον· ἐπειδήπερ, ὡς εἴρηται, τὸ τῆς δευτέρας, πλεῖστον ταῖς λέξεσι διαφέρον τοῦ τῆς πρώτης, οὐκ ἐνομίσθη ἕτερον εἶναι. Ὥστε συμπεραίνεται, ὅτι τὰ τὴν ἔννοιαν σώζοντα τὴν αὐτήν εἰσι ταυτὰ, κἂν ταῖς λέξεσι διαφέρωσιν, ὃν τρόπον ἐστὶ καὶ τῆς β' ταυτὸν τῷ τῆς πρώτης.

A Symbolo primæ, ob eam causam a tertia synodo nulla facta est mentio, inexpiabile scelus nos modo committimus Symbolo primæ non utendo : quod ut maneret immutabile, Patres sanxerunt : secundæ vero tantum Symbolum tum in Ecclesia, tum privatim omnes recitando. Et secundum hanc rationem sub anathemate sumus. Si vero tanquam idem sit, silentio præteritum est, idem esse videtur non verbis (his etenim multum admodum differt, additiones plurimas habens, et ademptiones) ; sed est idem sensu et intelligentia. Quare utrumque Symbolum tum primæ, tum secundæ, veluti unum, Patres tertiæ synodi arbitrati sunt. Quapropter etiam omne Symbolum eamdem intelligentiam, quam et Symbolum primæ servans, idem erit atque B illa, et nihil facit ad argumentum et rationem illorum qui dicunt non audendum aliud Symbolum tradere ; aliud enim subaudiendum, quod sit contrariæ intelligentiæ, non autem quod vocabulis differat : quandoquidem, ut dictum est, Symbolum secundæ synodi, cum multum differat vocabulis a Symbolo primæ, non tamen aliud esse existimatum est. Quare concluditur : Quæ eamdem servant intelligentiam, etiam si verbis differant, eadem esse, quemadmodum et Symbolum secundæ synodi, idem est ac Symbolum primæ.

Ἔτι ἑκάστη σύνοδος μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ ὅλου ἑαυτῆς ὅρου, οὐ μόνον τοῦ Συμβόλου, ἀλλὰ τοῦ σύμπαντος ὅρου, φησί· Τούτων ἀναγνωσθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος μηδενὶ ἐξεῖναι ἑτέραν πίστιν προφέρειν. Ὥστε τὸ, τούτων ἀναγνωσθέντων, πρὸς C ὅλον τὸν ὅρον ἀναφέρεται. Καὶ τὸ ἑξῆς ἄρα τὸ, Ἑτέραν πίστιν μὴ ἐξεῖναι προφέρειν, πρὸς τὸν ὅρον καὶ αὐτὸ ἀναφέρεται· ἤτοι μὴ ἐξεῖναι προφέρειν ἄλλην πίστιν παρὰ τὴν ἐν τῷ ὅρῳ ἐγκειμένην τῷ καθόλου, οὐ μόνον ἐν τῷ Συμβόλῳ. Ἀλλ' ὅσον κατὰ τὰ ῥήματα ἡ δ' ἔγραψεν ἕτερα τῆς τρίτης, καὶ ἡ πέμπτη τῆς δ', καὶ οὕτως ἑξῆς. Ὥστε περὶ τῆς καθόλου πίστεώς ἐστιν ὁ λόγος, καὶ περὶ τῶν νοημάτων, οὐ περὶ τῶν λέξεων αὐτῶν.

Rursus. Unaquæque synodus, post recitatam totam suam definitionem, non tantum Symbolum, ait : His lectis, statuit sancta synodus, nemini licere aliam fidem proferre. Quare illud : His lectis, ad totam definitionem refertur ; igitur et quod deinceps sequitur, aliam fidem non licere proferre, ad totam definitionem spectat ; hoc est, non licere proferre aliam fidem, præter eam quæ in definitione universali, non solum in Symbolo continetur. Sed quod attinet ad verba, quarta synodus alia scripsit a tertia, et quinta a quarta, et sic deinceps. Quapropter de universali fide est sermo, deque iisdem sententiis, non de ipsis vocabulis.

Ἔτι ἡ ζ' σύνοδος οὐδὲ ποιεῖται ὅλως μνείαν συμβόλου, οὔτε τοῦ τῆς πρώτης, οὔτε τοῦ τῆς δευτέρας, ἀλλ' ἁπλῶς ὅρον ἑαυτῆς ἐκθεμένη, ἐν τῷ τέλει φησί, « Τούτοις οὐκ ἔστι προσθεῖναι, καὶ ἀπὸ τούτων οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν. Εἰ δέ τις προσθείη ἢ ἀφέλοι ἁπλ ταύτης τῆς πίστεως, ἀνάθεμα εἴη. » Ὥστε δῆλον ὅτι περὶ πίστεως λέγει, καὶ τῆς κατὰ τὰ δόγματα ἐναντιώσεως. Οὐ γὰρ δὴ κεκώλυκεν ὅρους τὴν Ἐκκλησίαν συγγράφεσθαι.

Præterea septima synodus neque omnino ullam facit mentionem Symboli neque primæ, neque secundæ : sed simpliciter definitione sua edita, et explicata, in fine dicit : « His non licet addere, et ex his non licet adimere. Si quis vero addiderit, D et ab ea fide ademerit, anathema sit. » Quare constat eam de fide dicere, et de ea quæ in dogmatibus est, contrarietate. Non enim certe Ecclesiam a definitionibus conscribendis arcuit.

Ἔτι, Ἃ τῇ καρδίᾳ εἰς δικαιοσύνην πιστεύομεν, ταῦτα καὶ τῷ στόματι ὁμολογεῖν εἰς σωτηρίαν ὀφείλομεν· εἰ δὲ μή, ἀτελὴς ἡμῖν ἔσται, καὶ ἐξ ἡμισείας ἡ πίστις. Δεῖ γὰρ ὁμολογεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων τὴν πίστιν, εἰ μέλλομεν καὶ αὐτοὶ τυχεῖν ἀναῤῥήσεως ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἐπὶ τοῦ οὐρανίου Πατρὸς, κατὰ τὸ λόγιον αὐτοῦ. Ἀλλὰ τὰ ἀληθῆ ἀνάγκη φρονεῖν· καὶ ἀνάγκη ἄρα ὁμολογεῖν ταῦτα. Ὥστε ἃ ἀνάγκη πιστεύειν, ταῦτα οὐκ ἀνεύθυνον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνάγκη ὁμολογεῖν.

Insuper : Quæ corde ad justitiam credimus, hæc etiam ore confiteri ad salutem debemus : sin minus imperfecta nobis erit, et ex dimidio fides. Oportet enim coram hominibus fidem confiteri, si nos quoque volumus coram Patre cælesti præconium consequi Salvatoris, secundum eloquium ejus. Atqui vera sapere necesse est ; igitur necesse est etiam ea confiteri. Quare, quæ necessario sunt credenda, ea non solum impune, sed etiam necessario sunt confitenda.

Ἔτι, ἐν τοῖς Πρακτικοῖς τῆς τετάρτης συνόδου,

Ad hæc in Actis quartæ synodi, in prima actione

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

expositum est, primum quidem ab Eutychete Symbolum Nicænum. Deinde infert idem hæreticus Eutyches, super hanc fidem, scilicet Nicænam, definitionem edidisse Ephesiam synodum hujuscemodi : Eum, qui præter hanc aliquid addiderit, vel excogitaverit, vel docuerit, pœnis tunc latis subjacere.

Eusebius vero episcopus Dorylensis, qui accusator erat hæretici Eutychetis, hæc audiens exclamavit : Non est talis definitio ; non est talis canon id prohibens, mentitus est. Sexcenti vero triginta Patres, qui Chalcedone fuerunt, hoc audientes tacuerunt : et Eutychen, utpote qui non pateretur etiam alia sapere præter ea quæ in Symbolo essent Nicæno, alia scilicet numero, non tanquam opposita, condemnarunt. Quare ostenderunt illas tantum voces vetari, quæ sunt contrariæ et adversæ, non autem consentientes. Ecce enim illud ex duabus, et in duabus naturis incommistis Christum post id, quod semel assumpserat, mansisse, aliud cum sit a Symbolo Nicæno, aliud vero dico vocabulis, non intelligentia, tamen cogebant Eutychen illud sapere. Unde apparet Patres non simpliciter aliud prohibuisse, sed opposita.

Illud porro considera diligenter : hæc enim eadem verba tertiæ synodi, quæ nos producimus, nimirum nemini licere aliam fidem proferre, hæc ipsa pro se Eutyches producebat. Dorylensis vero episcopus, ac tota synodus, Non est talis, dixerunt, canon id vetans ; sed eum, quippe qui prave canonem interpretaretur, condemnarunt. Explicabat enim ipsum canonem Eutyches, quemadmodum et nostrates, nimirum existimans omne illud simpliciter prohiberi, quod vel ipsa verborum varietate aliud esset. Quod tamen concilio minime placuit, ob eamque causam eum damnarunt, cum aliam fidem arbitrarentur eam quæ esset contraria, non autem eam quæ verbis quidem differat, intelligentia vero sit consentiens.

Deinde ego etiam memini in explicatione Nomocanonis, quæ fit a Zonara, aliquid tale me vidisse. In eo enim Nomocanone hæc inhibitio tertiæ synodi, nimirum : His lectis statuit sancta synodus, et reliqua, inter alios canones tertiæ synodi continetur, septimusque enumeratur. Ante istum vero est alius sextus canon ejusdem tertiæ synodi qui excommunicatos facit eos qui audent aliquid labefactare ex statutis atque decretis a synodo. In hoc autem septimo, scilicet, His lectis, statuit sancta synodus nemini licere aliam fidem proferre ; anathemate feriuntur, qui canonem transgrediuntur. Movet ergo quæstionem Zonaras (1), cur synodus in sexto canone excommunicatos facit laicos, in septimo eos anathemate percutit? Solvens autem dubitationem, sic habet ad verbum : Magna est differentia, quod aliquis, contra aliquam rem dicat, et quod

(1) Hæc hodie non reperiuntur apud Zonaram locis cit., sed apud Balsamonem in Nomocanone dum exponit canonem sextum concilii Ephesini.

A ἐν τῇ πρώτῃ πράξει, ἐκτέθειται μὲν πρῶτον ὑπ' Εὐτυχοῦς τὸ τῶν ἐν Νικαίᾳ Σύμβολον. Εἶτα ἐπιφέρει ὁ αὐτὸς αἱρετικὸς Εὐτυχής, ὅτι ἐπὶ ταύτῃ τῇ πίστει, δηλονότι τῶν ἐν Νικαίᾳ, ὅλον ἐξήνεγκεν ἡ ἐν Ἐφέσῳ σύνοδος· Τὸν παρὰ ταύτην προστιθέντα τι ἢ ἐπινοοῦντα ἢ διδάσκοντα ἐπιτιμίοις τοῖς τότε ἐγγραφεῖσιν ὑποκεῖσθαι.

Εὐσέβιος δὲ ἐπίσκοπος Δορυλαίου, ὃς ἦν κατήγορος τοῦ αἱρετικοῦ Εὐτυχοῦς, ταῦτα ἀκούσας ἐβόησεν· Οὐκ ἔστιν ὅρος τοιοῦτος, οὐκ ἔστι κανὼν τοῦτο διαγορεύων, ἐψεύσατο. Οἱ δὲ ἑξακόσιοι τριάκοντα Πατέρες οἱ ἐν Χαλκηδόνι, τοῦτο ἀκούσαντες, ἐσιώπησαν, καὶ κατεδίκασαν τὸν Εὐτυχέα, ὡς μὴ καταδεχόμενον φρονεῖν καὶ ἄλλα παρὰ τὸ ἐν Νικαίᾳ σύμβολον, ἄλλα δηλαδὴ τῷ ἀριθμῷ, οὐχ ὡς ἀντικείμενα. B Ὥστε ἔδειξαν ἐκείνας τὰς προσθήκας κωλύεσθαι, αἳ εἰσιν ἐναντίαι καὶ ἀντικείμεναι, οὐ μέντοι γε τὰς ὁμοφωνούσας. Ἴδοὺ γὰρ τὸ ἐκ δύο φύσεων καὶ ἐν δυσὶ φύσεσιν ἀσυγχύτοις τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν πρόσληψιν μεῖναι, ἕτερον ὂν τοῦ ἐν Νικαίᾳ συμβόλου, ἕτερον δὲ λέγω ταῖς λέξεσιν, οὐ τῇ ἐννοίᾳ· ὅμως ἠνάγκαζον τὸν Εὐτυχῆ φρονῆσαι αὐτό. Ὥστε φαίνεται μὴ τὸ ἕτερον ἁπλῶς τοὺς Πατέρας κωλύειν, ἀλλὰ τὰ ἀντικείμενα.

Σκόπει δὲ τοῦτο ἀκριβῶς. Αὐτὰ γὰρ ταῦτα τὰ ῥήματα τῆς τρίτης συνόδου ἃ προφέρομεν ἡμεῖς, τὸ μηδενὶ ἐξεῖναι δηλαδὴ προφέρειν πίστιν ἑτέραν, αὐτὰ ταῦτα προέφερεν ὁ Εὐτυχὴς ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Ὁ δὲ Δορυλαίου ἐπίσκοπος καὶ ἡ σύνοδος ὅλη, Οὐκ C ἔστιν, ἔφασαν, τοιοῦτος κανὼν τοῦτο διαγορεύων· ἀλλὰ κατεδίκασαν αὐτὸν ὡς παρεξηγούμενον τὸν κανόνα. Ἐξηγεῖτο γὰρ αὐτὸν ὁ Εὐτυχής, ὥσπερ καὶ οἱ ἡμέτεροι, δηλονότι πᾶν ἁπλῶς ἕτερον, κἂν ῥηματικὴ ἑτερότης ᾖ, νομίζων κωλύεσθαι. Ὅπερ τῇ συνόδῳ ἀπήρεσε, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν κατεδίκασαν, ἑτέραν πίστιν νομίζοντες τὴν ἐναντίαν, οὐ τὴν ῥήμασι μὲν διαφέρουσαν, ταῖς ἐννοίαις δὲ συμφωνοῦσαν.

Ἔτι μέμνημαι καὶ ἐγὼ ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ Ζωναρᾶ ἐν τῷ Νομοκάνονι τοιοῦτόν τι ἰδών. Ἐν γὰρ τῷ Νομοκάνονι τοῦτο τὸ κώλυμα τῆς γ' συνόδου, τὸ, Τούτων ἀναγνωσθέντων ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος, καὶ τὰ λοιπὰ, κεῖται ἐν τοῖς κανόσι τῆς γ' συνόδου, ἕβδομος ἀριθμούμενος. D Πρὸ δὲ τούτου ἔστιν ἄλλος ἕκτος κανὼν τῆς αὐτῆς τρίτης συνόδου, ἀκοινωνήτους ποιῶν τοὺς τολμῶντας παρασαλεύειν τι τῶν ὑπὸ τῆς συνόδου πεπραγμένων. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ ἑβδόμῳ, τῷ, Τούτων ἀναγνωσθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος μηδενὶ ἐξεῖναι ἑτέραν πίστιν προφέρειν, ἀναθεματίζονται οἱ παραβαίνοντες τὸν κανόνα. Ἀπορεῖ οὖν ὁ Ζωναρᾶς, διατί ἡ σύνοδος ἐν μὲν τῷ ἕκτῳ κανόνι ἀκοινωνήτους ποιεῖ τοὺς λαϊκούς· ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ ἀναθεματίζει αὐτούς. Καὶ ἐπιλυόμενος τὴν ἀπορίαν φησὶν οὕτως κατὰ ῥῆμα· Μεγάλη ἐστὶ διαφορὰ τοῦ ἐναντιοῦσθαι, καὶ τοῦ ἀμφιδάλ-

At fortassis quæ attribuuntur in excusis libris Balsamoni sunt Zonaræ, vel istud Balsamon accepit a Zonara, cum etiam posterior fuerit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

Si quis vero rursus ob has causas dixerit : Ergo minor est Spiritus Patre ac Filio, si quidem Pater generat Filium, et producit Spiritum, Filius autem et ipse cum Patre producit Spiritum : at Spiritus neque Filium generat, neque seipsum, neque alterum Spiritum producit.

Vana est ista ratio, et contra ipsum magis concludit, qui hoc dixerit. Si enim nullius personæ causam esse, imperfectionis et imminutionis in Trinitate hoc signum esse oportet existimare : igitur quod minus, eo quod plus personarum producit (1), imperfectius erit. Sed cum Filius unius tantum personæ Spiritus, cum Patre causa sit, minor erit Patre, qui et ipsius Filii, et Spiritus causa exsistit. At enim hoc vel cogitare, absurdum est : igitur illud quoque ejusdem absurditatis est. Esse enim causam vel causatum in

προσώπων κοινωνοῦσι πάντων ἀλλήλοις τῶν οὐσιωδῶν, μένοντα ἐν τῷ εἶναι ὃ εἰσι, καὶ σώζοντα τὴν ἑαυτῶν ἰδιότητα. Μένων γὰρ, φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος, ὁ Υἱὸς ἐν τῷ εἶναι Υἱὸς, ἔχει πάντα τὰ τοῦ Πατρός. Καὶ τὸ Πνεῦμα ἄρα μένον ἐν τῷ εἶναι Πνεῦμα, ἔχει πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ· τῷ ἰδίῳ οὖν λόγῳ, ὡς εἴρηται, μάχεται τὸ ἑαυτοῦ αἴτιον εἶναι· καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἐνεργητικὴν ἐκπόρευσιν ἔχειν οὐ δύναται.

Εἰ δέ τις πάλιν εἴποι, Ἀλλ' εἰ μὴ τῆς τοῦ προβάλλειν ἐνεργείας κοινωνεῖ τὸ Πνεῦμα, κοινωνήσειε γοῦν τῆς τοῦ γεννᾷν, ὥσπερ ὁ Υἱὸς τῆς τοῦ προβάλλειν·

Μὴ λανθανέτω οὐδὲ τοῦτο δυνατὸν εἶναι. Πρῶτα μὲν διὰ τὸ τὴν τοῦ γεννᾷν ἐνέργειαν τοῦ συστατικοῦ εἴδους τοῦ πατρικοῦ προσώπου καὶ ἀκοινωνήτου πρὸς ἕτερον ἀποδεδεῖχθαι ἐνέργειαν, καὶ διὰ τοῦτο ἀδύνατον εἶναι κοινωνῆσαι αὐτῷ ἕτερον πρόσωπον.

Ἔπειτα δὲ διὰ τὸ περιέχειν ἀντίφασιν ἐν ἑαυτῷ· εἰ γὰρ αὐτὸ γεννᾷ μὲν τὸν Υἱὸν, ἐκπορεύεται δ' ὑπ' αὐτοῦ, ἔσται πρὸς τὸ αὐτὸ καὶ αἴτιον, καὶ αἰτιατόν. Τοῦτο δ' ἐστὶν ἀντίφασις.

Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις τοῦτο τὸ ἄτοπον ἕπεσθαι, διὰ τὸ προϋποτίθεσθαι τὸν Υἱὸν προβάλλειν τὸ Πνεῦμα. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ὑποτεθείη, ἀλλὰ μόνον, ὅτι τὸ Πνεῦμα σὺν τῷ Πατρὶ γεννᾷ τὸν Υἱὸν, τοῦτο οὐκ ἔτι τὸ ἄτοπον ἕψεται. Διατί γὰρ οὐ μᾶλλον τὸ Πνεῦμα σὺν τῷ Πατρὶ γεννᾷ τὸν Υἱὸν, ἀλλ' ὁ Υἱὸς σὺν τῷ Πατρὶ προβάλλει τὸ Πνεῦμα;

Εἴ τις οὖν ταῦτα φαίη, πρῶτα μὲν ἴστω ζητῶν ἃ μηδεὶς ἄλλος ποτὲ οὐδ' ἐννοῆσαι ἐτόλμησεν· ἔπειτα ἡ μὲν τοῦ γεννᾷν δύναμις προεπινοεῖται τῆς τοῦ προβάλλειν δυνάμεως, ὡς πρώτη καὶ ἄμεσος ἐνέργεια τοῦ Πατρὸς, καθὰ ἀποδέδεικται· καὶ διὰ τοῦτο οὐ δύναται ταύτης κοινωνεῖν τὸ Πνεῦμα· ἡ δὲ τοῦ προβάλλειν ἐπινοουμένη τῆς τοῦ Υἱοῦ γεννήσεως καὶ διὰ τῆς αὐτοῦ γεννήσεως ἐπιτελουμένη, ὡς δέδεικται, οὐκ ἀδύνατος, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἀναγκαία αὐτῷ κοινωνεῖσθαι.

Εἰ δέ τις αὖθις διὰ ταῦτα εἴποι, Οὐκοῦν ἔλαττον τὸ Πνεῦμα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, εἴπερ ὁ μὲν Πατὴρ γεννᾷ τὸν Υἱὸν καὶ προβάλλει τὸ Πνεῦμα· ὁ δὲ Υἱὸς καὶ αὐτὸς σὺν τῷ Πατρὶ προβάλλει τὸ Πνεῦμα· τὸ δὲ Πνεῦμα οὔτε τὸν Υἱὸν γεννᾷ, οὔθ' ἑαυτὸ οὔθ' ἕτερον πνεῦμα προβάλλει·

Μάταιος ὁ λόγος, καὶ καθ' ἑαυτοῦ μᾶλλον ὁ τοῦτο φάσκων συμπεραίνει· εἰ γὰρ ἀτελείας καὶ ἐλαττώσεως τοῦτο σημεῖον ἐν τῇ Τριάδι οἰέσθαι δεῖ, τὸ μηδενὸς τῶν προσώπων αἴτιον εἶναι, καὶ τὸ ἐλάττονων ἄρα προσώπων αἴτιον τοῦ πλειόνων αἰτίου ἔλαττον ἔσται. Ἀλλ' ὁ Υἱὸς ἑνὸς προσώπου τοῦ Πνεύματος μόνου αἴτιος ὢν σὺν τῷ Πατρὶ, ἐλάττων ἔσται τοῦ Πατρὸς, αἰτίου ὄντος καὶ αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος. Ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον καὶ μόνον ἐννοῆσαι. Κἀκεῖνο τοίνυν τῆς ὁμοίας ἐστὶν ἀτοπίας. Τὸ γὰρ αἴτιον ἢ αἰτιατὸν εἶναι ἐν τῇ Τριάδι εἰς τὰ προσω-

(1) Istud sane in solum etiam Patrem magis quadrare videtur, qui juxta recentiores Græcos solus et generat et producit. Neque tamen inde vel major aliis personis censetur vel minor.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πικὰ ἀναφερόμενον ἰδιώματα, οὔτε μεῖζον, οὔτ' ἔλαττον ἕτερον ἑτέρου ποιεῖ ἢ εἶναι, ἢ λέγεσθαι. A Trinitate, quod ad personales proprietates refertur, neque majorem vel esse vel dici, neque minorem alterum altero facit.

Ἔτι εἰ ἡ τοῦ γεννᾶν καὶ τοῦ προβάλλειν δύναμις ἅμα συστατικαὶ τοῦ προσώπου εἰσὶ τοῦ πατρικοῦ ἰδίᾳ καὶ ἀνὰ μέρος, ἑκάστης δὲ ἐνεργείας εἶδός ἐστιν ἀρχή· δύο εἴδη τῶν δύο τούτων ἐνεργειῶν ἔσονται. Ἕκαστον δὲ συστατικὸν εἶδος πρόσωπον συνιστᾷ. Καὶ οὕτως ὁ Πατὴρ δύο πρόσωπα ἔσται. Τοῦτο δὲ ἄτοπον. Οὐκ ἄρα ἡ τοῦ προβάλλειν δύναμις συνιστᾷ τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός. Εἰ δὲ μὴ συνιστᾷ, κοινὴ ἄρα ἐστὶ καὶ τῷ Υἱῷ. Καὶ οὕτως τὸ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεται.

Præterea, si utraque vis generandi et producendi constituit personam Patris seorsum et separatim, uniuscujusque autem operationis species est principium: duæ species erunt duarum operationum. Unaquæque autem constitutiva species personam constituit. Atque ita Pater duplici persona erit præditus. Hoc autem absurdum est. Non igitur producendi facultas constituit personam Patris. Si vero non constituit, communis ergo erit et Filio, et sic Spiritus ex Patre Filioque procedit.

Ἔτι κοινῶς παρὰ πάντων ὁμολογεῖται τῶν διδασκάλων, ὡς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πρόεισιν ἐξ Υἱοῦ. B Εἰ οὖν πρόεισιν ἐξ αὐτοῦ, πρόεισι πάντως φυσικῶς. Οὐδὲν γὰρ ἐν τῷ Θεῷ παρὰ φύσιν, οὔτε ἐπίκτητον. Ἕων γὰρ κτισμάτων ἐστὶ τὸ μὴ φύσει ἐκ Θεοῦ προϊέναι. Εἰ τοίνυν κατὰ φύσιν ἐξ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα πρόεισιν, ἡ δὲ κατὰ φύσιν πρόοδος ἐν τοῖς θείοις διχῶς ἐνδέχεται εἶναι, ἢ κατὰ γέννησιν, ἢ κατ' ἐκπόρευσιν, κατὰ γέννησιν δὲ οὐ πρόεισιν ἐξ αὐτοῦ, ἦ γὰρ ἂν ἦν Υἱὸς τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα· πρόεισιν ἄρα κατ' ἐκπόρευσιν. Ὥστε ἡ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Πνεύματος πρόοδος εἴη ἂν ὡς ἐκπορευομένου ἐξ αὐτοῦ.

Præterea inter omnes doctores convenit Spiritum sanctum produci et emanare ex Filio; si ergo emanat ab illo, omnino emanat naturaliter. Nihil enim in Deo est præter naturam, neque adventitium: creaturarum enim est proprium, non natura ex Deo emanare; si igitur secundum naturam ex Filio Spiritus emanat, quæ autem secundum naturam emanatio, et productio est in divinis, dupliciter contingit esse, vel secundum generationem, vel processionem. At secundum generationem ab ipso non emanat; esset enim profecto Spiritus sanctus Filii filius. Igitur emanat secundum processionem, ut emanatio Spiritus ex Filio sit tanquam vere procedentis ab ipso.

Εἰ δέ τις εἴποι, ὡς ἡ πρόοδος αὕτη τὴν εἰς ἡμᾶς ἐνέργειαν δηλοῖ καὶ τὴν χάριν·

Ματαία ἂν εἴη τοῦτο καταφυγή. Εἰ γὰρ καὶ χάριτός τινος ἡμεῖς μεταλαμβάνομεν, καὶ οὐ τῆς οὐσίας τοῦ Πνεύματος, οὐσία γάρ ἐστιν ἀμέθεκτος· ὅμως οὐ χάρις ἀνυπόστατος πρόεισιν ἐξ Υἱοῦ, ἀλλ' αὐτὴ ἡ θεία τοῦ Πνεύματος ὑπόστασις. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν ἄλλων ῥημάτων, ἐμφατικωτέρων περὶ τούτου, φασὶν οἱ διδάσκαλοι, τοῦ ἀναβλύζειν, λέγω, τοῦ καὶ πηγάζειν, καὶ ἐκλάμπειν. Ἃ τίνι μὴ τυφλώττοντι οὐ γνώρισμα, τὴν ὕπαρξιν τοῦ Πνεύματος οὐ μετάδοσιν, οὐδὲ χορηγίαν δηλοῦν; Ἡ τοιαύτη οὖν ἐξ Υἱοῦ ὑποστατικὴ τοῦ Πνεύματος πρόοδος, ἢ δουλικὴ ἐστιν ἢ φυσική. Ἀλλ' ἐπεὶ δουλικὴ οὐκ ἔστιν, ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ φυσική. Φυσικὴ δὲ πρόοδος ἐξ Υἱοῦ τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως τί ἂν ἄλλο παρὰ τὴν αὐτοῦ ἐκπόρευσιν εἴη; Οὐδὲ πλάσαι ῥᾴδιον.

Si quis vero dicat hanc processionem operationem ad nos et gratiam significare, C

Vanum est ejus hoc refugium. Etsi enim gratiam quamdam participamus, minimeque substantiam Spiritus; substantia enim est imparticipabilis; non tamen gratia subsistentiam non habens procedit ex Filio, sed ipsa divina Spiritus hypostasis. Et manifestum est ex aliis verbis, quæ apertius et significantius doctores dicunt, scaturiendi, inquam, et instar fontis emanandi, et lucendi. Quæ cui non cæcutienti non argumento esse possunt exsistentiam Spiritus, non communicationem, neque collationem aliquam donorum significare? Talis igitur ex Filio hypostatica Spiritus productio, vel servilis est vel naturalis. Verum quandoquidem non est servilis, necessario est D naturalis. Naturalis vero productio personæ Spiritus ex Filio, quid aliud sit præter ejus processionem, ne fingere quidem facile est.

Ἔτι, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῶν ὑπάρχειν, κοινῇ πάντες ἀνατολικοί τε καὶ δυτικοὶ βοῶσι Πατέρες. Ἀλλὰ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τινὸς ὂν ἐν τῇ Τριάδι καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτῷ ἐστιν. Τὸ Πνεῦμα ἄρα τὸ ἅγιον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ λεγόμενον εἶναι, καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ ἐστιν ὑποστάσεως. Ὅτι δ' ἐν τῇ Τριάδι τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τινὸς ὂν καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ ἐστιν ὑποστάσεως, δῆλον ἐκεῖθεν. Οὐσία καὶ ὑπόστασις ἐφ' ἑκάστου τῶν θείων προσώπων ἕν εἰσι πρᾶγμα, καὶ οὕτως ἕν, ὡς λόγῳ μόνῳ ἀλλήλων διακρίνεσθαι. Εἰ γὰρ πράγματι ἀλλήλων πρό-

Præterea Spiritum sanctum ex substantia Patris et Filii esse atque subsistere communiter omnes Patres orientales et occidentales clamant. Sed in Trinitate quod est ex substantia alicujus, est quoque ex ejus persona. Igitur Spiritus sanctus, cum dicatur esse ex substantia Filii, erit quoque ex ejus hypostasi. Quod autem in Trinitate, quod est ex substantia alicujus, sit etiam ex ejus hypostasi, inde manifestum est. Substantia et hypostasis in quacunque divina persona una res sunt, atque ita una, ut sola mente ac ratione invicem discernantur. Si enim persona seu hypo-

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

stasis, et essentia re inter se differrent, quemadmodum sunt re ipsa tres personæ, ita etiam essent tres essentiæ. Hoc autem contrarium est fidei. Quamobrem cogitatione quidem essentia sejungitur ab hypostasi, revera tamen eadem et una res est, contrario modo atque se habeant in nobis hominibus. Etenim in nobis conjunctio quidem naturæ, scilicet humanitatis, cum uniuscujusque persona, sensu mentis, et cogitatione tantum facit unum, re autem duo sunt. Alia enim res est communis humanitas, alia vero hujus personæ individualitas. Quocirca, quemadmodum sumus multæ personæ, sic etiam multi homines. Et ideo non necessario, quod ex natura est alicujus, ex persona quoque illius est. At vero in sanctissima Trinitate, ut dictum est, totum oppositum evenit: ex eo nimirum, quod natura, et persona unum et idem sint, discretio autem et separatio tantum ratione. Quamobrem quod ex natura alicujus personæ est, ex illius quoque sit persona necesse est. Si ergo ex natura Filii Spiritus est, cujus rei plena sunt omnia scripta Cyrilli, igitur ex illius quoque hypostasi est.

Verum aiunt nostri, propter consubstantialitatem hæc dici, et ut Spiritus ostendatur ejusdem esse substantiæ cum Patre et Filio.

Spiritus ex substantia Patris et Filii, non tamen contra.

Quod sane verum est; sed quo verum, eo magis Latinis favet. Sic enim magis consubstantialis est Spiritus Patri ac Filio, utpote qui ex ipsorum substantia et ab ipsis proveniat, hoc est procedat. Dicatur enim clarius propter eos quos verba offendunt. Si enim simpliciter consubstantialitatem tantum, ut nostri arbitrantur, significat, oportebat etiam Patrem ex substantia Filii et Spiritus dici. Verum id neque ausus est quispiam adhuc, neque audebit dicere, quandiu operæ pretium duxerit piorum hominum in numero se reponi. Præsertim cum et substantia neque generet, neque producat, juxta theologorum sententiam, itemque ipsorum philosophorum, si quidem et ipsi ubique in tota philosophia clamant, operationes esse individuorum, non universalium. Etenim me, non simpliciter homo, sed quidam homo genuit. Si igitur, ut dictum est, operationes individuorum, non universalium, neque simpliciter substantiæ, quid aliud intelligere debemus, dum substantiam Filii audivimus, et ex ipsa procedere Spiritum, quam ejus divinam hypostasim?

Neque vero id nos prætereat, sanctos, qui hæc aiunt, cum Arianos et Eunomianos oppugnarent, hæc dixisse, qui quidem Filium ex Patre, Spiritum autem ex Filio esse fatebantur, ex substantia vero esse negabant, affirmantes Filium ex Patre quidem esse, verum non substantialiter, sed voluntate Patris esse genitum; Spiritum vero et ipsum ex Filio, sed non substantialiter, tantum voluntate. Quocirca et Filium minorem esse Patre, et alte-

σωπον, ἡ ὑπόστασις, καὶ οὐσία διέφερον, ἦσαν ἂν ὥσπερ τρία πρόσωπα πραγματικῶς, οὕτω καὶ τρεῖς οὐσίαι. Τοῦτο δ' ἐστὶν ἐναντίον τῇ πίστει. Διὸ ἐπινοίᾳ μὲν ἔστιν ἡ διάκρισις ὑποστάσεως καὶ οὐσίας, πράγματι δέ γε ἡ ἕνωσις· ἐναντίως ἢ ἐφ' ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων. Ἐφ' ἡμῶν γὰρ ἡ μὲν ἕνωσις τῆς φύσεως ἤτοι τῆς ἀνθρωπότητος μετὰ τοῦ ἑκάστου προσώπου ἐπινοίᾳ ποιεῖ ἕν, πράγματι δέ εἰσι δύο. Ἄλλο γὰρ πρᾶγμα ἡ κοινὴ ἀνθρωπότης, καὶ ἄλλο πρᾶγμα ἡ τοῦδε τοῦ προσώπου ἀτομότης. Διὸ ὥσπερ ἐσμὲν πολλὰ πρόσωπα, οὕτω καὶ πολλοὶ ἄνθρωποι. Διὸ οὐκ ἐξ ἀνάγκης τὸ ἐκ τῆς φύσεως τοῦδέ τινος καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτῷ ἐστιν. Ἐπὶ δὲ τῆς ἁγίας Τριάδος, ὡς εἴρηται, τὸ ἀνάπαλίν ἐστιν· ὅτι δηλαδὴ ἡ μὲν ἕνωσις φύσεώς τε καὶ προσώπου ἐστὶ πράγματι, ἡ δὲ διάκρισις ἐπινοίᾳ. Ὅθεν τὸ ἐκ τῆς φύσεώς τινος τῶν προσώπων καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ ἐξ ἀνάγκης ἐστίν. Εἰ οὖν ἐκ τῆς φύσεως τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, οὗ πλήρης πᾶσα γραφὴ Κυρίλλου, καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ ἄρα ἐστίν.

Ἀλλὰ φασὶν οἱ ἡμέτεροι, διὰ τὸ ὁμοούσιον ταῦτα εἰρῆσθαι, καὶ ἵνα τὸ Πνεῦμα δειχθῇ τῆς ταυτῆς οὐσίας Πατρὸς καὶ Υἱοῦ.

Τὸ Πνεῦμα ἐκ τῆς οὐσίας Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, οὐ μὴν ἀνάπαλιν.

Τοῦτο δὲ ἀληθὲς μέν, ὅσῳ δὲ ἀληθές, τοσούτῳ Λατίνοις συνηγορεῖ μᾶλλον. Οὕτω γὰρ ὁμοούσιον Πατρὶ καὶ Υἱῷ μᾶλλον τὸ Πνεῦμα, ὡς ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῶν, καὶ ἐξ αὐτῶν προϊὸν, ἤγουν ἐκπορευόμενον. Λεγέσθω γὰρ καθαρώτερον διὰ τοὺς τοῖς ῥήμασι προσκόπτοντας. Εἰ γὰρ τὴν ὁμοουσιότητα ἁπλῶς δηλοῖ μόνον, ὡς οἱ ἡμέτεροι οἴονται, ἔδει καὶ τὸν Πατέρα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος λέγεσθαι. Ἀλλὰ τοῦτο οὔτ' ἐτόλμησέ τις μέχρι καὶ νῦν, οὔτε τολμήσει εἰπεῖν, ἕως ἂν τοῖς εὐσέβεσι συντάττεσθαι προὔργου ποιοῖτο· ἄλλως τε ἐπεὶ οὐσία οὔτε γεννᾷ, οὔτε ἐκπορεύει κατὰ τοὺς θεολόγους, ἔτι τε καὶ αὐτοὺς τοὺς φιλοσόφους, καὶ αὐτοὶ γὰρ πανταχοῦ βοῶσι φιλοσοφίας, τὰς ἐνεργείας τῶν ἀτόμων εἶναι, οὐ τῶν καθόλου· ἐμὲ γὰρ οὐχ ἁπλῶς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὁ τις ἄνθρωπος γεγέννηκεν. Εἰ οὖν, ὡς εἴρηται, αἱ ἐνέργειαί εἰσι τῶν ἀτόμων, οὐ τῶν καθόλου, οὐδὲ τῆς ἁπλῶς οὐσίας, τί ἄλλο νοεῖν ὀφείλομεν οὐσίαν Υἱοῦ ἀκούοντες καὶ ἐξ αὐτῆς προϊέναι τὸ Πνεῦμα, ἢ τὴν αὐτοῦ θείαν ὑπόστασιν;

Μηδὲ τοῦτο δὲ ἡμᾶς λανθανέτω, ὅτι οἱ ταῦτα λέγοντες ἅγιοι πρὸς Ἀρειανοὺς καὶ Εὐνομιανοὺς μαχόμενοι ἔλεγον ταῦτα· οἳ, τὸν μὲν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι, τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὡμολόγουν· ἠρνοῦντο δὲ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας, λέγοντες τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς μὲν, ἀλλ' οὐκ οὐσιωδῶς, ἀλλὰ θελήσει τοῦ Πατρὸς γεννηθῆναι· τὸ δὲ Πνεῦμα καὶ αὐτὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, οὐκ οὐσιωδῶς, ἀλλὰ θελήσει. Διὸ τὸν μὲν Υἱὸν ἐλάττονα τοῦ Πατρὸς καὶ ἑτέρας οὐ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σίας, τὸ δὲ Πνεῦμα ἔλαττον τοῦ Υἱοῦ τοῦ καὶ ἑτέρας οὐσίας ἀπεφαίνοντο, ὡς τρεῖς οὐσίας ποιεῖν ἐν θεότητι.

Οἱ οὖν Πατέρες τε καὶ διδάσκαλοι, ἐκείνοις μαχόμενοι, οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἐσπευδον δεικνύναι ὃν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὡσαύτως καὶ τὸν Υἱὸν, οὐκ ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνον, ἀλλὰ κἀκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ.

Ἰδὲ οὖν· πρὸς μὲν τὸ ἐκ θελήσεως τοῦ Υἱοῦ, καὶ οὐ τῆς οὐσίας τὸ Πνεῦμα εἶναι, ἀπήντων οἱ διδάσκαλοι, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ εἶναι βοῶντες· πρὸς δὲ τὸ ἐξ Υἱοῦ εἶναι οὐδεὶς ἀντέστη, οὐδ' εἴρηκε μὴ εἶναι αὐτὸ ἐξ Υἱοῦ· ὡς καὶ αὐτοὶ τοῦτο φρονοῦντες, καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ, ὡς κἀκ τῆς ὑποστάσεώς τε καὶ οὐσίας αὐτοῦ, αὐτοί τε νοοῦντες, καὶ ἡμῶν τοὺς συνιέντας διδάσκοντες.

Ἔτι ὁ μὲν μέγας Βασίλειος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν *Κατ' Εὐνομίου* τὸν Υἱὸν φησι τάξιν ἔχειν πρὸς τὸν Πατέρα φυσικὴν, καὶ οἷαν τὸ ἐκ τοῦ πυρὸς πρὸς τὸ πῦρ, καὶ τὸ αἰτιατὸν πρὸς τὸ αἴτιον· ὁ δ' αὐτὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τάξιν ἔχειν πρὸς τὸν Υἱὸν διατείνεται κατὰ τὰ προειρημένα. Ὁ μέγας γε μέντοι Ἀθανάσιος καὶ σαφέστερόν φησιν· Οἵαν τάξιν καὶ φύσιν ἔχει ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα, τοιαύτην τάξιν καὶ φύσιν ἔχει τὸ Πνεῦμα πρὸς τὸν Υἱόν. Οὐκοῦν οὕτως ἂν συλλογίσαιο· Τοιαύτην τάξιν καὶ φύσιν ἔχει τὸ Πνεῦμα πρὸς τὸν Υἱὸν, οἷαν ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα· ἀλλ' ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα τάξιν ἔχει φυσικὴν τὴν αἰτίαν τοῦ πρὸς αἴτιον· καὶ οὕτως ὁ Υἱὸς αἰτιός ἐστι τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως.

Ἔτι ἐπεὶ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις καὶ φυσικοῖς πράγμασι πᾶν αἴτιον προηγεῖται τοῦ αἰτιατοῦ χρόνῳ, καὶ τὸ αἰτιατὸν τοῦ αἰτίου ἐστὶν ὕστερον· καὶ διὰ τοῦτό τινες ἀκούοντες αἴτιον καὶ αἰτιατὸν ἐν τῇ Τριάδι, καὶ μάλιστα Ἀρειανοί τε καὶ Εὐνομιανοί, ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων ἐπεχείρουν παραδειγμάτων τὸ συναΐδιον ἀνελεῖν τῆς Τριάδος, καὶ τὸν μὲν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς ὕστερον χρόνῳ δεικνύναι, ὡς αἰτιατὸν αὐτοῦ· πρὸς τούτους ὁ Νύσσης θεῖος Γρηγόριος ἐνιστάμενος, καὶ τὸ συναΐδιον τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἀποδείξαι προθέμενος, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον *Ἀντιῤῥητικῶν* ἀναλογίαν τινὰ ποιεῖται Υἱοῦ πρὸς Πατέρα, καὶ Πνεύματος πρὸς Υἱὸν, τὸν μὲν Πατέρα λέγων, μόνῳ τῷ τῆς αἰτίας λόγῳ προεπιθεωρεῖσθαι τοῦ Υἱοῦ, οὐ μέντοι κατ' ἔμφασιν χρονικὴν, καὶ διὰ τοῦτο μὴ κινδυνεύειν τὸν τῆς συναϊδιότητος λόγον· τὸν δὲ Υἱὸν αὖθις καὶ αὐτὸν ἐπινοίᾳ μόνῃ προθεωρεῖσθαι τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως, κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον.

Ὡς φαίνεσθαι φανερῶς τὸν διδάσκαλον ταύτης εἶναι τῆς δόξης τοῦ τὸν Υἱὸν αἰτίαν εἶναι τοῦ Πνεύματος. Ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα, φησὶ, συνάπτεται τῷ Υἱῷ· καὶ αὖθις, ὡς προθεωρεῖται ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, οὐ χρονικῷ τινι διαστήματι, οὐδὲ πράγματι, ἀλλ' ἐπινοίᾳ

A rius substantiæ, et Spiritum minorem esse Filio, et alterius substantiæ affirmabant, adeo ut tres substantias facerent in deitate.

Patres igitur et doctores adversus eos pugnantes, non solum ex Filio, sed etiam ex substantia ejus esse Spiritum sanctum: et Filium, non tantum ex Patre esse, verum etiam ex substantia ejus ostendere contendebant.

Vide igitur, quæso, ad illud, ex voluntate Filii, et non ex substantia esse Spiritum, respondebant doctores, ex substantia Filii esse clamantes; alteri vero dicto, nimirum ex Filio esse, nemo adversatus est, neque dixit non esse ex Filio, tanquam et ipsi hoc senseriut, et ex substantia Filii, velut et ex hypostasi et ex substantia ejus et B ipsi intellexerint, et nos, qui eos intelligimus docuerint.

Præterea magnus Basilius, in primo libro *Adversus Eunomium*, Filium ait habere ordinem ad Patrem naturalem, et qualem solet habere quod ex igne provenit ad ignem, et causatum ad causam. Idem autem sanctus, et Spiritum habere ordinem ad Filium, secundum prædicta contendit. Porro magnus Athanasius præterea clarius ait (1): Qualem ordinem et naturam habet Filius ad Patrem, talem ordinem et naturam habet Spiritus ad Filium. Sic igitur ratiocinare: Talem ordinem et naturam habet Spiritus ad Filium, qualem Filius ad Patrem; sed Filius habet ordinem naturaC lem ad Patrem, et qui est causæ ad causatum; ita etiam Filius est causa hypostaseos Spiritus.

Præterea, quoniam in humanis et rebus naturalibus omnis causa tempore antecedit causatum, et causatum sua causa posterius est; propterea hoc nonnulli audientes, nimirum causatum in Trinitate, et præsertim Ariani et Eunomiani ab humanis exemplis coæternitatem tollere Trinitatis, et Filium posteriorem Patre, quippe causatum ab ipso, ostendere conabantur. His se opponens D. Gregorius Nyssenus, et coæternitatem trium personarum ostendere proponens in primo libro eorum, quibus refutat Eunomium, proportionem quamdam facit Filii ad Patrem, Spiritus D sancti ad Filium: Patrem quidem asserens sola causæ ratione præintelligi Filio, non tamen secundum temporis appellationem, et ideo rationem coæternitatis minime periclitari: rursus autem et ipsum Filium sola mente et cogitatione præintelligi persona Spiritus sancti, secundum rationem causæ.

Ut manifeste appareat, hunc doctorem in hac esse sententia ut existimet Fliium esse causam Spiritus. Quemadmodum enim Filius cum Patre conjungitur, sic et Spiritus, inquit, conjungitur cum Filio; et rursum, ut præintelligitur Pater Filio non temporis aliquo intervallo, neque re, sed sensu

(1) In epist. ad Serapionem ultra medium.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mentis, scilicet ratione causæ, ita et Filius præintelligitur Spiritui similiter animi sensu, juxta modum et rationem causæ.

Præterea, tametsi in humanis, et secundum nos, non omne exemplar alicujus, est etiam causa ejus : opificum enim exemplaria, non etiam effectivæ causæ eorum exsistunt, quorum sunt exemplaria, nimirum ipsarum imaginum : tamen, quod naturaliter exemplar exsistit, in his ipsis etiam humanis, est causa imaginis, cujus est exemplar. Multo igitur magis in divinis, ubi tum cætera omnia, tum ipsum exemplar naturaliter accipitur (nihil enim ibi præter naturam), hæc propositio erit vera, scilicet : Quod in divinis personis exemplar est alicujus, est etiam causa ejus, cujus est exemplar. At Gregorius Thaumaturgus Filium asserit esse Spiritus exemplar : quare putabat Filium quoque causam Spiritus exsistere. Hoc vero et a simili ostendetur: Etenim magnus Basilius exemplar Filii Patrem appellat, in quarto libro *Adversus Eunomium*. Gregorius autem Thaumaturgus, ut dictum est, Filium exemplar esse docet Spiritus, in oratione cujus est initium : *Inimicissimi et alieni sunt a confessione apostolica, qui Filium ex non entibus asserunt.* Verum Basilius Patrem, tanquam causam Filii, dicit esse exemplar Filii : igitur et Gregorius Filium veluti causam Spiritus, exemplar esse Spiritus obnixe contendit.

Præterea, tum a magno Basilio, tum a plerisque sanctorum, Filius quidem dicitur imago Patris, Spiritus autem imago Filii : Filius operatio Patris, Spiritus operatio Filii; Filius Verbum Patris, Spiritus verbum Filii; Filius suaveolentia Patris, Spiritus suaveolentia Filii. Sed illa omnia dicitur Filius Patris, utpote qui a Patre exsistat. Igitur et Spiritus sanctus eadem dicitur Filii esse, tanquam a Filio exsistens.

Præterea, si non esset Spiritus a Filio, personaliter ab eo non distingueretur. Verum hoc dicere absurdum est; sic enim Trinitas dualitate terminabitur; est ergo Spiritus a Filio, si personaliter distingui debeat. Quod autem, si non esset ab ipso, personaliter ab eo non distingueretur, inde manifestum est. Unaquæque causa alicujus rei dupliciter dicitur principium ejus et causa : uno quidem modo tanquam ex quo, vel a quo, et omnino principium unde res suum habet esse; altero vero modo tanquam quo, veluti est species, quæ est in mente opificis, cui similem effectum quemcunque producit. Quare omne efficiens simile sibi producit secundum speciem, qua producit. Ut verbi gratia, hujusce imaginis causa est : cum ipse pictor, tanquam unde sit principium, tum species imaginis, in anima pictoris formata, tanquam principium quo, cui similem imaginem pictor effingit. Ita igitur in divinis personis, tanquam ex quo, est Pater causa, hoc est divina ejus hy-

τῷ λόγῳ τῷ τῆς αἰτίας, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς προθεωρεῖται τοῦ Πνεύματος ὁμοίως, ἐπινοίᾳ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον.

Ἔτι, εἰ καὶ ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις καὶ καθ' ἡμᾶς οὐ πᾶν πρωτότυπόν τινος καὶ αἴτιον αὐτοῦ ἐστι· τῶν γὰρ τεχνιτῶν τὰ πρωτότυπα οὐχὶ καὶ ποιητικὰ αἰτιά εἰσι τῶν, ὧν εἰσι πρωτότυπα, δηλαδὴ τῶν εἰκόνων αὐτῶν· ἀλλ' οὖν τὸ φύσει πρωτότυπον καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις τοῖς ἀνθρωπίνοις αἴτιόν ἐστι τῆς εἰκόνος, ἧς πρωτότυπόν ἐστιν· πολλῷ τοίνυν μᾶλλον ἐν τοῖς θείοις, ὅπου πάντα τά τε ἄλλα καὶ αὐτὸ τὸ πρωτότυπον φύσει λαμβάνεται (οὐδὲν γὰρ ἐκεῖ παρὰ φύσιν), αὕτη ἡ πρότασις ἀληθεύσει, δηλαδή, Τὸ ἐν τοῖς θείοις προσώποις τινὸς πρωτότυπον καὶ αἴτιόν ἐστι τοῦ, οὗ ἐστι πρωτότυπον. Ἀλλ' ὁ Θαυματουργὸς Γρηγόριος τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος πρωτότυπόν φησιν, ὥστε καὶ αἴτιον ἐνόμιζε τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱόν. Τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ὁμοίου δειχθήσεται. Ὁ μὲν γὰρ μέγας Βασίλειος πρωτότυπον τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα φησὶν ἐν τῷ *Κατ' Εὐνομίου* τετάρτῳ· ὁ δὲ Θαυματουργὸς Γρηγόριος, ὡς εἴρηται, τὸν Υἱὸν πρωτότυπον διδάσκει τοῦ Πνεύματος ἐν τῷ λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή· *Ἔχθιστοι καὶ ἀλλότριοι τῆς ἀποστολικῆς ὁμολογίας οἱ τὸν Υἱὸν ἐξ οὐκ ὄντων λέγοντες.* Ἀλλὰ Βασίλειος τὸν Πατέρα, ὡς αἴτιον τοῦ Υἱοῦ, πρωτότυπον αὐτὸν φησὶ τοῦ Υἱοῦ· καὶ ὁ Γρηγόριος ἄρα τὸν Υἱόν, ὡς αἴτιον τοῦ Πνεύματος, πρωτότυπον αὐτὸν Πνεύματος διατείνεται.

Ἔτι, ὑπό τε τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καὶ τῶν πλείστων ἁγίων, ὁ μὲν Υἱὸς εἰκὼν τοῦ Πατρὸς λέγεται, τὸ δὲ Πνεῦμα εἰκὼν τοῦ Υἱοῦ· καὶ ὁ μὲν Υἱὸς ἐνέργεια τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ Πνεῦμα ἐνέργεια τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὁ μὲν Υἱὸς Λόγος τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ Πνεῦμα ῥῆμα τοῦ Υἱοῦ· καὶ ὁ μὲν Υἱὸς εὐωδία τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ Πνεῦμα εὐωδία τοῦ Υἱοῦ. Ἀλλ' ἐκεῖνα πάντα ὁ Υἱὸς λέγεται τοῦ Πατρὸς, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς ὤν. Καὶ τὸ Πνεῦμα ἄρα τὸ ἅγιον τὰ αὐτὰ λέγεται τοῦ Υἱοῦ εἶναι, ὡς ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὄν.

Ἔτι, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμά ἐστιν ἐξ Υἱοῦ, οὐκ ἂν αὐτοῦ προσωπικῶς διακρίνοιτο. Ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον λέγειν· οὕτω γὰρ ἡ Τριὰς ὁρισθήσεται εἰς δυάδα. Ἔστιν ἄρα ἐξ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, εἰ μέλλοι προσωπικῶς διακρίνεσθαι. Ὅτι δὲ εἰ μὴ εἴη καὶ ἐξ αὐτοῦ, οὐκ ἂν αὐτοῦ προσωπικῶς διακρίνοιτο, δῆλον ἐκεῖθεν. Ἑκάστη αἰτία τοῦδε τινος πράγματος διχῶς λέγεται ἀρχὴ αὐτοῦ, καὶ αἰτία· ἑνὶ μὲν τρόπῳ, ὡς τὸ ἐξ οὗ, ἢ ὑφ' οὗ, καὶ ὅλως ἡ ἀρχὴ ὅθεν τὸ πρᾶγμα· δευτέρῳ δὲ, ὡς τὸ ᾧ, οἷον τὸ εἶδος, τὸ ἐνὸν τῇ τοῦ ποιοῦντος ψυχῇ, ᾧ ὅμοιον τὸ ἀποτελούμενον ποιεῖ τὸ ὁποιονοῦν. Ὅθεν πᾶν τὸ ποιοῦν ὅμοιον ἑαυτῷ ποιεῖ κατὰ τὸ εἶδος ᾧ ποιεῖ. Οἷον λόγου χάριν, τῆσδε τῆς εἰκόνος αἴτιον ὅ τε ζωγράφος αὐτὸς, ὡς τὸ ὅθεν ἡ ἀρχὴ, καὶ τὸ ἀνατυπωθὲν ἐν τῇ τοῦ ζωγράφου ψυχῇ τῆς εἰκόνος εἶδος, ὡς τὸ ᾧ ὁμοίαν τὴν εἰκόνα ὁ ζωγράφος ποιεῖ. Οὕτω τοίνυν καὶ ἐπὶ τῶν θείων προσώπων, ὡς μὲν τὸ ἐξ οὗ, ἔστιν ὁ Πατὴρ αἰτία, ἤγουν ἡ αὐτοῦ θεία ὑπόστασις, ὡς δὲ τὸ, ᾧ ἔστιν ἡ θεία αὐτοῦ οὐσία· τοῦτο γάρ

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ἐστι τὸ εἶδος, ᾧ ὅμοια γίνεται τὰ ἐξ αὐτοῦ προϊόντα δι' ὃ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα ὁμοούσιά εἰσιν αὐτῷ, διὰ τὸ πᾶν μὲν τὸ παράγον ὅμοιον παράγειν τῷ εἴδει, ᾧ προάγει, τὸν δὲ Θεὸν καὶ Πατέρα προάγειν Υἱόν τε καὶ Πνεῦμα τῇ ἑαυτοῦ θείᾳ οὐσίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο ὁμοούσια ἑαυτῷ προάγειν. Εἰ τοίνυν ὁ Πατὴρ μόνος προβάλλει τὸ Πνεῦμα κατὰ τοὺς οὕτω λέγοντας, τότε οὐδεμία διάκρισις ἔσται Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος, μηδεμιᾶς οὔσης διαφορᾶς οὔτε ἐν τῷ προάγοντι· ἔστι γὰρ ὁ αὐτὸς Πατὴρ, οὔτε ἐν τῷ εἴδει, ᾧ παράγει, ἔστι γὰρ ἡ αὐτὴ θεία οὐσία, οὔτε ἐν αὐτοῖς τοῖς παραγομένοις, εἰσὶ γὰρ τοῦ αὐτοῦ εἴδους τῆς μιᾶς καὶ κοινῆς θεότητος, οὔτε μὴν ὕλης τινὸς θεωρουμένης ἐκεῖ, ἐξ ἧς ἂν ἡ διάκρισις γένοιτο. Καὶ οὕτως κατὰ τὸν λόγον τοῦτον παντελῶς ἀναιρεθείη ἡ διάκρισις αὐτῶν. Λείπεται δὴ ἢ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αἴτιον εἶναι, ἢ τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος, εἰ μέλλοιεν διακρίνεσθαι ἀλλήλων. Ἀλλὰ τὸ πρῶτον οὐκ ἔστι· τὸ δεύτερον ἄρα.

Ἔτι τὸ πέμπεσθαι ἐπὶ Θεοῦ τὸ ἀπ' αἰτίας εἶναι δηλοῖ. Καὶ μάρτυς ὁ θεῖος Χρυσόστομος πρὸς Ἀρειανοὺς ἀποροῦντας, πῶς τῆς αὐτῆς οὐσίας ὁ πέμπων καὶ ὁ πεμπόμενος, ἐν τριακοστῇ ἐννάτῃ ὁμιλίᾳ τῶν κατὰ Ἰωάννην λόγων. Πάλιν ἐπὶ τὰ ἀνθρώπινα καταφέρεις τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἐννοεῖς, ὅτι ταῦτα πάντα δι' οὐδὲν ἕτερον εἴρηται, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν αἴτιον εἰδῶμεν, καὶ εἰς τὴν Σαβελλίου μὴ καταπέσωμεν ὄσον. Ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα πέμπεται ἐξ Υἱοῦ καὶ ἔστιν ἄρα ἐξ αὐτοῦ.

Ἔτι, ἡ δύναμις αὕτη τοῦ πέμπειν, ἐνοῦσα Πατρὶ καὶ Υἱῷ, καθ' ἣν ἄμφω πέμπουσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς καὶ παρὰ τῶν ἡμετέρων ὁμολογεῖται, ἢ ἡ αὐτή ἐστιν ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, ἢ ἑτέρα καὶ ἑτέρα. Ἀλλ' εἰ μὲν ἑτέρα καὶ ἑτέρα, ἔσται δηλαδὴ καὶ μείζων καὶ ἐλάττων, καὶ ἀκολούθως καὶ αἱ πέμψεις διάφοροι. Οὐκοῦν οὔτε μία δύναμις, οὔτε μία ἐνέργεια αὐτῶν ἔσται· καὶ ἀκολούθως διαφόρων ἔσονται οὐσιῶν· ὧν γὰρ αἱ δυνάμεις ἄνισοι, καὶ αἱ οὐσίαι ἄνισοι, ἐπειδὴ ἐκ τῆς οὐσίας ἡ δύναμις. Ἀλλὰ ταῦτα καὶ ἄτοπα καὶ βλάσφημα. Οὐκ ἄρα ἑτέρα καὶ ἑτέρα· ἡ αὐτὴ ἄρα. Ἀλλ' ἐν τῷ Πατρὶ ἡ τοῦ πέμπειν τὸ Πνεῦμα δύναμις σύνεστι τῇ δυνάμει τῇ τοῦ προβάλλειν αὐτό· ἀεὶ γὰρ ὁ Πατὴρ πνεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ πνέον αὐτὸ πέμπει. Καὶ ὁ Υἱὸς ἄρα ἅμα τῇ τοῦ πνεῖν δυνάμει καὶ προβάλλων αὐτὸ πέμπει· καὶ ὁ Υἱὸς ἄρα τοῦ θείου Πνεύματός ἐστι προβολεύς.

Ἦν δὲ φασί τινες ἐνταῦθα πέμψιν ἢ πρόοδον δευτέραν καὶ χρονικὴν, οὐδέν τέ ἐστι, καὶ αὐτόθεν τῷ προειρημένῳ λύεται λόγῳ.

Πρὸς γὰρ τὸ μηδαμοῦ τῆς Γραφῆς εὑρίσκεσθαι ταύτην τὴν τῶν προόδων διπλόην, ὅτε καὶ δῶμεν ὅμως εἶναί τινα δευτέραν πρόοδον, ᾗς ὁ Υἱὸς κοινωνεῖ τῷ Πατρὶ, τότε πάντως κατὰ τὸν Πατέρα καὶ ὁμοίως αὐτὴν ἕξει. Οὐδὲν γὰρ ἀνόμοιον τῶν τῷ

postasis, tanquam vero quo, est ejus divina essentia. Hæc enim est species, qua quæ ab ipso producuntur similia fiunt. Itaque et Filius et Spiritus propterea consubstantiales sunt ipsi, quod omne producens simile speciei producat, qua producit. Deus autem et Pater, producit Filium et Spiritum sanctum, sua divina essentia, et ideo consubstantiales sibi producit. Si igitur solus Pater producit Spiritum, juxta opinionem eorum qui ita sentiunt: tunc nulla erit distinctio Filii et Spiritus, nullo exsistente discrimine, neque in producente, est enim idem ipse Pater, neque in specie, qua producit, quæ item est eadem divina essentia; neque in ipsis productis, siquidem sunt ejusdem speciei, unius et communis deitatis. Neque ibi aliqua materia intelligitur, ex qua distinctio fiat. Atque ita secundum hanc rationem omnino tolletur ipsorum distinctio. Superest itaque vel Spiritum esse causam Filii, vel Filium Spiritus, si distingui unus ab altero debeat. Sed primum non est, igitur posterius.

Præterea mitti in Deo a causa esse significat. Testis est divus Chrysostomus, homilia tricesima nona in Joannem adversus Arianos, quærentes, quomodo ejusdem substantiæ sit mittens, et qui mittitur. Rursus, inquit, ad res humanas sermonem convertis, et humiliter abjicis, ac non intelligis ea omnia, nullam ob aliam rem dicta esse, quam ut causam agnoscamus, neque in Sabellii morbum incidamus; sed Spiritus mittitur a Filio; igitur etiam est ab ipso.

Præterea, vis ista mittendi, quæ inest Patri et Filio, secundum quam ambo mittunt Spiritum sanctum, quemadmodum et nostrates fatentur, vel eadem est in Patre et Filio, vel alia atque alia; sed si alia atque alia, erit scilicet et major et minor, et per consequentiam, etiam missiones erunt diversæ; igitur neque una vis et potentia, neque una ipsorum erit operatio. Et illud est consequens, ut diversarum sint essentiarum; quorum enim potentiæ sunt inæquales, etiam essentiæ sunt inæquales, quandoquidem ab essentia fluit potentia. Verum hæc et absurda sunt, et impia, atque exsecranda; non ergo alia atque alia est potentia: igitur eadem. At vero in Patre potentia mittendi Spiritum, simul est cum potentia ipsum spirandi. Semper enim Pater spirat Spiritum sanctum, et spirans eum mittit. Igitur et Filius una cum potentia spirandi eum producens mittit. Ergo et Filius est Spiritus sancti productor.

Quam vero hic fatentur nonnulli missionem, vel processionem secundam, et quæ sit in tempore: tum ea nulla est, tum isthinc prædicta solvitur ratione.

Præterquam enim quod nusquam in Scriptura invenitur hæc duplex processio, ut jam sit tamen quædam secunda processio, quam cum Patre communem sibi habeat Filius, tunc omnino juxta Patrem atque similiter eam habebit. Nihil enim

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

est eorum dissimile, quæ insunt communia Patri ac Filio. Pater autem mittendi potentiam una cum producendi habet, ut dictum est : igitur et Filius cum producendi potentia eam habebit.

Præterea, quod alicujus est natura, est etiam ex ipso secundum hoc quod dicitur ejus esse. Spiritus autem sanctus est Filii, et omnino naturaliter ; non enim præter naturam, neque ut servus. Est igitur Spiritus sanctus, quatenus Spiritus sanctus, hoc est quatenus est divina persona in Trinitate, ex Filio.

Præterea Spiritus sanctus est relativum, et manifestum est, quod dicatur Spiritus Patris, Spiritus Filii : si enim esset absolutum, non alicujus diceretur. Neque enim proprium est absolutorum, secundum significatum, quod subest nomini, alterius dici, nisi profecto secundum quamdam aliam relationem ; sicut homo, cum sit absolutum, non dicitur alicujus homo, sed alicujus servus. Verum Spiritus secundum significatum, quod subest ipsi nomini, dicitur Spiritus Filii, sicut et Patris; est igitur relativum, et per consequens refertur ad spirantem. Est ergo Spiritus Patris et Filii, tanquam ipsum spirantium et producentium.

Propterea Spiritus sancti ipsius unius personæ Trinitatis proprium est, dici Spiritum sanctum. Ejusdem autem est etiam peculiare, dici esse productum, seu id quod producitur. Idem ergo est dici esse productum, et Spiritum. Igitur, cujus est Spiritus, hujus etiam est id, quod producitur. Sed est et dicitur Spiritus Filii, sicut et Patris : ergo et Filii est id quod producitur, sicut et Patris.

Si quis vero dicat, ideo Spiritum dici Filii, quod ab ipso mittatur, fallitur.

Contrarium enim potius est; semper enim priora sunt causæ posteriorum. Prius autem est esse Spiritum Filii Spiritum, mitti vero est posterius. Sive enim hanc missionem, quæ fit in tempore accipias, posterior est, sine dubio, eo quod est esse Spiritum Filii, quod est sempiternum : sive æternam missionem intelligas, et hoc modo etiam esse Spiritum Filii Spiritum, mente et cogitatione antecedit. Quia esse Spiritum Filii Spiritum, intelligitur tanquam habere, mittere vero tanquam dare. Habere autem præintelligitur ei, quod est dare. Quare potius nobiscum facit ista ratio. Quia enim naturaliter est ejus Spiritus, naturaliter etiam eum mittit. Naturalis vero in divinis productio, cum vel secundum generationem, vel processionem exsistat, quoniam hæc non est secundum generationem, erit ergo secundum processionem. Atque ita missio Spiritus ex Filio est ejus ab ipso processio.

Præterea Spiritus sanctus accipit a Filio : *Ille enim*, inquit, *de meo accipiet*. Quod autem accipit, est ejus essentia. Neque enim aliud est ejus essentia, aliud vero quod accipit, certe enim esset compositus. Atqui in summa simplicitatis eminentia

A Πατρὶ καὶ Υἱῷ προσόντων κοινῶν. Ὁ δὲ Πατὴρ τὴν τοῦ πέμπειν δύναμιν μετὰ τοῦ προβάλλειν ἔχει, ὡς εἴρηται. Καὶ ὁ Υἱὸς ἄρα μετὰ τοῦ προβάλλειν αὐτὴν ἕξει.

Ἔτι ὅ τινός ἐστι φύσει, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐστι κατὰ τοῦτο ὃ ἐκείνου λέγεται εἶναι. Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστι τοῦ Υἱοῦ, καὶ πάντως φύσει· οὐ γὰρ παρὰ φύσιν· οὐδὲ ὡς δοῦλον. Ἔστιν ἄρα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἤ Πνεῦμα ἅγιον, τουτέστιν ἤ θεῖον πρόσωπον ἐν τῇ Τριάδι, ἐκ τοῦ Υἱοῦ.

Ἔτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν ἀναφορικὸν, καὶ δῆλον ὅτι λέγεται Πνεῦμα Πατρὸς, Πνεῦμα Υἱοῦ· εἰ γὰρ ἦν τῶν ἀπολελυμένων, οὐκ ἂν ἐλέγετό τινος. Οὐδὲ γὰρ τῶν ἀπολελυμένων, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ ὀνό- B ματος σημαινόμενον, ἑτέρου λέγεσθαι, ἀλλ' ἢ ἄρα κατά τινα ἄλλην σχέσιν· ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος, ἀπολελυμένον ὤν, οὐ λέγεται τινὸς ἄνθρωπος, ἀλλὰ τινὸς δοῦλος· ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα κατὰ τὸ σημαινόμενον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος λέγεται Πνεῦμα Υἱοῦ, ὥσπερ καὶ Πατρός· ἔστιν ἄρα ἀναφορικὸν, καὶ ἀκολούθως ἀναφέρεται πρὸς τὸν πνέοντα. Ἔστιν ἄρα Πνεῦμα Υἱοῦ καὶ Πατρὸς, ὡς πνεόντων, καὶ προβαλλόντων αὐτό.

Ἔτι, τοῦ ἁγίου Πνεύματος, αὐτοῦ τοῦ ἑνὸς τῆς Τριάδος, ἴδιόν ἐστι τὸ λέγεσθαι ἅγιον Πνεῦμα. Τοῦ δ' αὐτοῦ ἐστιν ἴδιον καὶ τὸ λέγεσθαι πρόβλημα. Ταυτὸν ἄρα ἐστὶ πρόβλημα λέγεσθαι καὶ Πνεῦμα. Οὗ ἄρα ἐστὶ Πνεῦμα, τούτου ἐστὶ καὶ πρόβλημα. Ἀλλὰ C τοῦ Υἱοῦ ἐστι Πνεῦμα, καὶ λέγεται, ὥσπερ καὶ τοῦ Πατρός. Καὶ τοῦ Υἱοῦ ἄρα ἐστὶ πρόβλημα, ὥσπερ καὶ τοῦ Πατρός.

Εἰ δέ τις φαίη, διὰ τὸ πέμπεσθαι τὸ Πνεῦμα ἐξ Υἱοῦ, διὰ τοῦτο καὶ Πνεῦμα αὐτοῦ λέγεσθαι, ψευδὴς ὁ λόγος.

Τὸ γὰρ ἀνάπαλιν μᾶλλόν ἐστιν. Ἀεὶ γὰρ τὰ πρότερα τῶν ὑστέρων εἰσὶν αἴτια. Πρότερον δὲ τὸ εἶναι τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ Πνεῦμα, τὸ δὲ πέμπεσθαι ὕστερον· εἴτε γὰρ τὴν χρονικὴν ταύτην πέμψιν λάβοις, ὑστέρα ἐστὶν ἀναμφιβόλως τοῦ τὸ Πνεῦμα Πνεῦμα εἶναι Υἱοῦ, ὅπερ ἐστὶν ἀΐδιον· εἴτε τὴν ἀΐδιον πέμψιν νοήσαις, καὶ οὕτως ἐπινοίᾳ προηγεῖται τὸ εἶναι τὸ Πνεῦμα Πνεῦμα Υἱοῦ. Διότι τὸ μὲν εἶναι τὸ Πνεῦμα Πνεῦμα αὐτοῦ νοεῖται ὡς τὸ D ἔχειν· τὸ δὲ πέμπειν ὡς διδόναι. Προεπινοεῖται δὲ τοῦ διδόναι τὸ ἔχειν. Ὥστε μᾶλλον πρὸς ἡμῶν ὁ λόγος. Διότι γὰρ φύσει ἐστὶν αὐτοῦ Πνεῦμα, φύσει αὐτὸ πέμπει. Τῆς δὲ φυσικῆς ἐν τοῖς θείοις προόδου ἢ κατὰ γέννησιν, ἢ κατ' ἐκπόρευσιν οὔσης, ἐπεὶ αὕτη μὴ ἔστι κατὰ γέννησιν, ἔστιν ἄρα κατ' ἐκπόρευσιν. Καὶ οὕτως ἡ ἐξ Υἱοῦ τοῦ Πνεύματος πέμψις ἐστὶν ἐκπόρευσις αὐτοῦ ἐξ αὐτοῦ.

Ἔτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λαμβάνει παρὰ τοῦ Υἱοῦ. Ἐκεῖνος γάρ φησιν, Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται. Ὃ δὲ λαμβάνει, ἔστιν ἡ οὐσία αὐτοῦ· οὐδὲ γάρ ἐστιν ἄλλο μὲν ἡ οὐσία αὐτοῦ, ἄλλο δὲ τὸ ὃ λαμβάνει· ἦ γὰρ ἂν εἴη σύνθετον. Ἀλλὰ μήν ἐστιν ἐν ἄκρᾳ ἁπλότη-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τος ὑπεροχῇ ὁ Θεός. Τὴν οὐσίαν αὐτοῦ ἄρα καὶ τὸ εἶναι λαμβάνει ἐκ τοῦ Υἱοῦ.

Τὸ γὰρ, *Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται*, οὐχ ὥς τινες οἴονται, ἐκ τοῦ ἐμοῦ Πατρὸς νοητέον.

Πρῶτον μὲν, ὅτι οὐχ Ἑλληνικὴ ἡ προφορὰ αὕτη. Εἰ γὰρ τῷ ἐκ τοῦ ἐμοῦ τοῦ Πατρὸς συνυπακούεσθαι δεῖ, ἔσται τὸ *ἐμοῦ* ἀντωνυμία ἀρσενική. Οὐδεὶς δὲ τῆς Ἑλλήνων πεπειραμένος φωνῆς ἢ ἀρσενικὴν ἢ θηλυκὴν ἀντωνυμίαν χωρὶς προσθήκης ἂν προενέγκοι, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης ἀεί· Ὁ ἐμὸς, λέγων, ἀδελφὸς, ἢ φίλος· καὶ Ἡ ἐμὴ οἰκία, ἢ πόλις. Ὁ *ἐμὸς* δὲ ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐδὲν μᾶλλον *πατέρα* ἢ πολέμιον σημαίνει. Ἔπειτα καὶ ἀπὸ τοῦ σκοποῦ καὶ τῆς κατασκευῆς αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ὁ λόγος οὗτος δείκνυται μάταιος. *Πάντα* γὰρ, φησὶν, *ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστιν*· διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν ὅτι *Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν*. Ὡς εἶναι τὸν λόγον τοιοῦτον· Τὸ Πνεῦμα λαμβάνει ἐκ τῶν τοῦ Πατρός· πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς ἐμά· τὸ Πνεῦμα ἄρα λαμβάνει ἐκ τῶν ἐμῶν, ἢ ἐκ τοῦ ἐμοῦ. Ἀλλ' αὐτὸς καὶ τὰ αὐτοῦ ἓν εἰσι πρᾶγμα διὰ τὴν ἄκραν ἁπλότητα· λαμβάνει ἄρα ἐξ αὐτοῦ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ. Ταύτης δὲ τῆς ἐξηγήσεως καὶ ὁ μέγας ἐστὶν Ἀθανάσιος, λέγων· Οὐ γὰρ ὁ Λόγος παρὰ τοῦ Πνεύματος λαμβάνει, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Λόγου. Τί οὖν λαμβάνει παρὰ τοῦ Υἱοῦ; δηλονότι σοφίαν καὶ γνῶσιν. *Ἐκ τοῦ ἐμοῦ* γὰρ, φησὶ, *λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν*. Τὸ γὰρ ἀναγγέλλειν ἐστὶ τὸ διδάξαι καὶ φωτίσαι τοὺς ἀποστόλους· τοῦτο δ' ἐστὶ σοφίας. Σοφίαν ἄρα παρὰ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνει τὸ Πνεῦμα. Τί οὖν; ἐκ τοῦ Πατρὸς προβληθὲν ἄσοφον ἦν, καὶ ἔδει παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἔπειτα σοφίαν λαβεῖν; ἕτερον ἡ σοφία αὐτοῦ καὶ ἕτερον ἡ οὐσία αὐτοῦ;

Ἀλλὰ ταῦτα ἄτοπον λέγειν. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ σοφία αὐτοῦ, καὶ τὸ εἶναι αὐτοῦ, καὶ παρ' οὗ ἔσχε τὸ εἶναι, παρὰ τούτου ἔλαβε καὶ τὴν σοφίαν, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἐκπορεύεσθαι, καὶ τῷ εἶναι λαμβάνειν, καὶ ὑφεστάναι, καὶ τὴν σοφίαν ἔσχε λαβόν. Τὴν σοφίαν οὖν καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνον, καὶ τὸ εἶναι, καὶ τὴν οὐσίαν ἐν ταυτῷ παρ' αὐτοῦ εἴληφεν. Ἔστιν οὖν ὁ Υἱὸς ἄρα αἴτιος αὐτῷ τοῦ εἶναι.

Ἔτι, εἰ τὸ Πνεῦμα λαμβάνει παρὰ τοῦ Υἱοῦ, ὁ Υἱὸς σὺτῷ δίδωσιν· ἀλλὰ τὸ διδόναι ἐπὶ τῶν θείων προσώπων σημαίνει αὐτὸ τὸ προάγειν, καὶ οὐχ ἕτερον. Ὁ γὰρ Χρυσόστομος ἐξηγούμενος τὸ, *Τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ*, φησίν·

Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τὸ *ἔδωκεν* ἀντὶ τοῦ *ἐγέννησέν* ἐστιν, ἄκουσον ἐξ ἑτέρου τοῦτο δηλούμενον. Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. Τί οὖν; πρότερον αὐτὸν ἐγέννησε, καὶ τότε ἔδωκε τὴν ζωήν; οὐκοῦν ἦν χωρὶς τῆς ζωῆς γεννηθείς. Ἀλλὰ τοῦτο οὐδ' ἂν δαίμονες εἶποιεν. Μετὰ γὰρ τῆς ἀσεβείας πολὺ καὶ τὸ ἀνόητον ἔχει. Ὥσπερ οὖν τὸ, Ἔδωκεν αὐτῷ ζωὴν, ἐγέννησεν αὐτὸν ζωὴν ἐστιν, οὕτω καὶ τὸ, Ἔδωκε κρίσιν, κριτὴν αὐτὸν ἐγέννησεν. Οὐκοῦν κατὰ ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς διδοὺς τῷ Πνεύματι σοφίαν, προάγει αὐτὸ

A est Deus. Igitur essentiam suam et esse accipit a Filio.

Illud enim, *De meo accipiet*, non ut nonnulli falso existimant, de meo Patre intelligendum est.

Primum quidem, quod hæc non sit Græcorum prolatio; si enim opus sit, de meo intelligi Patre, illud, *Meus*, erit pronomen virile. Nemo autem in lingua Græca exercitatus atque versatus, pronomen virile seu femineum sine additamento, verum semper cum appendicula protulerit (1) : Meus, inquiens, frater, vel amicus; et, Mea domus, vel civitas. At *meus*, simpliciter dicere, non magis patrem quam hostem significat. Deinde vero, etiam a scopo, et structura sermonis, et compositione, ipsius Salvatoris, vana ostenditur ista re-
B sponsio : *Omnia enim*, inquit, *quæ habet Pater, mea sunt : propterea dixi vobis, quod de meo accipiet, et annuntiabit vobis.* Ut talis sit ratiocinatio : Spiritus accipit ex iis quæ sunt Patris; omnia Patris mea sunt; igitur Spiritus accipit ex meis, seu ex meo. Sed ipse et sua una res sunt ob summam simplicitatem; ergo accipit ab ipso suam essentiam. Porro, ita etiam exponit Magnus Athanasius. Non enim, inquit, Verbum a Spiritu accipit, sed Spiritus a Verbo. Quid igitur accipit a Filio? nempe sapientiam et cognitionem : *De meo enim*, inquit, *accipiet, et annuntiabit vobis.* Illud enim annuntiare, est docere, et illuminare apostolos, hoc autem est sapientiæ. Sapientiam igitur
C accipit a Filio Spiritus. Quid igitur? a Patre productus, indoctus erat, et opus erat postea sapientiam accipere? vel aliud est ejus sapientia, et aliud ejus essentia?

Verum hæc absurdum est dicere. Idem enim est ejus sapientia, et suum esse : et a quo habuit esse, ab eo accepit et sapientiam; et in ipso produci, et accipere suum esse, etiam subsistere et sapientiam accepit. Igitur sapientiam et a Filio accipiens, hoc ipso etiam suum esse, et essentiam ab eo accepit. Est ergo sane Filius ipsi causa ut exsistat.

Præterea, si Spiritus accipit a Filio, Filius ei dat, sed dare in divinis personis significat ipsum producere, et non aliud. Siquidem Chrysostomus
D explanans illud : *Judicium omne dedit Filio*, sic habet ad verbum :

Et ut discas, quod illud *dedit*, sit pro *genuit*, audi ex alio loco id significari. *Quemadmodum enim Pater habet vitam in semetipso, ita dedit et Filio habere vitam in semetipso.* Quid igitur? eum prius genuit, et tunc dedit vitam? igitur erat sine vita genitus. Verum hoc ne dæmones quidem dicerent. Præterquam enim quod impium sit, est etiam stultum. Sicut igitur illud, Dedit ipsi vitam, est, Genuit eum vitam : sic et illud, Dedit ei judicium, est, Judicem eum genuit. Ergo juxta hæc et Filius dans Spiritui sapientiam, producit eum

(1) Idem usus est lingua Latinæ.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

sapientiam, esse ei et essentiam impartiens, quam accipit Spiritus procedens ab ipso. Igitur causa est et Filius Spiritus processionis.

Præterea Filius de seipso ait : *Quæ audivi a Patre meo, annuntiavi vobis;* de Spiritu sancto autem : *Non loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur.* Quod ergo in Filio significat a Patre audire, hoc etiam in Spiritu significabit audire. Sed in Filio audire, a causa esse significat, et generari; audire enim est sapientiam et cognitionem accipere. Porro Filius non prius genitus est, deinde cognitionem vel sapientiam adeptus : sed sapientia genitus est, in ipso generari cum cognitionem et sapientiam accipiens, tum cætera omnia quæ idem sunt atque ejus essentia. Hanc igitur audiens a Patre, ab ipso accipit; et eum audire est generari : ergo et audire Spiritus a causa esse et produci significat. Quare a quo audit, ab eo et procedit. Sed audit non a solo Patre, verum etiam a Filio, igitur et a Filio procedit. Quod autem audiat a Filio, manifestum est ex verbis Salvatoris, ubi ait : *De meo accipiet, et annuntiabit vobis.* Hujus enim quod est annuntiare, causa nimirum est quod audiat. At vero ejusdem quod est annuntiare, causa est quod ex Filio accipiat. Quocirca ex Filio accipere et audire, ejusdem et unius, quod nimirum est annuntiare sunt causæ. Idem ergo est in divinis audire, et accipere a Filio. Igitur audit. Sed et magnus Basilius in *Asceticis*, in sermone cujus est initium, *Dei optimi gratia*, de Spiritu sancto ait : Qui docet et suggerit omnia, quæcunque audierit a Filio. Audiens autem a Filio, etiam procedit ab ipso, propterea quod audire ipsius, non aliud sit, quam procedere, ut dictum est.

ἂν ἀκούοι παρὰ τοῦ Υἱοῦ. Ἀκοῦον δὲ παρὰ τοῦ Υἱοῦ, ἐκπορεύεσθαι αὐτοῦ εἶναι, ὡς εἴρηται.

Præterea Patrem esse vel generare non continet rationem producendi. Certe enim Spiritus esset Filius. Sed Filius habet omnia simpliciter, quæ sunt Patris, excepto generare, vel Patrem esse. Dicit enim sanctus Cyrillus, in secundo dialogo *Ad Hermiam* : Coæternum credimus Filium Patri, et quodcunque aliud æquale habentem citra generare tantum : hoc enim soli Deo et Patri convenit.

Idem in oratione *De Trinitate*,

In Filio, inquit, unigenito per omnia simili et æquali Patri, absque paternitate. Igitur habet Filius producere, quandoquidem istud præter paternitatis rationem est. Omnia vero Patris, tantum præter paternitatem, hoc est præter generare, et ipse habet, ut divo Cyrillo videtur.

Præterea Gregorius Nyssenus, homilia in *Pater noster*, cujus est initium : *Quando magnus Moyses juxta montem populum Israeliticum initia et sacra docebat*, tradens sanctissimæ Trinitatis discrimen, Patrem a Filio et Spiritu secernit, eo quod ipse sit causa, illi vero sint causati. Filium autem rursus

σοφίαν, τὴν οὐσίαν αὐτῷ καὶ τὸ εἶναι διδοὺς, ἣν λαμβάνει ἐκπορευόμενον ἐξ αὐτοῦ. Αἴτιος ἄρα καὶ ὁ Υἱὸς τῆς τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως.

Ἔτι, ὁ Υἱὸς περὶ μὲν ἑαυτοῦ φησιν, *Ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός μου, ἀνήγγειλα ὑμῖν* · περὶ δὲ τοῦ Πνεύματος, *Οὐ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει.* Ὃ τοίνυν ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀκούειν σημαίνει, τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος σημανεῖ τὸ ἀκούειν. Ἀλλ' ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἀκούειν τὸ ἀπ' αἰτίας εἶναι σημαίνει, καὶ τὸ γεννᾶσθαι. Ἀκούειν γάρ ἐστι τὸ σοφίαν καὶ γνῶσιν λαμβάνειν. Ὁ δὲ Υἱὸς οὐ γεννηθεὶς πρότερον, εἶτα ὕστερον προσελάβετο γνῶσιν ἢ σοφίαν · ἀλλὰ σοφία γεγέννηται, ἐν αὐτῷ τῷ γεννᾶσθαι λαβὼν τήν τε γνῶσιν καὶ σοφίαν, καὶ πάντα τὰ ἄλλα, ἃ ταυτόν εἰσι τῇ οὐσίᾳ αὐτοῦ. Ταύτην ἄρα ἀκούων παρὰ τοῦ Πατρὸς, λαμβάνει παρ' αὐτοῦ. Καὶ τὸ ἀκούειν αὐτὸν γεννᾶσθαί ἐστι. Καὶ τὸ ἀκούειν ἄρα τοῦ Πνεύματος τὸ ἀπ' αἰτίας εἶναι καὶ ἐκπορεύεσθαι αὐτὸ σημαίνει. Ὥστε καὶ παρ' οὗ ἀκούει, παρὰ τούτου καὶ ἐκπορεύεται. Ἀλλ' ἀκούει οὐ παρὰ τοῦ Πατρὸς μόνον, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ · καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἄρα ἐκπορεύεται. Ὅτι δ' ἀκούει καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ, δῆλον ἀπὸ τῶν τοῦ Σωτῆρος ῥημάτων, ὅπου φησὶν, *Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν.* Τοῦ γὰρ ἀναγγέλλειν, αἴτιον δηλαδὴ τὸ ἀκούειν. Ἀλλὰ μὴν τοῦ αὐτοῦ ἀναγγέλλειν, τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνειν αἴτιον. Ὥστε τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνειν καὶ τὸ ἀκούειν τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς, δηλαδὴ τοῦ ἀναγγέλλειν, εἰσὶν αἴτια. Ταυτὸν ἄρα τὸ ἀκούειν τῷ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνειν ἐπὶ τῶν θείων. Ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἄρα ἀκούει. Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς *Ἀσκητικοῖς*, ἐν τῷ λόγῳ οὗ ἡ ἀρχὴ, *Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάριτι*, περὶ τοῦ Πνεύματός φησι. Τὸ διδάσκον, καὶ ὑπομιμνῆσκον πάντα ὅσα καὶ ἐκπορεύεται ἐξ αὐτοῦ · διὰ τὸ ἀκούειν αὐτοῦ τὸ

Ἔτι τὸ Πατέρα εἶναι, ἢ τὸ τεκεῖν, οὐ περιέχει ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον τὸν τοῦ προβάλλειν. Ἢ γὰρ ἂν ἦν τὸ Πνεῦμα Υἱός. Ἀλλ' ὁ Υἱὸς πάντα ἔχει ἁπλῶς τὰ τοῦ Πατρὸς, πλὴν τοῦ τεκεῖν, ἢ τοῦ Πατέρα εἶναι. Φησὶ γὰρ ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐν τῷ β' τῶν *Πρὸς Ἕρμειαν* · Συναΐδιον πιστεύομεν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ἰσόμετρον ἔχοντα, δίχα μόνου τοῦ τεκεῖν. Προσήκοι γὰρ ἂν τοῦτο μόνῳ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί.

Καὶ ἐν τῷ *Περὶ Τριάδος* λόγῳ ὁ αὐτός ·

Ἐν Υἱῷ μονογενεῖ, κατὰ πάντα ὁμοίῳ καὶ ἴσῳ τῷ Πατρὶ, χωρὶς τῆς πατρότητος. Ἔχει ἄρα ὁ Υἱὸς τὸ προβάλλειν · ἐπειδὴ τοῦτο μὲν παρὰ τὸν τῆς πατρότητός ἐστι λόγον · πάντα δὲ τὰ τοῦ Πατρὸς, παρὰ τὴν πατρότητα μόνον, ἤτοι παρὰ τὸ τεκεῖν, καὶ αὐτὸς ἔχει, ὡς τῷ Κυρίλλῳ δοκεῖ.

Ἔτι ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῇ εἰς τὸ *Πάτερ ἡμῶν* ὁμιλίᾳ, ἧς ἡ ἀρχὴ, *Ὅτε προσῆγεν ὁ μέγας Μωϋσῆς τῇ κατὰ τὸ ὄρος μυσταγωγίᾳ τὸν Ἰσραηλίτην λαὸν*, διάκρισιν τῆς θείας Τριάδος παραδιδοὺς, τὸν μὲν Πατέρα Υἱοῦ καὶ Πνεύματος διακρίνει, τῷ τὸν μὲν ἄνευ αἰτίας εἶναι, ἐκεῖνα δὲ αἰ-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τιατά· Υἱὸν δὲ αὖ καὶ Πνεῦμα ἀλλήλοις κοινωνοῦντα, τῷ καὶ ἄμφω αἰτιατὰ εἶναι, διακρίνει ἀλλήλων, τῷ τὸν μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι, καὶ μέχρι τούτου, τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Οὕτω γὰρ τὰ τῶν ἀντιγράφων ἀρχαιότερα ἔχει. Ὥστε καὶ κατὰ τοῦτον τὸν διδάσκαλον, τὸ Πνεῦμά ἐστιν ἐξ Υἱοῦ. Εἰ δέ τινες κατὰ τὰ τῶν ἀντιγράφων νεώτερα Πνεῦμα Υἱοῦ λέγεσθαι εἴποιεν, οὐκ ἐξ Υἱοῦ, καὶ οὕτως ὅμως οὐδὲν αὐτοῖς ἔσται πλέον. Τὸ γὰρ αὐτὸ συμπέρασμα καὶ ἐκ τούτου, κἂν μὴ βούλοιντο, συναχθήσεται. Δῆλον γὰρ ὅτι τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα εὑρὼν κατὰ τὸ αἰτιατὰ εἶναι, καὶ ἄμφω κοινωνοῦντα ἀλλήλοις, ζητεῖ, τίνι ἂν διακριθεῖεν ἀλλήλων· καὶ ἀποφαίνεται, ὡς, εἰ καὶ ἄμφω τῷ αἰτιατὰ εἶναι κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις, ἀλλ' ὁ μὲν Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς ὀνομάζεται, καὶ μέχρι τούτου αὐτῷ τὸ ἰδίωμα ἵσταται. Τὸ δὲ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγεται, καὶ τοῦ Υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται. Οὐκοῦν τὸ Πνεῦμα καὶ Χριστοῦ Πνεῦμά ἐστιν, ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος οὔτε ἔστιν, οὔτε λέγεται· οὔτε ἀντιστρέφει ἡ σχετικὴ αὕτη ἀκολουθία, φησί. Καὶ τοῦτο οἴεται ἀρκεῖν πρὸς διάκρισιν ὁ διδάσκαλος, τὸ τὸ μὲν Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ λέγεσθαι, τὸν δὲ Υἱὸν μὴ λέγεσθαι τοῦ Πνεύματος. Οὐκοῦν εἰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ λέγεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διακρίνει αὐτὸ Υἱοῦ, κατὰ δὲ τοὺς ἡμετέρους οὐδὲν ἕτερον διακρίνει αὐτὸ τοῦ Υἱοῦ ἢ ὁ διάφορος τῆς προόδου τρόπος, δηλονότι τὸ ἐκπορεύεσθαι· τὸ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ εἶναι ἄρα ταυτόν ἐστι τῷ ἐκπορεύεσθαι. Καὶ οὕτως, οὗ λέγεται εἶναι Πνεῦμα, παρ' ἐκείνου καὶ ἐκπορεύεται. Λέγεται δὲ εἶναι καὶ τοῦ Υἱοῦ Πνεῦμα, ὡς καὶ τοῦ Πατρός· καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἄρα ὡς καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται.

sus et Spiritum, in quos illud convenit, ut sint ambo causati, alterum ab altero discernit, quod unus sit a Patre, et non amplius : Spiritus vero sit ex Patre et ex Filio. Sic enim habent vetustiora exemplaria. Quare secundum opinionem, etiam istius doctoris, Spiritus est ex Filio. Quod si nonnulli dixerint, juxta recentiora exemplaria, Spiritum dici Filii, non autem ex Filio : etiam tum nihil istud ipsis proderit ; eadem enim conclusio, ex hoc quoque, velint, nolint, deducetur. Manifestum enim est, quod, cum Filio et Spiritui, in eo quod sint causati, convenire invenissent, quæsierit quemadmodum invicem discernantur, atque affirmat, etiamsi in ambos id conveniat, ut sint causati, verumtamen Filium quidem ex Patre nominari, et in eo tantum proprietatem ejus perstare : Spiritum autem et ex Patre dici enuntiat, et Filii esse testificatur. Igitur Spiritus etiam Christi Spiritus est ; Filius autem neque est Spiritus sancti, neque dicitur. Neque, inquit, reciprocatur hæc relationis consequentia. Et hoc existimat doctor sufficere ad distinctionem, quod Spiritus Filii dicatur, Filius autem Spiritus sancti minime dicatur. Si igitur hoc quod est Spiritum sanctum, dici Spiritum Filii, secernit eum a Filio ; juxta vero nostrates nihil aliud secernit eum a Filio, nisi varius modus productionis, scilicet producere ; igitur esse Spiritum Filii idem est, quod procedere. Atque ita cujus dicitur esse Spiritus, ab eo et procedit. Dicitur autem esse Filii Spiritus, sicut et Patris ; ergo et a Filio, sicut et a Patre procedit.

Καὶ ἅμα σημειωτέον, ὅτι ἀνατρέπεται ἡ τινῶν ἐξήγησις λεγόντων, ὅτι διὰ τὸ ὁμοούσιον εἴρηται τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ. Ἰδοὺ γὰρ ὁ διδάσκαλος ὡς διακριτικὸν αὐτὸ λαμβάνει. Τὰ δὲ διὰ τὸ ὁμοούσιον λαμβανόμενα ἐνοῖ μᾶλλον, οὐ διακρίνει. Εἰ οὖν οὐ διὰ τὸ ὁμοούσιον λέγεται Πνεῦμα, σώζονται ἄλυτοι πᾶσαι αἱ τῶν Λατίνων ἀποδείξεις· αἷς ἐκ τοῦ λέγεσθαι τὸ Πνεῦμα Πνεῦμα Υἱοῦ ἐπιχειροῦντες, καὶ ἐξ αὐτοῦ αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι δεικνύουσι. Διὰ τὸ γὰρ τῆς παρεξηγήσεως ταύτης τινὲς αὐτὰ ἀνατρέπειν ζῶντο, διὰ τὸ ὁμοούσιον ὑπολαμβάνοντες λέγεσθαι Πνεῦμα Υἱοῦ. Ταύτῃ δὲ ἤδη τῇ ἐννοίᾳ φανερῶς ὁ Νύσσης Γρηγόριος μάχεται, ὡς διακριτικὸν αὐτὸ εἰληφώς.

Et simul notandum est interpretationem quorumdam everti, dicentium Spiritum propter consubstantialitatem dictum esse Spiritum Filii. Ecce enim doctor, tanquam quod illos discernat, illud assumit. Quæ vero propter consubstantialitatem assumuntur, potius conjungunt, non discernunt. Si itaque non propter consubstantialitatem dicitur Spiritus Filii, manent indissolubiles omnes Latinorum demonstrationes : quibus ex eo, quod Spiritus dicatur Spiritus Filii, argumentando, etiam ex ipso eum procedere convincunt. Quidam enim ista prava interpretatione putabant ea quæ a Latinis afferuntur, evertere posse, propter consubstantialitatem existimantes dici Spiritum Filii. Jam vero huic intelligentiæ manifeste reclamat Gregorius Nyssenus, cum illud tanquam quod discernat assumpserit.

Ἀλλὰ πρὸς μὲν τὸ δεῖξαι τὴν ἀλήθειαν τοῦ συμπεράσματος τούτου, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι συμπεραῖναι, πολλῶν ὄντων, οἷς ἄν τις χρήσαιτο, καὶ ὅθεν ἂν ἐπιχειρήσειεν, ἀρκείτω ἐν τῷ παρόντι καὶ ταῦτα.

Verum ad ostendendam veritatem hujus conclusionis, et ad concludendum Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere, cum permulta sint, quibus aliquis uti, et ex quibus argumentari possit, hæc tamen in præsentia sufficiant.

Ἐπεὶ δὲ καί τινα ἄτοπα παρὰ τῶν μὴ ἐφιστώντων ἐπάγονται τοῖς τὴν ἀλήθειαν ταύτην πρεσβεύουσιν, ἃ μὲν κατὰ τῶν ἐπιχειρημάτων τῶν τὸ πρόβλημα δεικνύντων φασὶν, ἐν αὐτοῖς τοῖς ἐπιχειρήμασιν ὡς ἐνὸν ἐπιτετμημένως διελυσάμην· ἃ δὲ κατ' αὐτοῦ τοῦ συμπεράσματος ἐπιφέρουσι, τούτων τὰς μάλι-

Quoniam vero nonnulla absurda veritatis cultoribus a non adhibentibus animum inferuntur, quæ ipsi quidem objiciunt argumentis, hoc quæsitum probantibus, in ipsis argumentis, quantum fieri potuit, præcise dilui. Ex his autem, quæ ipsi conclusioni inferunt, ea quæ maxime urgent et ma-

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

jorem vim habere videntur, eligens, breviter atque abunde, quantum rei natura patitur, dissolvam, ut quam absolutissima reddatur tibi nostra oratio. Quanquam absurda ista non nobis inferunt, neque nos horum reddere rationem debemus. Verum longe antea sancti accusandi sunt, qui hujus dogmatis nobis auctores et duces exstiterunt. Non dico solum Occidentales, qui hoc clarissime fatentur, verum etiam Orientales, et ab ipsis petendæ sunt dissolutiones. Quod sane quidem et fecerunt illi prævenientes. Licet haud grati animi sit, eorum dictis non acquiescere, cum semel credendum sit, eos divino Spiritu locutos esse. Attamen nos quoad ejus fieri possit, præsertim ab ipsis sanctis Patribus, aliisque beatis viris, qui in his rebus laboraverunt, illuminati, ad hæc mediocriter accingemur.

Opinantur igitur, si quis ex ambobus dicat Spiritum procedere, Patrem et Filium vel ita secum commisceri, ut unam personam ex duabus efficiant : vel si non hoc, duo tamen principia et duas causas sequi, quod et ipsum non minus priore absurdum est.

Solutio absurdi ab admistione personarum.

Non vero ad istud admistionis personarum ita respondemus : quod si personalem, seu hypostaticam proprietatem personæ Patris poneremus esse operationem producendi, tunc sequeretur hoc absurdum, et esset revera Filius una persona cum Patre, si constitutivæ proprietatis Patris particeps esset. Quoniam vero quod constituit proprietatem personæ Patris, paternitas et generare dictum est esse ; producere autem esse proprietatem, seu notionem, quæ persona constitutam sequatur : quæ necessitas est, ut qui hanc proprietatem participat, quæ minime constitutiva est ipsius personæ, una sit persona cum ipso ? Quemadmodum enim illud participat Filius, quod Spiritus sit ejus Spiritus, sicut et Patris, quod mittatur ab ipso æque ut a Patre, et tamen non participiat ejus personam, propterea quod Spiritum dici Spiritum Patris, vel ab ipso mitti, non est quod constituit personam Patris. Hoc modo, neque in producendo particeps et socius factus, cum eo ita miscetur, ut unam personam efficiant, quoniam producere non est constitutivum personæ Patris. Quapropter, quandiu non ostenderit aliquis producere constitutivum esse personæ Patris, neque permistionem personarum probare poterit. Sed producere constitutivum esse personæ Patris, probare non potest : sic enim duplici persona præditum, duasque habentem hypostases Patrem ostenderet (1), ut in principio dictum est, quod est absurdum. Denique producere, esse constitutivum Patris, et a solo Patre procedere Spiritum sanctum, unum et idem est : quare qui

(1) Et etiam Spiritus esset Filius.

στα βιαιοτέρας καὶ πλείονα δοκούσας ἔχειν ἰσχὺν ἐκλεξάμενος, ἀποδώσω σοι τὰς λύσεις ἐν βραχεῖ τε καὶ ἱκανῶς ὡς οἷόν τε· ὡς ἂν σοι τελεώτατος ἀποδεδομένος εἴη ὁ λόγος. Καίτοι γε τὰ ἄτοπα ταῦτα οὐχ ἡμῖν ἐπιφέρονται, οὐδ' ἡμεῖς λόγον τούτων ὑπέχειν ὀφείλομεν· ἀλλὰ τοῖς ἁγίοις πολλῷ πρότερον ἐγκλητέον, οἳ τούτου τοῦ δόγματος καθεστήκασιν ἡμῖν ἡγεμόνες, οὐ δυτικοὺς λέγω μόνον, οἳ σαφέστατα περὶ τούτου φασὶν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον καὶ τοὺς ἐξ ἑῴας, καὶ παρ' ἐκείνων ζητητέον τὰς λύσεις. Ὃ καὶ πεποιήκασι φθάσαντες ἐκεῖνοι. Εἰ καὶ μὴ εὐγνωμόνων ἐστὶ μὴ ἐφησυχάζειν τοῖς ὑπ' αὐτῶν λεγομένοις, ἅπαξ πιστευομένου τοῦ Πνεύματι θείῳ τούτους λελαληκέναι· ὅμως δὲ καὶ ἡμεῖς, ὡς ἡμῖν δυνατὸν, καὶ τοῦτο ἐξ ὧν ὑπ' αὐτῶν ἐφωτίσθημεν, καὶ ἄλλων μακαρίων ἀνδρῶν ἐν τούτοις πεπονηκότων, πρὸς ταῦτα μετρίως ἀποδυσόμεθα.

Οἵονται τοίνυν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἢ εἰς ἓν συναλείφεσθαι πρόσωπον, εἴ τις ἐξ ἀμφοῖν λέγοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, δύο γοῦν τὰς ἀρχὰς, καὶ δύο ἀκολουθήσειν τὰ αἴτια, ὃ καὶ αὐτὸ οὐ μεῖον ἄτοπον τοῦ προτέρου.

Λύσις τοῦ ἀπὸ τῆς συναλοιφῆς ἀτόπου.

Ἡμεῖς δὲ πρὸς μὲν τὸ τῆς συναλοιφῆς οὕτω φαμέν· ὡς εἰ μὲν προσωπικὸν, εἴτουν ὑποστατικὸν τοῦ προσώπου τοῦ πατρικοῦ τὴν τοῦ προβάλλειν ἐνέργειαν ἐτιθέμεθα, τότ' ἂν τὸ ἄτοπον εἵπετο τοῦτο, καὶ ἦν ἀληθῶς ἓν μετὰ τοῦ Πατρὸς πρόσωπον, τοῦ συστατικοῦ αὐτῷ κοινωνῶν ἰδιώματος· ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν συστατικὸν τοῦ προσώπου τοῦ πατρικοῦ ἰδιώματος ἡ πατρότης καὶ τὸ γεννᾷν εἴρηται ὄν, τὸ δὲ προβάλλειν ἴδιωμα, ἤτουν γνώρισμα τῷ προσώπῳ αὐτοῦ συστάντι ἑπόμενον, τίς ἡ ἀνάγκη τὸν κοινωνοῦντα αὐτῷ τούτου τοῦ ἰδιώματος, ὃ μὴ συστατικόν ἐστι τοῦ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἓν εἶναι πρόσωπον μετ' αὐτοῦ ; Ὥσπερ γὰρ κοινωνῶν τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς τοῦ τὸ Πνεῦμα Πνεῦμα εἶναι αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ παρ' αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἀποστέλλεσθαι, ὅμως οὐ καὶ τοῦ προσώπου αὐτοῦ κοινωνεῖ, διότι τὸ τὸ Πνεῦμα λέγεσθαι τοῦ Πατρὸς, ἢ παρ' αὐτοῦ ἀποστέλλεσθαι, οὐκ ἔστι τοῦ πατρικοῦ προσώπου συστατικόν· οὕτως οὐδὲ τοῦ προβάλλειν κοινωνῶν τῷ Πατρὶ εἰς ἓν μετ' αὐτοῦ συναλείφεται πρόσωπον. Διότι τὸ προβάλλειν οὐ συστατικὸν τοῦ προσώπου τοῦ πατρικοῦ. Ὥστε ἕως ἂν μὴ δείξῃ τις τὸ προβάλλειν συστατικὸν τοῦ προσώπου τοῦ πατρικοῦ, οὐδὲ συναλοιφὴν τῶν προσώπων δύναιτ' ἂν δεῖξαι. Ἀλλὰ τὸ προβάλλειν συστατικὸν εἶναι τοῦ Πατρὸς δεῖξαι οὐ δύναται. Οὕτω γὰρ ἂν διπρόσωπον τὸν Πατέρα, καὶ διπλᾶς ἔχοντα ἀποφήνειεν ὑποστάσεις, ὡς ἐν ἀρχῇ εἴρηται, ὅπερ ἄτοπον. Ἄλλως τε τὸ προβάλλειν εἶναι συστατικὸν τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ παρὰ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἓν ἐστι καὶ ταυτόν· ὥστε ὁ τοῦτο λέγων τὸ ζητούμενον λαμβάνει. Τούτου δὲ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μὴ δεικνυμένου, οὐδὲ συναλοιφὴ ἕπεται κατὰ τοὺς οὕτως οἰομένους.

A hoc dicit, quod quærit assequitur; hoc vero non ostenso, neque permistio sequitur juxta eos qui sic opinantur.

Εἴρηται δὲ καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ ζητήματος τούτου, τίνα τῶν ἐπὶ Θεοῦ λεγομένων κοινὰ, καὶ τίνα ἴδια. Καὶ τῶν ἰδίων τίνα μὲν δυοῖν ἴδια, τίνα δ' ἑνὸς μόνου. Καὶ τῶν ἑνὸς μόνου ἰδίων τίνα ἂν οὕτως ἴδια, ὡς καὶ ὑποστατικὰ εἶναι, τίνα δὲ οὕτως ἴδια ὡς γνωριστικὰ, μὴ μέντοι ὑποστατικά. Ὁποῖον καὶ τὸ προβάλλειν τότε εἴρηται εἶναι, ὥστε ἔκ τε τῶν νῦν εἰρημένων, ἔκ τε τῶν ἐκεῖ προειλημμένων, ἡ τούτου τοῦ ἀτόπου λύσις ἐστὶ φανερά. Καὶ οὐκ ἔστιν ἐγκαλεῖν δικαίως Λατίνοις ὡς συναλοιφὴν ποιουμένοις τῶν θείων προσώπων.

Dictum est autem et in principio hujus quæstionis, eorum quæ in Deo dicuntur, quænam sint communia, quæve propria. Propriorum vero quænam duarum personarum propria, quæ unius tantum. Et eorum quæ uni conveniunt, quæ ita propria, ut etiam sint hypostatica et constitutiva, quæ vero sint ita propria, ut notionalia, non tamen hypostatica: hoc est quæ notam et manifestam faciant personam, non tamen et constituant: cujusmodi et producere tunc dictum est esse. Quare tum ex dictis, tum ex ibi prius assumptis hujus absurdi dissolutio est manifesta. Neque possumus merito accusare Latinos, quasi permistionem personarum faciant.

Λύσις τοῦ ἀπὸ τῆς διαρχίας ἐγκλήματος.

B

Solutio absurdi de duplici principio.

Περὶ δὲ τῆς διαρχίας, καὶ τοῦ δύο αἴτια ἐπὶ θεότητος συνάγεσθαι, ὃ καὶ τῶν σκιῶν μᾶλλον ἕπεσθαι τοῖς Λατίνοις νομίζειν εἰώθασιν οἱ ἡμέτεροι, τί ἄν τις εἴποι; Τί δ' ἄλλο γε ἢ μάλιστα μὲν ἁπλῶς αὐτὸ τὸ τῶν ἁγίων προβαλλομένους ἀξίωμα τῶν ταῦτο μὴ λεγόντων ἀρκεῖσθαι;

De duplici vero principio, et quod duæ causæ in deitate concludantur, quod et magis quam umbras sequi Latinos nostrates arbitrantur, quidnam aliquis dicet? Quid vero aliud, quam ut ipsa simpliciter auctoritate sanctorum, id negantium proposita, sane quidem contenti simus?

Ὁ γὰρ Πατὴρ καὶ Υἱὸς, φησὶν Αὐγουστῖνος, οὐ δύο ἀρχαὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀλλὰ μία ἀρχὴ αὐτοῦ καὶ ἀμφότεροι· ὥσπερ καὶ τῆς κτίσεως οὐ τρεῖς ἀρχαὶ ὁ Πατὴρ, ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἀλλὰ μία αὐτῆς ἀρχὴ ἡ Τριὰς ὁ Θεός.

Pater enim et Filius, inquit Augustinus, non duo principia Spiritus sancti, sed unum principium ipsius et ambo sunt. Sicut et creationis non tria principia Pater, Filius et Spiritus sanctus, sed unum est ipsius principium Trinitas Deus.

Τίνα ἂν τις σαφεστέραν ζητήσειε λύσιν ἢ ἣν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ Πατρὸς καὶ διδασκάλου τοῦδε φησί; Μὴ λανθανέτω γὰρ ὅτι ταυτὸ τοῦτο ἄτοπον, τὸ τῆς πολυαρχίας δηλαδὴ καὶ πολυθεΐας, καὶ ἐπὶ τῆς κτίσεως παραγωγῆς ἕψεται, εἴ τις μὴ προσέχοι τὸν νοῦν. Ὅπερ ἐστὶν τῆς Χριστιανικῆς θρησκείας ἀλλότριον, καὶ σύμφωνον Ἕλλησιν. Ὃ γὰρ μάλιστα ἡμεῖς Ἕλλησιν ἐγκαλοῦμεν, τοῦτό ἐστιν, ὅτι πολλοὺς τῆς κτίσεως δημιουργοὺς καὶ πολλοὺς εἰσῆγον θεούς. Εἰ οὖν καὶ ἡμεῖς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς κτίσεως αἰτίας εἶναί φαμεν, καὶ ἡμῖν τοῦτο ἀκολουθήσει τὸ ἄτοπον, καὶ ἔσονται πολλαὶ ἀρχαὶ καὶ θεότητες.

Quamnam clariorem ea quæret aliquis solutionem, quam Spiritus sanctus per istum Patrem atque doctorem enuntiat? Non enim nos fugiat, hoc idem absurdum, scilicet duorum principiorum, multitudinisque deorum etiam in mundi productione sequi; si quis non attendat. Quod quidem a Christiana religione est alienum, congruens vero gentilibus. In quo enim nos summopere gentiles reprehendimus, hoc illud est, quod multos mundi opifices et multos deos introducerent. Si igitur tres hypostases creationis causas esse dicimus, hoc absurdum nos sequetur, eruntque multa principia et deitates.

C

Ἀλλ' ἄκουσον ὅπως οἱ διδάσκαλοι τοῦτο σοφῶς λύουσιν. Εἰ γὰρ καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπίσης τῆς κτίσεως αἰτίους εἶναί φαμεν, ἀλλ' ὅμως διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν τῶν δεδημιουργημένων ἐπὶ τὸν Πατέρα ἀναφέρεσθαι, καὶ ἐκεῖθεν τόν τε Υἱὸν τό τε Πνεῦμα, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι, καὶ τὴν τοῦ δημιουργεῖν δύναμιν ἔχειν· τοῦ γὰρ Πατρὸς μὴ ὄντος, ὅ τε Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα οὔτ' ἂν ἦσαν, οὔτε τὴν τοῦ δημιουργεῖν δύναμιν εἶχον· ἔτι τε καὶ διὰ τὸ μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἀριθμῷ δυνάμει δημιουργεῖν αὐτοὺς, ἐκ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς κοινῆς θεότητος προϊούσῃ· διὰ τοῦτο εἰκότως εἷς Θεὸς, καὶ δημιουργὸς λέγεται εἷς. Τοῦτο οὖν καὶ ἐπὶ τῆς ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως ἱκανὸν πρὸς τοὺς ἀποροῦντας.

Verum audi, quemadmodum doctores id sapienter dissolvant. Etsi enim Patrem, et Filium, et Spiritum æque causas esse creationis dicimus: D attamen, quoniam principium creaturarum ad Patrem refertur, indeque cum Filius tum Spiritus sanctus et ipsum esse et creandi potentiam habent: Patre enim non existente, neque Filius esset, neque Spiritus sanctus, neque creandi potentiam haberent; præterea, quia una eademque numero potentia, ab una eademque communi deitate proveniente creant, ob id merito unus deus, et unus mundi effector dicitur. Hoc igitur et in Spiritus ex Patre Filioque processione satis aptum est ad dubitantes et quærentes responsum.

Ὅτι γὰρ μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ δυνάμει ὁ Πατὴρ ἅμα

Quod enim propterea vere ac proprie sit una

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

causa, unumve principium processionis Spiritus sancti, quia una eademque potentia, Pater simul ac Filius, Spiritum producunt; et quia ex Patre hanc producendi potentiam habet Filius, ad hoc probandum maxime quidem, ut dictum est, et hæc satis essent; ostenditur tamen hoc idem, et ratione. Etenim duo cum sint, ut dictum est, ad quæ omne quod producitur, refertur, species scilicet, secundum quam producitur, et suppositum, seu persona, ex qua producitur: si Pater quidem et Filius, quemadmodum duo sunt personis, ita quoque specie, secundum quam producunt Spiritum, duo essent, et omnino in duas partes secarentur ac dividerentur; tunc sane non esset mirum, imo vero et necessarium dicere duo principia Spiritus sancti; nunc vero, quanquam potissimum duo esse hypostasibus inter omnes constat, quia tamen specie, qua producunt, unum sunt numero, et omnino indivisibiles; est enim divina essentia, secundum quam ambo Spiritum sanctum producunt, una eademque numero communis ambobus exsistens; non est necessarium, atque adeo nullo modo fieri potest, ut duo dicantur principia. Est enim una essentialis, et communis ipsis productiva vis et potentia. Quæ quidem, et si essentialis haud dubie conceditur esse, non potest tamen communis esse illis cum Spiritu sancto, quod, ut sæpe dictum est, proprietati ejus repugnet; omnia enim sunt Filio ac Spiritui sancto cum Patre communia, ut et hoc non raro dictum est, servatis suis proprietatibus; omnia enim est Filius quæcunque et Pater, secundum magnum Basilium, cæterosquæ doctores, permanens in eo quod sit Filius, hoc est suam proprietatem retinens. Tametsi enim quam maxime æqualis et similis est Patri, ipse tamen generare seipsum minime potest; quod ipsius proprietati repugnet. Igitur et Spiritus sanctus omnia sibi habet cum Patre Filioque communia, manens in eo quod sit Spiritus, hoc est servans suam proprietatem. Unde non potest seipsum producere, licet omnium particeps fiat, quod ipsum personæ ipsius repugnet. Quare nulla ex parte justa et rationalis est eorum argumentatio, qui duplex principium Latinis objiciunt.

καὶ ὁ Υἱὸς τὸ Πνεῦμα προβάλλουσι, καὶ ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς ἔχει λαβὼν ὁ Υἱὸς τὴν ἐκπορευτικὴν δύναμιν ταύτην, διὰ τοῦτο κυρίως καὶ ἀληθῶς εἷς ὁ αἴτιος καὶ μία ἀρχὴ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως, μάλιστα μὲν οὖν, ὡς εἴρηται ἱκανὰ καὶ ταῦτα· δείκνυται δὲ ὅμως τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ λόγου. Δυοῖν γὰρ ὄντοιν, ὡς εἴρηται, εἰς ἃ πᾶν προαγόμενον ἀναφέρεται, τοῦ τε εἴδους, καθ' ὃ προάγεται, καὶ τοῦ ὑποκειμένου ἢ προσώπου ἐξ οὗ, εἰ μὲν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς, ὥσπερ δύο ταῖς ὑποστάσεσιν, οὕτως καὶ τῷ εἴδει καθ' ὃ τὸ Πνεῦμα προάγουσι δύο ἦσαν, καὶ παντελῶς ἐδιχοτομοῦντο, τότ' ἂν εἶχε λόγον, μᾶλλον δ' ἦν ἀναγκαῖον δύο ἀρχὰς λέγειν τοῦ Πνεύματος· ἐπεὶ δὲ εἰ καὶ τὰ μάλιστα δύο ταῖς ὑποστάσεσιν ὁμολογοῦνται, τῷ γε μὴν εἴδει, ᾧ προάγουσιν, ἓν εἰσι τῷ ἀριθμῷ καὶ παντελῶς ἀδιαίρετοι. Ἔστι γὰρ ἡ θεία οὐσία, καθ' ἣν ἄμφω τὸ ἅγιον Πνεῦμα προάγουσι, μία καὶ ἡ αὐτὴ ἀριθμῷ κοινὴ οὖσα ἀμφοῖν· οὐκ ἀναγκαῖον, μᾶλλον δὲ ἀδύνατον δύο ἀρχὰς λέγειν. Ἔστι γὰρ μία ἡ οὐσιώδης καὶ κοινὴ αὐτῶν προβλητικὴ δύναμις· ἤτις εἰ καὶ οὐσιώδης ὁμολογεῖται, οὐ δύναται ὅμως εἶναι κοινὴ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, διὰ τὸ, ὡς πολλάκις εἴρηται, ἀντικεῖσθαι τῇ αὐτοῦ ἰδιότητι. Πάντων γὰρ τῷ Πατρὶ κοινωνοῦσιν ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς καὶ τοῦτο οὐκ ὀλιγάκις εἴρηται, φυλάττοντες πρῶτον τὰς ἑαυτῶν ἰδιότητας. Πάντα γάρ ἐστιν ὁ Υἱὸς ὅσα καὶ ὁ Πατὴρ, κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον καὶ τοὺς ἄλλους διδασκάλους, μένων ἐν τῷ εἶναι Υἱὸς, ἤτοι τὴν ἑαυτοῦ τηρῶν ἰδιότητα. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ἴσος καὶ ὅμοιός ἐστι τῷ Πατρὶ, γεννᾷν μέντοι αὐτὸν ἑαυτὸν οὐ δύναται, διὰ τὸ μάχεσθαι τῷ αὐτοῦ ἰδιώματι. Οὐκοῦν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πάντων κοινωνεῖ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, μένον ἐν τῷ εἶναι Πνεῦμα, ἤτοι σῶζον τὴν ἑαυτοῦ ἰδιότητα. Ὅθεν οὐ δύναται προβάλλειν ἑαυτὸ, καίτοι πάντων ἑαυτοῖς κοινωνοῦν, διὰ τὸ μάχεσθαι τοῦτο τῇ ὑποστάσει αὐτοῦ. Ὥστε οὐδαμόθεν εὔλογος ὁ λόγος τοῖς διαρχίαν ἐγκαλοῦσι Λατίνοις.

Solutio absurdi ducti ab imperfectione.

Verum aiunt, Vel perfecta est productio Patris, et vana erit ex Filio: vel si necessaria est productio Filii, imperfecta est Patris. Hoc autem absurdum est, imperfectam dicere operationem Patris, et ad perfectionem indigere Filio.

Nos vero ad hæc dicimus, quod qui aiunt ista, videntur in omnibus Patrem, ac Filium eorumque operationes secare ac dividere, in humanis exemplis omnino innixi. Et quoniam vident duorum hominum operationes, duas esse numero, et alteram ab altera sejunctam, licet ad unum effectum tendant, opinantur etiam in Deo idem cum divinis personis congruere. Indeque tales dubitationes in medium afferunt. Verum istud cogitare absurdum est. Pater enim et Filius, personis tan-

Λύσις τοῦ ἀπὸ τῆς ἀτελείας ἐγκλήματος.

Ἀλλά φασιν, Ἢ τελεία ἡ ἐκπόρευσις ἡ ἐκ Πατρὸς, καὶ ματαία ἡ ἐξ Υἱοῦ· ἢ εἰ ἀναγκαία ἡ ἐξ Υἱοῦ, ἀτελὴς ἡ ἐκ τοῦ Πατρός. Τοῦτο δὲ ἄτοπον, ἀτελῆ τὴν ἐνέργειαν τοῦ Πατρὸς λέγειν, καὶ δεῖσθαι πρὸς τελείωσιν τοῦ Υἱοῦ.

Ἡμεῖς δὲ πρὸς ταῦτά φαμεν, ὡς οἱ ταῦτα λέγοντες ἐοίκασιν ἐν πᾶσι διχοτομεῖν Πατέρα τε καὶ Υἱὸν καὶ τὰς αὐτῶν ἐνεργείας, ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων πάντως παραδειγμάτων ὁρμώμενοι· καὶ ὅτι ὁρῶσι δύο ἀνθρώπων ἐνεργείας, δύο τῷ ἀριθμῷ οὔσας, κἂν πρὸς ἓν ἀποτέλεσμα φέρωνται, καὶ κεχωρισμένας ἀλλήλων, οἴονται κἀπὶ Θεοῦ ταυτὸ ἐφαρμόζειν. Κἀντεῦθεν τοιαύτας ἀπορίας εἰσάγουσιν. Ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον ἐννοῆσαι. Πατὴρ γὰρ καὶ ὁ Υἱὸς ταῖς ὑποστάσεσι μόναις διακρινόμενοι, τἆλλα πάντα ἓν σίσι καὶ ταυτόν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

Καὶ διὰ τοῦτο καὶ κατὰ τὴν προβλητικὴν δύναμιν ταύτην οὐκ ἰδίᾳ ἑκάτερος, ἢ ὁ μὲν πρότερον, ὁ δὲ ὕστερον, ἢ ὁ μὲν ἑτέρᾳ, ὁ δὲ ἑτέρᾳ ἐκπορεύσει προβάλλει τὸ Πνεῦμα, ὡς ἄν τις τῶν πάντα σωματικῶν οἰηθείη, ἀλλ' ἅμα τε καὶ ἀχρόνως καὶ μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ δυνάμει προβάλλοντες ἄμφω τελείως καὶ ὑπερτελείως τοῖς ματαίοις τούτοις λόγοις χώραν οὐ λείπουσιν. A

tum cum distinguuntur, in omnibus aliis unum atque idem sunt. Et propterea etiam secundum istam potentiam productivam non minus, non seorsum uterque, vel unus quidem prius, alter vero posterius, vel unus alia productione, alter alia producit Spiritum; quemadmodum aliquis eorum qui in omnibus crassi et corporei exsistunt, putaret: verum simul, et ante tempora, una eademque potentia, cum ambo perfecte, et plusquam perfecte producant, istis vanis rationibus minime relinquunt locum.

Εἰ δὲ μή, ἀντερωτάσθωσαν οἱ ταῦτα λέγοντες, εἰ τελεία ἡ ἐκ Πατρὸς τοῦ κόσμου δημιουργία, ἢ οὔ. Εἰ μὲν γὰρ τελεία, διὰ τί καὶ ὁ Υἱὸς αἴτιος καὶ τὸ Πνεῦμα; Εἰ δ' ἀτελής, καὶ διὰ τοῦτο παραλαμβάνεται ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, σκεψάσθωσαν ὅ τι φασίν.

Sin minus, interrogentur vicissim, qui hæc aiunt, perfectane sit ex Patre mundi creatio, an imperfecta? Si enim perfecta, cur et Filius, atque etiam Spiritus sunt causæ? Sin imperfecta, et propterea Filius et Spiritus veluti socii adjunguntur, animadvertant ipsi, quid dicant.

Ἀλλ' οἶμαι, τελεία μὲν ἡ ἐκ Πατρὸς τῶν ὄντων παραγωγή, μία δὲ καὶ ἡ αὐτὴ ἀριθμῷ Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος εἰς τὴν αὐτὴν πρόοδον ἡ ἐνέργεια, καὶ οὐκ ἄλλη μὲν ἐκείνου, ἄλλη δὲ τούτων. Τότε γὰρ ἂν εἶχε χώραν ταῦτα τὰ παιδαριώδη ζητήματα. Οὕτως οὖν κἀπὶ τοῦ προκειμένου τελεία μὲν καὶ ὑπερτελὴς ἡ ἐκ Πατρὸς ἐκπόρευσις τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου· ἡ αὐτὴ δὲ καὶ μία τῷ ἀριθμῷ καὶ ἡ ἐξ Υἱοῦ τοῦ αὐτοῦ ἐστιν ἐκπόρευσις, οὐκ ἄλλη καὶ ἄλλη, οὐδ' ἄλλως καὶ ἄλλως, οὐδ ἄλλοτε ἡ ἐκ Πατρὸς, καὶ ἄλλοτε ἡ ἐξ Υἱοῦ, ἀλλ' ἅμα καὶ ἡ αὐτὴ, καὶ ὁμοίως μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ δυνάμει προβαλλόντων ἀμφοῖν. B

Verum certo scio perfectam quidem entium esse ex Patre productionem, unam vero numero Filii et Spiritus in eamdem productionem esse operationem, et non aliam quidem illius, horum vero aliam. Tunc enim haberent locum ista puerilia quæsita. Sic igitur et in re proposita, quæ est ex Patre processio Spiritus sancti perfecta quidem est, et plusquam perfecta, eadem vero, unaque numero; et ea quæ est ex Filio, ejusdem est processio, non alia atque alia, neque aliter atque aliter, neque alias quæ ex Patre, et alias quæ ex Filio, sed simul, et eadem est, et similiter una eademque potentia producunt ambo.

Καὶ μηδεὶς ἐνταῦθα βλασφημείτω τὸν λόγον, ἀκούων ἡμᾶς ἀπὸ τῆς κτίσεως ἐπιχειροῦντας, Οὐκοῦν κτίσμα, φάσκων, Λατῖνοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οἴονται. Εἰσὶ γὰρ οἱ καὶ εἰς τοῦτο παρανοίας ἥκασι, καὶ τοῦτο τετολμηκότες ἀντιτιθέναι Λατίνοις. C

Et nemo hic rationem conviciis insectetur, cum nos audit, qui a creatura argumentamur, Ergo, inquiens, creaturam Spiritum sanctum Latini existimant. Sunt enim, qui et in istud impudentiæ venerint, et hoc Latinis opponere sint ausi.

Ταῦτα γὰρ ἢ παιζόντων εἰσὶν, ἢ ἀγνοούντων τοὺς ἁγίους Πατέρας καὶ διδασκάλους, ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων πολλάκις ἐν τοῖς θείοις ἐπιχειροῦντας καὶ ἀπὸ τῶν ἴχνος τι κἂν ἀμυδρὸν ὁμοιώσεως θείας ἐχόντων πιστουμένους ἐκεῖνα. Αὐτίκα τὸ τρίτον τῶν ὑποστάσεων, νῷ καὶ λόγῳ καὶ πνεύματι, ἔτι τε ὀφθαλμῷ καὶ πηγῇ καὶ ποταμῷ, ἱκανῶς οἴονται παραστῆσαι, καὶ πάλιν ἡλίῳ ἀκτῖνί τε καὶ φωτί· καίτοι τούτων τῶν παραδειγμάτων ἑκάστου, εἰ καὶ τρία τῇ ἐπινοίᾳ ἐστὶ καὶ ὀνόματι, μιᾶς μέντοι ὑποστάσεως ὄντων. Ἀλλ' ὅμως οὐκ ᾤοντο οἱ Πατέρες διὰ τούτων λυμανεῖσθαι τὴν προκειμένην αὐτοῖς ἀλήθειαν· ἀλλ' ὅσον αὐτῶν τῷ σκοπῷ ἐφαρμόζον λαμβάνοντες, τὸ λοιπόν τε καὶ ἀπεμφαῖνον ἀπεωθοῦντο· καὶ οὐδεὶς αὐτοῖς οὔτ' ἐγκέκληκεν, οὔτ' ἐγκαλέσειεν, οὐ κύριος ὢν φρενῶν, τῆς τούτων τῶν παραδειγμάτων χρήσεως ἕνεκα. D

Hæc enim vel ludentium sunt, vel ignorantium, sanctos Patres atque doctores, qui sane ex humanis sæpe, quid in divinis esse soleat, ratiocinantur, et ex iis quæ vel exiguum divinæ similitudinis vestigium habent, illa astruunt atque confirmant. Sane tres personas mente, verbo et spiritu, adhuc etiam oculo, fonte ac flumine, et rursus sole, radio atque lumine satis commode consequi et exprimere putant. Atqui unumquodque horum exemplorum, licet tria sint cogitatione in animo atque nomine, unius tamen sunt hypostaseos et suppositi. Verum tamen non arbitrati sunt Patres hisce exemplis veritatem sibi propositam labefactari: sed quantum eorum scopo congruens erat sumentes, reliquum, et non cohærens, rejiciebant. Et nemo id ipsis, quod istis exemplis usi fuerint, vitio vertit, neque verteret, non profecto si sana mente sit.

Πῶς οὖν αὖ τις δικαίως ἐγκαλέσειε Λατίνοις εἰς τὸ δεῖξαι μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀριθμῷ τὴν ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τοῦ Πνεύματος πρόοδον, χρωμένοις τῇ πρὸς τῆς Τριάδος μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ τῶν ὄντων δημιουργίᾳ; Πῇ πῶς; ἄν τις διὰ ταῦτα τολμήσειεν αὐτοὺς λέγειν μετὰ τῆς κτίσεως τὸ Πνεῦμα συντάττειν τὸ ἅγιον; καὶ ταῦτα οὐδενὸς τῶν νῦν ὄντων Λατίνων, οὐδὲ τῶν μετὰ τὴν διάρεσιν, καὶ τὸ ἀποτρόπαιον ἐκεῖνο

Quo ergo pacto merito aliquis accusabit Latinos, qui ad unam et eamdem numero ex Patre Filioque Spiritus processionem ostendendam, una et eadem, quæ a Trinitate provenit, entium creatione utuntur? Aut qua ratione quispiam propterea dicere audeat eos Spiritum sanctum in loco creaturarum collocare? præsertim cum nemo Latinorum, qui nunc sunt, neque qui post disjun-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

ctionem, et illud exsecrandum et detestabile schisma fuere, hoc primus dixerit, sed ab ipsis istud dictum sit antiquis sanctorum : si quidem Augustinus est, qui altitudine sapientiæ facile omnes superavit : quo neque sanctitate, neque charitate in Deum major nemo fuit, id affirmat. Nimirum Patrem et Filium, unum esse principium Spiritus sancti ; quemadmodum etiam Pater, Filius et Spiritus sanctus, entium productionis sunt unum principium. Accusent vero et divum Athanasium affirmantem, naturam Dei esse causam, et Filii, et Spiritus sancti, atque etiam totius creaturæ, in disputatione, quam edidit, Anomœi et Orthodoxi.

Verum, quæ sane ex rationibus nonnulli afferre solent, contra nostram verissimam conclusionem tanquam absurda sequentia, etsi multo plura sint, ad hæc tamen ferme omnia revocantur. His vero satis superque dilutis, illa quoque valde infirmis fundamentis nituntur, ac potius mittentes feriunt quam adversus quos jaciuntur. Quare prædicta et ad illa omnia sufficient.

Solutio eorum quæ videntur adversari Latinis.

Reliquum est considerare, quæ argumentantur ex quibusdam sanctorum dictis, quasi vero ea Latinis et veritati dogmatis adversentur. Ex quibus contradictionem concludere arbitrantur.

Quorum unum illud est divi Damasceni in suis Theologicis asserentis : « Spiritum dicimus Filii, ex Filio autem non dicimus. » Alterum est illud beati Dionysii dicentis : « Solus fons supersubstantialis deitatis est Pater. Si quid enim aliud ex dictis sanctorum sit, ejusdem tamen sensus est et ad eamdem spectat intelligentiam ; » quippe ista sunt multo fortiora, et quæ ex adverso Latinis opponi videntur.

Solutio dicti Damasceni.

Ad istud igitur Damasceni audi, quam plana, expedita et justa ; quæque omnibus persuadere sufficiant, Latini Latinorumque propugnatores, atque hujus opinionis defensores respondere possunt.

Nullum unum est, inquiunt, nomen, quod ad explicandas res divinas, et quæ de Deo dicuntur sit aptum ; verum multis ac variis, alio quidem nomine hoc, alio aliud explicari. Neque tamen perfecte ea significare possumus. Etenim nomina ista, et verba a nobis inventa, qui natura duce res disponimus, et rebus naturalibus, quibus congruunt, ea imponimus, res insignes et eximias perfecte indicare et planas facere nequeunt. Unde non oportet æquos rerum æstimatores imperfectionem nominum ad res divinas accommodare ; neque enim justum esset atque adeo neque pium.

Verum, quoniam aliis nominibus divina explanare nequimus, est enim arduum ac difficile penitus, cum simus mortales, debemus quidem uti humanis hisce nominibus, uti vero, quatenus con-

A σχίσμα γενομένων τοῦτο πρώτου εἰπόντος, ἀλλ' αὐτῶν τῶν ἀρχαίων ἁγίων. Αὐγουστῖνος γὰρ ὁ βάθει σοφίας πάντας ὑπερβαλλόμενος, ὁ ἁγιωσύνῃ καὶ τῇ ἀγάπῃ τῇ πρὸς Θεὸν τίνος οὐ μείζων ὀφθείς ; οὗτός ἐστιν ὁ τοῦτο λέγων, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν δηλαδὴ μίαν ἀρχὴν τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, ὡς καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα μίαν ἀρχὴν τῆς τῶν ὄντων εἶναι προόδου. Ἐγκαλείτωσαν δὲ καὶ Ἀθανασίῳ τῷ θείῳ λέγοντι · Αἰτία ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ φύσις, καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τῆς κτίσεως πάσης, ἐν ᾗ ἐκτίθεται διαλέξει Ἀνομοίου καὶ Ὀρθοδόξου.

B Ἀλλ' ἃ μὲν ἀπὸ λογισμῶν ὡς ἑπόμενα ἄτοπα κατὰ τοῦ ἀληθοῦς ἡμῶν συμπεράσματος τινὲς προφέρειν εἰώθασιν, εἰ καὶ ἕτερα πλείω εἰσὶν, ὅμως εἰς ταῦτα σχεδὸν ἀναφέρεται πάντα · τούτων δὲ ἱκανῶς λελυμένων, κἀκεῖνα ἐπ' ἀδρανοῦς λίαν βεβήκασι, καὶ μᾶλλον τοὺς βάλλοντας ἢ καθ' ὧν πέμπονται, πλήττουσιν. Ὥστε τὰ εἰρημένα καὶ πρὸς πάντα ἐκεῖνα ἀρκέσει.

Δοκούντων λύσις τῶν ἐναντιοῦσθαι Λατίνοις ῥητῶν.

Λοιπὸν δέ ἐστι σκέψασθαι, ἅπερ ἀπό τινων τῶν Πατέρων ῥητῶν, ἀντικειμένων δῆθεν Λατίνοις καὶ τῇ τοῦ δόγματος ἀληθείᾳ, ἐπιχειροῦσιν, οἰόμενοι τὴν ἀντίφασιν ἐξ αὐτῶν συμπεραίνειν.

C Ὧν ἓν μέν ἐστι τὸ τοῦ θείου Δαμασκηνοῦ ἐν τοῖς *Θεολογικοῖς* αὐτοῦ λέγοντος, « Πνεῦμα Υἱοῦ λέγομεν, ἐκ τοῦ Υἱοῦ δὲ οὐ λέγομεν · » ἕτερον δὲ τὸ τοῦ μακαρίου Διονυσίου, φαμένου, « Μόνη πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ Πατήρ · εἰ γάρ τι καὶ ἕτερον εἴη, τῆς αὐτῆς ἐστιν ἐννοίας καὶ εἰς τὸν αὐτὸν νοῦν ἀναφέρεται · » ὡς τούτων τῶν μάλιστα ἰσχυροτέρων ὄντων, καὶ δοκούντων ἐξ ἐναντίας εἶναι Λατίνοις.

Λύσις ῥητοῦ τοῦ Δαμασκηνοῦ.

Πρὸς μὲν οὖν τὸ τοῦ Δαμασκηνοῦ ἄκουσον ὡς ἁπλᾶ τε καὶ δίκαια, καὶ πάντας ἱκανὰ πεῖσαι, Λατῖνοι καὶ τῆς Λατινικῆς οἱ προϊστάμενοι δόξης ἀποκρίνασθαι ἔχουσιν.

D Ἓν οὐδὲν, φασὶν, ὄνομα ἱκανόν ἐστιν ἑρμηνεῦσαι τὰ περὶ Θεοῦ καὶ τῶν θείων · πολλοῖς δὲ καὶ διαφόροις, ἑτέρῳ μὲν τόδε, ἑτέρῳ δὲ ἕτερον · οὐδ' οὕτω δ' ὅμως τελείως αὐτὰ σημαίνειν δυνάμεθα. Τὰ γὰρ ὀνόματα ταῦτα, καὶ ῥήματα ὑφ' ἡμῶν εὑρημένα, φύσει διοικουμένων, καὶ φυσικοῖς πράγμασιν ἁρμόζοντα τεθειμένα, τὰ ὑπερφυῆ δηλῶσαι τελείως ἀτονοῦσιν · ὅθεν οὐ δεῖ τὸ τῶν ὀνομάτων ἀτελὲς τούς γε εὐγνώμονας καὶ τοῖς θείοις πράγμασιν ἐφαρμόζειν · οὐ γὰρ ἂν εἴη δίκαιον, οὔτε μὴν εὐσεβές.

Ἀλλ' ἐπεὶ ἄλλοις ὀνόμασι τὰ θεῖα δηλοῦν οὐ δυνάμεθα, ἀμήχανον γὰρ παντελῶς ἀνθρώποις γε οὖσι, χρηστέον μὲν τούτοις τοῖς ἀνθρωπίνοις, χρηστέον δ' ἐφ' ὅσον εἰκὸς τὸ μὲν ἐφαρμόζον διὰ τούτων ἑκάστου,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τῷ προκειμένῳ λαμβάνοντας, τὸ δ' ὅσον ἀτελές τε καὶ ἀπεμφαῖνον ἀποπεμπομένους, τὸ ἔλλειμμα τῆς μιᾶς ἀναπληροῦντας διὰ λέξεως ἄλλης.

Ἐπὶ τοίνυν τοῦ προκειμένου, τῆς ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ δηλαδὴ τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως, δύο τινὰ ζητοῦνται· ὧν ἓν μὲν ἔστι τὸ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἐπίσης τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ὁμοίως προβάλλειν, μὴ τὸν μὲν τελειώτερον, τὸν δὲ ἀτελέστερον· εἴη γὰρ ἂν ἐναντίον τοῦτο τῇ ἀληθείᾳ τῆς πίστεως.

Ἕτερον δὲ τὸ τὸν Υἱὸν σχέσιν καὶ τάξιν ἐν τῷ προβάλλειν ἔχειν πρὸς τὸν Πατέρα. Ταῦτα γὰρ ἓν εἰσι καὶ ἀμφότερα Υἱῷ τε καὶ Πατρί. Καὶ ἄκρα γάρ ἐστιν ἐν αὐτοῖς δυνάμεως ἰσότης, μᾶλλον δέ γε ταυτότης καὶ ἄκρα τάξις· πάντα γὰρ ὅσα ὁ Υἱὸς ἔχει, παρὰ τοῦ Πατρὸς ἔχει λαβών, καὶ αὐτὸ τὸ προβάλλειν τὸ Πνεῦμα.

Εἰ μὲν οὖν ἦν δυνατὸν ἓν ὄνομα ἱκανὸν εὑρεθῆναι τήν τε ἄκραν ταυτότητα αὐτῶν τῆς δυνάμεως, καὶ τὴν ἄκραν πρὸς ἄλληλα τάξιν ἅμα δηλῶσαι, ἐκείνῳ ἂν πρὸ πάντων τῶν ἄλλων ἐχρώμεθα· νῦν δ' οὐ τοῦτο μόνον ἀδύνατον, καὶ ἀνάγκη ἑνὶ μὲν ὀνόματι τὸ ἕτερον τούτων, ἑτέρῳ δὲ σημαίνειν τὸ ἕτερον, ἀλλὰ καὶ τούτων ἑκατέρῳ τῶν ὀνομάτων, πρὸς τῷ σημαίνειν θάτερον τῶν σημαινομένων μόνον, ἔτι καί τις οὐ μικρὰ ἀτέλεια πρόσεστιν. Ὅθεν ἡμεῖς, καλῶς γε καὶ εὐσεβῶς ποιοῦντες, τὸ ἐφαρμόζον ἐκ τούτων λαμβάνοντες, τὸ ἀπεμφαῖνον ἀποδιοπομπούμεθα. Τοιαῦται δ' εἰσὶν αἱ προθέσεις αὗται, ἡ ἐκ, φημί, καὶ διά. Τούτων γὰρ ἡ μὲν ἐκ ἰσότητα μὲν καὶ μάλα σημαίνει, ἐφ' ὥνπερ παραλαμβάνεται, τάξιν δὲ θατέρου πρὸς ἕτερον οὐδαμῶς· εἰ γάρ τι ἐκ δυοῖν τινων γίνεσθαι λέγοιτο, οἷον εἴ τι βάρος ἐκ δυοῖν ἕλκοιτο, ὁμοίως μὲν ἂν καὶ ἐπίσης ἐξ ἑκατέρου ἕλκεσθαι σημαίνοιτο, ὅσον γε κατὰ τὴν τῆς προθέσεως δύναμιν· οὐδετέρου δὲ πρὸς θάτερον διὰ τοῦτο τάξις νοεῖται· ἡ δέ γε διὰ τὸ ἀνάπαλιν τάξιν μὲν καὶ μάλα σημαίνει, ἰσότητα δὲ οὐδαμῶς. Εἰ γάρ τι ἐκ τοῦδε διὰ τοῦδε εἶναι ἢ γίγνεσθαι λέγοιτο, τὸ τετάχθαι μὲν τὸν ἐφ' οὗ ἡ διὰ λέγεται, πρὸς τὸν ἐφ' οὗ κατηγορεῖται ἡ ἐκ, καὶ τοῦτον παρ' ἐκείνου τὸ δύνασθαι εἰληφέναι, ἀριδήλως ἐμφαίνεται· ἰσότης δὲ αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους οὐδαμῶς. Ἐλάττονος γὰρ ἀεὶ οὗτος ἐφ' οὗ ἡ διὰ λέγεται δυνάμεώς τε καὶ ἐξουσίας δείκνυται ὤν. Διὰ τοῦτο οἱ διδάσκαλοι καὶ Πατέρες, Ἀνατολικοί τε καὶ Δυτικοί, πρὸς μὲν τὴν τῆς δυνάμεως ἰσότητα ἢ μᾶλλον ταυτότητα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἀποβλέποντες, ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λέγουσιν ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ εἶναι καὶ προϊέναι, τὴν ταυτότητα τῆς ἐν τῷ προβάλλειν δυνάμεως αὐτῶν δεικνύναι βουλόμενοι, καὶ ὡς μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ προβολῇ ἐξ ἀμφοῖν πρόεισι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ὅτε δὲ τὴν πρὸς ἄλληλα τάξιν αὐτῶν μᾶλλον δεικνύναι προείκειτο, ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι δογματίζουσι, καὶ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ, κτὶ ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ εἶναι. Ἃ πάντα τὴν εἰς τὸ εἶναι αὐτοῦ πρόοδον καὶ τὴν ὕπαρξιν τὴν ὑποστατικὴν ἐμφαίνει σαφέστατα.

sentaneum est. Illud sane, quod ad ipsam rem facit, ex singulis istis sumentes, quod autem imperfectum est, minimeque cohærens, rejicientes, et defectum unius vocabuli per aliud supplentes.

Igitur in re præsenti, ex Patre Filioque Spiritus processione, duo quædam quærimus : quorum alterum quidem est Patrem ac Filium pariter æqualiterque Spiritum sanctum producere ; non hunc quidem perfectius, illum imperfectius, hoc enim esset contrarium veritati fidei.

Alterum illud est, Filium relationem in producendo et ordinem habere ad Patrem. Hæc enim utraque æque Filio ac Patri unum sunt. Etenim et summa in eis est æqualitas potentiæ, imo vero identitas, et summus ordo; omnia enim, quæ habet Filius, et hoc ipsum producere Spiritum a Patre habet.

Si igitur fieri posset, ut unum aliquod nomen inveniretur, quod esset aptum cum ad summam eorum potentiæ identitatem, tum ad summum, quo se mutuo respiciunt, ordinem simul declarandum ; eo sane ante omnia alia uteremur. Nunc vero, non solum istud nullo modo fieri potest, et necesse est, uno quidem nomine horum alterum, alio alterum indicare ; verum et in utroque horum nominum, ad exprimendam alteram tantum significationem, præterea quidam non parvus defectus inest. Quare nos recte pieque facientes, quod consentaneum est, ex istis assumimus, rejicimus dissentaneum. Hujusmodi vero sunt hæ præpositiones *ex*, inquam, et *per*. Harum enim illa præpositio *ex* æqualitatem quidem, et valde significat, in quibus rebus assumitur, ordinem autem alterius ad alterum, minime. Si quid enim ex duobus fieri dicatur, veluti si aliquod pondus a duobus trahatur, similiter quidem et æqualiter, quod ad vim præpositionis spectat, ex utroque trahi significatur; neutrius vero ad alterum ordo per id intelligitur. Præpositio autem *per* totum oppositum, ordinem quidem, et valde significat, æqualitatem minime. Si quid enim ex isto per istum esse aut fieri dicatur, habere ordinem quidem eum, de quo dicitur præpositio *per*, ad eum de quo prædicatur præpositio *ex*, et hunc ab illo accipere posse, aperte indicatur ; æqualitas vero ipsorum, quam inter se habent, minime. Minoris enim potentiæ ac potestatis ostenditur esse is, de quo prædicatur præpositio *per*. Propterea doctores et Patres, cum Orientales, tum Occidentales, respicientes ad Patris et Filii æqualitatem, seu potius identitatem potentiæ, ex Patre et Filio proficisci Spiritum sanctum, et ex Patre et Filio esse et procedere affirmant, identitatem illorum potentiæ volentes ostendere, et quod una eademque productione ex ambobus procedit Spiritus sanctus. Cæterum, cum propositum esset illis, ordinem magis ipsorum, quo se invicem spectant, ostendere ; ex Patre per Filium ipsum Spiritum procedere, et ex Patre per Filium, et ex Deo per Filium esse, veluti rem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

certam decernunt. Quæ omnia processionem ad ejus esse et exsistentiam hypostaticam clarissime indicant.

Sunt vero nonnulli sanctorum, qui vel ad solum ordinem, ut major pars Orientalium, vel ad solam æqualitatem, ut plerique Occidentalium respexere. Unde, sicut Occidentales æqualitatem et identitatem pluris æstimantes præpositione *ex* ubique utuntur : ita Orientales, inter quos etiam D. Damascenus enumeratur, ordinem anteponentes, præpositione *per* maxime utuntur, præpositionem *ex* raro assumentes, non quidem contrarias sententias inter se dicentes, verum alias atque alias aliis et aliis vocabulis significantes.

Quocirca et in creatione mundi, quanquam etiam ex Filio manifeste omnia producta sunt, quemadmodum et ex Patre, valde tamen raro reperies apud sanctos, præsertim Orientales, ex Filio productum esse mundum qui asserant, sed semper per Filium, secuti illud, *Omnia per ipsum facta sunt*. Sic ad ordinem magis Orientales spectarunt, et propterea præpositione *per* utuntur, quæ ordinem solum indicare potest. Præsertim cum et præpositio, *ex*, in lingua Græca causam προκαταρκτικήν (hoc est originalem, et a nullo alio vim causandi accipientem atque, ut asserunt theologi, principium originis sine principio) significet. Qualem causam esse Filium, vel mundi, vel Spiritus sancti, non potest dici. Propterea fugiunt in ipso Patres præpositionem *ex* nominare, ne aliquis procatarcticam causam in eo suspicaretur. Et quid ego aio præpositionem, quandoquidem et nomine causæ in Filio et Spiritu, quoad fieri possit, uti recusant? atqui manifeste Filio et Spiritu, causis, vel potius una causa cum Patre, creationis exsistentibus. Et admodum raro invenies ipsos, qui hoc nomine usi sint, propterea quod vereantur, ne originalis causa quibusdam esse videatur; quod sane ipsi nolient. Unam enim originalem causam deitatis et creaturæ Patrem agnoscunt.

Si igitur Latini quidem cum Occidentalibus sanctis, non paucis etiam Orientalibus, ex Patre, Filioque Spiritum sanctum affirmantes, non originalem causam dicunt esse Filium, sed identitatem ipsorum potentiæ declarant, et exprimunt. Damascenus vero, originalem causam negans, quæ illa præpositione *ex* significari solet, ad ordinem magis respexit, et propterea præpositione *per* utitur, ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum concedens, quo modo loquendi ordo Filii ad Patrem declaratur; æqualitatem, seu identitatem ipsorum potentiæ, nec ipse quidem improbans; quonam modo quidem magis consona dicerent; ipse enim ille est, qui de Patre dixit : Ipse igitur est mens Verbi abyssus, Verbi genitor, et per Verbum productor manifestativi Spiritus. Et rursus : Spiritus vero sanctus manifestativa secretæ Deitatis vis Patris, ex Patre per Filium procedit. Quod autem illa præpositione *per* ab isto doctore cæterisque Patribus et Filius cum Patre causa esse per-

A Εἰσὶ δέ τινες τῶν ἁγίων, οἵτινες ἢ πρὸς μόνην τὴν τάξιν ἀπεῖδον, ὡς οἱ πλεῖστοι τῶν Ἀνατολικῶν, ἢ πρὸς μόνην τὴν ἰσότητα ὡς οἱ πλείους τῶν Δυτικῶν. Ὅθεν ὥσπερ οἱ Δυτικοὶ τὴν ἰσότητα καὶ ταυτότητα προτιμήσαντες, τῇ *ἐκ* πανταχοῦ χρῶνται, οὕτως οἱ ἐξ ἑῴας, μεθ' ὧν καὶ ὁ θεῖος Δαμασκηνός, τὴν τάξιν προκρίναντες, τῇ *διὰ* μάλιστα χρῶνται, τὴν *ἐκ* σπανίως προσλαμβάνοντες, οὐκ ἐναντίας λέγοντες ἀλλήλοις, ἀλλ' ἄλλας ἐννοίας δι' ἄλλων καὶ ἄλλων σημαίνοντες λέξεων.

B Ὅθεν καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ κόσμου δημουργίας, καίτοι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ φανερῶς πάντων προηγμένων ὡς καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς, μάλα σπανίως ὅμως εὑρήσεις ἐν τοῖς ἁγίοις, καὶ μάλιστα τοῖς ἀνατολικοῖς, ἐκ τοῦ Υἱοῦ προηγμένον τὸν κόσμον λέγουσιν· ἀλλ' ἀεὶ δι' Υἱοῦ, ἀκολουθοῦσι τὸ, *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο*. Οὕτω πρὸς τὴν τάξιν μᾶλλον ἀπεῖδον οἱ ἐξ ἑῴας, καὶ διὰ τοῦτο τῇ *διὰ* χρῶνται, μὴν τάξιν μόνην δυναμένῃ δηλοῦν· ἄλλως τε καὶ ἡ *ἐκ* ἐπὶ τῆς Ἑλληνικῆς φωνῆς τὴν προκαταρκτικὴν αἰτίαν σημαίνει. Ὁποίαν εἶναι τὸν Υἱὸν, ἢ τοῦ κόσμου αἰτίαν, ἢ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Διὰ τοῦτο φεύγουσιν ἐπ' αὐτοῦ τὴν *ἐκ* ὀνομάσαι οἱ Πατέρες, ἵνα μὴ προκαταρκτικὴ αἰτία ὑποπτευθῇ. Καὶ τί λέγω τὴν *ἐκ*, ὅπου γε καὶ τῷ ὀνόματι τῆς αἰτίας ἐπὶ Υἱοῦ ἢ Πνεύματος χρήσασθαι ὡς ἐνὸν παραιτοῦνται; καίτοι φανερῶς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος αἰτίων ὄντων, ἢ μᾶλλον μιᾶς αἰτίας μετὰ τοῦ Πατρὸς C ὄντων τῆς κτίσεως. Καὶ σπανιώτατα τούτῳ χρωμένους εὕροις ἂν αὐτοὺς τῷ ὀνόματι, διὰ τὸ δεδιέναι, μὴ προκαταρκτικὴ αἰτία νομισθῇ πρός τινων· ὅπερ οὐκ ἂν αὐτοὶ βούλοιντο. Μίαν γὰρ προκαταρκτικὴν θεότητός τε καὶ κτίσεως ἴσασι τὸν Πατέρα αἰτίαν.

D Εἰ οὖν Λατῖνοι μὲν κατὰ τῶν ἐξ Ἑσπέρας ἁγίων, καὶ οὐκ ὀλίγων τῶν ἐξ Ἑῴας, ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγοντες, οὐ προκαταρκτικὴν αἰτίαν φασὶ τὸν Υἱὸν, τῆς δ' αὐτῶν δυνάμεως τὴν ταυτότητα παριστῶσι, Δαμασκηνὸς δὲ τὴν προκαταρκτικὴν αἰτίαν ἀρνούμενος, ἢ διὰ τῆς *ἐκ* σημαίνεσθαι εἰῶθε, πρὸς τὴν τάξιν μᾶλλον ἀπεῖδε· καὶ διὰ τοῦτο τῇ *διὰ* χρῆται διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμολογῶν, δι' οὗ ἡ πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ τάξις δηλοῦται, τὴν ἰσότητα ἢ ταυτότητα τῆς δυνάμεως αὐτῶν οὐδ' αὐτὸς ἀθετῶν· πῶς ἂν μᾶλλον ἀλλήλοις σύμφωνα λέγοιεν; αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ εἰπὼν περὶ τοῦ Πατρός· Αὐτὸς μὲν οὖν ἐστι νοῦς Λόγου ἄβυσσος, Λόγου γεννήτωρ, καὶ διὰ Λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος· καὶ πάλιν· Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἡ ἐκφαντορικὴ τοῦ κρυφίου τῆς θεότητος δύναμις τοῦ Πατρὸς ἐκ Πατρός ἐστι δι' Υἱοῦ ἐκπορευομένη. Ὅτι δὲ διὰ τῆς *διὰ* ὑπό τε τούτου τοῦ διδασκάλου καὶ τῶν ἄλλων Πατέρων καὶ ὁ Υἱὸς μετὰ τοῦ Πατρὸς

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

αἴτιος τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως δείκνυται, ἱκανῶς ἐν τῷ *Περὶ ἑνώσεως* συγγεγραμμένῳ μοι δείκνυται λόγῳ, καὶ μάλιστα τοῦ ἐκπορεύεσθαι ῥήματος προσκειμένου. Ὅ καὶ κατὰ τοὺς ἡμετέρους οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν τοῦ Πνεύματος ὕπαρξιν σημαίνει. Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τὸ ἐκ τῶν Δαμασκηνοῦ προτεινόμενον.

A sonæ Spiritus ostendatur, satis in ea quam de concordia conscripsi, oratione probatur, maximeque verbo ἐκπορεύεσθαι adhibito et adjecto, quod etiam secundum nostrates, nihil aliud quam existentiam Spiritus significat. Hæc igitur ad illud, quod nobis ex scriptis Damasceni objiciunt.

Λύσις πρὸς τὸ τοῦ ἁγίου Διονυσίου.

Πρὸς δέ γε τὸ τοῦ ἁγίου Διονυσίου, ἵνα μᾶλλον καθαρώτερον δειχθῇ μὴ τοῦτον ἔχειν τὸν νοῦν, ὃν οἱ ἡμέτεροι οἴονται, ἀκουστέον πρῶτον τῶν καὶ τὸν Υἱὸν ὁμολογούντων διδασκάλων πηγὴν τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐ χαρισμάτων τινῶν ἀνυποστάτων (τοῦτο γὰρ πολλῷ πρὸς πᾶν ῥητόν τινες χρῆσθαι εἰώθασιν), ἀλλ' αὐτῆς τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως. Πρῶτα μὲν οὖν Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν λόγῳ τὸ ψαλμικὸν ἐκεῖνο, *Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς*, ἐξηγούμενος, Ἤδει γάρ, φησίν, ὁ Πατὴρ δηλονότι, παρ' ἑαυτὸν ἔχων τὸν Υἱὸν τὴν πηγὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Solutio dicti sancti Dionysii.

Ad illud vero sancti Dionysii, ut magis et clarius appareat, non hunc habere sensum, quem nostri arbitrantur, audiendi sunt prius doctores, qui concedunt Filium esse fontem Spiritus sancti; non donorum quorumdam non subsistentium (hoc enim frequenter in omne dictum nonnulli usurpare atque uti soliti sunt), sed ipsius hypostaseos Spiritus. Primum igitur Athanasius, in oratione adversus Arianos, illud psalmi : *Quoniam apud te est fons vitæ*, explanans : Sciebat enim, inquit, Pater scilicet habere apud se Filium, fontem Spiritus sancti.

Πάντως οὖν τὴν ὑπόστασιν ἐνταῦθα δηλοῖ, οὐ χάρισμα ἀνυπόστατον. Ἔχομεν γὰρ ὑπὸ τοῦ μεγάλου Βασιλείου παραδεδομένον κανόνα, ὡς ὅταν ἀκούσωμεν Πνεῦμα ἅγιον μετὰ τῆς προσθήκης τοῦ *ἅγιον*, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν τοῦ Πνεύματος ὑπόστασιν ὀφείλομεν ἐννοεῖν. Ἐνταῦθα οὖν ὁ Υἱὸς πηγὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μετὰ τῆς προσθήκης τοῦ *ἅγιος* εἰρημένος, τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ δηλαδὴ πηγὴ εἴρηται.

Sane quidem hypostasim hic significat, non donum aliquod, subsistentiam non habens. Etenim habemus a Basilio Magno traditam nobis regulam, cum audimus Spiritum sanctum, cum illa appendicula *sanctum*, nihil aliud quam hypostasim Spiritus intelligere debemus. Hic igitur Filius, fons Spiritus sancti, cum accessione *sancti* dictus, nimirum hypostaseos, ipsius fons esse dictus est.

Ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸς ὁ μέγας Βασίλειος, ὁ τοῦτον ἡμῖν παραδεξωκὼς τὸν κανόνα, πηγὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὸν Υἱὸν ὀνομάζει, λέγων οὕτως· Πηγὴ ζωῆς ὁ Υἱός. Φησὶ γὰρ ὁ Δαβὶδ πρὸς τὸν Πατέρα, *Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς*· καὶ πάλιν ἕτερος προφήτης λέγει περὶ τῶν Ἰουδαίων· *Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος*. Ὕδωρ δὲ ζῶν ὀνομάζεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Deinde vero, idem ipse quoque magnus Basilius, qui hanc nobis tradidit regulam, Filium appellat fontem Spiritus sancti, sic dicens : Fons vitæ est Filius; ait enim David ad Patrem : *Quoniam apud te est fons vitæ*. Et rursus alius propheta dicit de Judæis : *Dereliquerunt me fontem aquæ vivæ*; aqua vero viva nominatur Spiritus sanctus.

Καὶ σημείωσαι ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον φησὶ δηλῶν τὴν ὑπόστασιν. Ἡ δ' ὑπόστασις τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου Θεός. Ὁ οὖν Υἱὸς πηγὴ τοῦ Πνεύματος ὢν τοῦ ἁγίου, πηγὴ θεότητός ἐστιν ἀριδήλως. Ὥστε τὸ τοῦ θείου Διονυσίου, Μόνη πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ Πατήρ, λέγοντος, ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἁγίοις οὐκ ἀντίκειται, οὐ γὰρ θέμις ἐννοεῖν ἀντιλέγειν ἀλλήλοις τοὺς διδασκάλους, ἄλλον τινὰ νοῦν παρὰ τὸν τοῖς πολλοῖς φαινόμενον ἔχει· καὶ οὐκ ἀρνούμενος ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ τὴν τοῦ Πνεύματος πηγήν, ταῦτά φησιν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἂν φαίη μετὰ τούτων τῶν διδασκάλων πηγὴν τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱόν, ἤτοι τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως.

Et nota, quod Spiritum sanctum dicat, significans hypostasim et personam : hypostasis autem Spiritus sancti est Deus; Filius igitur, cum sit fons Spiritus sancti, est fons clarissimæ deitatis. Quare dictum sancti Dionysii, affirmantis solum Patrem esse fontem supersubstantialis deitatis, quoniam prædictis sanctis non adversatur (non enim fas est cogitare doctores inter se contrarios esse), alium quempiam habet sensum, præter eum qui multis apparet; et non removens a Filio fontem esse Spiritus, hæc ait : verum et ipse una cum istis doctoribus diceret Filium fontem Spiritus, hoc est ejus hypostaseos.

Τούτων οὖν πρῶτον σεσαφηνισμένων, λέγομεν μετὰ ταῦτα, ὡς οὐ παντελῆ ἐνταῦθα διάκρισιν τῶν θείων τῆς Τριάδος προσώπων τῷ διδασκάλῳ πρόκειται παραδοῦναι. Καὶ δῆλον ὅτι οὐδεμίαν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος διάκρισιν πρὸς ἄλληλα παραδέδωκεν ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ. Οὐ πάντων οὖν τῶν προσώπων ἀπ' ἀλλήλων διάκρισιν, ἀλλὰ τοῦ Πατρὸς πρὸς τὰ ἐξ αὐτοῦ παραδίδωσι μόνον. Τὸν τοίνυν Πατέρα πρὸς

His igitur prius illustratis, deinceps dicimus, non esse propositum huic doctori tradere, hic omni ex parte perfectam et plenam divinarum personarum Trinitatis distinctionem. Indeque perspicuum est quod nullam distinctionem Filii ac Spiritus, inter se in hac oratione tradiderit. Non igitur omnium personarum distinctionem inter se tradit, sed Patrem tantum ab iis qui ab ipso habent esse,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

distinguit. Patrem igitur ad Filii rationem contemplans, hac ex parte tantum, et horum cum tradidisset inter se discrimen, solum Patrem fontem appellat; utpote qui sit fons Filii, Filius vero minime sit fons Patris. Quod autem de Patre tantum ac Filio dicat, etiam ex consequentibus manifestum est. Personæ enim, inquit, supersubstantialis divinæ generationis non reciprocantur. Nomen enim illud, theogonias, hoc est divini ortus, a gignendo et generatione desumptum est. Quæ sane relatio tantum Patri convenit et Filio, cum alter generet, alter gignatur. Hoc vero et ultra progrediens doctor magis planum et manifestum facit: Non existente, inquiens, Patre Filio, neque Filio Patre. Quare cum gignere ac paternitatem tantum Patri attribuisset, eum solum dicit esse fontem deitatis; quasi diceret, Solus ipse est Pater et solus generat: cum neque ipse obtinuerit locum ut gignatur, neque Filius vicissim acceperit locum ut generet: et propterea, personæ supersubstantialis divinæ generationis minime reciprocantur.

Verum enimvero, etsi quis diceret solum Patrem esse fontem supersubstantialis deitatis, quippe solus ipse sit causa et Filii et Spiritus sancti, a vero non aberraret. Solus enim ille est causa et amborum, et solus est fons non ex fonte; cum Filius sit fons quidem, ut sancti asserunt, sed fons ex fonte.

A τὸν Υἱὸν θεωρῶν ἐν τούτῳ τῷ μέρει, καὶ τὴν τούτων παραδιδοὺς ἀπ' ἀλλήλων διάκρισιν, μόνην πηγὴν τὸν Πατέρα φησὶν, ὡς τοῦ μὲν Πατρὸς πηγῆς τοῦ Υἱοῦ ὄντος, τοῦ δ' Υἱοῦ πηγῆς τοῦ Πατρὸς οὐδαμῶς. Καὶ ὅτι περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ φησι μόνου, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐπαγομένου δῆλον. Τὰ γὰρ τῆς ὑπερουσίου θεογονίας, φησὶν, οὐκ ἀντιστρέφει πρὸς ἄλληλα. Τὸ γὰρ τῆς θεογονίας ὄνομα ἀπὸ τοῦ γεννᾷν παρείληπται καὶ τῆς γεννήσεως. Ἥτις δηλαδὴ σχέσις μεταξὺ Πατρὸς ἁρμόζει καὶ Υἱοῦ, τοῦ μὲν γεννῶντος, τοῦ δὲ γεννωμένου. Τοῦτο δὲ καὶ ἔτι προῖων σαφέστερον ποιεῖ ὁ διδάσκαλος. Οὐκ ὄντος, λέγων, Υἱοῦ τοῦ Πατρὸς, οὐδὲ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ. Ὥστε τὸ γεννᾷν καὶ τὴν πατρότητα τῷ Πατρὶ μόνον ἀποδιδοὺς, μόνην αὐτὸν πηγὴν φάσκει θεότητος· ὡς ἂν B εἰ ἔλεγε, Μόνος Πατὴρ καὶ μόνος γεννῶν, μήτε αὐτοῦ τὴν τάξιν τὴν τοῦ γεννᾶσθαι, μήτε τοῦ Υἱοῦ ἀντειληφότος τὴν τοῦ γεννᾷν, καὶ διὰ τοῦτο μὴ ἀντιστρεφόντων τῶν τῆς ὑπερουσίου θεογονίας πρὸς ἄλληλα.

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ εἴ τις μόνην πηγὴν τῆς ὑπερουσίου θεότητος τὸν Πατέρα φάσκει, ὡς μόνον αὐτὸν καὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος αἴτιον, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ἀληθείας. Μόνος γὰρ ἐκεῖνος αἴτιος καὶ ἀμφοῖν, καὶ μόνος πηγὴ οὐκ ἐκ πηγῆς· τοῦ Υἱοῦ πηγῆς μὲν ὄντος, ὡς εἴρηται τοῖς ἁγίοις, ἀλλὰ πηγῆς ἐκ πηγῆς.

Augustinus.

Hujus porro sensus et intelligentiæ etiam beatum Augustinum socium nobis adducere possumus; in quarto enim libro *De Trinitate* ait: Quod autem dicit Dominus: *Quem ego mittam vobis a Patre*, ostendit Spiritum sanctum et Patris esse et Filii. Cum enim etiam dixisset: *Quem mittet Pater, in nomine meo*, addidit. Non tamen dixit, Quem mittet Pater a me, quemadmodum dixit: *Quem ego mittam vobis a Patre;* ostendens scilicet totius divinitatis, vel, si melius dicendum est, deitatis Patrem esse principium.

C

Αὐγουστῖνος.

Ταύτης δὲ τῆς ἐννοίας καὶ τὸν μακάριον Αὐγουστῖνον παραγαγεῖν ἔχομεν ἡμῖν κοινωνοῦντα. Ἐν γὰρ τῷ *Περὶ Τριάδος* δ' φησί· Καὶ ὅπερ δὲ λέγει ὁ Κύριος, *Ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς*, δείκνυσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ τοῦ Πατρὸς ὂν καὶ τοῦ Υἱοῦ. Καὶ γὰρ καὶ εἰπὼν, *Ὃν πέμψει ὁ Πατὴρ, ἐν τῷ ὀνόματί μου*, προσέθηκεν. Οὐ μέντοι εἶπεν, Ὃν πέμψει ὁ Πατὴρ παρ' ἐμοῦ, ὃν τρόπον εἶπεν, *Ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς*, δεικνὺς δηλαδὴ, ὡς ὅλης τῆς θειότητος, ἢ εἰ βέλτιον λέγειν, τῆς θεότητος ὁ Πατὴρ ἐστιν ἀρχή.

Quem alium, quam istum, cui magis credamus, mentis Dionysii quæremus interpretem? cum et iisdem theologiæ insignibus ornatus esset, et Deum D in se loquentem gestaret? Ecce enim, quod ille solum fontem supersubstantialis deitatis dixerat; iste principium totius deitatis dixit; tanquam Pater scilicet sui ipsius neminem causam habeat, ipse vero et Filii et Spiritus causa exsistat, Filius autem et ipse sit causatus, et solius Spiritus sit causa.

Neque vero te rursus hoc nomen totius deitatis offendat, Patrem cum toto conferentem, tanquam Filio Patris causa exsistente. Divinitas enim non dividitur, sed hoc incommodum et vitium ex defectu et imbecillitate nominum provenit, quam, non bene facies, si ad res ipsas transtuleris.

Τούτου τίνα ἀξιοπιστότερον τῆς Διονυσίου διανοίας ζητήσομεν ἐξηγητήν; Τούτου τίς μᾶλλον τὸν ἐκείνου συνῆκε νοῦν τῆς αὐτῆς αὐτῷ θεολογικῆς ἠξιωμένου χάριτος, καὶ Θεὸν φέροντος λαλοῦντα ἐν ἑαυτῷ; Ἰδοὺ γὰρ ὅπερ ἐκεῖνος μόνην πηγὴν τῆς ὑπερουσίου θεότητος εἶπεν, οὗτος ἀρχὴν τῆς ὅλης θεότητος εἴρηκεν· ὡς τοῦ μὲν Πατρὸς δηλονότι, αὐτοῦ μὲν οὐδένα αἴτιον ἔχοντος, αἰτίου δὲ καὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ὄντος· Υἱοῦ δὲ αὐτοῦ τε αἰτιατοῦ ὄντος, καὶ αἰτίου μόνου τοῦ Πνεύματος.

Μὴ πρόσκοπτε δὲ πάλιν ἐνταῦθα τῷ ὀνόματι τῆς ὅλης θεότητος, ἀντιτιθεὶς τῇ ὅλῃ μέρος, ὡς τοῦ Υἱοῦ μέρους ὄντος αἰτίου· θεότης γὰρ οὐ μερίζεται· ἀλλὰ τὸ ἐλάττωμα τῆς τῶν ὀνομάτων ἐστὶν ἀσθενείας ἣν οὐ καλῶς ποιήσεις ἐπὶ τὰ πράγματα μεταφέρων.

At enim, cum multa sint et alia, quibus aliquis

Πολλῶν μὲν οὖν καὶ ἄλλων ὄντων, οἷς ἄν τις

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοῦτο τὸ ῥητὸν ἐξηγούμενος χρήσαιτο, ἀρκέσει ὅμως τὰ εἰρημένα σαφῆ τε ὄντα καὶ ἀναντίῤῥητα. Δεδειγμένου γὰρ τοῦ καὶ τὸν Υἱὸν πηγὴν εἶναι θεότητος, κατὰ τοὺς διδασκάλους, εἴπερ τὸ μὲν Πνεῦμα Θεὸς, τοῦ δὲ Πνεύματος πηγὴ ὁ Υἱὸς, οἷς τὸν ἅγιον Διονύσιον ἐναντία οὐκ ἂν λέγειν, λείπεται τὸ, Μόνη πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ Πατὴρ, καθ' ἕνα τῶν προειρημένων τρόπων ἐκλαμβάνειν, καὶ οὐχ ἑτέρως.

A explanans sententiam Dionysii uti posset, dicta tamen sufficiant, cum et clara sint, et contra quæ nemo dicere queat. Ostenso enim secundum doctores, quibus sanctum Dionysium non esse contrarium ; par est dicere, quod et Filius sit fons deitatis : si quidem Spiritus Deus est, Spiritus sancti vero fons est Filius; superest, ut illud dictum : Solus Pater est fons supersubstantialis deitatis, uno ex prædictis modis, et non aliter accipi debeat.

Ἐπίλογος.

Ἐγὼ μὲν οὖν σοὶ χαριζόμενος, ἀνδρῶν ἄριστε, ὅπερ ἐζήτησας ἤδη τετέλεκα, τῶν τε ἐν τῇ συνόδῳ πεπραγμένων ἐκ μέρους ἀψάμενος, καὶ λόγους ἑκατέρου τῶν ζητημάτων ἀποδεδωκὼς ἐν βραχεῖ, τά τε ἐπαγόμενα ἄτοπα λύσας, καὶ πάντοθεν τὴν ἀλήθειαν τοῦ συμπεράσματος δείξας. Προτετίμηκα δὲ κἀν τῇ φράσει τὸν ὕπτιον καὶ ἀνειμένον τρόπον μᾶλλον τοῦ ἐπηρμένου, ὡς ἂν, ὡς ἐνὸν, τοῖς ἐντυγχάνουσιν πᾶσιν εἴη ὁ λόγος σαφής.

Κἂν ὁπόσον μέν τοί γέ ἐστιν ἡ φράσις ὑπτία, τὸ τῶν νοημάτων καὶ τῆς ὑποκειμένης ὕλης μέγεθος ἀσάφειαν ὅμως οὐ μικρὰν ἐμποιεῖ. Ὅθεν καί σου δέομαι καὶ παντὸς τοῦ προστυγχάνοντος, μετ' ἐπιστασίας τε καὶ ἄνευ προλήψεως καὶ πολλάκις τὰ αὐτὰ ἀναγνῶναι, μὴ ἀποκάμνοντας πρὸς τὴν ἔρευναν. Ἴσως γὰρ ἂν οὐκ ἀνάξιον τοῦ πόνου καρπὸν ἀπενέγκησθε, ὠφεληθέντες ἃ ὠφεληθῆναι ἀνάγκη. Πρὸ δὲ πάντων τὰς τῶν ἁγίων καὶ διδασκάλων τῶν ἐξ Ἑσπέρας, ἃς σοι μετὰ ταυτωνὶ πέπομφα ῥήσεις, μετ' ἐπιστασίας ἀναγινώσκοντες, ἐκ τούτων τὴν τοῦ προβλήματος συλλέξασθε σαφεστάτην ἀλήθειαν · εἴ τις μὴ πρὸς ἀλήθειαν, ἀλλὰ πρὸς ἔριν βλέπων ἐνστάσεις τινὰς ἢ τῷ ἐμῷ λόγῳ, ἢ τῷ συμπεράσματι Λατίνων ἐπάγει, τούτων καταγελῶντες, καὶ διὰ τῶν ῥητῶν τῶν ἁγίων ῥᾷστα αὐτοὺς ἐντρέποντες. Δῆλον γὰρ ὡς ἅπας λόγος τούτοις ἐναντιούμενος ἀποδοκιμαστέος, ὡς τῇ ἀληθείᾳ ἐναντιούμενος, εἴπερ τὴν ἀλήθειαν οἱ Πατέρες ἐλάλησαν.

Epilogus.

Ego itaque tibi morem gerens, vir optime, quod petivisti jam perfeci, cum et res gestas in synodo ex parte attigerim, ac rationes utriusque quæsiti breviter reddiderim, absurdaque illata dissolverim, atque undique veritatem conclusionis ostenderim. Pluris vero æstimavi etiam in phrasi et elocutione modum planum et remissum, magis quam elatum ; ut quoad ejus fieri posset, omnibus qui legerint, oratio sit clara et facilis.

Quantumvis vero sit elocutio plana, sententiarum tamen ac subjectæ materiæ magnitudo non parvam obscuritatem efficit. Unde etiam te rogo, et quemvis alium, qui in hæc scripta inciderit, ut cum animadversione ac sine præjudicio anticipatæ opinionis, et sæpe eadem legatis, sine defatigatione, verum investigantes. Forte enim non indignos vestro labore fructus feretis, utilitatem percipientes ex iis rebus, ex quibus emolumentum consequi vobis necesse est. Ante omnia vero, auctoritates sanctorum atque doctorum Occidentalium, quas tibi una cum istis mitto, accurate ac diligenter legentes, ex his hujus quæstionis clarissimam veritatem colligite, et eos, si qui sunt, qui contentionis cupidiores quam veritatis objecta quædam vel meæ orationi, vel conclusioni Latinorum inferant, irridete, dictisque sanctorum facile eos confutate. Clarum enim est, quod quævis ratio, quæ his adversatur, reprobanda est, quippe quæ veritati repugnet, siquidem veritatem Patres locuti sunt.

Σὺ δέ μοι πρὸς ταῖς τῶν Δυτικῶν ῥήσεσι καί τινα; τῶν ἐξ Ἑῴας ἐκτεθειμένας σοι ῥήσεις ἀφ' ἡμῶν δέχου, ὡς καὶ αὐτοὺς γνῷς ταυτὰ λέγοντας τοῖς ἀπὸ δυσμῶν Πατράσι, καὶ μὴ μόνον ἐννοίᾳ, ἀλλὰ καὶ ῥήμασι συμφωνοῦντας.

Tu vero præter auctoritates Occidentalium, quasdam etiam Orientalium tibi expositas, a nobis accipe, ut et ipsos eadem dicentes cum Patribus Occidentalibus, ac non solum intelligentia, verum etiam verbis consentientes agnoscas (1).

(1) Hic, pie Lector, desiderantur sanctorum Patrum, tam Græcorum quam Latinorum, nonnullæ sententiæ, quæ huc spectant et præsens dogma satis luculenter probant; quasque Bessarion collegerat, et una cum isto libello clarissimo viro Alexio miserat. Eas nos partim posuimus post Inscriptiones Vecci, nimirum Patrum Orientalium, partim postponemus *infra* in hoc eodem libro, eas, inquam, quæ sunt B. Augustini Ecclesiæ tanti doctoris, quamvis non omnes ; omissis interim reliquorum Patrum Latinorum sententiis (*a*). Cum enim permulti doctissimi viri hac nostra ætate ac superioribus sæculis de controversiis sine controversia egregie scripserint, et ex monumentis divinorum doctorum atque sacrorum conciliorum eas collegerint, sane quidem eas licebit, in eorum libros congestas, otiose quærere ac percurrere.

(*a*) Quoad Patres Orientales, vide in tomo CXLI, post Inscriptiones Becci, et inter Occidentales Augustinum lib. XV *De Trinitate*, cap. 17, 18, 19, et *in Joann.* tract. 94, 95, 96, 99, 100. Edit. Patr.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

BESSARIONIS

PATRIARCHÆ CPOLITANI, EPISCOPI TUSCULANI, S. R. E. CARD. NICÆNI,

DE SUCCESSU SYNODI FLORENTINÆ, ET DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI, PRIMUM GRÆCE EDITUS LIBER, DEINDE AB EODEM LATINIS LITTERIS DONATUS.

—

Bessarion cardinalis Nicænus, magn. et clementiss. viro Alexio Lascari Philanthropino S. D.

Tu quidem non humanis solum rebus, verum etiam divinis summopere studens, meditationeque Scripturarum teipsum oblectans non cessas, et ipse per te fidei veritatem inquirere, et nos adhortari, ut pro posse opem tibi feramus ad eam investigandam atque inveniendam. Ego vero cum pigritia quadam, tum vel maxime quia libenter similes labores deposui, propterea quod sæpius de hac re sermonem habui cum nostris hominibus, qui pluris suam superstitionem et ignorantiam faciunt, quam veritatem : invitus hoc rursus subeo certamen, quanquam ad te scripturus, qui sapientia et humilitate ornatus non magis tentandi, quam veri investigandi gratia, hæc a me petis. Ipsam item auctoritatem sacri concilii simpliciter satis esse puto ad persuadendum quemquam, et inducendum ad ejus conclusionem humili corde capessendam, atque credendam sine quacunque contradictione vel ambiguitate. Cum tot hominum conventum, qui sapientia, scientia et omni virtute præditi fuerunt, quorum in medio adfuisse Spiritum sanctum ut credamus necesse est, veritatem latuisse minime credendum sit. Præterea memini longam ad te alias dedisse Epistolam, omniaque satis tetigisse quæ nunc quæris, et ipsam etenim quæstionem per se ipsam probavi, quod scilicet Spiritus sanctus a Patre Filioque procedit, et quæ videbantur sequi inconvenientia solvi, et de aliis omnibus quæ tunc etiam petiisti, reddidi rationem; ita ut non sit opus pluribus verbis præsertim tibi, qui tantam in hujuscemodi habes experientiam, ut parvis etiam principiis habitis multa magnaque possis ex teipso percipere. Cum vero aliquid plus a nobis expostules non propter teipsum fortassis, cum ipse idem nobiscum sapias, sed propter contentiosos et veritatis adversarios nos cum quia parati ad satisfactionem esse debemus omni poscenti nos rationem de ea quæ in nobis est fide secundum Apostolum, tum ut amicitiæ nostræ satisfaciamus. Spe etiam ducti aliquorum utilitatis, qui hæc legent, morem tibi gerere proposuimus. Primis itaque auctoritates sanctorum Patrum et doctorum Occidentalium tibi mittimus, quibus apertissime ex Patre et Filio Spiritum sanctum procedere affirmant : et Patrem, et Filium sui ipsius habere principium, et ambos unum ejus esse principium. Quæ cum plurimæ sint, et cunctis eorum in libris sparsæ paucas nos tibi modo mittimus, quibus tamen similes alias etiam omnes esse scias. Deinde quemdam nostrum sermonem, cui Dogmaticum, aut De unione titulum imposuimus, tibi mittendum judicavimus, quem paulo ante sacram unionem, tanquam ultimam meæ opinionis atque sententiæ declarationem edidimus, quemque mitissimo nostro imperatori, et patriarchæ reverendissimo omnibus nostris præsentibus legendum dedi, cum inter nos ultimatim consideraremus quid faciendum esset, et sententias aliorum de re unionis scrutaremur. In quo ex ipsismet Orientalibus Patribus, et doctoribus nostris omissis omnino Occidentalibus pro posse quæstionem propositam declaravi atque probavi, quem tanquam, et tibi potissimum, et si quis alius sine contentione audiet et perleget, maxime profuturum tuæ nobilitati mitto, clementissime ac splendidissime vir. Cum vero in iis nihil laboris ad præsens adhibuerimus (jam enim erant edita), tuo autem amore nunc quoque aliquid lucubrationis proposuerimus suscipere, ultra hæc etiam aliquid plus tui gratia tibi scribemus. Quare quam breviter omnem sacri concilii processum unionisque sacra modo tibi narrabo, ac aliquas rationes, quibus dogma propositum probabitur, afferam, et sic finem imponam. Sed antequam de iis dicam, parvum quiddam non tamen parvi imo vero maximi existimandum iis procœmiis addam; supplebo quod prædicto sermone dogmatico deest, verborum multitudine futura utilitate compensans. In illo itaque dogmatico sermone ex Orientalibus duntaxat doctoribus volens hujus quæstionis veritatem probare unam quamdam auctoritatem B. Basilii, quæ sola omnibus aliis quod propositum ostendendum antecellit, omisi, propterea quod ab aliquibus dubitabatur an esset B. Basilii. Non quia ego quoque aliquid dubii de ea habuerim, minime, sed quia apud alios dubitabatur, nolui dubio uti. Hæc autem est qua in tertio contra Eunomium suorum librorum beatus ille usus est. Cur enim necesse est (inquit), si ordine

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ac dignitate tertius est Spiritus, natura quoque ipsum tertium esse? Dignitate namque ipsum secundum esse a Filio, cum ab ipso esse habeat, et ab ipso accipiat, et annuntiet nobis, et omnino ab illa causa dependeat, pietatis ratio tradit : *Capitur causa pro principio, causatum vero pro eo, quod a principio est, et non ut causa, et causatum limitationem important prout Latini accipiunt cum talia removent a divinis, veluti imperfectionem sonantia. Dependere quoque sumitur pro accipiendo esse, et non ut notat essentialem distinctionem prout Latini accipiunt, cum aiunt nullam in Deo dependentiam ponendam propter divinæ essentiæ unitatem summam.* Hoc igitur omisimus in dogmatico nostro sermone ponere. Ita vero ego certe teneo S. Basilii hanc esse auctoritatem, quemadmodum et alios ejus contra Eunomium libros, quibus autem rationibus tu quoque audias. Cum in hac synodo nostra sex inter nos volumina hujus operis contra Eunomium haberemus quatuor in membranis antiquissima, quorum tria quidem Mitylenensis archiepiscopi erant. Quartum Latinorum, duo vera in Papyro, quorum unum serenissimi erat imperatoris, aliud reverendissimi patriarchæ, quod a monasterio Xanthopulorum commodo accipiens secum portaverat. Quorum, inquam, sex voluminum quinque ita habebant hanc auctoritatem, uti ego nunc allegavi. Videlicet qui ab ipso, hoc est, Filio habeat esse Spiritus, et ab eo tanquam a causa dependeat. Unum vero duntaxat, quod videlicet apud patriarcham erat, hac auctoritate carebat, in quibusdam partibus ejus diminutum, in quibusdam superabundans, prout corruptoris, quicunque ille fuerit mens et manus voluit, demum post celebratum sacrum concilium, et nostrum ad urbem Constantinopolitanam reditum, cum proposuissemus omnes illorum sacrorum locorum bibliothecas tum hujus libri sancti Basilii, tum aliorum gratia inquirere, quæcunque nova volumina reperi post hanc contentionem scripta omnia... prædicta auctoritate reperi. Quæcunque vero antiquiora erant, et antequam hoc bellum oriretur, scripta hæc vero sana et integra cum auctoritate prædicta manent, quæ non pauciora sunt, quam illa quæ passa fuerant corruptionem. In quibus etiam aliquid reperi, quod et plangendum simul, et mirandum est. Mirandum quidem, si quis volens adhæret falso ipse illud fingens, et præsertim veritatem celando, cum intellectus naturaliter veritatem habeat pro objecto : plangendum vero, quod aliqui sint ita fidei veritatem parvifacientes, sine qua est impossibile hominem salvum fieri, ut non solum ejus investigationem contemnant, verum etiam cum clare appareat eam celare, opprimere atque pervertere conentur. Hoc autem tale quid erat una cum aliis duos etiam quosdam libros sancti Basilii offendi apud monasterium Christi Salvatoris Pantepopti, unum in pergameno antiquissimum, ut videbatur, quanti vero *temporis* ignoro, non enim erat annus inscriptus : aliud in papyro ante ccc annos scriptum : erat enim in fine tempus notatum, ex quo certe habetur tantum temporis præteriisse ab ejus initio : et libri adhuc exstant, nisi postquam eos publicaverint, e medio sublati fuerunt ab illis, qui omnia contra suam ipsorum salutem machinantur : hæc ambo uti nos allegavimus habebant sancti doctores auctoritatem inscriptam. Quidam autem animi audax audacioris etiam manus, a membranis quidem ferro veritatem delevit, quanquam nihil ei temeritas profuit, cum et locus vacuus manens, et syllabarum medietates adhuc exsistentes, et illius audaciam accusent, et veritatem nihilominus ostendant. In papyreo vero volumine atramento perfuso totam illam partem operuit, quæ dicitur ab eo tanquam a causa dependere. At post aliquot annos, cum hic liber in manus incidisset illius sapientissimi viri Demetrii Cydonii, auctoritas prædicta reintegrata est. Ille enim eam propria manu in margine illius libri ascripsit, et audaciam corruptoris digne reprehendit : in tantam insaniam, tenebras et ignorantiam nostros homines pepulit eorum contentio. Deinde dicere audent, quod Latini, nostrorumque Veccus, et alii, qui Latinos secuti fuerunt, libros corruperint, præsertim cum auctoritas hæc tantum ornatum, tantam gratiam et eloquentiam Atticam præseferat, ut non modo Latinos aliquid simile cum tanta gratia in lingua peregrina et Græca non posse componere : sed neque Græcos quidem præter ipsum Basilium. Latinis etenim lingua propria generaque dicendi a nostris diversa impedimento sunt, ne aliquid ita ornate in nostra lingua conscribant : quemadmodum etiam nostris impossibile est aliquid æquali gratia et ornatu, atque Latini in lingua Latina scribere, quantumcunque vel Græci in Latina, vel Latini in Græca lingua profecerint. Cujus rei tum ego, tum alii de nostris digni sumus testes, qui Latinam utcunque mediocriter intelligimus linguam, nil tamen quod ornatum Latineque compositum sit, scribere possum. Clare itaque patet qui modos dicendi, stylum, eloquentiam, et alia indicare sciunt ipsius Basilii, et ejus limatæ linguæ hanc auctoritatem, et nullius alterius esse. Præterea cum Veccus paucis ante annis fuerit, libri vero multo eo antiquiores sint, falsam hanc accusationem, et vanum refugium probant. Item hoc idem aliunde probatur. Vir quidam apud Latinos maximæ reputationis, Hugon nomine antiquus, et longe ante tempora nostra, præteriti sunt namque fere ccc anni, ex quo fuit, cum de processione Spiritus sancti scriberet : hanc etiam auctoritatem sancti Basilii ad hanc conclusionem probandam inducit. Hoc autem non Latine scriptum videns dico, verum Græce apud Constantinopolim in quodam libro Græco, non ipsius Hugonis, sed cujusdam Nicetæ archiepiscopi Thessalonicensis, qui ipsi Hugoni contradicit, quanquam ipse Thessalonicensis idem cum Latinis sapiebat. Quod enim Spiritus sanctus ex Patre Filioque procederet,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

credebat, contendebat vero, ut vulgo dicitur, de umbra asini, neque ipsum verum asserens licere Symbolo addi, rem magnæ profecto devotionis et sapientiæ, ac si diceret non oportere veritatem publice prædicare. Hæc autem longius narravi, volens probare fuisse quidem corruptionem in libris, verum non a Latinis et illorum sequacibus, sed e contra a contendentibus cum Latinis : corruptionemque non per additionem solum, sed interdum per minutionem factam fuisse. Ita ut nullus amplius possit Veccum et similes causare, cum libri multo antequam fuerit Veccus veritatem clare probarent. Et hæc quidem a tempore ita indubia et vera sunt signa ; ab ipso etiam genere dicendi suavissimo et ornatissimo stylo patet nullius alterius quam Basilii debere credi istam auctoritatem esse. Attamen ab ipsa etiam sententia, et sequentium ad præcedentia connexu id ipsum clare patebit ; si quis attente consideret. Cum Eunomius ex eo quod Spiritus sanctus tertius ordine dignitateque diceretur a quibusdam doctoribus, tertium etiam cum natura colligeret, sanctus Basilius conclusionem hanc ægre ferens, media tamen non negat, quod scilicet Spiritus sanctus tertius esset dignitate et ordine ; nam et si contra Eunomium clamans, ait, qui vero ii sancti fuerint, et in quibus eorum sermonibus hoc docuerint, dicere non audet : non ideo hoc dicit, quia negant Spiritum sanctum tertium ordine esse, vel dici a sanctis, quemadmodum nostri recte putant (sic enim sibi ipsi etiam et veritati contraria diceret), sed illius temeritatem ægre ferens, et conclusionem hanc repellens, quod scilicet Spiritus sanctus tertius etiam esset natura, exclamavit dicens; qui vero ii sancti fuerint, et in quibus eorum sermonibus hoc docuerint, dicere non audet ; non quia non fuerint qui hoc dixerunt, sed quia si eorum auctoritatem expresse allegasset, manifeste apparuisset non potuisse hanc absurdam sequi conclusionem ex dictis eorum. Scimus etenim quod ex uno etiam vocabulo, vel dictione ablata, superaddita vel proposita, tota intentio atque sententia scriptoris mutatur ; et e converso cum fideliter allegatur, clare mens ejus probatur, ita ut non liceat malignantibus conclusionem inferre, quæ præcedentibus non conveniat. Quare si Eunomius etiam allegasset auctoritatem sanctorum, non licuisset ei concludere quod concluserat ; nam et si tertium esse Spiritum sanctum doctores concedunt, tertium tamen eum esse natura negant expresse, quare malignitatem ejus detestans infert ; fuitne unquam ita temerarius aliquis, qui divina dogmata perverteret, atque innovaret : et patet quod novitatem hic nominat tertium esse natura Spiritum sanctum, non autem ordine et dignitate. Nempe enim seipsum appellasset novarum rerum auctorem, et sibi ipsi contraria diceret. Ipse enim est qui præcipue nobis credere tradidit Spiritum sanctum tertium esse ordine et dignitate, et hanc aream catenam ordinis nos docuit. In iis enim contra Eunomium sermonibus suis, dignitate namque ait secundum esse a Filio, videlicet Spiritum sanctum cum ab ipso esse habeat, et ab ipso accipiat, et annuntiet nobis, et omnino ab illa causa dependeat, pietatis ratio tradit. Hujus enim auctoritatis, etsi non totam, partem tamen admittunt nostri, cætera abscindentes, ac ita eam allegantes ; dignitate etenim secundus esse a Filio tradit fortasse ratio pietatis, addentes fortassis ut orationem dubiam reddant ; quæ dubietas omnino aliena a mente sancti Basilii per nos probabitur. Hæc enim non per impossibile sanctus ille doctor infert, quemadmodum aliquibus ignoranter visum est, scilicet ut veram sanctæ Scripturæ, suamque opinionem exponens considerat, quod sequens est tertium ordine clare ponens Spiritum esse ; tertium vero natura tanquam impium repellens. Audi etenim quæ ad ejusdem probationem dicit : Quemadmodum enim, inquit, Filius ordine quidem a Patre secundus est, quoniam ab illo : et dignitate, quoniam origo ; et causa essendi ei, cum ejus Pater sit ; natura vero nullo modo secundus, quoniam in utroque una est Deitas : ita videlicet et si dignitate et ordine secundus a Filio est, non tamen alienæ ipsum naturæ esse inde consequetur. His etiam verbis aliqui addiderunt, quanquam concedendum non sit : quo nihil magis contrarium est intentioni B. Basilii, qui in Epistola ad canonicas, Clarissime Spiritus sanctus, inquit, Patri quidem et Filio connumeratur, cum supra omnem creaturam sit ; ordine vero tertius est, ut Evangelia nos docent, Domino dicente : *Euntes in universum mundum baptizate in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti :* qui autem eum præponit Filio, aut superiorem Patre dicit, hic contradicit Dei traditioni, alienus vero a sana fide est, quam accepit, laudationis formam non servans ; et post pauca : Quare si quis hunc ordinem pervertit, ipsam personarum exsistentiam totamque fidem negat. Si igitur hæc verba hæsitantis et dubitantis circa ordinem sint, et ejus, qui suam sententiam sub dubiis, et cum fortassis, et quanquam concedendum non sit proferat, tuum sit judicium, et aliorum, qui recti judices sunt, et aliquatenus intelligant vim rationum, et dogmatum veritatem. Deinde non pudet eos tantæ contrarietatis sanctum doctorem accusare, imo vero ignorantiæ, si modo quidem tertium ut non liceret absque crimine impietatis, et totius fidei perversionem hunc ordinem mutare, modo fortassis eum esse secundum a Filio dicat, et alia hujuscemodi. Ego vero teste Deo vicem eorum qui hæc autumant doleo et pro eis me pudet. Si vero ipsi non sentiunt, mirum est profecto. Quod autem omnem eorum impudentiam enervat, hoc est, quod in his contra Eunomium rationibus suis post multa concludens hic doctor infert : Ita et Spiritus sanctus dignitate quidem et ordine secundus post Filium est ; accepimus enim eum tertium a Patre et Filio nume-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ratum ipso Domino in traditione baptismatis salutans hunc ordinem docente cum dixerit : *Euntes baptizate*, etc. Animadverte igitur quod quibus argumentis in Epistola ad canonicas ordinem in Trinitate probat salutaris, scilicet baptismatis traditione, eisdem etiam hic eumdem ordinem demonstrat ; at in Epistola ad canonicas tanta cum certitudine hunc asserit ordinem, ut eum qui aliter diceret, impium assereret. Quo igitur modo hic, ubi eisdem argumentis utitur, cum hæsitatione et dubitatione loqueretur ? verum hæc pravorum hominum, et impiorum, non illius sanctissimi viri sunt. Nulli itaque dubitandum est sancti Patris nostri Basilii hanc esse auctoritatem, Spiritum, scilicet sanctum, ordine et dignitate secundum a Filio esse, ipsumque esse habere ab eo, et ab eo tanquam a causa dependere. Quod cum ita sit, quis amplius aliquid alius quærit ? Nonne solus Basilius sufficiens est omnem nos docere veritatem? Nonne tantum et humanæ et divinæ sapientiæ participavit, ut etiam solus sufficiens sit toti causæ doctor ac magister ? Et quanquam hæc veritas, quod Spiritus sanctus videlicet etiam ex Filio procedit, ex iis etiam nudis hujus doctoris verbis manifeste appareat : non tamen ab re esse judicavi ipsius ejus verbis præsuppositis syllogismum quemdam ad eam veritatem probandam inferre. Dicit igitur Filium secundum a Patre ordine et dignitate ; hoc autem nostri etiam concedunt, sed animadverte quonam modo secundus a Patre sit Filius ordine et dignitate : idem enim infert, propterea quod ab eo est, et quia principium et causa ejus est Pater. Quare quod in divinis personis secundum ordine et dignitate ab aliquo est, ideo secundum ab illo est, quia est ab illo. Hæc vero in naturalibus etiam rebus manifestum est. Omne enim quod ab aliquo natura secundum est, etiam ab eo est : si quis dicat calorem produci a sole prius radium, non tamen calorem produci a radio, quanquam sit natura secundus post radium, respondetur, in creaturis quidem, quod natura secundum alterius ab eo esse, vel tanquam a causa effectiva, vel tanquam a causa, sine qua non, ut in exemplo producto ; in Deo cum non prius tempore procedat a Patre Filius, quam Spiritus, si Spiritus est natura secundus Filio, oportet quod ab eo sit tanquam a causa effectiva : sumimus autem hic, et in toto hoc opere causam pro producente more doctorum Græcorum. At Spiritum quoque sanctum ordine et dignitate secundum a Filio idem ait ; quod autem non quasi dubitans, ut quidem somniant, imo vero certo tenens in epistola ad canonicas clare videtur. Ex iis igitur tale sit argumentum. Omne, quod in divinis personis alio secundum est, ab eo est : Spiritus vero sanctus secundus a Filio est : igitur a Filio est. Quod si volueris magis generaliter argumentari, in hunc modum tibi dicendum est : Omne, quod ab natura secundum aliquo est, ab eo est. Spiritus vero natura secundus est a Filio, dignitate et ordine : igitur Spiritus ex Filio est. Quod autem Spiritus natura est ordine secundus a Filio, patet, nihil enim est in sancta Trinitate præter naturam, neque per accidens ; et cave ne te scandalizet hæc dictio, natura, cum Spiritum natura secundum a Filio audias. Non enim secundum naturam secundum illum dicimus, ut alterius naturæ illum esse ostendamus, prout Eunomius faciebat ; sed naturæ dicimus excludentes accidens, et quod præter naturam est. Hoc autem sanctus quoque Athanasius testatur ; qualem ordinem et naturam habet Filius ad Patrem, talem ordinem et naturam Spiritum quoque sanctum ad Filium habere docens. Duo enim hæc per hanc auctoritatem probantur, et quod tertius a Patre Spiritus sanctus est ordine, et secundus a Filio, quodque natura est hic ordo. Sed hæc quidem ex auctoritatibus sancti Basilii luce clarius probata sunt, quæ longo sermone data opera exposui ; cum non parva nos inde sequatur utilitas, imo vero totum hæc sola verba possint. Siquidem solus Basilius sufficiens est ad docendum nos fidei veritatem. Jam vero ad promissa me transferam, et omnem tibi processum sacri concilii breviter narrabo ; deinde aliquas demonstrationes hujus veritatis in medium afferam, et sic finem faciam.

Narratio eorum quæ in concilio facta fuerunt.

Illa igitur, de quibus Ferrariæ, ubi ut notum vobis est, primo appulimus, ante inchoationem concilii privatim disputavimus, tanquam non necessaria omittam, cum etiam nobis illa terendi temporis gratia potius, et illos exspectandi, qui venturi erant ad concilium, proposita fuerint, quam quod necessaria essent. Tempore vero adveniente visum est nostris in duas partes propositam quæstionem dividere : unam, quod nec ipsam etiam veritatem liceret addere Symbolo Patrum : alteram, quod nec sit verum Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere. Et cum hoc placuisset, demum quærebatur quonam incipiendum esset, et communi aliorum sententia visum fuit inde incipere : quod nihil sit addendum Symbolo, quanquam ipse manifeste contradicebam. Aiebam enim aut probabilius hoc altero esse, aut e contra : et siquidem minus probabile esset, non decere a debilioribus incipere, ita ut victos et profligatos nos in primo certamine deterritos : deinde secundum subire, ne fortassis isthæc profligatio etiam ut secundam partem perderemus causa fieret. Quod si probabiliorem illam partem putaremus, oportere eam posteriorem servare. Si enim in prima quæstione vinceremus, etiam secundam fortiori animo aggrederemur ; quod si primam perderemus, illam videlicet, quæ Spiritum sanctum etiam a Filio procedere ponit, tunc saltem in secunda vinceremus ; neque ipsam veritatem licere addere ostendentes. Præterea cum in natura etiam quod fieri per pauciora potest, non fit per plura : frustra enim esset, frustra vero nec Deus, nec natura facit ; illud proponendum dicebam et de illo primum disputandum, post quod

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

alteri non relinquitur locus. Si igitur ipsum dogma falsum esse probaremus, illud addere non licere manifestum esset, nec probandum esset, non licere illud addere. Quare uno certamine totum perficiemus, aiebam, si incipiemus a dogmate, etiam illud falsum esse probare poterimus. Quod autem nec ipsam veritatem liceret addere probato, restabit adhuc ipsum dogma verumne an falsum sit probare. Hæc autem cum dicens persuadere nostris non potuissem, scilicet de illo primo vellent omnino disputare ; propterea quod putabant hanc probabiliorem partem, volens eos dehortari : dixi in contrarium quatuor rationes duntaxat præsente sapientissimo imperatore nostro, quas Latini etiam postea adduxerunt, quasque inter rationes per Latinos inductas audies; quibus probabam et hujus rei falsitatem, et quod ridiculum sit putare veritatem non licere addere : quas et si nullus præsentium solvere potuerit, quod tamen volebant, hoc statuerunt, et ego sequebar, dicere quidem quæ expedirent nationi, et honori ejus, putans me debere Deo et ipsi nationi, deinde vero majorem partem sequi et una cum eis certamen subire. Sequebatur etiam serenissimus imperator, licet ei non placeret hoc consilium, veritus tamen ne quis ignorantium eum putaret vim aliquam eis inferre. Incepimus igitur cum Latinis disputare, probare volentes nihil, nec ipsam veritatem licere Symbolo Patrum addere ; tota vero vis nostra in decretis sanctorum et œcumenicorum conciliorum consistebat, in quibus circa finem aiunt, non licere præter hæc aliam fidem conscribere, aut sapere, aut docere, et cætera hujuscemodi. Quando ridiculosum quid, et magni vituperii dignum passa fuisset tota natio, et nos omnes per prudentiam boni Ephesini, nisi ego sentiens impedivissem. Una enim cum decretis Patrum illud quoque Apostoli ad Galatas allegare volebat, dicentis : *Si quis vobis aliud præter quam tradidi vobis evangelizatus fuerit, anathema sit.* Item sancti Dionysii Areopagitæ de divinis nominibus auctoritatem dicentis, Omnino itaque nihil est audendum, vel dicere, vel cogitare præter illa quæ divinitus e sacris oraculis nobis tradita sunt. Volebat itaque per ista etiam probare non licere nec ipsam etiam veritatem addere Symbolo. Hoc autem quantam nobis derisionem fecisset, et quod in ipso ingressu convincti et profligati fuissemus, hinc senties. Tota ratio nostra, qua credebamus hanc rem posse probari, in dictis tertii œcumenici concilii Ephesini consistebat; cum asseveraremus illam primam in fine sui decreti hanc inhibitionem de quacunque videlicet additione edidisse. Nam etsi non sit verum talem inhibitionem illud concilium fecisse, qui tamen contendere volunt, possunt aliquid adjumenti hinc habere propter æquivocationem et ambiguitatem verborum. Causa vero cur tertium concilium primum hanc inhibitionem fecisse dicimus, est primo, quod Acta primi concilii nusquam reperiuntur; secundo cum scire-

A mus secundum œcumenicum concilium Symbolum Nicænum in plurimis mutasse partim auferendo, partim addendo, non licebat dicere ante secundum concilium hanc inhibitionem factam fuisse ; ipsos etenim sanctos Patres secundi concilii anathematis reos fecissemus, qui partim addiderunt, partim diminuerunt Nicæno Symbolo. His igitur ita declaratis, considera quæ ex iis quæ Ephesinus propositurus erat, inconvenientia sequebantur. Cum enim sanctus Apostolus, beatus quoque Dionysius multo ante non solum secundam, sed etiam primam synodum fuerint, si eæ auctoritates ipsam etiam veritatem inhibent, ne quis eam vel doceat, vel addat Symbolo sub anathemate, et secundi concilii Patres essent, qui tot additionibus et minutionibus B Nicæni concilii Symbolum alterarunt, et ipsi Nicæni concilii Patres, qui quo ante eos Ecclesiæ utebatur Symbolum plerisque in partibus ejus mutarunt. Si autem hæc opinio nec cogitanda quidem tanquam impia sit, patet, quod illa inhibuit, et Apostolus, et Dionysius docere, sapere, evangelizare, et cogitare quæ falsa fideique catholicæ contraria sunt ; quod si falsa inhibet, nos autem eorum auctoritates tanquam æqui valentes decretis conciliorum producebamus, patet, quod etiam decreta Patrum falsa inhibent ne Symbolo addantur, non autem quæ vera sunt. Itaque in ipso primo congressu et primo die convicti et profligati fuissemus. Cum autem hæc ego sensissem, rationibus prædictis vix ei C persuasi, ut illas auctoritates non proponeret. Ex iis itaque licet illius hominis, et ingenii ejus subtilitatem judicare, et quale ei judicium in sublimioribus sit, si hæc res eum tam manifesta latebat. Hæc autem dico non ejus reprehendendi causa, longe enim ab hoc absum, sed ut auditores admoneam ut sibi ab ejus sermonibus caveant. Discutientes igitur hanc quæstionem, et de ea publice cum Latinis disputantes, dum in principiis et circa procœmia essemus, nos videbamur superare : nondum enim aliquid dignum quod ad propositam rem faceret, dictum a Latinis fuit. Quando (etsi absque arrogantia dictum) potiores ad hanc rem ex parte nostra productæ rationes a me et inventæ, et dictæ fuerunt, testes sunt qui adfuerunt. Cum autem succes- D cerit in sermone optimus ille vir Julianus S. R. E. cardinalis sancti Angeli dignissimus, multa et quidem potissima in medium adduxit, quibus propositam quæstionem ita clare et sufficienter probavit, demonstrando licere veritatem semper addere fidei Symbolo, præsertim cum necessitas cogat, et auctoritas summi pontificis accedat, ut nihil nos, quanquam diu multumque cogitaverimus, contradicere potuerimus. Quæ cum multa fuerint, illa tamen, quæ memoria teneo, hic exponam, ut etiam hujus rei veritatem intelligas. Sed ante hæc summam nostratum rationum, et potissimam audi ; in fine decretorum cujuslibet sacri œcumenici concilii a tertio inchoando de verbo ad verbum sic habetur : His lectis determinat sancta synodus,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nulli licere aliam fidem proferre, aut componere, aut sapere, aut docere aliter. Qui vero hoc audeant facere, clerici priventur, laici anathematizentur. Hujus sententiæ et horum fere verborum omnes aliæ inhibitiones sunt. Iis nos auctoritatibus tanquam irrefragabilibus nitebamur, dicentes nec ipsam veritatem licere addere, cum ex dictis sanctorum inhibitum sit, nec liceat. Contra nostram positionem inter multas rationes ex parte Latinorum introductas hæc quoque fuerunt.

Rationes Latinorum, quibus probatur quod licet veritatem addere Symbolo.

Quodlibet concilium non solum proferre aliam fidem inhibet, sed et componere. Si igitur per hoc quod dicit, aliam fidem, intelligit aliis verbis, eidem tamen sententiæ compositam fidem seu Symbolum, accidet quod omnes quidem Symbolum diversis quidem verbis, sententia tamen eadem, composuerunt, quod quia omnes doctores sancti, qui fidem catholicam profitentur, fecerunt, sub anathemate erunt. At hoc non solum falsum, sed etiam blasphemia est dicere. Igitur non prohibetur aliis verbis consonis veritati eamdem exponere fidem, sed contrariam et diversam componere, hoc prohibitum est. Item quartum concilium ipsum etiam sapere, et docere aliter, anathemati subjicit. Si igitur sapere, vel docere vocabulis quidem diversis, consonis tamen veritati prohibet, sub anathemate sunt omnes, qui fidem orthodoxam, quibus potuit unusquisque verbis docuerunt. Unusquisque enim sanctorum diversis vocabulis eamdem fidem prædicavit. At cum hoc inconveniens sit dicere, non diversitatem vocabulorum, sed sententiarum contrarietatem prohibet: præsertim cum ipsum sapere ad sententias, non ad vocabula referatur.

Præterea sextum concilium eadem ipsa, quæ et quartum, dicit, et insuper inhibet ne quam vocem inanem aut vanam alicujus dictionis inventionem quis introducat ad pervertendum quæ a se determinata sunt. Ex quibus manifeste apparet illa vocabula inhibita esse, quæ ad pervertendum dogmata Patrum introducuntur, non quæ ad corroborandum. Amplius tertium concilium statuit, nec licere aliam fidem proferre præter eam quæ in Nicæno concilio edita fuit, et eos qui hoc auderent, anathemati subjecit. De Symbolo vero per secundum concilium edito, quo tota Ecclesia utitur, nullam facit mentionem. Si igitur ideo non fecerant de eo mentionem, quia aliud et diversum a fide Nicæni concilii illud putarunt: peccamus nos, et quidem mortaliter, qui omisso totaliter Symbolo Nicæno, præter quod nullam aliam fidem proferre statuerunt Patres, secundi concilii utimur Symbolo, illud legentes, illud docentes, illud et privatim et publice proferentes, et hac ratione sub anathemate sumus. Quod si ideo silentio illud præterierunt, quoniam idem est per omnia Symbolo Nicæni concilii, eademque fides in utroque continetur, nisi manifeste apparet verbis non esse idem. Iis enim maxime differt plures additiones, plures etiam diminutiones habens. Est igitur idem sententiis, qua de causa et primi et secundi concilii Symbolum tanquam unum putarunt tertii concilii Patres: quare omne etiam Symbolum quibuscunque compositum verbis eamdem sententiam, quam et Nicænum continens, idem est illi: nihilque contra hoc facit, cum dicitur non audere tradere aliud Symbolum: aliud enim intelligendum est, quod contrariam veritatis sententiam continet. Siquidem secundi concilii Symbolum tantum a Nicæno differens quoad verba, idem tamen cum primo non aliud judicatum est a Patribus.

Item unumquodque concilium post lectionem totius sui decreti non Symboli solius, sed totius decreti, ait, His lectis determinavit sacra synodus nulli licere aliam fidem proferre; patet autem, quod cum dicat, his lectis, totum decretum intelligit. Igitur et quod sequitur, aliam fidem non licere proferre ad totum decretum ipsum quoque refertur, videlicet non licere proferre aliam fidem præter eam quæ in toto decreto, non solum in Symbolo continetur. At quoad verba quartum concilium aliud quam tertium, quintum aliud quam quartum, et ita cætera conscripserunt. De tota igitur fide et sententiis, non verbis hic ratio est.

Item septimum concilium non omnino facit aliquam Symboli vel primi vel secundi mentionem, sed simpliciter decreto ejus edito in fine addit: His nihil est addendum, nihil ab eis auferendum, quod si quis vel addat, vel auferat quidquid ab hac fide, anathema sit. Manifestum igitur est, quod de fide contraria et falsa inhibet; non enim prohibet, ne Ecclesia decreta, cum res exigit, edere possit.

Præterea quæ corde credimus in justitiam, eadem ore quoque confiteri ad salutem debemus, aliter imperfecta nobis fides esset. Confitenda enim est coram hominibus fides, si desideramus promissa præmia. At verum necesse est sapere, igitur et confiteri idem necesse est.

Amplius in actis quarti concilii in prima sessione, primo quidem legit Eutyches Nicænum Symbolum, deinde idem hæreticus infert, quod de hac fide Nicæna videlicet decrevit Ephesina synodus eum qui præter hanc quidquam addat, cogitet aut doceat, reum esse pœnis, quæ ibi dem continentur. At Eusebius, episcopus Dorylensis, qui se zelo fidei accusatorem hujus hæretici constituerat, cum hæc audisset, exclamavit dicens, Non est tale decretum, non est canon qui hoc jubeat, mentitus est. Patres vero concilii sexcenti et triginta numero his auditis, Eutychen condemnarunt, nolentem sapere atque credere aliqua alia, quæ in Nicæno Symbolo non conti-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

neantur explicite. Alia vero dico numero, non ut contradictoria vel contraria, quo fit, ut illas additiones putaverint inhibendas esse, quæ contrariæ et oppositæ veritati sunt, non illas quæ sunt consentaneæ. Quod enim Christus in duabus et ex duabus naturis absque confusione permanserit post carnis assumptionem, quod Eutyches negabat, quanquam aliud esset a Nicæno Symbolo, aliud vero non sententia, sed verbis, tamen cogebant Eutychen, ut hoc crederet. Igitur manifeste apparet non simpliciter aliud, sed contrarium inhibuisse sanctos doctores. Animadverte namque quod ipsamet verba tertii concilii, quæ nos proferimus, nulli videlicet licere aliam fidem proferre, hæc eadem Eutyches pro se producebat. Episcopus vero Dorylensis, et totum concilium, Non est talis canon, exclamarunt, qui hoc jubeat, et illum condemnarunt tanquam non recte intelligentem hunc canonem. Exponebat enim eum quemadmodum et nostri omne aliud simpliciter, etiam si esset differentia verbalis, putans inhibitum esse. Quam expositionem synodus refellit, non negans hæc verba in canone Ephesino contineri: aliam tamen fidem putans, quæ contraria veritati, non quæ verbis differens, sententiis concors et consentanea sit.

Item in libro canonum conciliorum, quos noster Zonaras exponit, in eo, inquam, libro est hæc inhibitio tertii concilii, his videlicet lectis determinavit sancta synodus, et est inter ejusdem concilii canones septimus numero; ante hunc est alius ejusdem concilii canon numero sextus, qui communione privat eos qui auderent aliquid eorum permutare, quæ a synodo acta sunt. In septimo autem canone videlicet inhibitionis anathematizantur qui transgrediuntur canonem, et aliam prædicent fidem. Quærit igitur Zonaras quare sancti Patres in sexto canone communione duntaxat privant transgressores, in septimo vero anathemati eos subjiciunt; hanc vero quæstionem his verbis solvit: Multum interest, inquit, inter contradicere, et dubitare de aliqua re; ideo qui dubitat de his quæ jam recte a Patribus statuta sunt, excommunicatione innodatur, et communione privatur: qui vero eis contradicit tanquam contraria sapiens, anathematizatur. Quare iste etiam commentator aliam fidem hic contradictoriam contrariamque apertissime et manifeste nominat.

Item concilium in Trullo celebratum in primo suo canone dicit: Statuimus immutabilem, absque aliqua novitate, servare traditam nobis ab ipsis ministris Verbi qui illud oculis viderunt, apostolis videlicet sanctis, et a 318 sanctis Patribus in Nicæa congregatis; et consequenter enumerat omnia concilia, et jubet fidem ab omnibus illis traditam immutabilem servari. Deinde infert, quod si quis prædicta pietatis dogmata non teneat, et eis acquiescat, et ita sapiat, et prædicet, sed eis contraire conetur, anathema sit secundum canones a prædictis sanctis Patribus jam editos, et a Christiano consortio tanquam alienus pellatur et projiciatur. Nos enim nec addere neque auferre quidquam omnino vel cogitamus, vel possumus canones prædictos sequentes. Hic canon manifeste declarat tertii concilii decretum, et aliorum, quæ inhibent, ne quis aliam præferat fidem, cum dicat, quod si quis contraire Patrum dogmatibus conetur, anathema sit secundum canones jam ab eis editos, hos videlicet, qui inhibent aliam fidem. Hæc igitur decreta contrariam fidem prohibent, et quod inferunt, nos enim nec addimus, nec auferimus aliquid, in fide videlicet intelligunt, non in Symbolo; Symbolum enim hæc synodus non inseruit in suo decreto, sed fidem exponens, et dogmata sanctorum Patrum, et omnium conciliorum infert, Nec addere, nec auferre quidquam cogitamus: et ratio, quia canones prædictos sequimur; ita ut clare pateat, cum dicat Patres nec addere nec auferre licere, non verbales additiones et ablationes, sed contrariarum sententiarum et falsi sensus inhibere. Per hunc igitur unum canonem solum, quem non ratio nostra inducit, non aliquis privatus homo commentatur simpliciter, sed quem una synodus, tot Patrum conventus composuit, quo etiam et aliorum similium Patrum mentem exponunt; apertissime et manifestissime solvitur quæstio non contendere volentibus. Voluissem liceret longius evagari; vidisses profecto multas similes rationes, et quidem potissimas. Cum vero et quæ dicta sunt ita clare hanc quæstionem decidant, ut illi quidem, qui veritatem diligat, et absque contentione quæ dicta sunt audiat, satis superque sint, contendere vero volenti nec multo plures satisfaciant: uno duntaxat argumento Latinorum adhuc addito, cessabo de hac re plura dicere. Est autem hoc potissimum, et quod solum sufficiat ad redarguendum errorem nostrorum. Nos asserimus, quod primum tertium concilium hanc inhibitionem decrevit, ut paulo ante dixi; quando etiam causam, quare hoc dicimus manifestavi, quæ est: quod cum secunda synodus plura addiderit, pluraque abstulerit a Symbolo Nicæno, si asseremus ante secundum concilium hanc inhibitionem fuisse, ex duobus unum sequeretur, necesse esset, aut transgressionis canonum sanctos secundi concilii Patres accusare, et sub anathemate fuisse, aut cum hoc non solum absurdum, sed etiam blasphemia sit dicere, non omnem verbalem additionem, sed sententias falsas atque contrarias, ne addantur inhibuisse. Quare cogimur dicere post secundam synodum hanc inhibitionem factam fuisse, non antea. Igitur si quis e converso ostendat quod ante secundam synodum hæc inhibitio fuerit, et iisdem fere verbis, quibus tertium concilium usum est, colligetur duorum supradictorum alterum, et cum secundi concilii Patres transgressores canonum dicere, blasphemia sit, restat,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ut secundum sit verum, videlicet non id intelli- A gere illam inhibitionem, quod nostri putant, sed contrariam fidem inhibere. Hoc igitur nobis ostenderunt Latini. Probatum est etenim ab eis primam Nicænam synodum hanc inhibitionem fecisse, iisdem ipsis verbis, quibus et tertium, et alia concilia scripserunt. Probarunt autem hoc modo : Ita studiosi et diligentes in omnibus actibus suis sunt Latini, prout et tua nobilitas sit experta in multis eorum sapientiæ, ut non solum in divinis, verum etiam in humanis et civilibus rebus nihil eos de priscis gestis vel scriptis lateat; quare in unaquaque etiam civitate reperies in eorum archiviis multa antiquissimis gestis eorum conscripta. Hoc etiam in catholica Ecclesia aliisque piis locis servatur. Multa enim acta pontificum, mul- B tæque conciliorum epistolæ et canones exstant. Produxerunt igitur nobis in antiquissimo libro membraneo epistolam Liberii papæ ad B. Athanasium Alexandrinum patriarcham, quæ incipit : Jam a principio tantam accepimus a beatissimo Petro principe apostolorum. In qua post pauca dicit, accepisse epistolam sancti Athanasii, et eam legisse. Deinde addit : Cum autem fidem Nicæni concilii in ea rectam reperissemus, magnas gratias vobis retulimus, pro qua non solum compati vobiscum, et persecutionem pati parati sumus, sed cum necessitas exigat, etiam mori pro nomine Christi non postponemus, quantumcunque sumus imbecilles. Prædicta namque ut legimus sancta decrevit Nicæna synodus, aliam fidem C nulli licere proferre, aut conscribere, aut componere, aut sapere, aut aliter docere, nec aliquid in fide vel intelligere, vel proferre quod horum Patrum decretis contrarium sit. Qui vero audeat aliam fidem proferre, aut docere, aut aliud Symbolum tradere illis qui ad viam veritatis ex quacunque hæresi desiderant converti, aut ex Judaismo, aut ex gentilitate, si episcopus vel clericus sit, privetur episcopus episcopali dignitate, et clericus clero : si vero monachus, aut laicus anathematizetur. Hæc nunc quidem actis primi concilii deperditis ignota nobis sunt : tunc vero cum adhuc exstarent, sciebant et papa Liberius, et sanctus Athanasius. Hæc autem similia sunt D omnino tertii concilii verbis. Quid igitur de secunda synodo et B. Gregorio Nazianzeno dicemus, qui, cum huic concilio præsideret tanquam alios sapientia excellens, hoc Symbolum, quo nunc tota Ecclesia utitur, conscripsisse dicitur, in plurimis Nicænum mutans, si hæc inhibitio illam mentem, quam nostri dicunt, habet. Pro sanctis Patribus et doctoribus, heu ! seductores et deceptores facti sunt, et secundi concilii Patres, et B. Gregorius Nazianzenus, cui per excellentiam Theologus cognomen fuit. Sed absit hanc blasphemiam etiam cogitare. Non igitur nec prima, nec tertia, nec aliqua alia synodus hoc intelligit, cum hanc inhibitionem decernit, sed manifeste contrariam fidem inhibet.

Conclusio quod urgente necessitate, et judicio Ecclesiæ, et auctoritate summi pontificis accedente, licet et necessarium est addere verbum Symbolo.

Per hæc itaque omnia clementissime luce clarius probatum est non esse prohibitum veritatem addere fidei Symbolo, imo vero declarare. Nullum enim veritatis dogma est, quod vel explicite non contineatur Symbolo, et simplici apostolorum traditioni : declarare autem, et replicare, ac Symbolo addere non semper videlicet, nec omnem volentem, sed magna necessitate cogente, et cum Ecclesiæ judicium, et auctoritas summi pontificis accesserit, non modo non esse prohibitum, sed etiam necessarium esse.

Continuatio narrationis eorum, quæ in concilio facta fuerunt.

His igitur aliisque similibus per Latinos dictis, clementissime vir, nos cum nihil ad hæc respondere haberemus, quid namque poterat aliquis contra talem veritatem impudenter dicere? tacebamus. Latini vero probato quod licet addere Symbolo veritatem, consequenter pollicebantur se probaturos etiam dogma Symbolo additum, verum esse, videlicet, quod Spiritus sanctus ex Patre Filioque procedit. At nostri in primo convicti, formidabant secundum certamen subire, illudque eis evenit, quod ego jam a principio prævidebam futurum, cum impediebam, ne ab hac quæstione inciperemus. Timebant igitur, et nullo modo volebant amplius permanere : sed quisque desiderabat discedere, et reverti ad propria, nihilque aliud, nisi redeundum ad patriam clamabant : et cum causam curnam ita vellent interrogarentur, reddere non volebant. Quid igitur dicemus Latinis interrogati, qua ratione in medio certamine, imo vero adhuc in principio, quæ enim hucusque de non licere addere dicta sunt, nihil ad rem sunt. Qua igitur ratione nondum facto initio redeundum esset, dicere non habebant; verum absque ulla ratione vociferabantur, Redeamus, redeamus. Dicebant autem etiam inter se quod ad eorum aures pervenisset, Latinos posse in medium afferre plurimas multorum sanctorum occidentalium auctoritates, quibus palam probatur Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere. Quid igitur ad has respondebimus? discedamus, redeamus, abeamus. Audisne Patrum et doctorum sententiam? Quoniam, inquiunt, multas auctoritates sanctorum Latini afferre habent, ad quas nos respondere non habemus, discedamus ab eis. Vix tamen sentientes absurditatem sententiæ suæ, et a serenissimo imperatore persuasi cesserunt, et manere decreverunt. Interim res ipsæ de Ferraria in Florentiam accessum summi pontificis coegerunt, et inde illuc translationem concilii.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Abierunt igitur Latini, recessimus etiam nos, et cum omnes jam appulissemus Florentiam, decreta fuit dies, in qua incipiendum atque continuandum erat concilium, et termino adveniente rursus nos accusare Latinos incepimus. Quemadmodum enim in illa quæstione, an liceat addere quidquam, nos accusatorum, Latini vero respondentium tenuerunt locum, et ita responderunt, ut nil nos ad illa replicare potuerimus, ita etiam in ipso dogmate nos quidem tanquam accusantes proposuimus; illi vero respondebant. In omnibus enim ad libitum nostrum, et prout volebamus, ita facere nobis licebat; et tamen non pudet aliquos dicere vim nobis illatam fuisse: quod nunquam fuit teste veritate qui Deus est. Proposuimus igitur ab ipsis apostolis et sacris synodis incipientes, eorumque atque omnium orientalium doctorum auctoritatibus usi, quibus probatur Spiritum sanctum non quidem non procedere ex Filio, talem namque nullam auctoritatem habemus; prout tu etiam scis, præter illam Joannis Damasceni, qui dicit, Spiritum Filii dicimus, ex Filio vero non dicimus. Aliæ vero auctoritates omnes hoc probant, duntaxat quod Spiritus sanctus ex Patre procedit. Has igitur nos afferentes in medium putabamus probasse, falsum esse, quod ex Filio etiam procedat Spiritus sanctus: Latini vero ad has quidem omnes auctoritates unam hanc responsionem communem dederunt, quod omnes videlicet veræ sunt, et ita etiam eis videri: sed etiam hoc idem credere Spiritum sanctum scilicet ex Patre procedere: hoc tamen non ut contrarium, nec ut contradictorium appositioni auctoritatibus dicentibus eum etiam ex Filio procedere. Si enim altero illorum modorum illis apponeretur, tunc uno posito, alterum perimeretur omnino: nunc vero nil prohibet utrumque verum esse, videlicet quod ex Patre procedat, et quod ex Filio. Quemadmodum si dicamus Spiritum sanctum mitti ex Patre, alius vero dicat eum ex Patre et Filio mitti. Utrumque verum dicetur, et alterum non repugnat alteri. Si igitur sancti Patres dicerent, vel quod Spiritus sanctus ex solo Patre procedit, vel quod ex Filio non procedit, tunc falsa nostra esset fides. Cum autem neutrum horum nondum aliquis sanctus dixerit istud, quod dicunt ex Patre eum procedere, non perimit quod nos dicimus ex Filio etiam eum procedere. Et hæc quidem ad nostras responderunt auctoritates. Ad illam vero Joannis Damasceni auctoritatem nihil responderunt, cum nec nos eam proposuerimus. In fine tamen hujus operis, illius quoque solutionem tua gratia his apponam; deinde Latini tanquam a principio incipientes, plura ac varia pluribus in sessionibus argumenta dixerunt a sancta Scriptura et Ecclesiæ doctoribus, minores ut plurimum propositiones habentes: quibus probarunt Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere. Et tandem auctoritates Patrum attulerunt, quibus clare et palam hujus dogmatis veritas apparet. Attulerunt vero non solum occidentalium, verum etiam orientalium Patrum testimonia, quorum aliqua, quæ mihi visa fuerunt magis ad nostrum propositum facere, tibi cum his ad præsens mitto, ut intelligas quid de hac re ipsi etiam occidentales doctores sapiunt. Ad quæ nos nihil respondere habebamus, nisi quod corrupta sint, et a Latinis corrupta fuerunt. Produxerunt nostrum Epiphanium multis in locis ex Patre et Filio clare dicentem esse Spiritum sanctum, corruptum fuisse dicebamus. Allegarunt Cyrilli nonnulla, et aliorum, idem dicebamus. Adduxerunt occidentalium doctorum auctoritates, omnis nostra responsio eadem et nulla alia erat. Cum igitur multis diebus inter nos ipsos consideraremus quidnam ad hæc respondendum esset, nullam aliam reperiebamus responsionem, præter prædictam, illam vero tanquam levem, et a cunctis deridendam in medium afferre non videbatur. Primo, quia ex antecedentibus et sequentibus hæc opinio videbatur de mente esse sanctorum. Deinde plurimis libris, et antiquissimis idem habentibus non erat facile ea calumniari; præsertim cum nullum nos librum alium haberemus non Latine, non Græce scriptum, qui aliter auctoritates prædictas scriptas haberet, quam Latini dicebant. Præterea nos alios doctores contrarium dicentes producere non habebamus, eosdem occidentales aliter alibi dicentes probare minime poteramus: naturalibus rationibus eos ostendere falsa dicere, minime erat possibile. Cum igitur nullam nobis responsionem, quæ digna esset, relictam videremus, tacuimus, per multosque dies non convenimus cum Latinis. Verum fuerunt qui subtilitate ingenii aliam invenerunt responsionem: non esse mirum scilicet, si in aliquo sancti tanquam homines errassent: et ideo occidentales etiam doctores in hoc articulo de processione Spiritus sancti errasse, mentitosque fuisse. Hoc autem quod totam fidem nostram evertat, clare patet. Si enim fides nostra a dictis doctrinæ sanctorum pendet, ii vero circa veritatem errant, tota nostra fides evertitur. Propter hæc omnia merito secuta est unio, et omnes absque quacunque violentia, sponte et voluntarie huic rei concesserunt. Qui vero concedere noluerunt (fuerunt autem duo, et non plures), cum omni libertate, sine aliqua oppressione in suo arbitrio relicti, cum honore, et charitate, sumptibus Ecclesiæ Romanæ ad propria remearunt. Si vero juste et recte secuta fuerit unio, cum videris et perlegeris auctoritates sanctorum, quas tibi nunc mitto, ipse judicabis. Quis namque Christiano insignitus nomine non sequeretur eos, et dictis eorum, tanquam a Spiritu sancto editis, crederet? dico tam occidentalium, quam orientalium Patrum, quos consona dicere, eamdemque veritatem exprimere verbis differentibus firmiter tenendum est, prout in dogmatico satis probavi. Ipsæ igitur auctoritates solæ

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ER

per se ipsas satis tibi et aliis erunt, clementissime vir, ad omnem ambiguitatem tollendam, et omne dubium auferendum a quacunque anima non contentiosa. Etenim me etiam non syllogismi, nec demonstrationum necessitas, non argumentationum vis, sed ipsæ nudæ auctoritates doctorum ad credendam hanc veritatem induxerunt. Cum enim vidissem et audivissem eas, subito omni contentione et contradictione postposita, acquievi auctoritati dicentium. Judicavi namque sanctos Patres Spiritu sancto loquentes, non potuisse a veritate discessisse. Quare non solum acquievi, verum etiam gratias egi Salvatori nostro, qui mihi donavit, et audivisse, et intellexisse, quæ nunquam ante audivi. Nullus enim nostrorum unquam credidit tot auctoritatibus doctorum propositam quæstionem posse probari. Et tibi igitur, cui cor humile, et anima veri appetens est, aliis quoque Christianis tibi similibus, hæ solæ auctoritates, ut paulo ante dixi, satis erunt. Cum vero etiam aliquas rationes et probationes a me petieris, tua gratia hæc quoque, quoad potero, breviter faciam, a sacra Scriptura et doctorum auctoritatibus arguens, quod et si in sermone, quem de unione edidimus factum sit, satis tamen hic etiam idem faciam, aliquasque rationes in medium afferam. Sed antequam ad eas descendam, necesse esse puto aliqua præsupponere, ut ea quæ sequentur, clarius intelligantur.

Præsupposita ad argumenta probantia Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere. Et primo quid sit paternæ personæ constitutivum.

Cum unicuique enti sit quædam forma communis, sit item alia propria, qua constituimur, et est hoc aliquid, quemadmodum hujus hominis, ut puta Petri, una cum forma communi, quæ est humanitas, secundum quam dicitur homo, est etiam alia propria forma, per quam dicitur, hic homo, Petrus videlicet, vel Paulus, quod et incommunicabile alteri est propter varias opiniones de principiis individuationis, etiam hic varia ponuntur; et cum dicimus, aut corpus esse propriam alicujus formam, hoc non intelligimus simpliciter, sed solum secundum quamdam similitudinem. Hæc autem est anima ejus, vel corpus, aut aliquid aliud, quod est ei principium individuationis. Quemadmodum est etiam de Deo et Patre, quænam sit propria ejus forma personam ejus constituens: est enim ei communis ad Filium et Spiritum divina ac essentialis forma, quæ una et eadem numero in eis est, Deitas videlicet, secundum quam unus est cum eis Deus: habet nihilominus aliam etiam propriam formam aliis personis incommunicabilem, secundum quam hoc aliquid et persona in sancta Trinitate est: quodnam igitur sit, quærendum est. Et primo, an sit ipsum ingenitum esse, at non videtur; hoc enim est negatio, nihil autem exsistentium secundum negationem hoc aliquid est: sed est ejus proprietas, quæ sequitur jam constitutam ejus personam. Secundo, an sit hoc, quod dicitur causa sive principium. Nec tamen hoc verum est. Nam si hæc esset constitutiva ejus forma, causa sive principium potius, quam Pater diceretur. At ab omnibus doctoribus communiter Pater nominatur. Item cum causa sive principium universale quiddam sit, hoc dictum est secundum illos philosophos, qui tenent universalitatem fieri per intellectum: si tamen diceretur universalia, nullo modo ab intellectu dependere, adhuc non esse dicendum, quod illud commune principium esset alicujus personæ formaliter constitutivum, cum communicabile nulli det formaliter esse incommunicabile, quod facit erga personam formale ipsius constitutivum, et tam de Patre, quam de spirante prædicetur, intentio quædam est, non res: quod autem est, tale est non ens; non ens autem non est constitutivum ejus, qui super omne ens. Restat igitur aut paternitatem solam, aut spirationem solam, aut ambas constitutivas esse personæ paternæ. At ambas impossibile est esse iis rationibus. Si enim ambæ constituerent Patris personam, aut ita ambæ simul, et siquidem utraque per se constitueret, duas formas Pater haberet, et consequenter duæ personæ essent. Hoc quod diximus patet; cum enim illæ sint rationes distinctæ, si quælibet earum esset personæ constitutivæ, cum constitutivæ formaliter diversæ sint respectu diversorum constitutorum, sequitur id, quod diximus, tanquam duas personales formas habens; quemadmodum si quis homo duas haberet animas, quod absurdum est. Quod si non utraque per se, sed ambæ simul, neque qui diceret Patrem solum, significaret personam paternam, neque qui diceret spirantem, hujus tamen totum contrarium est in usu; omnes enim doctores, et omnis Scriptura cum dicunt Patrem, divinam ejus personam significant; nostri etiam, cum dicunt spirantem, ipsum Patrem solum putant significare. Igitur nec ita ambæ simul sunt constitutivæ personæ, ut utroque nullo modo, sed ambæ simul constituant, nec ut utraque per se constituat. Sed necessario alterum quidem solum constituit personam, alterum vero sequitur jam constitutam personam. Restat igitur aut paternitatem esse constitutivam et propriam Patris formam, spirationem vero sequi eum jam constitutum; aut e converso spirationem esse constitutivam personæ paternæ, paternitatem sequi personam jam constitutam. At si spirare quidem constituit, paternitas vero et ipsum generare sequitur, absurdum quid, et quod præter omnium doctorum traditionem est, sequitur: quod tale quid est, principia, et immediata cujusque operatio ab ejus constitutiva forma prodit; omnes autem aliæ operationes per hanc primam videlicet operationem, ut puta ex anima, quæ est constitutiva Petri forma, prima et immediata operatio ejus prodit, quod est vivere: deinde per eam, scilicet tanquam per cau-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

sam sine qua non omnes aliæ operationes prodeunt, speculari videlicet, docere, texere etc. Per vivere namque, quæ est prima et immediata ejus operatio, omnes aliæ efficiuntur. Si igitur et personæ paternæ ipsum spirare esset constitutiva forma, esset spiratio quidem prima ejus et immediata operatio; per hanc autem generaretur Filius, quo fieret ut non Spiritus per Filium procederet, ut theologi asserunt, sed Filius per Spiritum generaretur. Quæ cuncta veritati contraria, et Patrum traditionibus, et communi eorum usui sunt. Et cum hæc absurda sint, restat paternitatem constituere personam paternam, et hanc ejus esse incommunicabilem formam, spirationem sequi jam constitutam ejus personam.

Non quidem accipitur hic accidens proprie quod realiter ab eo, cui accidit, distinguitur ut accidens, cum nihil in Trinitate sit accidens. Verum secundum naturam, et essentialiter, id est necessario, et per se tanquam quoddam sui naturam et essentiam in eo necessario consequens, et ipsum quidem generare primam et immediatam operationem personæ paternæ esse, ipsum vero spirare fieri per generare, non tanquam per principium, sed per aliquid necessarium, quod præexigitur. Et hæc quidem prædicta sint tanquam ad quæ sequuntur necessaria.

Item hæc etiam tanquam communia præsupponantur; eorum quæ in Deo dicuntur quædam sunt communia omnibus personis, ut bonus, sapiens, et omnia absoluta, similiter omnes negationes, quæ per excellentiam respectu ad creaturam de eo dicuntur, ut invisibile, incomprehensibile, et hujuscemodi.

Item quæcunque relationem ad creaturam significant, ut creator, judex, et similia: hæc itaque communia sunt omnibus personis; quædam vero sunt propria, et horum quædam sunt propria duabus personis comparatione ad reliquam, quemadmodum Filio et Spiritui a principio esse, Patri et Filio mittere Spiritum: hic capitur mittere, ut importat relationem originis inter mittentem et missum, et per consequens distinctionem realem; aut quod Spiritus dicatur Patris et Filii. Quædam propria unius personæ, et horum rursus quædam ita propria personalia sunt, ut etiam constitutiva sint, ut paternitas, filiatio, spiratio passiva. Quædam etsi uni soli insunt, non tamen constitutiva personarum sunt, sed quædam notiones, quemadmodum Patri notionale ingenitum esse, ingenitum capitur hic pro improducto. Hæc igitur trium personarum communia personalia sunt, nec illa, quæ duabus comparatione ad tertiam propria sunt; nec illa, quæ uni quidem propria sunt, sed ita propria ut notionalia, et sequentia: illa vero sola sunt personalia, et personarum constitutiva propria paternitas, scilicet filiatio, et passiva spiratio; quæ vero duabus propria comparatione ad tertiam sunt, hæc notionalia sunt duarum personarum. His præsuppositis probabimus Spiritum sanctum ex Patre per Filium, ipso juvante, et ex Patre Filioque procedere

Argumenta probantia Spiritum sanctum ex Patre per Filium, et ex Patre Filioque procedere.

Per primam et immediatam uniuscujusque operationem, omnes aliæ operationes ejus fiunt, prima vero et immediata Patris operatio est generare: per generare igitur spirandi actio fit, et ex Patre per Filium Spiritus sanctus procedit. Quod autem velit hoc, quod dicimus per Filium, et quod ipsum per causam sive principium medians significet, ex hoc non intelligimus, quod Filius sit principium medians quantum ad spirare, ita quod Pater non immediate spiret Spiritum sanctum; sed spiret eum mediante Filio, tanquam causa secundaria, sicut Deus movet cœlum intelligentia mediante. Tenemus enim cum Augustino, quod Spiritus immediate ab utroque procedit: sed intelligimus quod Filius qui est Spiritus principium: est medians quantum ad esse inter Patrem et Spiritum sanctum, cum prius naturaliter intelligatur a Patre productus, quam Spiritus sanctus ab utroque, sufficienter in sermone de unione probavimus.

Item Spiritus sanctus aut ex solo Patre procedit, aut non ex solo Patre: inter contradictoria namque nihil est medium. At non potest dici quod ex solo Patre procedat: igitur non ex solo Patre. Quod si non ex solo Patre, igitur etiam ex Filio. Quod autem non ex solo Patre procedat, probatur primo quidem: nusquam reperitur hoc dictum, neque apud scripturam canonicam, neque apud doctores. Quod vero non fuit ab aliquo istorum dictum, non est audendum dicere. Deinde cum spirare non prima, nec immediata sit essentialis actio Patris, sit per primam, ut dictum est. Accipitur hic *per* prout importat habitudinem causæ, sine qua non: quia spirare necessario præsupponit generare, non prout importat habitudinem principii; quia generatio non est principium spirationis; cum spiratio Filio conveniat, cui non convenit actura generatio, quæ est ipsum generare, et generatio: quare necesse est ut Filius ex hac operatione participet, et per eum Spiritus sanctus procedat; cum enim omnia sint communia Patri et Filio præter constitutivas personarum proprietates, communis ei erit vis etiam spirandi, quæ naturalis quidem Patri, non tamen constitutiva personæ ejus est, ut dictum est. Quare Spiritus ex Patre et Filio, vel ex Patre per Filium procedit. In theologia namque *per* et *ex* nihil differunt. Quod si quis dicat communem, ergo licet et Spiritui sancto hanc vim spirandi esse, vim spirandi, id est, activam spirationem, sive divinam naturam conjunctam activæ spirationi tanquam essentialem et naturalem. Omnia enim essentialia ipsi quoque communia sunt. Discat is hoc impossibile esse, eo quod opponitur ejus proprietati; non enim potest idem sui ipsius esse principium. Unaquæque enim divinarum personarum manens in eo, quod est, et suam proprietatem personalem servans: communia etiam invicem habet omnia

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

essentialia. Manens enim Filius in eo quod Filius est, ut beatus Basilius ait, habet omnia quæcunque et Pater ; igitur Spiritus etiam manens in eo quod Spiritus est, habet omnia quæcunque et Pater et Filius. Proprietati itaque ejus oppugnat sui ipsius principium esse : et ideo spirationem activam habere non potest. Sed dicet aliquis fortasse, quod si non sit ei communis spirandi vis, erit ei saltem communis generativa potentia, quemadmodum Filio spirativa : at non lateat eum, hoc etiam impossibile esse : principio quod cum generandi potentia, id est actualis generatio constitutiva sit personæ paternæ, et incommunicabilis alteri, ut probatum est, impossibile est alteri personæ eam esse communem, quemadmodum est Filio spirativa. Deinde quia implicat contradictionem ; si enim idem generaret Filium, et procederet ex eo, esset ad idem et principium, et quod est a principio, quod est contradictio. At ideo, dicet quispiam, hoc inconveniens sequetur, quia præsupponitur Filium spirare Spiritum. Quod si non præsupponeretur, licet solum quod Spiritus cum Patre generet Filium, non relinquetur huic inconvenienti locus. Cur enim non potius Spiritus cum Patre generet Filium, quam Filius cum Patre spiret Spiritum? Si quis hæc dicit, primo quidem se sciat quærere quæ nemo unquam nec cogitare quidem ausus est ; deinde potentia, id est, actualis generatio, quidem generativa præcedit spirandi potentiam tanquam prima et immediata Patris operatio, ut probatum est ; et ideo non potest esse communis Spiritui ; spirandi vero potentia cum sequetur Filii generationem, et per ejus generationem, ut probatum est, fiat, non impossibile, imo necessarium est, ut sit ei communis cum Patre. Quod si quis rursus propter hæc dicat, igitur minor est Spiritus sanctus et Patre et Filio, si quidem Pater generat Filium, et spirat Spiritum : Filius et ipse cum Patre spirat Spiritum, Spiritus vero nec Filium generat, nec se ipsum, nec alium Spiritum spirat. Vana ratio ejus est, et contra se ipsum, qui hæc dicit, concludit. Si enim nullius personæ principium esse, imperfectionis et minutionis signum in Trinitate putandum esset, pauciorum quoque personarum causam esse imperfectionis esset : Filius igitur, cum unius personæ duntaxat, videlicet Spiritus principium sit, minor esset hac ratione Patre, qui ambarum personarum est principium. At hoc inconveniens est etiam solum cogitare. Igitur illud quoque simpliciter absurdum est. Principium enim prout est actui conjunctum, vel a principio esse cum de personalibus proprietatibus sit, neque majus neque minus alterum altero vel esse vel dici facit.

Item si vis actualis generatio generandi atque spirandi, id est actualis spiratio ita esset propria personæ paternæ, ut utraque per se constitueret ejus personam, uniuscujusque vero operationis principium est forma ; duæ formæ (per formas intelligimus principia harum duarum operationum essent principia. Sed unaquæque forma, id est unumquodque principium operationis constitutivæ cum illa operatione aliquam personam constituit ; sicut essentia, quæ est principium generationis activæ cum ipsa generatione Patrem constituit, et sic Pater essent duæ personæ. Hoc autem inconveniens est. Vis igitur spirandi, id est, activa spiratio, non constituit personam Patris. Quod si non constituit, communis igitur est etiam vel aliis personis, vel alicui earum : non utrisque simul, neque Spiritui solum, cum ipse seipsum spirare non possit. Est igitur communis Filio. Spiritus igitur ex Patre Filioque procedit.

Item communiter omnes doctores fatentur Spiritum sanctum prodire ex Filio : hoc autem naturaliter intelligendum est ; nihil enim in Deo est præter naturam, neque per accidens. Si igitur naturaliter, et secundum naturam Spiritus ex Filio prodit, in divinis vero dupliciter potest aliquid secundum naturam prodire, aut per generationem, aut per spirationem : per generationem vero non prodit ex eo, esset enim Spiritus Filius Filii ; prodit igitur per spirationem, et ex eo procedit.

Quod si quis dicat, dicere eum prodire a Filio, gratiam et operationem ejus in nos significat, unum hoc refugium est. Nam et si gratiam quamdam nos participamus, et non substantiam Spiritus (substantia namque Dei imparticipabilis est), non tamen prodit ex Filio non subsistens gratia, sed ipsa divina Spiritus persona. Quod patet ex aliis clarioribus et apertioribus doctorum verbis, cum eum dicunt emanare, oriri, scaturire, elucescere a Filio. Quæ cuicunque non excæcato ipsam substantiam Spiritus non participationem, nec temporalem duntaxat emissionem significant. Talis igitur personalis Spiritus ex Filio progressus, aut naturalis aut servilis est ; et cum non sit servilis, necessario naturalis est. Naturalis vero ex Filii substantia Spiritus sancti progressus quidnam aliud sit præter ejus processionem, neque fingere facile est.

Item Spiritum sanctum ex substantia Patris et Filii esse, et ex substantia eorum esse communiter omnes orientales occidentalesque Patres clamant. At in sancta Trinitate quod ex substantia alicujus est, ex persona quoque ejus sit necesse est : igitur Spiritus, cum ex substantia Filii esse dicatur ab omnibus doctoribus, ex ejus quoque persona est. Quod autem id, quod est in Trinitate ex alicujus substantia, est etiam ex ejus hypostasi sive persona, hinc patet : substantia, vel essentia, et hypostasis, sive persona in unaquaque divinarum personarum unum sunt realiter, et ita unum, ut ratione tantum distinguantur. Si enim realiter substantia et personæ distinguerentur, essent profecto sicuti tres personæ realiter, ita tres essentiæ vel substantiæ, vel poneretur in Trinitate quaternitas rerum. Tres videlicet personæ realiter distinctæ, et tres ideo res, et essentia, quæ quarta

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

res esset a personis realiter distincta. Horum autem utrumque contra fidem est. Quare distinctio quidem hypostasis et essentiæ rationis est. Unitas vero realis, contra quam in nobis hominibus est, etenim in nobis unitas quidem naturæ sive humanitatis cum uniuscujusque persona rationis est; distinctio vero realis est. Alia namque res est humanitas ipsa, alia hujus personæ individuatio. Quare quemadmodum sumus multæ personæ, ita etiam multi homines. Quo fit, ut quod fit ex natura alicujus hominum, non necessario etiam sit ex ejus persona; in sancta vero Trinitate e converso est, ut dictum est. Unitas essentiæ et personæ est realis, distinctio vero rationis : quare quod ex essentia alicujus personarum est, ex persona quoque ejus necesse est esse. Si igitur Spiritus ex natura, et essentia Filii est, ut in plerisque locis tum alii doctores, tum vel maxime Cyrillus probat, ex persona quoque ejus est. At nostri aiunt, Ideo hæc dicuntur a doctoribus, ut consubstantialitas comprobetur, et ut ostendatur Spiritus ejusdem esse substantiæ cum Filio. Hoc autem quanto verius est, tanto magis pro Latinis facit. Tunc enim magis ejusdem substantiæ Spiritus cum Patre et Filio est, cum ex eorum substantia, personisque eorum prodeat, hoc est procedat. Dicatur enim clarius propter eos qui vim verborum ignorant. Nam si hoc solum consubstantialitatem significaret, ut nostri homines putant, diceretur etiam Pater ex substantia Filii et Spiritus sancti, vel Filius ex substantia Spiritus. Sed hoc nec ausus est nec audebit aliquis dicere.

Præterea cum essentia nec generet, nec spiret secundum theologos, item etiam secundum philosophos, et ipsi enim ubique dicunt operationes individuorum esse, non universalium et generum. Me enim non homo simpliciter, sed quidam homo genuit. Si igitur operationes individuorum non universalium sunt, nec substantiæ simpliciter, quid aliud intelligendum est, cum essentia Filii audiamus, et ex ea Spiritum prodire, nisi divinam ejus personam?

Amplius nec hoc nos lateat, quod qui hæc dicebant sancti doctores, contra Arianos, et Eunomianos se opponentes hæc dicebant. Qui Filium ex Patre, et Spiritum ex Filio esse dicentes, ex substantia tamen eorum esse negabant; cum dicerent Filium etsi ex Patre, non tamen ex ejus essentia, sive natura, sed voluntate natum fuisse. Spiritum vero ipsum etiam ex Filio, non tamen essentialiter, sive naturaliter, sed voluntarie. Quare Filium minorem Patre, et alterius substantiæ, Spiritum minorem Filio, et alterius essentiæ asserebant: tresque in divinitate ponebant essentias. Patres igitur et sancti doctores opinionem eorum tanquam falsam refellentes non ex Filio solum, sed ex ejus substantia conabantur Spiritum sanctum esse probare. Similiter Filium non ex Patre solum, verum etiam ex ejus essentia. Considera ergo, quomodo ad hoc, quod hæretici dicebant ex voluntate, non essentia Filii Spiritum esse, se opponebant doctores, ex essentia Filii illum esse asseverantes : ad hoc autem, quod illi dicebant ex Filio esse, nullus contradixit, nec dixit non esse illum ex Filio, tanquam et ipsi hoc idem sentientes, et dicentes esse ex essentia Filii : idem et ipsi intelligentes, ac si dicerent ex essentia et persona ejus ; et nos hoc idem dicentes.

Item beatus quidem Basilius in primo contra Eunomium, Filium ait ordinem habere naturalem ad Patrem, et qualem illud ad ignem, quod ex eo est, et causatum ad causam. Idem etiam Spiritum similem ordinem ad Filium habere asseverat; magnus vero Athanasius et apertius ait, Qualem ordinem et naturam habet Filius ad Patrem, talem ordinem, et naturam habet Spiritus ad Filium. Ex his talis fit syllogismus, talem ordinem et naturam habet Spiritus ad Filium, qualem Filius ad Patrem : sed Filius ad Patrem naturalem ordinem habet, qualem causatum ad causam; igitur et Spiritus sanctus naturalem ordinem habet ad Filium, qualem causatum ad causam; igitur Filius etiam causa sive principium est personæ Spiritus sancti.

Item cum naturalibus rebus omnis causa præcedat causatum tempore, causatum vero posterius sit sua causa; ideo quidam audientes causam et causatum in Trinitate, et præsertim Ariani et Eunomiani ex humanis et naturalibus exemplis arguebant contra coæternitatem Trinitatis, Filium posteriorem Patre tanquam causatum ab eo, et Spiritum Filio posteriorem tanquam causatum ab eo probare volentes. Egregius Nyssenus eis contradicens, et coæternitatem trium personarum probare proponens in primo suorum contra Eunomium librorum, proportionem quamdam Filii ad Patrem et Spiritus ad Filium facit, Patrem quidem dicens causalitatis ratione solum præintelligi ante Filium, non autem tempore, et ideo non posse sequi, quod non sint coæterni, Filium autem et ipsum præintelligi ante Spiritum ratione causalitatis, et non aliter. Ita ut clare pateat per hunc sanctum doctorem Filium causam esse Spiritus. Quemadmodum enim, inquit, conjungitur Patri Filius, ita et Spiritus conjungitur Filio : et rursus, quemadmodum Pater præintelligitur ante Filium, non aliqua temporali distantia, nec realiter, sed intentione, ratione causalitatis : ita et Filius præintelligitur ante Spiritum similiter intentione ratione causalitatis.

Item etsi in rebus humanis sensibilibus non omne exemplar alicujus causa etiam ejus est; in artificiatis enim exempla eorum non sunt etiam effective causa eorum; attamen quod naturaliter est alicujus exemplar, etiam in ipsis rebus humanis causa est imaginis, cujus exemplar est; multo igitur magis in divinis, ubi et omnia alia, et ipsum exemplar naturaliter accipitur (nihil enim

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ibi præter naturam est) hæc propositio verificatur, videlicet quod in divinis personis alicujus exemplar est, et causa ejus est cujus est exemplar. At ille magnus Gregorius miraculorum auctor, et inde nominatus, Filium exemplar Spiritus dicit. Patet igitur quod etiam causam ejus putabat. Hoc idem a simili probari potest. Magnus enim Basilius exemplar Filii Patrem ponit in quarto contra Eunomium; Gregorius vero prædictus oratione, quæ incipit, *Hostes et alieni a catholica fide sunt, qui Filium ex non ente dicunt*, Filium exemplar Spiritus docet. At Basilius Patrem tanquam causam Filii ejus exemplar ponit; igitur Gregorius etiam Filium tanquam causam Spiritus ejus exemplar asseverat.

Item sanctus Basilius, et plurimi alii doctores Filium imaginem Patris, Spiritum imaginem Filii dicunt. Filium item operationem Patris, Spiritum operationem Filii; Filium verbum Patris, Spiritum verbum Filii; Filium fragrantiam Patris, Spiritum fragrantiam Filii. Sed secundum illa omnia dicitur Filius esse Patris tanquam ex Patre; igitur et Spiritus sanctus secundum eadem dicitur esse Filii tanquam ex Filio.

Item si Spiritus non esset ex Filio, non distingueretur ab eo personaliter: quod cum falsum et absurdum sit, restat, ut ex Filio sit. Quod autem non distingueretur ab eo personaliter, si non esset ex eo, hinc patet. Unaquæque causa vel principium alicujus rei dupliciter dicitur principium ejus et causa; uno modo ut quod, alio ut quo, puta forma, quæ est in anima facientis, qua similem facit effectum id quod facit. Quare omne agens simile sibi agit secundum formam, quæ agit; verbi gratia: hujus imaginis causa est et ipse pictor tanquam quod, et forma pictoris tanquam quo, cui similem pictor facit imaginem. Simili modo etiam in divinis personis Pater quidem, hoc est ejus divina persona, causa tanquam quod; divina vero ejus essentia tanquam quo: hæc enim est forma, cui similia fiunt quæ ex eo prodeunt. Quare Filius quoque et Spiritus sanctus consubstantiales ei sunt, eo quod omne quidem producens simile producit formæ qua producit. Deus vero et Pater producit Filium et Spiritum divina essentia, et ideo consubstantialia sibi producit. Si igitur Pater solus produceret Spiritum secundum eos, qui ita asserunt, tunc nulla distinctio esset Filii a Spiritu sancto, cum nulla sit differentia, nec in producente (idem enim est Pater), nec in forma, qua producit (est enim eadem divina essentia), nec in ipsis productis, sunt enim ejusdem formæ unius videlicet et communis divinitatis: præsertim cum nulla illic materia sit, ex qua distinctio fieret. Ex quibus sequeretur nullam esse eorum distinctionem ad invicem: restat igitur aut Spiritum esse Filii causam, aut Filium Spiritus, ad hoc ut sit distinctio. At primum non est, igitur secundum est verum.

Item mitti in divinis a causa esse significat, cujus testis est beatus Joannes Chrysostomus ad Arianos quærentes quomodo ejusdem esset essentiæ, qui mittit, et qui mittitur, in tricesima nona homilia super Joannem hoc modo respondens: Rursus ad res humanas sermones tuos adaptas, nec consideras quod hæc ideo dicta sunt, ut etiam causam sciamus, et non incidamus in Sabellii hæresim; sed Spiritus mittitur ex Filio; igitur ex eo est.

Item ista mittendi potentia cum sit et in Patre, et in Filio secundum quam ambo mittunt Spiritum sanctum, quam etiam nostri concedunt, aut eadem est in Patre et Filio, aut alia, et alia; sed si alia et alia, erit et major et minor, et consequenter missiones diversæ: quare nec una potentia, nec una eorum operatio erit. Et cum quorum potentiæ diversæ, essentiæ quoque eorum diversæ sint, alterius et alterius essentiæ erunt Pater et Filius: sed hæc omnia absurda, et contra catholicam fidem sunt; non igitur est alia et alia; igitur eadem. Sed in Patre potentia mittendi Spiritum sanctum est eadem cum potentia spirandi illum, semper enim spirat Pater Spiritum sanctum, et spirans illum mittit. Igitur etiam Filius simul cum potentia spirandi, et spirans illum mittit; ergo et Filius sancti Spiritus est productivus. Illa vero quam quidam aiunt secundam et temporalem missionem, cum nihil est, tum etiam per prædictam solvitur rationem: quanquam etenim nusquam hæc duplicitas processionum reperiatur, tamen dato etiam quod sit aliqua secunda missio, quæ communis sit Patri et Filio secundum Patrem eam et similem ei habebit. Nihil enim eorum quæ communia sunt Patri et Filio, dissimile in altero eorum est. Sed Pater mittendi potentiam habet una cum potentia spirandi: igitur et Filius cum spirandi potentia habebit potentiam mittendi.

Item quod natura alicujus est, etiam ex eo est, secundum quod dicitur esse illius: Spiritus vero sanctus est Filii, et patet quod natura, non enim præter naturam, nec ut servus. Est igitur Spiritus sanctus ut Spiritus sanctus, videlicet ut divina persona in Trinitate ex Filio.

Item Spiritus sanctus est nomen relativum. Dicitur enim Spiritus Patris, Spiritus Filii; si enim esset absolutum, non diceretur alicujus. Nullum enim absolutum secundum quod significatur a nomine dicitur alterius, sed secundum aliquem alium respectum: quemadmodum homo, cum sit absolutum, non dicitur alicujus homo, sed quod servus, vel Filius: sed Spiritus secundum significatum hujus nominis Spiritus dicitur Spiritus Filii, quemadmodum et Patris. Est igitur relativum, et consequenter refertur ad spirantem. Est igitur Spiritus Patris et Filii tanquam a spirantibus et producentibus illum. Quod si quis dicat, ideo dicitur Spiritus Filii, quia ex eo mittitur, falsa ratio est, e converso namque quia ejus est, mittitur ex eo, priora enim sunt causa posteriorum. Prius autem est quod Spiritus sit Spiritus Filii,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

posterius vero quod mittatur ab eo. Sive enim istam temporaneam missionem dicas posterior, et absque dubio quanquam sit ejus Spiritus: siquidem hoc æternum est; sive æternam missionem intelligas, hoc etiam modo mente præintelligitur, quod Spiritus sit Spiritus Filii: quia esse quidem Spiritum Filii Spiritum intelligere ut habere, et mittere vero ut dare; habere autem præintelligitur prius quam dare. Quare pro nobis hæc ratio facit. Quia enim natura est ejus Spiritus, natura illum mittit: processio vero naturalis in divinis cum aut per generationem, aut per spirationem sit, hæc autem non sit per generationem, relinquitur quod est per spirationem. Missio igitur ex Filio Spiritus est ejus ab eo spiratio.

Item Spiritus sanctus accipit a Filio. *Ille* enim, ait, *ex meo accipiet;* quod autem accipit est ejus essentia; nec enim est aliud ipse, aliud ejus essentia, esset enim compositum. Cum igitur summe simplex sit, essentiam suam et esse accipit ex Filio. Hoc enim quod dicit, *Ex meo accipiet*, non quemadmodum aliqui putant ex meo Patre intelligendum est; primo quia hæc locutio neque Græca, neque Latina est. Nam si eum dicitur, *Ex meo*, subintelligendum esset Patre, hoc *meo* esset pronomen generis masculini; nullus autem vel in Græca, vel in Latina lingua edoctus aut masculini, aut feminini generis pronomen profert, nisi cum additione: *Meus frater*, vel *Meus amicus*, aut *Mea civitas*, vel *domus* dicens. *Meus* etenim simpliciter absque additione, non magis Patrem, quam hostem significat. Deinde ab ipsa intentione Salvatoris hæc ratio vana probatur. *Omnia* enim, inquit, *quæcunque habet Pater, mea sunt. Ideo dixi, ex meo accipiet, et annuntiabit vobis.* Ita ut tale ex iis fiat argumentum: Spiritus accipit ex iis quæ Patris sunt; igitur Spiritus accipit ex meis, vel ex meo. Et cum ipse, et sua unum et idem sunt propter summam simplicitatem, accipiendo de suis, accipiet ex eo. Hujus autem sententiæ sanctus quoque Athanasius est, ait etenim: Non enim Verbum a Spiritu accipit, sed Spiritus a Verbo. Quid igitur accipiat a Filio considerandum est, patet quod sapientiam et scientiam: *Ex meo* enim, inquit, *accipiet, et annuntiabit vobis.* Annuntiare enim nihil aliud est, nisi docere et illuminare apostolos. Hoc autem est sapientiæ opus; igitur sapientiam a Filio accipit Spiritus. Quid igitur absque sapientia spiratus fuit a Patre, et ideo oportuit eum a Filio excipere sapientiam? aut aliud est ejus esse, aliud sapientia? At hæc absurda sunt. Idem enim est sapientia, et esse ejus, et a quo accipit esse, ab eodem accipit sapientiam: et cum spiratur, et accipit esse et subsistere, etiam accipit sapientiam. Cum igitur sapientiam a Filio quoque accipit, ipsum esse et subsistere simul ab eo accipit: igitur Filius etiam est ei causa essendi quemadmodum et Pater.

Item si Spiritus accipit a Filio; ergo Filius dat ei; sed ipsum dare in divinis personis significat idem quod producere. Chrysostomus etenim illud evangelicum exponens: *Omne judicium dedit Filio*, ait: Et ut discas, quod dedit idem esse atque generavit, audi alias auctoritates, ex quibus hoc significat: *Quemadmodum* enim *Pater habet vitam in semetipso, ita dedit Filio vitam habere in semetipso.* Quid igitur primo genuit eum, et deinde dedit ei vitam? ergo absque vita genitus est. Sed hoc nec dæmones quidem dicent, una enim cum impietate magna etiam ignorantia esset hoc dicere. Quemadmodum igitur, Dedit ei vitam, pro eo quod genuerit eum vitam intelligendum est; ita et illud, Dedit ei judicium, pro eo quod judicem eum genuit, capiendum est. Similiter igitur cum Filius det Spiritui sapientiam, producit illum sapientiam, esse scilicet et subsistentiam ei dans, quam accipit cum spiratur ab eo. Igitur spirationis etiam Filius causa sive principium est.

Item Filius de se quidem ipso dicit: *Quæ audivi a Patre meo, annuntiavi vobis;* de Spiritu vero: *Non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet loquetur.* Quod igitur significat de Filio hoc quod audit a Patre, idem et de Spiritu significat ipsum audire; sed de Filio ipsum audire significat esse a causa, et ipsum generari. Audire enim nihil aliud est, nisi sapientiam et scientiam accipere. Filius autem non primo natus, deinde postea accepit scientiam vel sapientiam, sed natus est sapientia; in ipso generari accipiens scientiam et sapientiam, et cætera omnia, quæ idem sunt cum ejus essentia: hanc igitur accipit a Patre cum audit ab eo, et audire ejus generari est. Igitur et audire Spiritus sancti non significat nisi quod a causa est et spiratione ejus. Quare a quo audit, ab eo etiam procedit: sed non solum a Patre audit, sed etiam ex Filio, quod ex ipsis verbis Salvatoris apparet, ubi dicit: *Ex meo accipiet, et annuntiabit vobis.* Annuntiandi namque causa est Spiritum audire; et ejusdem annuntiandi hoc quoque causa est, quod ex Filio accipit. Quare ex Filio accipere vel audire, unius ejusdemque rei, videlicet annuntiandi causa est. Igitur in divinis idem est audire et accipere; et cum accipiat ex Filio, igitur audit etiam ex eo. Ejusdem sententiæ sanctus etiam Basilius est in Regula monastica, de Spiritu sancto dicens, quod docet et suggerit omnia quæcunque audit a Filio, etiam producitur ex eo; eo quod ejus audire idem est quod procedere, ut dictum est.

Item esse Patrem aut generare non continet in se rationem spirandi, esset etenim Spiritus Filius, sed Filius omnia simpliciter habet, quæ et Pater, præterquam quod generet, vel sit Pater. Dicit enim sanctus Cyrillus in secundo ad Herminm: Coæternum credimus Filium Patri, et omnia quæcunque æquali mensura habentem, præter ipsum generare: hoc namque soli Deo et Patri tribuitur. Idem in sermone de Trinitate: In Filio unigenito per omnia simili et æquali Patri, præter paterni-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tatem. Habet igitur spirandi potentiam Filius, cum hoc præter rationem paternitatis sit, omnia vero Patris præter paternitatem, vel præter vim generandi, ipse quoque habet, ut Cyrillo placet.

Item Spiritus sanctus dicitur donum ut Patris, ita et Filii : ergo et ex utroque. Antecedens omnibus doctoribus placet, consequens probatur : donum etenim est dantis, aliquid vero alicujus est, aut secundum identitatem, aut ut possessio ejus vel servus, aut secundum originem, et cum nullus modorum priorum conveniat, cum dicimus Spiritum sanctum donum esse Filii, restat ut secundum tertium modum originis, videlicet dicatur Spiritus sanctus Filii donum : ergo Filius est ejus origo et causa.

Item Gregorius Nyssenus in homilia super *Pater noster*, quæ incipit, *Quando Moyses populum Israeliticum ad montem discendi causa adducebat;* distinctionem divinæ Trinitatis tradens, Patrem quidem a Filio et Spiritu sancto distinguit, eo quod ipse quidem absque causa est, illa vero a causa : Filium vero et Spiritum sanctum, quibus commune est quod a causa sint, distinguit ab invicem, eo quod ille quidem ex Patre est, hic vero ex Patre et Filio : ita enim in antiquioribus codicibus scribitur. Quare manifeste etiam secundum istum doctorem Spiritus est ex Filio. Quod si qui secundum moderniores libros Spiritum Filii dicant esse scriptum non ex Filio, nec hoc modo tamen aliquid plus habebunt. Idem enim concludetur etiam ex hoc. Patet namque quod cum Filio et Spiritui sancto commune sit principiata esse (diximus pluries quomodo capiunt sancti doctores Græci causatum, et principiatum in divinis videlicet pro eo, quod est a principio sive creata esse) quærit quomodo distinguerentur ab invicem, et asserit, quod quanquam commune habeant hoc, quod ambo sint causata sive principiata, tamen Filius ex Patre dicitur, et ultra non procedit ejus proprietas, Spiritus vero et ex Patre dicitur et una cum hoc etiam Filii esse testantur Scripturæ. Quare Spiritus Christi quoque Spiritus est, Filius vero nec est Spiritus, nec dicitur. Et hoc putat hic sanctus doctor satis esse ad distinguendum, quod Spiritus dicatur Spiritus Filii, Filius vero non dicatur Filius Spiritus. Si igitur quod Spiritus dicatur Spiritus Filii, distinguit illum a Filio; secundum autem nostros nil aliud illum a Filio distinguit, nisi diversus processionis modus ipsum videlicet spirari. Idem ergo est Spiritum esse Filii Spiritum, atque ex Filio procedere. Cujus ergo dicitur Spiritus, ex eo etiam procedit : dicitur autem Filii Spiritus tanquam et Patris; igitur etiam ex Filio quemadmodum ex Patre procedit. Et notandum quod vana est quorumdam expositio dicentium propter consubstantialitatem dici Spiritum Filii Spiritum : cum hic sanctus doctor tanquam distinctivum hoc accipiat. Quæ vero propter consubstantialitatem dicuntur, uniunt, non distinguunt. Si igitur non propter consubstantialitatem dicitur Spiritus Filii, omnes demonstrationes Latinorum potissimum, et absque aliqua contradictione remanent : quibus ex eo quod Spiritus dicetur Spiritus Filii, etiam ex Filio eum procedere probant. Per hanc enim falsam expositionem aliqui eas evertere conantur propter consubstantialitatem, putantes dici Spiritum Filii. Hanc sententiam Gregorius Nyssenus ut falsam manifeste reprobat, accipiens illud tanquam distinctivum. Sed cum ad ostendendam quidem hujus conclusionis veritatem, Spiritumque sanctum ex Patre et Filio procedere probandum, multa argumenta, multæ auctoritates, multæ rationes sint, satis tamen ex prædictis tibi puto fecisse.

Solutiones inconvenientium, quæ a Græcis opponuntur Latinis et cæteris recte sentientibus.

Cum vero quædam inconvenientia nobis, qui veritatem confitemur, ab illis inferuntur, qui, nec quid dicant, sciunt, nec de quibus asserunt, illa quidem, quæ contra argumenta probantia veritatem opponuntur, in ipsismet argumentis breviter solvimus, ut vidisti. Eorum vero, quæ contra ipsamet conclusionem inferuntur, eligens potiora, et quæ magis verisimilia videntur, solutiones pro posse, paucis et sufficienter hic inseram ; ut tibi oratio ista, quam fieri potest, completa sit, et ad omnia sufficiens. Quanquam hæc inconvenientia non contra nos inferuntur, nec nos tenemur reddere rationem : sed contra sanctos doctores, qui nobis hujus dogmatis hujusque conclusionis principes et auctores fuerunt ; et non solum contra occidentales, qui apertissime docent conclusionem, sed non minus contra orientales. Ab ipsis igitur etiam solutiones quærendæ sunt, non a nobis, quod et fecerunt, Spiritu sancto prævidente omnes insurrecturas hæreses. Attamen nos etiam ab illis illuminati, et ab aliis viris beatis, qui amplissima de hac re opera sua nobis reliquerunt, ad ea nosmetipsos opponemus. Putant igitur Patrem et Filium aut in unam confundi personam, si quis ex utroque procedere Spiritum sanctum dicat, aut duas causas duoque principia necesse esse ponere ; utrumque vero horum absurdissimum est. Nos vero ad confusionem quidem personarum hæc dicimus, quod si operationem spirandi constitutivam personæ paternæ poneremus, tunc sequeretur hoc inconveniens, ut Filius esset una eademque persona cum Patre. Cum vero constitutiva quidem paternalis personæ paternitas, et ipsum generare probatum fuerit, spirare vero proprietas quædam sequens ejus personam jam constitutam ; cur ille, cui communis est cum Patre non constitutiva proprietas, una eademque persona cum ipso esset? Quemadmodum enim commune habens Filius cum Patre, quod Spiritus dicatur Spiritus ejus, prout Patris, item quod ab eo mittatur prout a Patre, tamen non est eadem persona cum Patre, eo quod non est constitutivum, nec quod Spiritus dicatur Spiritus Patris, nec quod a Patre mittatur. Item et si commune habeat cum Patre spirandi potentiam

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

non ideo in eamdem cum eo confunditur perso- A nam. cum spirare non sit paternalis personæ constitutivum. Quare donec non probetur spirandi potentiam paternalis personæ constitutivam esse, nec confusio personarum inde probari poterit. Sed spirandi potentia constitutiva esse, probari non potest : cum quia sequeretur quod Pater haberet duas personas et duas hypostases, ut in principio probatum est, hoc autem inconveniens : tum quia hæc petitio principii esset. Ponere namque potentiam spirandi constitutivam esse personæ Patris, et ex Patre solum Spiritum procedere, unum et idem est. Quare qui hoc dicit, petit principium. Cum autem hoc non probetur, nec confusio personarum sequitur, quanquam sint qui credant. Dictum est autem in superioribus B quænam eorum quæ de Deo dicuntur, communia sunt ; quæ propria, et propriorum quænam duabus personis propria ; quæ vero uni soli, eorum quæ uni soli ; quænam ita propria sunt, ut et personalia sive hypostatica sint ; quæ vero ita propria, ut notiones non ut hypostatica ; quale ipsum quoque spirare dictum est esse. Igitur ex iis quæ nunc dicta sunt, et ex iis quæ in superioribus præsupposita fuerunt, hujus inconvenientis solutio patet. Nec habet quispiam amplius accusare Latinos, quod confusionem introducant personarum. De duabus vero causis, sive duobus principiis, quæ in theologiam Latini introducere quidam autumant, hocque inconveniens magis eos sequi, quam umbram corpora putant : quid dicemus ? Nempe hoc in primis dicendum est, quod ipsa sola auctoritas sanctorum sufficiat fidelibus necesse est : qui utrumque dixerunt, et quod Spiritus a Patre procedit et Filio, et quod tanquam ab uno principio. Non enim duo principia Spiritus sunt Pater et Filius, inquit Augustinus, sed unum ejus ambo principium sunt ; quemadmodum creaturæ non tria principia, sed unum sunt Pater, et Filius, Spiritus sanctus, ipsa Trinitas Deus. Quam igitur aliquis hac apertiorem quærat solutionem, quam Spiritus sanctus per hujus sanctissimi Patris os et doctoris locutus est. Non enim lateat nos quod idem inconveniens multorum videlicet principiorum, et multorum deorum in productione etiam creaturæ sequeretur. Si quis D non pie consideraret, quod a fide Christiana est alienum, et conveniens gentilibus. Hoc enim est de quo maxime nos gentiles accusamus, quod multos videlicet introducebant deos, multosque creatores. Cum igitur nos etiam tres divinas personas creaturæ causam et principium credamus, nos etiam hoc inconveniens sequeretur, et multa videremur ponere principia, multasque divinitates, si quis non recte intelligat. Sed audi quomodo sancti doctores sapientissime hoc solvunt. Nam et si Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum creaturæ causam esse credamus : quoniam tamen ad Patrem omnia referuntur, et quia ab eo habent et Filius et Spiritus sanctus et ipsum esse, et creandi potentiam ; si enim Pater non esset, Filius et Spiritus sanctus nec creandi potentiam haberent, nec omnino essent, item quoniam una et eadem numero, et communi divinitate, sive divina essentia prodeunte : ideo merito unus Deus et unus Creator sunt.

Item quoniam una et eadem numero potentia erat cum Patre ; Filius et Spiritus sanctus ex una et eadem numero et communi divinitate, sive divina essentia prodeunte : ideo merito unus Deus, et unus Creator sunt. Hoc idem igitur de processione Spiritus ex Patre et Filio sufficiens sit illis qui de hoc quærunt. Quoniam etenim una, et eadem spirandi potentia ex una et eadem essentia prodeunte Pater et Filius Spiritum sanctum spirant : et quoniam a Patre hanc spirandi potentiam Filius habet, ideo unus spirator, una causa et unum principium processionis Spiritus ambo sunt. Hæc igitur ut dictum est sufficerent non contendentibus propter doctorum auctoritatem, idem tamen ratione quoque probatur ; cum enim duo sint, ad quæ omne productum refertur, forma videlicet, secundum quam producitur, et suppositum aut persona, ex qua, si Pater et Filius, quemadmodum duo sunt secundum personas, si ita et forma, secundum quam producunt, duo essent, tunc necessario duo essent principia Spiritus, cum vero etsi personis duos esse fateamur, forma tamen, qua producunt unum numero sint, et omnino indistincti (est enim ipsa divina essentia una et C eadem numero communis ambobus, secundum quam ambo Spiritum producunt), non est necesse, imo impossibile est, duo principia dicere. Est etenim una numero essentialis activa spiratio, quæ cum eis propria sit, non potest tamen esse communis Spiritui sancto, eo quod ut sæpius dictum est opponitur ejus proprietati. Omnia enim essentialia communia Filio et Spiritui sancto cum Patre sunt, salvis tamen eorum proprietatibus. Omnia enim est Filius quæcunque et Pater, Basilius et cæteri doctores aiunt, manens in eo quod est Filius, videlicet in ejus proprietate. Quanquam etenim æqualis et similis sit Patri, generare tamen se ipsum non potest, cum sit ejus proprietati oppugnans. Eodem modo Spiritus quoque, etsi omnia communia habet cum Patre et Filio, servet tamen suam proprietatem necesse est : quia spirare se ipsum non potest, cum hoc oppugnet ejus proprietati. Ex his igitur clarissime patet falso Latinos accusari, quod duo ponant in divinitate principia. Item aut perfecta est, aiunt, ex Patre processio, et superfluit illa quæ ex Filio est, aut si hæc necessaria est, imperfecte ex Patre procedit. Hoc vero inconveniens est, imperfectam operationem dicere Patris, et ad suam perfectionem Filio indigere. Ad quæ respondemus, illos qui hæc dicunt, ideo errare, quia omnino duos esse putant Patrem, et Filium, et eorum operationes, humanis exemplis inhærentes, quia vident duorum hominum duas esse operationes numero, etsi ad unum effectum ten-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

dant, et distinctas ab invicem, putant idem contingere etiam in Deo. Quod absurdissimum est. Namque Pater et Filius personis solummodo distincti, in cæteris unum et idem sunt : quo fit ut etiam spirandi potentiam unam et eamdem numero habeant, et simul non seorsum, nec hic prius, alter posterius, nec hic alia, alter alia spiratione spiret Spiritum, ut ii qui corporales in omnibus sunt, putant ; sed simul et absque tempore una eademque numero spiratione perfecte ambo, et supra omnem perfectionem eum spirent. Necesse enim est eadem toties ad eos dici, qui toties audientes non intelligunt ; aut quid isti dicent, si quis eos e contra interroget, si perfectam credunt mundi ex Patre creationem, an non ? Si enim perfectam, quare Filium quoque et Spiritum creatores nominant? Si vero imperfectam, et ideo Filium et Spiritum Patri associant, considerent quid dicant. At perfecta quidem ex Patre mundi creatio, una vero eademque numero Filii et Spiritus operatio ad ejus creationem est, et non alia Patris, alia horum ; tunc enim haberent locum hæc puerilia dubia. Ita igitur et in proposito perfecta quidem, et super omnem perfectionem est Spiritus ex Patre processio : eadem vero et una numero ex Filio quoque ejusdem Spiritus spiratio est, non alia et alia, nec aliter et aliter, nec prior et posterior, sed simul eadem, et similiter cum una et eadem numero spirandi potentia Spiritum ambo spirant. Et nullus rursus blasphemiæ hinc rationem accuset, audiens nos ex creatura arguentes. Et ideo putet Latinos Spiritum sanctum inter creaturas ponere ; fuerunt etenim, et sunt, qui in hanc etiam proterviam et insaniam devenerunt, ut hoc quoque Latinis imputare auderent. Hæc enim aut stultorum, aut jocari volentium sunt ; aut illorum qui ignorant sanctos Patres et doctores sæpius a creatura et sensibilibus exemplis manuducentes nos ad credendum res intellectuales et invisibiles atque divinas, ab eis quæ et exile vestigium divinæ similitudinis habent, illa probantes pro posse. Trinitatem etenim personarum Orientales quidem, intellectu, verbo et spiritu ; item oculo, fonte et fluvio ; rursus sole, radio et luce : Occidentales vero aliis similibus ostendere conantur. Quamvis unumquodque eorum exemplorum etsi ratione tria sint, una tamen hypostasis sive substantia realiter est. Patres tamen non putarunt propterea propositam veritatem offendere, sed quantum intentioni eorum conveniebat ex iis exemplis accipientes, reliquum, tanquam alienum a veritate, repellebant. Et nemo eos nec accusavit nec accusabit, donec mentis compos est, talibus quod usi fuerint exemplis. Quomodo igitur Latinos recte quis accusabit, si ad ostendendam unam eamdemque numero esse spirativam in Patre et Filio potentiam, utantur exemplo ab omnibus concesso, una eademque numero a Trinitate entium creatione ? aut quomodo propterea calumniari eos aliquis audebit, quod Spiritum sanctum cum creaturis connumerent ? præsertim cum nullus eorum qui nunc vivunt, Latini, nec qui post divisionem et infaustam infelixque illud schisma fuerunt, hoc primo dixerit ; sed illi prisci sancti, illi antiqui doctores, illa luminaria magna, quorum sonus in omnem terram exivit, et verba in fines orbis terræ, quique a nobis et nostris ut præcipui doctores et sancti merito celebrantur, hæc exempla et invenerint, et dixerint. Augustinus etenim, qui profunditate scientiæ omnes antecellit, sanctitate et fervore charitatis in Deum nulli cedit : Augustinus est, inquam, qui hæc eisdem verbis dicit Patrem et Filium scilicet principium esse Spiritus sancti. Quemadmodum Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum unum principium creaturæ credendum est. Accusent ii qui facile cuncta audent, et beatum Athanasium, qui in Dialogo Orthodoxi cum Ariano dissimilem Filium Patri, et Spiritum Filio et Patri ponente, ita dicit : Dei natura cum Filii et Spiritus sancti causa est, tum omnis creaturæ ; et simili audacia aut Filium et Spiritum cum creatura ponant, aut creaturam cum Filio et Spiritu sancto ut Deum colant, ut eamdem numero causam esse Dei videlicet et creaturæ, sanctus doctor docuerit. Sed hæc impudentium et ignorantium hominum sunt. Etenim cum inconvenientiæ, quæ quidam contra veram nostram conclusionem suis rationibus inferre solent, hæc potissimum sint ; et ad hæc si qua alia sunt, referantur : patet, quod illis Deo favente sufficienter solutis, cætera etiam simul corruunt, et quæ ad hæc dicta sunt, et ad omnia etiam illa sufficiunt.

Expositio auctoritatum doctorum quorumdam, quæ Latinis contrariæ esse videntur.

Cæterum restat considerare quæ a quibusdam auctoritatibus doctorum oppositis, ut arbitrantur, Latinis et hujus dogmatis veritati arguunt, putantes contradictionem ex eis concludere : quarum una quidem est illa, quam in Theologicis suis beatus Joannes Damascenus ait ; Spiritum Filii dicimus, ex Filio vero non dicimus. Altera vero sanctissimi Dionysii Areopagitæ, in libro *De divinis nominibus* dicentis : Solus fons divinitatis, qui supra omnem substantiam est, Pater est. Nam etsi aliquæ aliæ reperiantur, ejusdem tamen sententiæ sunt, et ad hæc tanquam potissima et quæ videntur expresse Latinis esse contraria, referuntur. De iis ergo duabus duntaxat considerandum est. Ad illud ergo, quod Joannes Damascenus ait, audi quam simpliciter, quam juste, quamque sufficienter ad persuadendum pro Latinis et eorum opinione confirmanda respondebimus. Nullum dicimus nomen ita sufficiens esse, ut unum solum possit præcise significare, quod in divinis exprimere volumus, quo fit ut multis et diversis altero unam, altero aliam rem nec tunc complete significemus. Cum enim hæc nomina et verba a nobis inventa sint, et qui natura regimur, et qui naturalibus rebus ea significandis imponimus, nec inventoris, nec eorum qui-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

bus imponuntur, naturam excedere possunt : ideoque divinas res complete significare minime possunt. Quare imperfectionem nominum non attribuendam esse rebus divinis, omnis qui recte sapit, affirmat. Sed cum aliis nominibus divinas res exprimere non possimus, utendum quidem his consuetis nominibus est. Utendum tamen in quantum rebus significatis conveniunt, imperfectionem eorum, et si quid inconvenientiæ secum portant, refellendo, et per aliud nomen defectum alterius supplendo. In quæstione itaque proposita, videlicet in processione Spiritus ex Patre et Filio, duo hæc necessario exiguntur : unum, quod Pater et Filius æqualiter atque simpliciter Spiritum sanctum spirent, non unus perfecte, alter imperfecte; hoc enim contrarium est fidei veritati. Alterum, quod Filius B ut in aliis, ita etiam in spirando relationem et ordinem habeat ad Patrem. Utrumque enim horum insunt Patri et Filio. Summa etenim est in eis et potentiæ æqualitas, imo identitas, et summus ordo. Quarcunque enim Filius habet, ipsum etiam spirare Spiritum, habet a Patre. Si igitur unum nomen esset sufficiens, et summam potentiæ eorum identitatem, et summum ad invicem ordinem simul significare, illo profecto omnibus aliis postpositis utendum esset. Nunc vero non solum impossibile est unum tale reperire nomen : et ideo necessario uno nomine alterum horum, altero vero alterum exprimendum est, verum etiam hæc diversa nomina ad hoc quod utrumque per se unum tantum C significatum prædictorum significant, etiam imperfecte illud unum significant. Quare nos recte quidem et pie quid rei significandæ conveniat recipientes, reliquum, et quod imperfectionis est, repellimus. Tales sunt eæ præpositiones *ex*, videlicet et *per*. Præpositio namque *ex* æqualitatem quidem cum de aliquibus duobus vel pluribus accipitur, significat; ordinem vero unius ad alterum minime. Si quid enim ex duobus fieri dicimus, puta si quod pondus ex duobus trahitur, similiter quidem et æqualiter eorum ex utroque trahi, quoad vim præpositionis significamus. Ordo vero unius ad alterum non inde apparet. At præpositio *per* e converso ordinem quidem significat, æqualitatem vero minime. Si quid enim ex aliquo per aliquem D esse aut fieri dicatur, manifeste apparebit illum, de quo dicitur *per*, ordinem quemdam ad illum de quo præpositio *ex* prædicatur, habere; et hunc ab eo accepisse id quod per eum fit. Æqualitas vero horum ad invicem minime significatur. Minoris namque potentiæ semper et auctoritatis est ille, de quo præpositio *per* prædicatur. Unde sancti Patres et doctores cum orientales, tum occidentales, cum ad potentiæ æqualitatem, imo identitatem Patris et Filii respiciunt, ex Patre et Filio dicunt Spiritum sanctum procedere et esse. Cum vero ordinem eorum ad invicem ostendere volunt, ex Patre per Filium eum procedere, et ex Patre per Filium, sive ex Deo per Filium, cum esse do-

A cent. Sunt tamen nonnulli sanctorum, quorum aliqui majoris fecerunt ordinem, ut major pars Orientalium : aliqui æqualitatem, sive identitatem, ut plurimi Occidentalium. Et quemadmodum occidentales pluris facientes æqualitatem sæpius utuntur *ex*, ita orientales, qui ordinem majoris existimant, cum quibus et beatus Joannes Damascenus connumeratur, *per* ut plurimum utuntur, raro admittentes præpositionem *ex* : non sibi invicem contradicentes, sed diversa significata diversis nominibus exprimentes. Quare de mundi creatione, etsi absque ulla ambiguitate ex Filio etiam omnia producta sint prout ex Patre, rarissime tamen reperies apud doctores præsertim orientales, quod mundus sit productus ex Filio, sed semper per Filium, ob illud Joannis : *Omnia per ipsum facta sunt*. Ita magis ordini adhæserunt Patres orientales; et ideo utuntur *per*, quæ sola ordinem significat. Præterea lingua Græca per hanc præpositionem *ex* principalem significat causam, qualem Filium esse, vel Spiritus, vel mundi, nullus omnino concedet. Quare fugiunt doctores de Filio ipsa *ex* uti, ne quis eum principalem causam putaret; et non solum ipsa *ex*, verum etiam nomen causæ fugiunt de Filio dicere respectu ad creaturam, quanquam et Filius et Spiritus passim ab omnibus fidelibus causa mundi esse credantur, et una cum Patre causa : timentes ne quis propterea principalem causam eum esse putet; a quo ut falso sibi cavent. Unam enim principalem et Deitatis et creaturæ causam sciunt Patrem videlicet solum. Si igitur Latini cum sanctis occidentalibus ex Patre et Filio Spiritum sanctum dicentes, non principalem causam Filium ponunt, sed eorum potentiæ identitatem et æqualitatem per hoc profitentur : Damascenus vero principalem causam negans, quæ per *ex* significari solet, habuit respectum ad ordinem, et ideo utitur *per*, ex Patre per Filium procedere Spiritum asserens, per quem Filii ad Patrem ordo manifestatur, æqualitatem sive identitatem corum potentiæ nec ipse negans, quomodo magis invicem consona dicantur? Ipse enim est, qui de Patre, ipse quidem est intellectus Verbi abyssus. Verbi genitor, et per verbum spirator declarativi Spiritus. Et rursus : Spiritus vero sanctus declarativa absconsæ divinitatis potentia Patris, ex Patre per Filium est procedens. Quod autem per hanc præpositionem *per*, tum per hunc, tum per alios doctores, Filius quoque cum Patre causa substantiæ Spiritus ostenditur, satis in oratione *De unione* a nobis probatum est, præsertim cum addatur hoc verbum *procedere*, quod etiam, secundum nostros, nihil aliud quam ipsum esse personale Spiritus sancti significat. Et ad auctoritatem quidem Damasceni hæc sufficiant.

Ad illa vero sancti Dionysii, solum fontem Divinitatis Patrem dicentis, ut clarius appareat auctoritatem illam non habere illum intellectum, quem nostri putant, audiendum est primo illos doctores,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

qui etiam Filium dicunt fontem Spiritus sancti, non dico gratiarum Spiritus non subsistentium, hac enim abutuntur ad omnia hujuscemodi responsione : sed ipsius personæ Spiritus sancti. Primo itaque Athanasius in sua contra Arianos oratione illud Psalmi : *Quoniam apud te est fons vitæ*, exponens, Sciebat etenim, inquit, Pater videlicet apud se habens Filium fontem Spiritus sancti. Patet igitur quod ipsam personam Spiritus hic dicit non gratiam non subsistentem; habemus enim a sancto Basilio traditam regulam, quod cum audimus Spiritum cum additione sanctum, nil aliud quam personam Spiritus intelligere debemus. Cum igitur hic Filius fons Spiritus cum additione sancti dictus sit, patet quod personæ ejus fons dictus est. Deinde quoque ipse magnus Basilius, qui hanc nobis tradidit regulam, fontem Spiritus sancti Filium nominat, dicens : Fons vitæ Filius, ait enim David ad Patrem : *Quoniam apud te est fons vitæ;* et rursus alius propheta dicit de Judæis : *Me dereliquerunt fontem aquæ viventis.* Aqua vero vivens dicitur Spiritus sanctus. Et notandum quod Spiritum sanctum dicit, significans ipsam ejus personam; persona vero Spiritus sancti Deus est; Filius igitur cum sit fons Spiritus sancti, fons est divinitatis manifestissime. Quare cum sancti Dionysii illa auctoritas, solum fontem divinitatis Patrem inquientis, prædictis sanctorum auctoritatibus non contradicat (nefas est enim etiam cogitare quod sancti doctores invicem contradicant), aliud quam vulgus putat, intelligit; nec ideo dicit hæc ille doctor, quasi negans Filium esse fontem Spiritus sancti, sed ipse quoque una cum prædictis doctoribus eum fontem esse Spiritus sancti dicit, hoc est, ejus personæ. His igitur declaratis respondemus, quod non omnimodam divinarum personarum distinctionem ab invicem hic, ut nostri falso arbitrantur, sanctus doctor tradere proposuit; et patet quia nullam Filii distinctionem et Spiritus sancti tradidit. Non igitur omnium trium personarum ab invicem distinctionem, sed Patris duntaxat ad reliquas tradit. Patrem igitur in parte ad Filium comparans, et eorum ab invicem distinctionem tradens, solum fontem Patrem ait, ac si diceret Patrem quidem fontem Filii esse, Filium vero fontem Patris minime esse. Et quod de Patre et Filio duntaxat hic speculetur, a sequentibus manifestatur. Ea etenim, inquit, quæ sunt generationis divinæ, quæ super omnem substantiam est, non convertuntur ad invicem. Hoc enim nomen generationis divinæ Patrem et Filium duntaxat respicit, cum ille generet, hic generetur. Hoc autem manifestius apparet, cum subjungit, cum Pater non sit Filius, nec Filius Pater : patet igitur quod generare et ipsam paternitatem soli Patri tribuens, solum fontem eum ait divinitatis, ac si diceret : Solus Pater, solus generans est, nec ipse generatus, nec Filius generans, cum ea quæ sunt generationis divinæ non convertantur ad invicem. Et hæc quidem vera ejus auctoritatis expositio simul et solutio est. Quod si quis etiam diceret Patrem solum fontem generationis divinæ, quæ supra omnem substantiam est, tanquam qui solus Filii simul ac Spiritus principium sit, et solus fons non ex fonte : Filius vero sit quidem fons, doctoribus ita docentibus, sed fons ex fonte. Hujus autem sententiæ et beatus Augustinus in quarto *De Trinitate* est; ait etenim : Et quod dicit Dominus : *Quem ego mittam vobis a Patre*, probat Spiritum sanctum et Patris esse et Filii. Etenim cum dixisset : *Quem mittet Pater*, addidit : *In nomine meo*; non tamen dixit : Quem mittet Pater a me, quemadmodum dixit : *Quem ego mittam vobis a Patre*, ostendens videlicet quod totius divinitatis, vel ut melius dicatur, Deitatis Pater est principium. Hoc beatissimo doctore quem digniorem quæremus mentis Dionysii expositorem? Quis hoc melius intellexit? in quo ut illo Spiritus sanctus locutus est? Quod enim ille dixit solum fontem divinitatis, quæ super omnem substantiam est, hic totius Deitatis principium inquit : cum Pater scilicet a nullo principio sit, sed ipse sit Filii et Spiritus sancti principium, Filius vero principium habens Patrem, ipse etiam principium sit Spiritus sancti. Sed ne te offendat rursus nomen totius Deitatis, nec opponas toti partem, tanquam si Filius partis esset principium; Deitas enim non est partibilis. Hic vero defectum imbecillitatis nominum est, quem qui ad res significatas transfert, non recte nec pie agit. Ad exponendam igitur auctoritatem prædictam, et oppositionem inde submotam solvendam etsi multi alii modi essent, tamen quæ dicta sunt, ita manifesta et clarissima sunt, ut sola sufficiant. Probato enim quod Filius sit etiam fons Deitatis, siquidem fons Spiritus sancti est sanctorum Patrum sententia, Spiritus vero sanctus Deus est (quibus beatum Dionysium contradicere nullus fidelium dicet), restat ut hoc quod dicit Dionysius, solum fontem Deitatis Patrem esse, secundum prædictos modos, aut alterum illorum, et non aliter dixerit.

Brevis Epilogus omnium, quæ dicta sunt in hoc opere.

Ego quidem tua gratia, clementissime vir, quod petiisti pro posse complevi. Quæ enim acta in concilio fuerunt ex parte narravi, utriusque quæstionis rationes breviter reddidi. Quæ inferuntur inconvenientia contra veritatem conclusionis sive ex rationibus adversariorum, sive ex auctoritatibus doctorum solvi. Et quidem ut puto sufficienter. Ex quibus, ni fallor, fidei nostræ veritas clarissime probata est. Tuum vero erit et aliorum, quorum in manus hoc opus legendum pervenerit, attente absque passione sæpius eadem legere et relegere, et bene quæ in eo dicta sunt contemplari; fortassis etenim non inutilis, neque labori nostro inconveniens vos fructus sequetur; sed qualis maximi existimandus est. Siquidem veri

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nec inquirendi fructuosior labor est, nec inventi pretiosior fructus. Sed ante omnia sanctorum Patrum et doctorum occidentalium auctoritates, quas cum his simul ad te mitto, legentes, attente ex his colligetis problematis hujus clarissimam veritatem. Si qui vero non veritatis, sed contentionis amici, aut meis rationibus, aut dogmati Latinorum instantias inferant, eos deridentes et per Patrum auctoritates facillime arguentes : omnis etenim ratio his contradicens reprobanda est, tanquam veritati contraria, siquidem Patres veritatem locuti sunt. Tu vero una cum Occidentalium Patrum testimoniis etiam aliquas Orientalium auctoritates a nobis accipe, ut etiam istos eadem illis dicentes, intelligas ; et non solum sententia, verum etiam ipsis verbis eos plerumque esse concordes.

EJUSDEM CARD. BESSARIONIS

AD GRÆCOS EPISTOLA

EXHORTANTIS EOS AD OBEDIENTIAM SACROSANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ, ET SUSCEPTIONEM SYNODI FLORENTINÆ, ET DE ELECTIONE SUA IN PATRIARCHAM CONSTANTINOPOLITANUM.

ARGUMENTUM.

Græci nostri, mortuo Josepho patriarcha Constantinopolitano Florentiæ, noluerunt alterum eligere et in locum demortui substituere, quem confirmaret summus pontifex Eugenius IV, quod dicerent non esse moris eum eligendi extra Constantinopolim. Quibus excusando se humanissime pontifex respondit, se non posse deponere Latinum patriarcham titularem, nisi Græci proponerent alterum Græcum ibi ubi celebrabatur concilium, a se confirmandum. Quem autem postea Constantinopoli primum elegerint, non adeo constat. In historia quam scripsit nostra ætate Theodosius Zygomalas ad Martinum Crusium hæreticum, fertur fuisse Gregorius Protosyngelus, ut notavimus in II libro de Sacramentis versus finem. Doctissimus Caryophyllus in libro quinque capitum, quem in linguam tritam et vernaculam Græcorum vertit, ex aliis historicis colligit fuisse Bessarionem, quod ego non credo, fecisset enim alicubi ea de re Bessarion mentionem. Ferunt eum facere mentionem in hac ipsa epistola cum dicit, se habuisse inter Græcos summos honores. At hoc verisimile est eum dicere propter doctrinam et prudentiam : alioquin etiam imberbem et juvenem apud imperatores præ cæteris ephebis in honore habitum fuisse testatur. Sed eum, aiunt, substitisse Romæ cardinalem creatum. Si intelligant Bessarionem post concilium non fuisse reversum in Græciam, falsum est, ut constat ex epistola Bessarionis ad Lascarim Philanthropinum, circa proœmium, ubi reperiuntur hæc verba, μετὰ τὴν γινομένην ἁγίαν σύνοδον, καὶ τὴν εἰς Κωνσταντινούπολιν ἡμῶν ἐπάνοδον, *post celebratum sacrum concilium, et nostrum in Constantinopolim reditum.* Si autem intelligant eum brevi substitisse in ea urbe et reversum fuisse in Italiam, quamvis non sit certum, tamen fieri potest, et tunc debuit historicus dicere, quamvis Constantinopoli præsens electus fuerit, noluit tamen acceptare. Secundum aiunt fuisse Metrophanem, quem mordaci scommate per contemptum vocabant μητροφόνον, et φρατριάρχην, tertium Gregorium protosyngelum, qui fuit a confessionibus Joannis Palæologi imperatoris, et tenuit locum Alexandrini in synodo. Hi omnes fuerunt ex Patribus concilii, qui subscripserant, et permanserunt constantes in concordia et unione cum Ecclesia Romana. Porro de Gregorio protosyngelo sive fuerit primus, sive tertius, hoc certum est, eum sponte cessisse patriarchatu, et eo munere dignitatis se abdicasse, imo et Romæ se recepisse, ac inhabitasse monasterium S. Georgii in Velabro, prope Forum Boarium. Hoc totum contigit tempore Nicolai V, qui etiam scribit ad Constantinum postremum imperatorem, et eum hortatur, ut proprium patriarcham, non ut quemdam aliquem tenuis fortunæ sacerdotem misere vivere sinat, sed ut decet verum patriarcham Constantinopolitanum, summopere ipsi commendando rogat, ut eum redire ad suum thronum curet : eique reverso cuncti honorem et obedientiam exhibeant. Eumdem ferunt post obitum θαυματουργῆσαι, edidisse miracula. De eodem Gregorio, de Isidoro etiam Ruthenorum antistite, et Bessarione sic scribit Pius secundus libro XI in suis Commentariis, circa tertiam partem libri : « Hunc annum viri tres in Ecclesia præcellentes insignem morientes reddidere : primus fuit Isidorus cardinalis episcopus Sabinensis, qui diu antea percussus apoplexia perdiderat ser-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

monis usum. Ruthenis hic præfuerat quondam pontifex borealibus populis Græcanicum ritum servantibus. Cum capta est Constantinopolis a Turcis, legatum illic agebat apostolicæ sedis, jam pridem ab Eugenio pontifice maximo cardinalatus dignitate donatus. In cæde Christianorum, quæ ingens ibi facta est, jacenti cadaveris hominis, qui sibi fuisset similis, vestimenta subtraxit, et cum suis permutavit, cuculla et rubenti pileo supra mortuum dimissis, ipse tanquam unus de plebe captus parvo pretio redemptus est; cadaveri, super quo insigne cardinalatus repertum, caput abscissum est, et hastæ suffixum cum pileo per urbem castraque Turcarum per ignominiam contemptumque sedis apostolicæ vectatum, clamitante præcone, esse Rutheni cardinalis verticem. Ipse vero paulo post ad Nicolaum pontificem rediit, quem aliquot annis postea defuncto Gregorio patriarcha Constantinopolitano, qui anno quo Mantuam itum est, non sine sanctitatis opinione, Romæ obiit, Pius pontifex ad patriarchatus culmen evexit; eique satis functo, Bessarionem cardinalem Tusculanum, virum doctissimum, substituit, natione Græcum, genere Trapezuntinum. » Sic Pius secundus, qui deinde prosequitur in sua historia declarare quinam sint illi alii duo viri præcellentes in Ecclesia Dei, qui vitam cum morte commutaverint.

Cardinalis itaque Bessarion a Pio secundo post obitum Isidori creatus patriarcha Constantinopolitanus titularis, præsentem satis gravem, patheticam et elegantem ad Græcos exaravit epistolam.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΑΘΟΛΙΚΗ

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΡΔΙΝΑΛΕΩΣ

ΚΥΡΟΥ ΒΗΣΣΑΡΙΩΝΟΣ

—

EPISTOLA GENERALIS

SAPIENTISSIMI CARDINALIS

BESSARIONIS

—

ΒΗΣΣΑΡΙΩΝ, ἐλέῳ Θεοῦ τῆς ἱερᾶς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας καρδινάλις, καὶ Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης οἰκουμενικὸς πατριάρχης (1), τοῖς τῷ πατριαρχικῷ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνῳ ὁποιδήποτε ὑποκειμένοις ἀρχιερεῦσιν, ἱερομονάχοις, ἱερεῦσι, μοναχοῖς τε, καὶ λαϊκοῖς, ἠγαπημένοις ἐν Πνεύματι ἀδελφοῖς καὶ υἱοῖς, χάριν, εἰρήνην, καὶ εὐλογίαν ἀπὸ Θεοῦ παντοκράτορος βουλομένοις τε καὶ ἐπιθυμοῦσι, καὶ τὰ πρὸς ἐκεῖνα φέροντα, πάσῃ σπουδῇ διαπραττομένοις.

A BESSARION, miseratione divina sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis, et Constantinopolitanæ novæ Romæ œcumenicus patriarcha, iis qui patriarchali Constantinopolitanæ sedi quacunque ratione et ubicunque subsunt, pontificibus, sacratis monachis, sacerdotibus, monachis, et sæcularibus, dilectis in Spiritu fratribus ac filiis, gratiam, pacem et benedictionem ab omnipotenti Deo volentibus et optantibus, omnibus, omnique studio conantibus ut ea adipiscantur.

Ἐβουλόμην μὲν ἄν, ἐν Θεῷ ἠγαπημένοι ἀδελφοί τε καὶ υἱοὶ, αὐτὸς ἡμῖν παρὼν, αὐτὸς ὑμῖν διαλε-

Volebam sane, in Deo charissimi fratres et filii, ipse vobis præsens, ipse vobiscum disserens

Petri Arcudii notæ.

(1) *Οἰκουμενικὸς πατριάρχης* (a). Mirandum qui fieri potuit, ut catholicus, et Romanæ, hoc est Christianæ, et veræ fidei zelantissimus, hoc titulo se ornaverit, cum Gregorius Magnus Joannem patriarcham Constantinopolitanum primum hoc nomen sibi usurpantem monuerit, ut ab stulti vocabuli se appellatione compesceret, et suum apocrisarium vetuerit communicare in sacris cum

B Joanne et cum Cyriaco successore ejus, nisi ab hac appellatione desisterent, ut constat ex epistola tricesima, et tricesima prima libri sexti, et alibi passim. Præterea Adrianus primus scribens ad Constantinum et Irenem imperatores rogat eos ne deinceps permittant patriarchæ Constantinopolitano Tarasio, scribere se universalem, quod fecerat in professione suæ fidei, quam miserat ad pontificem.

(a) Vide Aloysium Bandinium in Commentario, supra col. XXXVI. EDIT.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

de iis quæ ad nostram salutem pertinent, ultro citroque ratione uti, deque iis quæ facere ac dicere desidéro, et precor. Quoniam vero res, quæ nos circumstant, et tanta locorum distantia id prohibet, quod reliquum est et posterius, litteris vobiscum versari, et epistolari hac ratione partem aliquam eorum quæ ipsi præsentes diceremus, necesse est vobis enuntiare. Precor autem Deum, qui est super omnia, ut cum eadem charitate, quæ dicenda sunt, excipiatis, qua etiam nos ea dicturi sumus. Testis enim est mihi ipse, quem nihil latet, ne eorum quidem quæ sunt in cogitatione, quod primum quidem zelus divinus, deinde vero amicitia nostræ gentis excitat promere quæ dicturus sum ; neque quiescere sinit, ne non manifesta vobis faciam quæ vos nosse necesse est.

Ante omnia igitur (ut hic exordiar) mementote, fratres in Spiritu et filii, quanta et qualis fuit nostra gens, partim quidem sapientia, partim vero reliqua virtute ; præterea quæ mundana est, potestate et imperio, viribusque. Quippe nostri non tantum totius sapientiæ, cunctarumque disciplinarum inventores, verum etiam perfectores exstiterunt. Ibi tota sanctitas effulsit, inde monarchia toti orbi imperavit. Cæterum nunc (heu mala !) non solum imperium amisimus, sed et servitutem, et eam gravem, ac molestam experientia patimur, Barbaris et impiis (heu me miserum !) nobis dominantibus. Neque id solum, verum etiam sapientiæ ne vestigium quidem penes nostros remansit. Cum post acquisitionem rerum necessariarum quæratur et solita sit advenire. Quæ cum nos deseruerint

A γόμενος δοῦναί τε καὶ λαβεῖν λόγον περὶ τῶν τῇ ὑμετέρᾳ σωτηρίᾳ ἀνηκόντων, καὶ ὧν ὑμᾶς ποιεῖν τε καὶ λέγειν πυθῶ τε καὶ εὔχομαι. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο τά τε περιστάμενα ἡμᾶς πράγματα, ἥ τε τοσαύτη κωλύει τῶν τόπων διάστασις, ὃ λοιπόν τε καὶ δεύτερον, γράμμασιν ὑμῖν ἀνάγκη συνεῖναι, καὶ τῷ ἐπιστολιμαίῳ τούτῳ λόγῳ, μέρος τι ὧν ἂν αὐτοὶ παρόντες εἴπωμεν, ὑμῖν ἀναγγεῖλαι. Εὔχομαι δὲ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ, κατὰ τῆς αὐτῆς ἀγάπης ὑμᾶς τῶν ῥηθησομένων ἀκοῦσαι, μεθ' ἧς καὶ ἡμεῖς αὐτὰ ἐροῦμεν. Μάρτυς γάρ μοί ἐστιν αὐτός, ὃν οὐδὲν οὐδὲ τῷ ἐν διανοίᾳ λανθάνει, ὡς πρῶτα μὲν ὁ θεῖος ζῆλος, ἔπειτα δέ με ἡ τοῦ γένους φιλία κινεῖ εἰπεῖν, ἃ μέλλω ἐρεῖν, οὐδὲ ἡσυχάζειν ἐᾷ μὴ οὐ δῆλα ὑμῖν ποιῆσαι ἃ ὑμᾶς εἰδέναι ἀνάγκη.

B

Πρὸ πάντων τοίνυν (ἵν' ἐντεῦθεν ἄρξωμαι) μνήσθητε, ἀδελφοί τε καὶ υἱοὶ ἐν Πνεύματι, πόσον τε καὶ οἷον ὑπῆρξε τὸ γένος ἡμῶν, τοῦτο μὲν σοφίᾳ, τοῦτο δὲ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ, καὶ μὴν καὶ τῇ κατὰ κόσμον ἐξουσίᾳ τε, καὶ ἀρχῇ καὶ δυνάμει. Οἱ ἡμέτεροι γὰρ πάσης σοφίας καὶ πάσης ἐπιστήμης οὐχ εὑρεταὶ μόνον ὑπῆρξαν, ἀλλὰ καὶ εἰς τέλος αὐτὰ ἤγαγον. Ἐκεῖ πᾶσα ἁγιωσύνη ἐξέλαμψεν, ἐκεῖθεν μοναρχία πάσης γῆς ἐπεκράτησεν. Ἀλλὰ νῦν (φεῦ τῶν κακῶν!) οὐ τὴν ἀρχὴν ἀπωλέσαμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ δουλείας πειρώμεθα, καὶ ταύτης δεινῆς τε καὶ χαλεπῆς, Βαρβάρων τε καὶ ἀνόμων ἀνδρῶν (οἵμοι!) δεσποζόντων ἡμῶν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ σοφίας οὐδ' ἴχνος ἔμεινε παρά γε τοῖς ἡμετέροις, εἰωθυίας γε τῆς ἐπιστήμης μετὰ τὴν τῶν ἀναγκαίων κτῆσιν ζητεῖσθαί τε, καὶ ἐπιγίνεσθαι. Ὧν νῦν ἡμῖν

C

Petri Arcudii notæ.

Vide octavam synodum actione secunda. Sed nostri Græci propter honorem Tarasii aliasque causas non sunt passi integras legi epistolas Adriani.

In concilio quoque Florentino Latini Patres cum de aliis rebus ad fidem spectantibus, tum potissimum de hoc titulo sine dubio cum Græcis egissent, nisi illi de hac re, ut de multis aliis, audire et agere recusassent. Nunquam enim hanc vanam et falsam appellationem Græcis Latini permiserunt neque permittent.

Igitur dicendum est, Bessarionem existimasse a Latinis hanc vocem toleratam fuisse. Nam et Josephus Florentiæ cum ad finem vitæ pervenisset, extremam suam sententiam patefaciens in omnibus se subjicit Romanæ Ecclesiæ, et nihilominus vocat se œcumenicum patriarcham. Vel Bessarion et Josephus decepti sunt ex pseudosynodo a Photio facta, ubi introducit Photius legatos pontificis, qui ei titulum universalis attribuunt, ubi etiam primum locum in sessione impudenter sibi arrogat. Postremo illud quoque verisimile est, Bessarionem et Josephum ab hujusmodi titulo abstinuisse, sed a posterioribus Græcis additum fuisse. Non enim habemus autographum Josephi et Bessarionis manu propria subscriptum, præsertim cum ipse Bessarion in hac eadem epistola Romanum pontificem vere œcumenicum nuncupet.

Quæ causa fuit, ut cum bibliotheca Bessarionis dono sit data serenissimæ reipublicæ Venetæ, per amicos inquireremus, utrum ea vox οἰκουμενικὸς esset exarata in ea epistola, vel in titulo, vel in subscriptione. Negant eam reperiri, et qui fidem non admittet, adeat ipsam bibliothecam. Præterea Bessarion eam epistolam ipsemet in Latinum vertit, ubi tamen nusquam invenitur in eius persona ea vox *œcumenicus*.

Repugnat autem vocare se œcumenicum, et scribere, τοῖς ὑποκειμένοις τῷ πατριαρχικῷ θρόνῳ, et non τοῖς ἁπανταχοῦ Χριστιανοῖς. Deinde patriarcha Constantinopolitanus, vocando se œcumenicum, probat et ostendit posse errare in fide totam Ecclesiam, quando is qui appellatur universalis in fide labitur, cum contra, Romanus pontifex, qui revera est et potest dici œcumenicus, non possit errare. Unde Gregorius Magnus lib. IV, epist. 32, Mauricium Augustum, contra Joannem Jejunatorem : « Quis est iste, inquit, qui contra statuta evangelica, contra canonum decreta, novum sibi usurpare nomen præsumit? Utinam vel sine aliorum imminutione unus sit, qui vocari appetit universalis. Et certe multos Constantinopolitanæ Ecclesiæ in hæreseos voraginem incidisse novimus sacerdotes, et non solum hæreticos, sed etiam hæresiarchas factos. Inde quippe Nestorius, qui mediatorem Dei et hominum Jesum Christum duas esse personas existimans, quia Deum fieri hominem potuisse non credidit, usque ad Judaicam perfidiam erupit. Inde Macedonius, qui consubstantialem Patri et Filio Spiritum sanctum Deum esse denegavit. Si igitur illud nomen in ea Ecclesia sibi quisquam arripuit, quo caput se bonorum omnium facit, universa ergo Ecclesia, quod absit, a statu suo corruit, quando is qui appellatur universalis cadit. Sed absit a cordibus Christianorum nomen istud blasphemiæ. » Sic Gregorius.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ἐκλειπόντων, διὰ τὴν τοῦ γένους δουλείαν, καὶ τὴν αὐτῇ ἑπομένην τε καὶ συνοῦσαν πενίαν, οὐδεὶς λόγος σοφίας, οὐδεμία ζήτησις ἐπιστήμης. Ἀρετὴ δὲ ὅσηπερ εἰς τὸ ἦθος τείνει, καὶ καλοὺς κἀγαθοὺς ἀπεργάζεται τοὺς κεκτημένους, αὕτη δὲ μένει τε καὶ μείνειεν εἰς ἀεὶ παρά γε τοῖς ἡμετέροις. Τίς τοίνυν αἰτία τοῦ τὰ ἤθη χρηστοὺς ὄντας, καὶ σοφίαν, καὶ ἀρχὴν, καὶ τὴν ἐλευθερίαν αὐτὴν ἀπολέσαι; οὐ γὰρ δὴ τύχη τε, καὶ τὸ αὐτόματον, οὐδ' ἡ ἄστατος τῶν πραγμάτων ῥοὴ, καὶ τὸ ὡς ἔτυχε τὴν τοσαύτην ἡμῖν ἐπήνεγκε δυστυχίαν· εἰ μή τις οἴοιτο μηδὲ διοικεῖσθαι τὰ ὄντα θείᾳ Προνοίᾳ, ὃ καὶ ἐννοῆσαι ἄτοπον.

Οὐ μὴν οὐδὲ τὸ τῶν ἁμαρτιῶν βάρος, καὶ πλῆθος (ὅ τινες καλῶς τρόπον ἄλλον ποιοῦντες, καὶ ταπεινὰ περὶ ἑαυτῶν φρονοῦντες, ὡς δεῖ λέγειν εἰώθασι), καὶ τῶν παρόντων ἡμῖν κακῶν αἰτιᾶσθαι. Οὐ γὰρ μᾶλλον ἡμεῖς ἢ τὰ λοιπὰ τῶν Χριστιανῶν, ὅσα εὐδαιμονοῦσιν, ἔθνη, ταῖς ἰδίαις τὸν Θεὸν παροργίζομεν ἁμαρτίαις· εἴρηται γὰρ δὴ, καὶ ἀληθῶς εἴρηται, τά γ' ἐν τοῖς ἤθεσι τοὺς ἡμετέρους μηδένων εἶναι χείρους, ἔστι δ' ὧν καὶ βελτίους.

Εὐλαβητέον οὖν μήποτε ἡ τῆς ἀληθείας τῆς πίστεως ἐκτροπὴ, ἢ τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἀμέλεια, ἡ ἀπὸ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας διαίρεσις τῶν συμφορῶν τούτων ἡμῖν ἐχρημάτισε μήτηρ. Τούτου γὰρ δὴ τοῦ κακοῦ ἦρξαν μέν τινες τῶν ἡμετέρων δι' οἰκείαν αὐθάδειαν, ἀρχὴν ἑαυτοῖς ἀνυπεύθυνον ἐπικτώμενοι, μετέσχον δὲ καὶ οἱ ἐπιγεγενημένοι, οὐ δι' οἰκείαν μοχθηρίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν φθασάντων καὶ τοὺς πονηρίαν τῆς λώβης πεπειραμένοι, ἣν ἀπολούσασθαί ποτε, καὶ ἀποθέσθαι τοὺς εὖ γε φρονοῦντας καὶ προσῆκόν ἐστι, καὶ σωτήριον ἅμα. Διὸ καὶ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ καὶ υἱοὶ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ποθεινότατοι, παρακαλῶ τε, καὶ δέομαι, ἵνα πάσῃ σπουδῇ τε καὶ μελέτῃ ἑαυτοῖς τὴν ἀρχαίαν ἀνασώσητε εὐγένειαν, τὴν πάλαι ποτὲ εὔκλειαν ἐπαναλέσησθε, καὶ τοῖς ἀρχαίοις διδασκάλοις ἡμῶν καὶ ἁγίοις Πατράσιν ἑπόμενοι (ὧν ἡ αὐτή τε τῆς πίστεως ὁμολογία, ἡ αὐτὴ τῆς εὐσεβείας ἐστὶ διδασκαλία, ἣν καὶ ἡ Ῥωμαίων νῦν Ἐκκλησία ὁμολογεῖ καὶ κατέχει) τοὺς νεωτέρους δὴ τούτους, καὶ τοὺς τοῦ ἀπευκτοῦ τῶν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν σχίσματος γενομένους αἰτίους, ἀποστραφῆτε, καὶ τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ γενομένην σύνοδον εὐλαβῶς τε ὑποδέξησθε, καὶ τὰ ἐκεῖ τοῦ Θείου Πνεύματος συνεργοῦντος, ὑπὲρ αὐτοῦ δεδογμένα, ἀσπάσησθέ τε καὶ πιστεύητε καὶ ὑμεῖς. Πολλοὶ ἐκεῖ καὶ καλοὶ κατεβλήθησαν ὑπὲρ τούτου τοῦ δόγματος λόγοι. Πολλὰ ἐκατέρωθεν τῆς οἰκείας συστατικὰ δόξης εἴρηται. Τέλος ἐνίκησε παρὰ πᾶσι, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν μίαν ἀρχὴν εἶναι τοῦ Πνεύματος, καὶ ἐξ ἀμφοῖν αὐτὸ ὡς ἐξ ἑνὸς ἐκπορεύεσθαι προβολέως. Πολλαὶ τῶν ἁγίων καὶ διδασκάλων, οὐ μόνον τῶν Δυτικῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν Ἀνατολικῶν τε καὶ ἡμετέρων προηνέχθησαν μαρτυρίαι τοῦτο δηλοῦσαι· πολλοῖς δέδεικται λογισμοῖς. Μὴ γὰρ ἀτημελῶς, ἀδελφοὶ, μὴ παρέργως, περὶ τὸ τοσοῦτον προσηνέχθη-

ob gentis servitutem et ejuscomitem paupertatem, nulla ratio habetur sapientiæ, nulla bonarum artium inquisitio. Virtus porro quæ ad mores spectat, quæque probos et honestos, ea præditos efficit, ipsa certe apud nostros permanet, et utinam perpetuo perseveret. Quid igitur causæ est, cur probi, optimeque morati et sapientiam, et imperium, atque etiam ipsam libertatem amiserint? Non enim profecto fortuna et casus rerumque instabilis fluxus, et quod aiunt, *ut evenit*, hanc tantam calamitatem nobis induxit. Nisi quis existimet, ne gubernari quidem divina Providentia, quæ in rerum natura exsistunt, quod vel cogitare absurdum est.

Atqui neque peccatorum ponderi ac multitudini (quæ nonnulli secundum aliam rationem recte facientes et humilia de se, ut par est, sentientes, dicere consueverunt) causa tribuenda est. Non enim magis nos quam cæteræ Christianorum gentes, quæcunque feliciter agunt, propriis Deum peccatis irritamus: dictum est enim, ac vere dictum est, quod spectat ad mores, nostri non sunt deteriores, quam reliquarum nationum, quibusdam vero et præstantiores.

Igitur cavendum est ne forte a veritate fidei declinatio, rectorum dogmatum negligentia, ab Ecclesia catholica divisio, harum calamitatum nobis origo exstiterint. Hujus enim mali nonnulli nostrorum auctores fuerunt ob arrogantiam propriam, qui sibi principatum nulli subjectum nanciscebantur, participes vero fuerunt etiam posteri, non quidem ob proprium vitium, sed propter malitiam eorum qui eos antecesserunt, hanc labem experti sunt, quam prudentes abluere aliquando, ac deponere, et consentaneum est simul et salutare. Quocirca etiam vos fratres et filios in sancto Spiritu desideratissimos rogo, et obsecro, ut omni studio et cura antiquam vobis nobilitatem recuperetis, et antiquum splendorem revocetis, antiquos doctores nostros et sanctos Patres secuti (quorum eadem professio fidei, eadem pietatis est doctrina, quam etiam nunc Romana Ecclesia profitetur et tenet), hos recentiores, et exsecrandi schismatis, dissidiique Ecclesiarum Dei auctores aversemini, et synodum Florentiæ celebratam religiose suscipiatis. Et quæ ibi divino Spiritu cooperante pro ipso sancita sunt, amplectimini, et vos credite. Multæ ibi et egregiæ pro hoc dogmate jactæ sunt quasi fundamenta rationes: multa ex utraque parte dicta sunt, quæ propriam opinionem commendabant. Tandem vicit apud omnes Patrem et Filium unum esse principium Spiritus, et ex ambobus ipsum tanquam ab uno productore procedere. Multa sanctorum et doctorum non tantum Occidentalium, sed etiam Orientalium et nostrorum producta sunt testimonia hoc significantia, multis ostensum est considerationibus. Num enim, fratres, negligenter, num obiter circa rem tanti ponderis nos exhibuimus? Multum evigilavimus,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

multum solliciti (ut scitis) fuimus. Verum cessimus veritati, locum dedimus doctoribus. Absit enim, ut animus probus et Christianus ostensæ veritati claudat oculos!

Partem aliquam illarum rationum nunc etiam hoc in loco utique exposuissemus, nisi ratio scribendarum epistolarum prohiberet, et simul aliunde multo plura his, quæ hic dicta sunt, eligendo legere liceret. Multi enim ante nos beati viri plurima, eaque optima de hoc argumento disseruerunt, nosque ipsi non pauca, vel amicis petentibus, vel per nos ipsos considerantes, vel frustra temereque contendentibus, et se opponentibus mutuo respondentes, eorumque sophismata dissolventes composuimus et edidimus. Et omnia penes nos sunt, vel inter vos apud eos, qui studiosiores et avidiores auditores sunt. Quæ si quis vestrum bono animo et sine contentione audierit (modo velit audire) favente Deo non parvam utilitatem capiet. Unam tamen solam, illamque quam brevissime hic rationem ubi commemoravero, ad reliquam convertam.

Spiritum sanctum dici Spiritum Filii, ipse Filius asserit, ipsum appellans Spiritum veritatis. Est autem ipse veritas. Et multis in locis magnus Paulus id prædicat: *Misit enim*, inquit, *Deus Spiritum Filii sui in corda vestra*; et: *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus*, et sæpe passim idem dicit. Hoc verbum vel solum, fratres, universæ rei conficiendæ satis est. Non enim opus est plurium effusione verborum obrui; est enim ipsius Spiritus naturaliter et essentialiter, non autem adventitie; cujus autem esse aliquid dicitur, illud cujus dicitur, necesse est ut dignitate aliqua et præstantia emineat respectu illius, quod ejus esse dicitur; aut ergo eminentia et præstantia est producentis ad productum, aut præstantia Creatoris ad creaturam, sed hoc non habet locum in proposito, ut Creator et Dominus deducatur ad creaturam. Nam id vel cogitare impium est. Restat igitur ut sit producentis ad productum.

Quæ enim aiunt nonnulli veritatem effugientes, Spiritum dici esse Filii consubstantialitatem Filii

μεν πρᾶγμα; πολλὴν κατεβαλόμεθα ἀγρυπνίαν, πολλὴν, εὖ ἴστε, πεποιήμεθα φροντίδα. Ἀλλὰ ἐνεδώκαμεν τῇ ἀληθείᾳ· ἀλλὰ τοῖς τῶν διδασκάλων ὑπεχωρήσαμεν. Ἀπείη γὰρ ψυχῆς ἀγαθῆς, καὶ Χριστιανῆς τῇ ἀληθείᾳ δειχθείσῃ καμμύειν τὰ δμματα!

Μέρος τι τῶν λόγων ἐκείνων κάνταῦθα νῦν ἐξεθέμεθα ἂν, εἰ μὴ ὅ τε τῆς ἐπιστολῆς ἐκώλυε νόμος, καὶ ἅμα ἄλλοθεν ἐξῆν καὶ πλείω τῶν νῦν εἰρημένων ἀναλεξαμένοις ἀναγνῶναι. Πολλοὶ γὰρ τῶν πρὸ ἡμῶν μακαρίων ἀνδρῶν πολλά τε καὶ καλὰ περὶ τούτου εἰρήκασιν. Ἡμεῖς τε οὐκ ὀλίγα, ἢ φίλοις αἰτησαμένοις, ἢ καθ' ἑαυτοὺς σκεπτόμενοι, ἢ τοῖς εἰκῇ καὶ μάτην ἐρίζουσί τε, καὶ ἀντιλέγουσιν ἀνταποκρινόμενοί τε, καὶ τὰ ἐκείνων σοφίσματα λύοντες συγγραψάμενοι ἐξεδώκαμεν. Καὶ πάντα γε παρ ἡμῖν, ἢ ὑμῶν τοῖς γε ζητητικωτέροις τε, καὶ φιλαχροωτέροις εἰσίν. Ὧν εἴ τις ὑμῶν εὐγνωμόνως τε καὶ ἄνευ ἔριδος ἀκούσειεν, ἀκούσασθαι δὲ βουληθείη, οὐ μικρὰν ὠφέλειαν (σὺν Θεῷ δ' εἰρήσθω) καρπώσεται. Ἑνὸς μέντοι μόνου, καὶ τούτου ὡς ἐνὶ διὰ βραχέων, ἐνταῦθα μνησθεὶς λόγου, ἐπὶ τὰ λοιπὰ τρέψομαι.

Πνεῦμα Υἱοῦ λέγεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, αὐτὸς ὁ Υἱὸς φησι, Πνεῦμα καλῶν ἀληθείας· αὐτό. Ἔστι δὲ αὐτὸς ἡ ἀλήθεια. Πολλαχοῦ τε τοῦτο Παῦλος ὁ μέγας κηρύττει· *Ἐξαπέστειλε* γὰρ, φησὶν, *ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν*· καὶ, *Εἴ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ*. Καὶ πολλάκις πολλαχοῦ τὸ αὐτὸ λέγει. Τοῦτο τὸ ῥῆμα καὶ μόνον, ἀδελφοὶ, ἀρκεῖ τὸ πᾶν ἀποδεῖξαι· οὐ δεῖ γὰρ πολλοῖς περιῤῥεῖσθαι. Ἔστι μὲν γὰρ αὐτοῦ Πνεῦμα φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς, ἀλλ' οὐκ ἐπικτήτως. Οὗ δ' οὕτω τί ἐστι, ἀξιώματί καί τινα ὑπεροχὴν ἀνάγκη πρὸς ἐκεῖνο εἶναι, ὅπερ αὐτοῦ λέγεται εἶναι, ἢ γοῦν ἀξιώματι καὶ ὑπεροχῇ προβάλλοντος, καὶ προβαλλομένου ἢ κτίστου πρὸς κτίσμα. Τοῦτο δ' ἐνταῦθα οὐκ ἂν τὸ δεσπότου φαίη τις εἶναι, εἰς κτίσμα κατάγειν τὸν Δεσπότην καὶ Κτίστην. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐννοεῖν ἀσεβές. Λείπεται τοίνυν (1) τὸ τοῦ ἐκπορεύοντός τε καὶ προβάλλοντος πρὸς τὸ προβαλλόμενον εἶναι. Ἄλλο γάρ τι οὐδὲ ἐννοεῖν θέμις.

Ἃ γάρ φασί τινες τὴν ἀλήθειαν ἀποφεύγοντες, ὡς τὸ Υἱοῦ Πνεῦμα λέγεσθαι πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ τὴν

Petri Arcudii notæ.

(1) Textus erat corruptus hoc modo. Οὗ δ' οὕτω τί ἐστιν ἀξιώματι καί τινα ὑπεροχὴν ἀνάγκην εἶναι πρὸς ἐκεῖνο εἶναι ὅπερ αὐτοῦ λέγεται εἶναι, τοῦτο δ' ἐνταῦθα οὐκ ἂν τὸ δεσπότου, εἰ κτίσμα κατάγων τὸν Κτίστην. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐννοεῖν ἀσεβές. Λείπεται τοίνυν, etc., ut videre est in bibliotheca Vaticana. Correximus eum utcunque ex Veneta, ut aliquem sensum erueremus possemus hoc modo: Οὗ δ' οὕτω τί ἐστιν ἀξιώματι, καί τινα ὑπεροχὴν, ἀνάγκη πρὸς ἐκεῖνο εἶναι, ὅπερ αὐτοῦ λέγεται εἶναι, τοῦτο δ' ἐνταῦθα οὐκ ἂν τὸ δεστότου φαίη τις εἶναι, εἰ κτίσμα κατάγων τὸν Κτίστην. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐννοεῖς ἀσεβές. Λείπεται τοίνυν τὸ τοῦ ἐκπορεύοντός τε καὶ προβάλλοντος πρὸς τὸ προβαλλόμενον εἶναι. Ἄλλο γάρ τι οὐδὲ ἐννοεῖν θέμις. Sensus est, illud cujus dicitur aliquid esse, est præstantius vel ad extra natura, quippe alia est natura Creatoris, alia creaturæ, et per consequens domini ac servi (quam eamdem rationem tetigit Bessarion in libro ad Lascarim Philanthropinum): vel ad intra, conferendo personam cum persona: et tunc illud cujus dicitur esse, est eminens non natura, sed ordine naturali. Nihil enim in Deo est præter naturam, quippe unum est prius non tempore, sed ordine, alterum posterius. Hoc enim ab illo ratione originis, seu causalitatis, ut loquuntur Patres Græci, non illud ab hoc.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ὁμοουσιότητα παριστάνει, ἢ τὸ ἐξ Υἱοῦ πέμπεσθαι, καὶ ὅσα ὅμοια, ἀράχνης νήματα ὄντα, καὶ ἡμεῖς πολλάκις ἐδείξαμεν. Εἴτε γὰρ διὰ τὸ ὁμοούσιον ἐλέγετο Πνεῦμα αὐτοῦ, διὰ τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ ὁ Υἱὸς ἐλέγετο ἂν τοῦ Πνεύματος, ἀλλ' οὐκ ἂν εὕροις οὐδαμοῦ τοῦτο· εἴτε διὰ τὸ πέμπεσθαι ὑπ' αὐτοῦ, πρὸς ἡμῶν ὁ λόγος. Τὸ γὰρ πέμπειν δὴ τοῦτο, καὶ πηγάζειν, καὶ ἀναβλύζειν προϋποτίθεται τὴν προβολὴν, καὶ τὴν οὐσιώδη πρόοδον, καὶ ἀδύνατον πέμπειν τὸν μὴ προβάλλοντα, πολλοῖς πολλαχοῦ καὶ ἱκανοῖς ἐδείξαμεν καὶ ἡμεῖς λόγοις. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα παρὰ τῶν ἡμετέρων πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ταύτης ἀποφυγὴν λέγεται, οὐδὲν ὅλως ἰσχύοντα· πολλῷ δ' ἔτι πλείω τε καὶ καλλίω οἱ τῇ ἀληθείᾳ συνιστάμενοι λέγουσι· καὶ πάντα ἀκριβῶς ἴσμεν πρὸς τοὺς ἐναντίους πολλάκις ἀποδυσάμενοι λόγους. Ἐνταῦθα δὲ διὰ τὸ μῆκος τῶν λόγων αὐτὰ παρεῶντες εἰς τὰ περὶ τούτου συγγεγραμμένα ἡμῖν τοὺς βουλομένους παραπέμπομεν. Ἓν δὲ τοῦτο ὑμῖν φαμεν νῦν καὶ μάλα θαῤῥοῦντες, ὡς ἱκανόν ἐστι τοῦτο μόνον (εὖ ἴστε) πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας παράστασιν, τοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐξ Υἱοῦ ὥσπερ καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὡς ἐκ μιᾶς ἀρχῆς, καὶ ἑνὸς ἐκπορεύεσθαι προελεύσεως. Καὶ ἐπειράθητε ἂν ἔργῳ, εἰ παρὼν ὑμῖν ἐδίδουν τε καὶ ἐλάμβανον λόγον· εἶναί τε καὶ πολλὰς ἄλλας μαρτυρίας τῆς θείας Γραφῆς, ὡς τὸ, *Ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρός*· ὡς τὸ, *Παρ' ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν*· ὡς τὸ, *Ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει*· καὶ ἄλλα ὅμοια. Ἐξ ὧν ἑκάστου ἡ αὐτὴ ῥᾳστα τῆς πίστεως ἀλήθεια δείκνυται, ἣν πάλαι τε καὶ νῦν ἡ καθολικὴ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία διδάσκει τε, καὶ κατέχει, ἣν ὅλη πρότερον ἡ Ἐκκλησία ἐπίστευεν

cum Spiritu demonstrare, vel a Filio mitti, et quotquot similia, araneæ esse fila sæpe nos ostendimus. Sive enim diceretur Spiritus ejus propter consubstantialitatem, ob hoc ipsum et Filius diceretur Spiritus sancti, sed nusquam hoc reperies; sive quod ab ipso mittatur, ratio a nobis est. Hoc enim mittere, et effundere, præsupponit productionem et essentialem processum. Et fieri non potest ut is qui non producit, mittat, multis et sufficientibus rationibus passim demonstravimus. Multa igitur vitandæ causa hujus veritatis a nostris dicta sunt; sed omnino nihil valent. Multo vero plura et meliora, qui veritati patrocinantur, afferunt; et omnia diligenter novimus, cum contra omnes rationes contrarias disputaverimus; hoc vero loco, ob prolixitatem sermonum, hæc missa facimus; et ad scripta, quæ de hoc composuimus volentes considerare, remittimus. Hoc unum vero nunc vobis cum magna fiducia dicimus, quod sufficiens est hoc solum, certo sciatis, ad veritatem comprobandam, quod Spiritus sanctus etiam ex Filio, quemadmodum et ex Patre: ut ab uno principio, et uno productore procedat et revera si præsens essem ultro citroque data et accepta ratione experti essetis, multa alia constare testimonia sacrarum Litterarum, ut illud: *Quem ego mittam vobis a Patre*; et illud: *De meo accipit, et annuntiabit vobis*; et illud: *Quæcunque audiet, loquetur*, et alia similia. Ex quibus singulis eadem fidei veritas facile probatur; quam olim et modo catholica Romana Ecclesia docet et tenet, quam prius universa Ecclesia complectebatur.

Ἀλλὰ φαίης ἄν, ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος περὶ τούτου λέγων, *Τὸ Πνεῦμα*, φησὶν, *ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται*, μὴ προσθεὶς καὶ ἑαυτόν.

Sed objicies, quod Dominus de hoc disserens, *Spiritus*, inquit, *qui a Patre procedit*, non autem addidit seipsum.

Καὶ τί τοῦτο, ἀδελφοί; οὐ γὰρ δὴ καὶ ὡς οὐκ ἐκπορεύεται ἐξ αὐτοῦ εἴρηκεν. Τοῦτο γάρ ἂν ἴσως βιαιότερον ἦν· κἂν μηδὲ τοῦτο ἱκανὸν, πρὸς ὃ ὑμεῖς βούλεσθε. Καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς, *Περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδε*, φησὶν, *οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οὐδὲ ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος*· καὶ αὖθις, *Ἡ ἐμὴ διδασκαλία οὐκ ἔστιν ἐμὴ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με Πατρός*, καὶ, *Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ*· καὶ ὅμως ἡμεῖς καλῶς γε ποιοῦντες ἐναντίον πιστεύομεν. Καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καὶ τὴν ὥραν, οὕτω σαφῶς αὐτὸν εἰδέναι, ὡς καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ ἑαυτὸν ὁμοίως τῷ Πατρὶ γινώσκειν, καὶ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ παντὸς μᾶλλον αὐτοῦ εἶναι τιθέμεθα. Εἰ οὖν ὧν σαφῶς ἀπηρνήσατο, ἡμεῖς ἐπαινετῶς τὰ ἐναντία πιστεύομεν, διατί οὐ κἀνταῦθα ἃ μὴ ἠρνήσατο, εὐσεβῶς πιστεύσομεν;

Sed objicies, quod Dominus de hoc disserens, *Spiritus*, inquit, *qui a Patre procedit*, non autem addidit seipsum.

Et qualis est hæc objectio, quæso, fratres? Non enim dixit quod non procedit ab ipso (Filio). Hoc enim fortassis vehementius urgeret. Quamvis neque hoc sufficeret ad probandum quod vultis. Quippe idem dixit: *De die illa et hora nemo scit*, inquit, *neque angeli, neque Filius, nisi solus Pater*. Et rursus: *Mea doctrina non est mea, sed qui misit me Patris*; et: *Nemo novit Filium, nisi Pater*, et tamen nos recte facientes, contrarium credimus. Et diem illum, et horam ita clare eum scire sicut et Pater, et se ipsum nosse similiter atque Pater. Et doctrinam ejus maxime ejus esse dicimus. Si igitur eorum quæ ipse manifeste inficiatus est, nos laudabiliter contraria credimus: cur etiam hoc loco, quæ non negavit, pie non credamus?

Καὶ μὴν σκεπτέον καὶ τοῦτο, ἐπηγγείλατο ὁ Χριστὸς, ἐπὶ τῇ τοῦ Πέτρου ὁμολογίᾳ οἰκοδομήσειν τὴν αὐτοῦ Ἐκκλησίαν, καὶ πύλας ᾅδου, τὰς τῶν αἱρετικῶν δηλαδὴ κενοφωνίας, μὴ ἂν ποτε κατισχύσειν αὐτῆς. Τί οὖν ἂν εἴη αὕτη ἡ Ἐκκλησία, ἀδελφοί, ζητητέον. Τὴν μὲν γὰρ ἐπαγγελίαν βεβαίαν τε καὶ ἀψευδῆ εἶναί τε, καὶ πιστεύειν δεῖν, οὐδεὶς ἂν ἀρνηθείη Χριστιανός γε ὤν· τὴν δὲ Ἐκκλησίαν ἴσω-

Præterea hoc etiam considerandum est. Promisit Christus super confessionem Petri fundaturum Ecclesiam suam, et portas inferi, nimirum hæreticorum novitates, ipsi nunquam prævalituras. Quæ igitur, fratres, sit hæc Ecclesia, quærendum est. Promissionem enim firmam esse, minimeque fallacem oportere credere, nemo, qui inter Christianos sit, inficiabitur. Ecclesiam ergo quæ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

non ideo in eamdem cum eo confunditur persona. cum spirare non sit paternalis personæ constitutivum. Quare donec non probetur spirandi potentiam paternalis personæ constitutivam esse, nec confusio personarum inde probari poterit. Sed spirandi potentia constitutiva esse, probari non potest : cum quia sequeretur quod Pater haberet duas personas et duas hypostases, ut in principio probatum est, hoc autem inconveniens : tum quia hæc petitio principii esset. Ponere namque potentiam spirandi constitutivam esse personæ Patris, et ex Patre solum Spiritum procedere, unum et idem est. Quare qui hoc dicit, petit principium. Cum autem hoc non probetur, nec confusio personarum sequitur, quanquam sint qui credant. Dictum est autem in superioribus quænam eorum quæ de Deo dicuntur, communia sunt ; quæ propria, et propriorum quænam duabus personis propria ; quæ vero uni soli, eorum quæ uni soli ; quænam ita propria sunt, ut et personalia sive hypostatica sint ; quæ vero ita propria, ut notiones non ut hypostatica ; quale ipsum quoque spirare dictum est esse. Igitur ex iis quæ nunc dicta sunt, et ex iis quæ in superioribus præsupposita fuerunt, hujus inconvenientis solutio patet. Nec habet quispiam amplius accusare Latinos, quod confusionem introducant personarum. De duabus vero causis, sive duobus principiis, quæ in theologiam Latini introducere quidam autumant, hocque inconveniens magis eos sequi, quam umbram corpora putant : quid dicemus ? Nempe hoc in primis dicendum est, quod ipsa sola auctoritas sanctorum sufficiat fidelibus necesse est : qui utrumque dixerunt, et quod Spiritus a Patre procedit et Filio, et quod tanquam ab uno principio. Non enim duo principia Spiritus sunt Pater et Filius, inquit Augustinus, sed unum ejus ambo principium sunt ; quemadmodum creaturæ non tria principia, sed unum sunt Pater, et Filius, Spiritus sanctus, ipsa Trinitas Deus. Quam igitur aliquis hac apertiorem quærat solutionem, quam Spiritus sanctus per hujus sanctissimi Patris os et doctoris locutus est. Non enim lateat nos quod idem inconveniens multorum videlicet principiorum, et multorum deorum in productione etiam creaturæ sequeretur. Si quis non pie consideraret, quod a fide Christiana est alienum, et conveniens gentilibus. Hoc enim est de quo maxime nos gentiles accusamus, quod multos videlicet introducebant deos, multosque creatores. Cum igitur nos etiam tres divinas personas creaturæ causam et principium credamus, nos etiam hoc inconveniens sequeretur, et multa videremur ponere principia, multasque divinitates, si quis non recte intelligat. Sed audi quomodo sancti doctores sapientissime hoc solvunt. Nam et si Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum creaturæ causam esse credamus : quoniam tamen ad Patrem omnia referuntur, et quia ab eo habent et Filius et Spiritus sanctus et ipsum esse, et creandi potentiam ; si enim Pater non esset, Filius et Spiritus sanctus nec creandi potentiam haberent, nec omnino essent, item quoniam una et eadem numero, et communi divinitate, sive divina essentia prodeunte : ideo merito unus Deus et unus Creator sunt.

Item quoniam una et eadem numero potentia erat cum Patre ; Filius et Spiritus sanctus ex una et eadem numero et communi divinitate, sive divina essentia prodeunte : ideo merito unus Deus, et unus Creator sunt. Hoc idem igitur de processione Spiritus ex Patre et Filio sufficiens sit illis qui de hoc quærunt. Quoniam etenim una, et eadem spirandi potentia ex una et eadem essentia prodeunte Pater et Filius Spiritum sanctum spirant : et quoniam a Patre hanc spirandi potentiam Filius habet, ideo unus spirator, una causa et unum principium processionis Spiritus ambo sunt. Hæc igitur ut dictum est sufficerent non contendentibus propter doctorum auctoritatem, idem tamen ratione quoque probatur ; cum enim duo sint, ad quæ omne productum refertur, forma videlicet, secundum quam producitur, et suppositum aut persona, ex qua, si Pater et Filius, quemadmodum duo sunt secundum personas, si ita et forma, secundum quam producunt, duo essent, tunc necessario duo essent principia Spiritus, cum vero etsi personis duos esse fateamur, forma tamen, qua producunt unum numero sint, et omnino indistincti (est enim ipsa divina essentia una et eadem numero communis ambobus, secundum quam ambo Spiritum producunt), non est necesse, imo impossibile est, duo principia dicere. Est etenim una numero essentialis activa spiratio, quæ cum eis propria sit, non potest tamen esse communis Spiritui sancto, eo quod ut sæpius dictum est opponitur ejus proprietati. Omnia enim essentialia communia Filio et Spiritui sancto cum Patre sunt, salvis tamen eorum proprietatibus. Omnia enim est Filius quæcunque et Pater, Basilius et cæteri doctores aiunt, manens in eo quod est Filius, videlicet in ejus proprietate. Quanquam etenim æqualis et similis sit Patri, generare tamen se ipsum non potest, cum sit ejus proprietati oppugnans. Eodem modo Spiritus quoque, etsi omnia communia habet cum Patre et Filio, servet tamen suam proprietatem necesse est : quia spirare se ipsum non potest, cum hoc oppugnet ejus proprietati. Ex his igitur clarissime patet falso Latinos accusari, quod duo ponant in divinitate principia. Item aut perfecta est, aiunt, ex Patre processio, et superfluit illa quæ ex Filio est, aut si hæc necessaria est, imperfecte ex Patre procedit. Hoc vero inconveniens est, imperfectam operationem dicere Patris, et ad suam perfectionem Filio indigere. Ad quæ respondemus, illos qui hæc dicunt, ideo errare, quia omnino duos esse putant Patrem, et Filium, et eorum operationes, humanis exemplis inhærentes, quia vident duorum hominum duas esse operationes numero, etsi ad unum effectum ten-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dant, et distinctas ab invicem, putant idem contingere etiam in Deo. Quod absurdissimum est. Namque Pater et Filius personis solummodo distincti, in cæteris unum et idem sunt : quo fit ut etiam spirandi potentiam unam et eamdem numero habeant, et simul non seorsum, nec hic prius, alter posterius, nec hic alia, alter alia spiratione spiret Spiritum, ut ii qui corporales in omnibus sunt, putant ; sed simul et absque tempore una eademque numero spiratione perfecte ambo, et supra omnem perfectionem eum spirent. Necesse enim est eadem toties ad eos dici, qui toties audientes non intelligunt ; aut quid isti dicent, si quis eos e contra interroget, si perfectam credunt mundi ex Patre creationem, an non ? Si enim perfectam, quare Filium quoque et Spiritum creatores nominant? Si vero imperfectam, et ideo Filium et Spiritum Patri associant, considerent quid dicant. At perfecta quidem ex Patre mundi creatio, una vero eademque numero Filii et Spiritus operatio ad ejus creationem est, et non alia Patris, alia horum ; tunc enim haberent locum hæc puerilia dubia. Ita igitur et in proposito perfecta quidem, et super omnem perfectionem est Spiritus ex Patre processio : eadem vero et una numero ex Filio quoque ejusdem Spiritus spiratio est, non alia et alia, nec aliter et aliter, nec prior et posterior, sed simul eadem, et similiter cum una et eadem numero spirandi potentia Spiritum ambo spirant. Et nullus rursus blasphemiæ hinc rationem accuset, audiens nos ex creatura arguentes. Et ideo putet Latinos Spiritum sanctum inter creaturas ponere ; fuerunt etenim, et sunt, qui in hanc etiam proterviam et insaniam devenerunt, ut hoc quoque Latinis imputare auderent. Hæc enim aut stultorum, aut jocari volentium sunt ; aut illorum qui ignorant sanctos Patres et doctores sæpius a creatura et sensibilibus exemplis manuducentes nos ad credendum res intellectuales et invisibiles atque divinas, ab eis quæ et exile vestigium divinæ similitudinis habent, illa probantes pro posse. Trinitatem etenim personarum Orientales quidem, intellectu, verbo et spiritu ; item oculo, fonte et fluvio ; rursus sole, radio et luce : Occidentales vero aliis similibus ostendere conantur. Quamvis unumquodque eorum exemplorum etsi ratione tria sint, una tamen hypostasis sive substantia realiter est. Patres tamen non putarunt propterea propositam veritatem offendere, sed quantum intentioni eorum conveniebat ex iis exemplis accipientes, reliquum, tanquam alienum a veritate, repellebant. Et nemo eos nec accusavit nec accusabit, donec mentis compos est, talibus quod usi fuerint exemplis. Quomodo igitur Latinos recte quis accusabit, si ad ostendendam unam eamdemque numero esse spirativam in Patre et Filio potentiam, utantur exemplo ab omnibus concesso, una cademque numero a Trinitate entium creatione ? aut quomodo propterea calumniari eos aliquis audebit, quod Spiritum sanctum cum creaturis connumerent ? præsertim cum nullus eorum qui nunc vivunt, Latini, nec qui post divisionem et infaustam infelixque illud schisma fuerunt, hoc primo dixerit ; sed illi prisci sancti, illi antiqui doctores, illa luminaria magna, quorum sonus in omnem terram exivit, et verba in fines orbis terræ, quique a nobis et nostris ut præcipui doctores et sancti merito celebrantur, hæc exempla et invenerint, et dixerint. Augustinus etenim, qui profunditate scientiæ omnes antecellit, sanctitate et fervore charitatis in Deum nulli cedit : Augustinus est, inquam, qui hæc eisdem verbis dicit Patrem et Filium scilicet principium esse Spiritus sancti. Quemadmodum Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum unum principium creaturæ credendum est. Accusent ii qui facile cuncta audent, et beatum Athanasium, qui in Dialogo Orthodoxi cum Ariano dissimilem Filium Patri, et Spiritum Filio et Patri ponente, ita dicit : Dei natura cum Filii et Spiritus sancti causa est, tum omnis creaturæ ; et simili audacia aut Filium et Spiritum cum creatura ponant, aut creaturam cum Filio et Spiritu sancto ut Deum colant, ut eamdem numero causam esse Dei videlicet et creaturæ, sanctus doctor docuerit. Sed hæc impudentium et ignorantium hominum sunt. Etenim cum inconvenientiæ, quæ quidam contra veram nostram conclusionem suis rationibus inferre solent, hæc potissimum sint ; et ad hæc si qua alia sunt, referantur : patet, quod illis Deo favente sufficienter solutis, cætera etiam simul corruunt, et quæ ad hæc dicta sunt, et ad omnia etiam illa sufficiunt.

Expositio auctoritatum doctorum quorumdam, quæ Latinis contrariæ esse videntur.

Cæterum restat considerare quæ a quibusdam auctoritatibus doctorum oppositis, ut arbitrantur, Latinis et hujus dogmatis veritati arguunt, putantes contradictionem ex eis concludere : quarum una quidem est illa, quam in Theologicis suis beatus Joannes Damascenus ait ; Spiritum Filii dicimus, ex Filio vero non dicimus. Altera vero sanctissimi Dionysii Areopagitæ, in libro *De divinis nominibus* dicentis : Solus fons divinitatis, qui supra omnem substantiam est, Pater est. Nam etsi aliquæ aliæ reperiantur, ejusdem tamen sententiæ sunt, et ad hæc tanquam potissima et quæ videntur expresse Latinis esse contraria, referuntur. De iis ergo duabus duntaxat considerandum est. Ad illud ergo, quod Joannes Damascenus ait, audi quam simpliciter, quam juste, quamque sufficienter ad persuadendum pro Latinis et eorum opinione confirmanda respondebimus. Nullum dicimus nomen ita sufficiens esse, ut unum solum possit præcise significare, quod in divinis exprimere volumus, quo fit ut multis et diversis altero unam, altero aliam rem nec tunc complete significemus. Cum enim hæc nomina et verba a nobis inventa sint, et qui natura regimur, et qui naturalibus rebus ea significandis imponimus, nec inventoris, nec eorum qui-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

bus imponuntur, naturam excedere possunt : ideoque divinas res complete significare minime possunt. Quare imperfectionem nominum non attribuendam esse rebus divinis, omnis qui recte sapit, affirmat. Sed cum aliis nominibus divinas res exprimere non possimus, utendum quidem his consuetis nominibus est. Utendum tamen in quantum rebus significatis conveniunt, imperfectionem eorum, et si quid inconvenientiæ secum portant, refellendo, et per aliud nomen defectum alterius supplendo. In quæstione itaque proposita, videlicet in processione Spiritus ex Patre et Filio, duo hæc necessario exiguntur : unum, quod Pater et Filius æqualiter atque simpliciter Spiritum sanctum spirent, non unus perfecte, alter imperfecte; hoc enim contrarium est fidei veritati. Alterum, quod Filius ut in aliis, ita etiam in spirando relationem et ordinem habeat ad Patrem. Utrumque enim horum insunt Patri et Filio. Summa etenim est in eis et potentiæ æqualitas, imo identitas, et summus ordo. Quæcunque enim Filius habet, ipsum etiam spirare Spiritum, habet a Patre. Si igitur unum nomen esset sufficiens, et summam potentiæ eorum identitatem, et summum ad invicem ordinem simul significare, illo profecto omnibus aliis postpositis utendum esset. Nunc vero non solum impossibile est unum tale reperire nomen : et ideo necessario uno nomine alterum horum, altero vero alterum exprimendum est, verum etiam hæc diversa nomina ad hoc quod utrumque per se unum tantum significatum prædictorum significant, etiam imperfecte illud unum significant. Quare nos recte quidem et pie quid rei significandæ conveniat recipientes, reliquum, et quod imperfectionis est, repellimus. Tales sunt eæ præpositiones *ex*, videlicet et *per*. Præpositio namque *ex* æqualitatem quidem cum de aliquibus duobus vel pluribus accipitur, significat; ordinem vero unius ad alterum minime. Si quid enim ex duobus fieri dicimus, puta si quod pondus ex duobus trahitur, similiter quidem et æqualiter eorum ex utroque trahi, quoad vim præpositionis significamus. Ordo vero unius ad alterum non inde apparet. At præpositio *per* e converso ordinem quidem significat, æqualitatem vero minime. Si quid enim ex aliquo per aliquem esse aut fieri dicatur, manifeste apparebit illum, de quo dicitur *per*, ordinem quemdam ad illum de quo præpositio *ex* prædicatur, habere; et hunc ab eo accepisse id quod per eum fit. Æqualitas vero horum ad invicem minime significatur. Minoris namque potentiæ semper et auctoritatis est ille, de quo præpositio *per* prædicatur. Unde sancti Patres et doctores cum orientales, tum occidentales, cum ad potentiæ æqualitatem, imo identitatem Patris et Filii respiciunt, ex Patre et Filio dicunt Spiritum sanctum procedere et esse. Cum vero ordinem eorum ad invicem ostendere volunt, ex Patre per Filium eum procedere, et ex Patre per Filium, sive ex Deo per Filium, cum esse do-

A cent. Sunt tamen nonnulli sanctorum, quorum aliqui majoris fecerunt ordinem, ut major pars Orientalium : aliqui æqualitatem, sive identitatem, ut plurimi Occidentalium. Et quemadmodum occidentales pluris facientes æqualitatem sæpius utuntur *ex*, ita orientales, qui ordinem majoris existimant, cum quibus et beatus Joannes Damascenus connumeratur, *per* ut plurimum utuntur, raro admittentes præpositionem *ex* : non sibi invicem contradicentes, sed diversa significata diversis nominibus exprimentes. Quare de mundi creatione, etsi absque ulla ambiguitate ex Filio etiam omnia producta sint prout ex Patre, rarissime tamen reperies apud doctores præsertim orientales, quod mundus sit productus ex Filio, sed semper per B Filium, ob illud Joannis : *Omnia per ipsum facta sunt*. Ita magis ordini adhæserunt Patres orientales; et ideo utuntur *per*, quæ sola ordinem significat. Præterea lingua Græca per hanc præpositionem *ex* principalem significat causam, qualem Filium esse, vel Spiritus, vel mundi, nullus omnino concedet. Quare fugiunt doctores de Filio ipsa *ex* uti, ne quis eum principalem causam putaret; et non solum ipsa *ex*, verum etiam nomen causæ fugiunt de Filio dicere respectu ad creaturam, quanquam et Filius et Spiritus passim ab omnibus fidelibus causa mundi esse credantur, et una cum Patre causa : timentes ne quis propterea principalem causam eum esse putet; a quo ut falso sibi C cavent. Unam enim principalem et Deitatis et creaturæ causam sciunt Patrem videlicet solum. Si igitur Latini cum sanctis occidentalibus ex Patre et Filio Spiritum sanctum dicentes, non principalem causam Filium ponunt, sed eorum potentiæ identitatem et æqualitatem per hoc profitentur : Damascenus vero principalem causam negans, quæ per *ex* significari solet, habuit respectum ad ordinem, et ideo utitur *per*, ex Patre per Filium procedere Spiritum asserens, per quem Filii ad Patrem ordo manifestatur, æqualitatem sive identitatem corum potentiæ nec ipse negans, quomodo magis invicem consona dicantur? Ipse enim est, qui de Patre, ipso quidem est intellectus Verbi abyssus. Verbi genitor, et per verbum spirator declarativi D Spiritus. Et rursus : Spiritus vero sanctus declarativa absconsæ divinitatis potentia Patris, ex Patre per Filium est procedens. Quod autem per hanc præpositionem *per*, tum per hunc, tum per alios doctores, Filius quoque cum Patre causa substantiæ Spiritus ostenditur, satis in oratione *De unione* a nobis probatum est, præsertim cum addatur hoc verbum *procedere*, quod etiam, secundum nostros, nihil aliud quam ipsum esse personale Spiritus sancti significat. Et ad auctoritatem quidem Damasceni hæc sufficiant.

Ad illa vero sancti Dionysii, solum fontem Divinitatis Patrem dicentis, ut clarius apparcat auctoritatem illam non habere illum intellectum, quem nostri putant, audiendum est primo illos doctores,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

qui etiam Filium dicunt fontem Spiritus sancti, non dico gratiarum Spiritus non subsistentium, hac enim abutuntur ad omnia hujuscemodi responsione : sed ipsius personæ Spiritus sancti. Primo itaque Athanasius in sua contra Arianos oratione illud Psalmi : *Quoniam apud te est fons vitæ*, exponens, Sciebat etenim, inquit, Pater videlicet apud se habens Filium fontem Spiritus sancti. Patet igitur quod ipsam personam Spiritus hic dicit non gratiam non subsistentem; habemus enim a sancto Basilio traditam regulam, quod cum audimus Spiritum cum additione sanctum, nil aliud quam personam Spiritus intelligere debemus. Cum igitur hic Filius fons Spiritus cum additione sancti dictus sit, patet quod personæ ejus fons dictus est. Deinde quoque ipse magnus Basilius, qui hanc nobis tradidit regulam, fontem Spiritus sancti Filium nominat, dicens : Fons vitæ Filius, ait enim David ad Patrem : *Quoniam apud te est fons vitæ;* et rursus alius propheta dicit de Judæis : *Me dereliquerunt fontem aquæ viventis.* Aqua vero vivens dicitur Spiritus sanctus. Et notandum quod Spiritum sanctum dicit, significans ipsam ejus personam; persona vero Spiritus sancti Deus est; Filius igitur cum sit fons Spiritus sancti, fons est divinitatis manifestissime. Quare cum sancti Dionysii illa auctoritas, solum fontem divinitatis Patrem inquientis, prædictis sanctorum auctoritatibus non contradicat (nefas est enim etiam cogitare quod sancti doctores invicem contradicant), aliud quam vulgus putat, intelligit; nec ideo dicit hæc ille doctor, quasi negans Filium esse fontem Spiritus sancti, sed ipse quoque una cum prædictis doctoribus eum fontem esse Spiritus sancti dicit, hoc est, ejus personæ. Iis igitur declaratis respondemus, quod non omnimodam divinarum personarum distinctionem ab invicem hic, ut nostri falso arbitrantur, sanctus doctor tradere proposuit; et patet quia nullam Filii distinctionem et Spiritus sancti tradidit. Non igitur omnium trium personarum ab invicem distinctionem, sed Patris duntaxat ad reliquas tradit. Patrem igitur in parte ad Filium comparans, et eorum ab invicem distinctionem tradens, solum fontem Patrem ait, ac si diceret Patrem quidem fontem Filii esse, Filium vero fontem Patris minime esse. Et quod de Patre et Filio duntaxat hic speculetur, a sequentibus manifestatur. Ea etenim, inquit, quæ sunt generationis divinæ, quæ super omnem substantiam est, non convertuntur ad invicem. Hoc enim nomen generationis divinæ Patrem et Filium duntaxat respicit, cum ille generet, hic generetur. Hoc autem manifestius apparet, cum subjungit, cum Pater non sit Filius, nec Filius Pater : patet igitur quod generare et ipsam paternitatem soli Patri tribuens, solum fontem eum ait divinitatis, ac si diceret : Solus Pater, solus generans est, nec ipse generatus, nec Filius generans, cum ea quæ sunt generationis divinæ non convertantur ad invicem. Et hæc quidem vera ejus auctoritatis expositio simul et solutio est. Quod si quis etiam diceret Patrem solum fontem generationis divinæ, quæ supra omnem substantiam est, tanquam qui solus Filii simul ac Spiritus principium sit, et solus fons non ex fonte : Filius vero sit quidem fons, doctoribus ita docentibus, sed fons ex fonte. Hujus autem sententiæ et beatus Augustinus in quarto *De Trinitate* est; ait etenim : Et quod dicit Dominus : *Quem ego mittam vobis a Patre*, probat Spiritum sanctum et Patris esse et Filii. Etenim cum dixisset : *Quem mittet Pater*, addidit : *In nomine meo;* non tamen dixit : Quem mittet Pater a me, quemadmodum dixit : *Quem ego mittam vobis a Patre*, ostendens videlicet quod totius divinitatis, vel ut melius dicatur, Deitatis Pater est principium. Hoc beatissimo doctore quem digniorem quæremus mentis Dionysii expositorem? Quis hoc melius intellexit? in quo ut illo Spiritus sanctus locutus est? Quod enim ille dixit solum fontem divinitatis, quæ super omnem substantiam est, hic totius Deitatis principium inquit : cum Pater scilicet a nullo principio sit, sed ipse sit Filii et Spiritus sancti principium, Filius vero principium habens Patrem, ipse etiam principium sit Spiritus sancti. Sed ne te offendat rursus nomen totius Deitatis, nec opponas toti partem, tanquam si Filius partis esset principium; Deitas enim non est partibilis. Hic vero defectum imbecillitatis nominum est, quem qui ad res significatas transfert, non recte nec pie agit. Ad exponendam igitur auctoritatem prædictam, et oppositionem inde submotam solvendam etsi multi alii modi essent, tamen quæ dicta sunt, ita manifesta et clarissima sunt, ut sola sufficiant. Probato enim quod Filius sit etiam fons Deitatis, siquidem fons Spiritus sancti est sanctorum Patrum sententia, Spiritus vero sanctus Deus est (quibus beatum Dionysium contradicere nullus fidelium dicet), restat ut hoc quod dicit Dionysius, solum fontem Deitatis Patrem esse, secundum prædictos modos, aut alterum illorum, et non aliter dixerit.

Brevis Epilogus omnium, quæ dicta sunt in hoc opere.

Ego quidem tua gratia, clementissime vir, quod petiisti pro posse complevi. Quæ enim acta in concilio fuerunt ex parte narravi, utriusque quæstionis rationes breviter reddidi. Quæ inferuntur inconvenientia contra veritatem conclusionis sive ex rationibus adversariorum, sive ex auctoritatibus doctorum solvi. Et quidem ut puto sufficienter. Ex quibus, ni fallor, fidei nostræ veritas clarissime probata est. Tuum vero erit et aliorum, quorum in manus hoc opus legendum pervenerit, attente absque passione sæpius eadem legere et relegere, et bene quæ in eo dicta sunt contemplari; fortassis etenim non inutilis, neque labori nostro inconveniens vos fructus sequetur; sed qualis maximi existimandus est. Siquidem veri

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

nec inquirendi fructuosior labor est, nec inventi pretiosior fructus. Sed ante omnia sanctorum Patrum et doctorum occidentalium auctoritates, quas cum his simul ad te mitto, legentes, attente ex his colligetis problematis hujus clarissimam veritatem. Si qui vero non veritatis, sed contentionis amici, aut meis rationibus, aut dogmati Latinorum instantias inferant, eos deridentes et per Patrum auctoritates facillime arguentes : omnis etenim ratio his contradicens reprobanda est, tanquam veritati contraria, siquidem Patres veritatem locuti sunt. Tu vero una cum Occidentalium Patrum testimoniis etiam aliquas Orientalium auctoritates a nobis accipe, ut etiam istos eadem illis dicentes, intelligas ; et non solum sententia, verum etiam ipsis verbis eos plerumque esse concordes.

EJUSDEM CARD. BESSARIONIS

AD GRÆCOS EPISTOLA

EXHORTANTIS EOS AD OBEDIENTIAM SACROSANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ, ET SUSCEPTIONEM SYNODI FLORENTINÆ, ET DE ELECTIONE SUA IN PATRIARCHAM CONSTANTINOPOLITANUM.

—

ARGUMENTUM.

Græci nostri, mortuo Josepho patriarcha Constantinopolitano Florentiæ, noluerunt alterum eligere et in locum demortui substituere, quem confirmaret summus pontifex Eugenius IV, quod dicerent non esse moris eum eligendi extra Constantinopolim. Quibus excusando se humanissime pontifex respondit, se non posse deponere Latinum patriarcham titularem, nisi Græci proponerent alterum Græcum ibi ubi celebrabatur concilium, a se confirmandum. Quem autem postea Constantinopoli primum elegerint, non adeo constat. In historia quam scripsit nostra ætate Theodosius Zygomalas ad Martinum Crusium hæreticum, fertur fuisse Gregorius Protosyngelus. ut notavimus in II libro de Sacramentis versus finem. Doctissimus Caryophyllus in libro quinque capitum, quem in linguam tritam et vernaculam Græcorum vertit, ex aliis historicis colligit fuisse Bessarionem, quod ego non credo, fecisset enim alicubi ea de re Bessarion mentionem. Ferunt eum facere mentionem in hac ipsa epistola cum dicit, se habuisse inter Græcos summos honores. At hoc verisimile est eum dicere propter doctrinam et prudentiam : alioquin etiam imberbem et juvenem apud imperatores præ cæteris ephebis in honore habitum fuisse testatur. Sed eum, aiunt, substitisse Romæ cardinalem creatum. Si intelligant Bessarionem post concilium non fuisse reversum in Græciam, falsum est, ut constat ex epistola Bessarionis ad Lascarim Philanthropinum, circa proœmium, ubi reperiuntur hæc verba, μετὰ τὴν γινομένην ἁγίαν σύνοδον, καὶ τὴν εἰς Κωνσταντινούπολιν ἡμῶν ἐπάνοδον, *post celebratum sacrum concilium, et nostrum in Constantinopolim reditum.* Si autem intelligant eum brevi substitisse in ea urbe et reversum fuisse in Italiam, quamvis non sit certum, tamen fieri potest, et tunc debuit historicus dicere, quamvis Constantinopoli præsens electus fuerit, noluit tamen acceptare. Secundum aiunt fuisse Metrophanem, quem mordaci scommate per contemptum vocabant μητροφόνον, et φρατριάρχην, tertium Gregorium protosyngelum, qui fuit a confessionibus Joannis Palæologi imperatoris, et tenuit locum Alexandrini in synodo. Hi omnes fuerunt ex Patribus concilii, qui subscripserant, et permanserunt constantes in concordia et unione cum Ecclesia Romana. Porro de Gregorio protosyngelo sive fuerit primus, sive tertius, hoc certum est, eum sponte cessisse patriarchatu, et eo munere dignitatis se abdicasse, imo et Romæ se recepisse, ac inhabitasse monasterium S. Georgii in Velabro, prope Forum Boarium. Hoc totum contigit tempore Nicolai V, qui etiam scribit ad Constantinum postremum imperatorem, et eum hortatur, ut proprium patriarcham, non ut quemdam aliquem tenuis fortunæ sacerdotem misere vivere sinat, sed ut decet verum patriarcham Constantinopolitanum, summopere ipsi commendando rogat, ut eum redire ad suum thronum curet : eique reverso cuncti honorem et obedientiam exhibeant. Eumdem ferunt post obitum θαυματουργῆσαι, edidisse miracula. De eodem Gregorio, de Isidoro etiam Ruthenorum antistite, et Bessarione sic scribit Pius secundus libro XI in suis Commentariis, circa tertiam partem libri : « Hunc annum viri tres in Ecclesia præcellentes insignem morientes reddidere : primus fuit Isidorus cardinalis episcopus Sabinensis, qui diu antea percussus apoplexia perdiderat ser-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

monis usum. Ruthenis hic præfuerat quondam pontifex borealibus populis Græcanicum ritum servantibus. Cum capta est Constantinopolis a Turcis, legatum illic agebat apostolicæ sedis, jam pridem ab Eugenio pontifice maximo cardinalatus dignitate donatus. In cæde Christianorum, quæ ingens ibi facta est, jacenti cadaveris hominis, qui sibi fuisset similis, vestimenta subtraxit, et cum suis permutavit, cuculla et rubenti pileo supra mortuum dimissis, ipse tanquam unus de plebe captus parvo pretio redemptus est; cadaveri, super quo insigne cardinalatus repertum, caput abscissum est, et hastæ suffixum cum pileo per urbem castraque Turcarum per ignominiam contemptumque sedis apostolicæ vectatum, clamitante præcone, esse Rutheni cardinalis verticem. Ipse vero paulo post ad Nicolaum pontificem rediit, quem aliquot annis postea defuncto Gregorio patriarcha Constantinopolitano, qui anno quo Mantuam itum est, non sine sanctitatis opinione, Romæ obiit, Pius pontifex ad patriarchatus culmen evexit; eique fatis functo, Bessarionem cardinalem Tusculanum, virum doctissimum, substituit, natione Græcum, genere Trapezuntinum. » Sic Pius secundus, qui deinde prosequitur in sua historia declarare quinam sint illi alii duo viri præcellentes in Ecclesia Dei, qui vitam cum morte commutaverint.

Cardinalis itaque Bessarion a Pio secundo post obitum Isidori creatus patriarcha Constantinopolitanus titularis, præsentem satis gravem, patheticam et elegantem ad Græcos exaravit epistolam.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΑΘΟΛΙΚΗ

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΡΔΙΝΑΛΕΩΣ

ΚΥΡΟΥ ΒΗΣΣΑΡΙΩΝΟΣ

—

EPISTOLA GENERALIS

SAPIENTISSIMI CARDINALIS

BESSARIONIS

—

ΒΗΣΣΑΡΙΩΝ, ἐλέῳ Θεοῦ τῆς ἱερᾶς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας καρδινάλις, καὶ Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης οἰκουμενικὸς πατριάρχης (1), τοῖς τῷ πατριαρχικῷ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνῳ ὁποιδήποτε ὑποκειμένοις ἀρχιερεῦσιν, ἱερομονάχοις, ἱερεῦσι, μοναχοῖς τε, καὶ λαϊκοῖς, ἠγαπημένοις ἐν Πνεύματι ἀδελφοῖς καὶ υἱοῖς, χάριν, εἰρήνην, καὶ εὐλογίαν ἀπὸ Θεοῦ παντοκράτορος βουλομένοις τε καὶ ἐπιθυμοῦσι, καὶ τὰ πρὸς ἐκεῖνα φέροντα, πάσῃ σπουδῇ διαπραττομένοις.

BESSARION, miseratione divina sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis, et Constantinopolitanæ novæ Romæ œcumenicus patriarcha, iis qui patriarchali Constantinopolitanæ sedi quacunque ratione et ubicunque subsunt, pontificibus, sacratis monachis, sacerdotibus, monachis, et sæcularibus, dilectis in Spiritu fratribus ac filiis, gratiam, pacem et benedictionem ab omnipotenti Deo volentibus et optantibus, omnibus, omnique studio conantibus ut ea adipiscantur.

Ἐβουλόμην μὲν ἄν, ἐν Θεῷ ἠγαπημένοι ἀδελφοί τε καὶ υἱοί, αὐτὸς ἡμῖν παρὼν, αὐτὸς ὑμῖν διαλε-

Volebam sane, in Deo charissimi fratres et filii, ipse vobis præsens, ipse vobiscum dissere-

Petri Arcudii notæ.

(1) *Οἰκουμενικὸς πατριάρχης* (*a*). Mirandum qui fieri potuit, ut catholicus, et Romanæ, hoc est Christianæ, et veræ fidei zelantissimus, hoc titulo se ornaverit, cum Gregorius Magnus Joannem patriarcham Constantinopolitanum primum hoc nomen sibi usurpantem monuerit, ut ab stulti vocabuli se appellatione compesceret, et suum apocrisarium vetuerit communicare in sacris cum Joanne et cum Cyriaco successore ejus, nisi ab hac appellatione desisterent, ut constat ex epistola tricesima, et tricesima prima libri sexti, et alibi passim. Præterea Adrianus primus scribens ad Constantinum et Irenem imperatores rogat eos ne deinceps permittant patriarchæ Constantinopolitano Tarasio, scribere se universalem, quod fecerat in professione suæ fidei, quam miserat ad pontificem.

(*a*) Vide Aloysium Bandinium in Commentario, supra col. XXXVI. EDIT.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

de iis quæ ad nostram salutem pertinent, ultro citroque ratione uti, deque iis quæ facere ac dicere desidéro, et precor. Quoniam vero res, quæ nos circumstant, et tanta locorum distantia id prohibet, quod reliquum est et posterius, litteris vobiscum versari, et epistolari hac ratione partem aliquam eorum quæ ipsi præsentes diceremus, necesse est vobis enuntiare. Precor autem Deum, qui est super omnia, ut cum eadem charitate, quæ dicenda sunt, excipiatis, qua etiam nos ea dicturi sumus. Testis enim est mihi ipse, quem nihil latet, ne eorum quidem quæ sunt in cogitatione, quod primum quidem zelus divinus, deinde vero amicitia nostræ gentis excitat promere quæ dicturus sum; neque quiescere sinit, ne non manifesta vobis faciam quæ vos nosse necesse est.

Ante omnia igitur (ut hic exordiar) mementote, fratres in Spiritu et filii, quanta et qualis fuit nostra gens, partim quidem sapientia, partim vero reliqua virtute; præterea quæ mundana est, potestate et imperio, viribusque. Quippe nostri non tantum totius sapientiæ, cunctarumque disciplinarum inventores, verum etiam perfectores exstiterunt. Ibi tota sanctitas effulsit, inde monarchia toti orbi imperavit. Cæterum nunc (heu mala!) non solum imperium amisimus, sed et servitutem, et eam gravem, ac molestam experientia patimur, Barbaris et impiis (heu me miserum!) nobis dominantibus. Neque id solum, verum etiam sapientiæ ne vestigium quidem penes nostros remansit. Cum post acquisitionem rerum necessariarum quæratur et solita sit advenire. Quæ cum nos deseruerint

A γόμενος δοῦναί τε καὶ λαβεῖν λόγον περὶ τῶν τῇ ὑμετέρᾳ σωτηρίᾳ ἀνηκόντων, καὶ ὧν ὑμᾶς ποιεῖν τε καὶ λέγειν πυθῶ τε καὶ εὔχομαι. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο τά τε περιστάμενα ἡμᾶς πράγματα, ἥ τε τοσαύτη κωλύει τῶν τόπων διάστασις, ὃ λοιπόν τε καὶ δεύτερον, γράμμασιν ὑμῖν ἀνάγκη συνεῖναι, καὶ τῷ ἐπιστολιμαίῳ τούτῳ λόγῳ, μέρος τι ὧν ἂν αὐτοὶ παρόντες εἴπωμεν, ὑμῖν ἀναγγεῖλαι. Εὔχομαι δὲ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ, κατὰ τῆς αὐτῆς ἀγάπης ὑμᾶς τῶν ῥηθησομένων ἀκοῦσαι, μεθ' ἧς καὶ ἡμεῖς αὐτὰ ἐροῦμεν. Μάρτυς γάρ μοί ἐστιν αὐτός, ὃν οὐδὲν οὐδὲ τῷ ἐν διανοίᾳ λανθάνει, ὡς πρῶτα μὲν ὁ θεῖος ζῆλος, ἔπειτα δέ με ἡ τοῦ γένους φιλία κινεῖ εἰπεῖν, ἃ μέλλω ἐρεῖν, οὐδὲ ἡσυχάζειν ἐᾷ μὴ οὐ δῆλα ὑμῖν ποιῆσαι ἃ ὑμᾶς εἰδέναι ἀνάγκη.

B

Πρὸ πάντων τοίνυν (ἵν' ἐντεῦθεν ἄρξωμαι) μνήσθητε, ἀδελφοί τε καὶ υἱοὶ ἐν Πνεύματι, πόσον τε καὶ οἷον ὑπῆρξε τὸ γένος ἡμῶν, τοῦτο μὲν σοφίᾳ, τοῦτο δὲ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ, καὶ μὴν καὶ τῇ κατὰ κόσμον ἐξουσίᾳ τε, καὶ ἀρχῇ καὶ δυνάμει. Οἱ ἡμέτεροι γὰρ πάσης σοφίας καὶ πάσης ἐπιστήμης οὐχ εὑρεταὶ μόνον ὑπῆρξαν, ἀλλὰ καὶ εἰς τέλος αὐτὰ ἤγαγον. Ἐκεῖ πᾶσα ἁγιωσύνη ἐξέλαμψεν, ἐκεῖθεν μοναρχία πάσης γῆς ἐπεκράτησεν. Ἀλλὰ νῦν (φεῦ τῶν κακῶν!) οὐ τὴν ἀρχὴν ἀπωλέσαμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ δουλείας πειρώμεθα, καὶ ταύτης δεινῆς τε καὶ χαλεπῆς, Βαρβάρων τε καὶ ἀνόμων ἀνδρῶν (οἴμοι!) δεσποζόντων ἡμῶν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ

C σοφίας οὐδ' ἴχνος ἔμεινε παρά γε τοῖς ἡμετέροις, εἰωθυίας γε τῆς ἐπιστήμης μετὰ τὴν τῶν ἀναγκαίων κτῆσιν ζητεῖσθαί τε, καὶ ἐπιγίνεσθαι. Ὧν νῦν ἡμῖν

Petri Arcudii notæ.

Vide octavam synodum actione secunda. Sed nostri Græci propter honorem Tarasii aliasque causas non sunt passi integras legi epistolas Adriani.

In concilio quoque Florentino Latini Patres cum de aliis rebus ad fidem spectantibus, tum potissimum de hoc titulo sine dubio cum Græcis egissent, nisi illi de hac re, ut de multis aliis, audire et agere recusassent. Nunquam enim hanc vanam et falsam appellationem Græcis Latini permiserunt neque permittent.

Igitur dicendum est, Bessarionem existimasse a Latinis hanc vocem toleratam fuisse. Nam et Josephus Florentiæ cum ad finem vitæ pervenisset, extremam suam sententiam patefaciens in omnibus se subjicit Romanæ Ecclesiæ, et nihilominus vocat se œcumenicum patriarcham. Vel Bessarion et Josephus decepti sunt ex pseudosynodo a Photio facta, ubi introducit Photius legatos pontificis, qui ei titulum universalis attribuunt, ubi etiam primum locum in sessione impudenter sibi arrogat. Postremo illud quoque verisimile est, Bessarionem et Josephum ab hujusmodi titulo abstinuisse, sed a posterioribus Græcis additum fuisse. Non enim habemus autographum Josephi et Bessarionis manu propria subscriptum, præsertim cum ipse Bessarion in hac eadem epistola Romanum pontificem vere œcumenicum nuncupet.

Quæ causa fuit, ut cum bibliotheca Bessarionis dono sit data serenissimæ reipublicæ Venetæ, per amicos inquireremus, utrum ea vox οἰκουμενικὸς esset exarata in ea epistola, vel in titulo, vel in subscriptione. Negant eam reperiri, et qui fidem non adhibet, adeat ipsam bibliothecam. Præterea Bessarion eam epistolam ipsemet in Latinum vertit, ubi tamen nusquam invenitur in eius persona ea vox *œcumenicus*.

Repugnat autem vocare se œcumenicum, et scribere, τοῖς ὑποκειμένοις τῷ πατριαρχικῷ θρόνῳ, et non τοῖς ἁπανταχοῦ Χριστιανοῖς. Deinde patriarcha Constantinopolitanus, vocando se œcumenicum, probat et ostendit posse errare in fide totam Ecclesiam, quando is qui appellatur universalis in fide labitur, cum contra, Romanus pontifex, qui revera est et potest dici œcumenicus, non possit errare. Unde Gregorius Magnus lib. IV, epist. 32, Mauricium Augustum, contra Joannem Jejunatorem: « Quis est iste, inquit, qui contra statuta evangelica, contra canonum decreta, novum sibi usurpare nomen præsumit? Utinam vel sine aliorum imminutione unus sit, qui vocari appetit universalis. Et certe multos Constantinopolitanæ Ecclesiæ in hæreseos voraginem incidisse novimus sacerdotes, et non solum hæreticos, sed etiam hæresiarchas factos. Inde quippe Nestorius, qui mediatorem Dei et hominum Jesum Christum duas esse personas existimans, quia Deum fieri hominem potuisse non credidit, usque ad Judaicam perfidiam erupit. Inde Macedonius, qui consubstantialem Patri et Filio Spiritum sanctum Deum esse denegavit. Si igitur illud nomen in ea Ecclesia sibi quisquam arripuit, quo caput se bonorum omnium facit, universa ergo Ecclesia, quod absit, a statu suo corruit, quando is qui appellatur universalis cadit. Sed absit a cordibus Christianorum nomen istud blasphemiæ. » Sic Gregorius.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ἐκλειπόντων, διὰ τὴν τοῦ γένους δουλείαν, καὶ τὴν αὐτῇ ἑπομένην τε καὶ συνοῦσαν πενίαν, οὐδεὶς λόγος σοφίας, οὐδεμία ζήτησις ἐπιστῆμης. Ἀρετὴ δὲ ὅσηπερ εἰς τὸ ἦθος τείνει, καὶ καλοὺς κἀγαθοὺς ἀπεργάζεται τοὺς κεκτημένους, αὕτη δὲ μένει τε καὶ μείνειεν εἰς ἀεὶ παρά γε τοῖς ἡμετέροις. Τίς τοίνυν αἰτία τοῦ τὰ ἤθη χρηστοὺς ὄντας, καὶ σοφίαν, καὶ ἀρχὴν, καὶ τὴν ἐλευθερίαν αὐτὴν ἀπολέσαι; οὐ γὰρ δὴ τύχη τε, καὶ τὸ αὐτόματον, οὐδ' ἡ ἄστατος τῶν πραγμάτων ῥοὴ, καὶ τὸ ὡς ἔτυχε τὴν τοσαύτην ἡμῖν ἐπήνεγκε δυστυχίαν· εἰ μή τις οἴοιτο μηδὲ διοικεῖσθαι τὰ ὄντα θείᾳ Προνοίᾳ, ὃ καὶ ἀννοῆσαι ἄτοπον.

Οὐ μὴν οὐδὲ τὸ τῶν ἁμαρτιῶν βάρος, καὶ πλῆθος (ὅ τινες καλῶς τρόπον ἄλλον ποιοῦντες, καὶ ταπεινὰ περὶ ἑαυτῶν φρονοῦντες, ὡς δεῖ λέγειν εἰώθασι), καὶ τῶν παρόντων ἡμῖν κακῶν αἰτιᾶσθαι. Οὐ γὰρ μᾶλλον ἡμεῖς ἢ τὰ λοιπὰ τῶν Χριστιανῶν, ὅσα εὐδαιμονοῦσιν, ἔθνη, ταῖς ἰδίαις τὸν Θεὸν παροργίζομεν ἁμαρτίαις· εἴρηται γὰρ δὴ, καὶ ἀληθῶς εἴρηται, τά γ' ἐν τοῖς ἤθεσι τοὺς ἡμετέρους μηδένων εἶναι χείρους, ἔστι δ' ὧν καὶ βελτίους.

Εὐλαβητέον οὖν μήποτε ἡ τῆς ἀληθείας τῆς πίστεως ἐκτροπὴ, ἢ τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἀμέλεια, ἡ ἀπὸ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας διαίρεσις τῶν συμφορῶν τούτων ἡμῖν ἐχρημάτισε μήτηρ. Τούτου γὰρ δὴ τοῦ κακοῦ ἦρξαν μέν τινες τῶν ἡμετέρων δι' οἰκείαν αὐθάδειαν, ἀρχὴν ἑαυτοῖς ἀνυπεύθυνον ἐπικτώμενοι, μετέσχον δὲ καὶ οἱ ἐπιγεγενημένοι, οὐ δι' οἰκείαν μοχθηρίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν φθασάντων καὶ τοὺς πονηρίαν τῆς λώβης πεπειραμένοι, ἣν ἀπολούσασθαί ποτε, καὶ ἀποθέσθαι τοὺς εὖ γε φρονοῦντας καὶ προσῆκόν ἐστι, καὶ σωτήριον ἅμα. Διὸ καὶ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ καὶ υἱοὶ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ποθεινότατοι, παρακαλῶ τε, καὶ δέομαι, ἵνα πάσῃ σπουδῇ τε καὶ μελέτῃ ἑαυτοῖς τὴν ἀρχαίαν ἀνασώσητε εὐγένειαν, τὴν πάλαι ποτὲ εὔκλειαν ἐπανακαλέσησθε, καὶ τοῖς ἀρχαίοις διδασκάλοις ἡμῶν καὶ ἁγίοις Πατράσιν ἑπόμενοι (ὧν ἡ αὐτή τε τῆς πίστεως ὁμολογία, ἡ αὐτὴ τῆς εὐσεβείας ἐστὶ διδασκαλία, ἣν καὶ ἡ Ῥωμαίων νῦν Ἐκκλησία ὁμολογεῖ καὶ κατέχει) τοὺς νεωτέρους δὴ τούτους, καὶ τοὺς τοῦ ἀπευκτοῦ τῶν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν σχίσματος γενομένους αἰτίους, ἀποστραφῆτε, καὶ τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ γενομένην σύνοδον εὐλαβῶς τε ὑποδέξησθε, καὶ τὰ ἐκεῖ τοῦ Θείου Πνεύματος συνεργοῦντος, ὑπὲρ αὐτοῦ δεδογμένα, ἀσπάσησθέ τε καὶ πιστεύητε καὶ ὑμεῖς. Πολλοὶ ἐκεῖ καὶ καλοὶ κατεβλήθησαν ὑπὲρ τούτου τοῦ δόγματος λόγοι. Πολλὰ ἑκατέρωθεν τῆς οἰκείας συστατικὰ δόξης εἴρηται. Τέλος ἐνίκησε παρὰ πᾶσι, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν μίαν ἀρχὴν εἶναι τοῦ Πνεύματος, καὶ ἐξ ἀμφοῖν αὐτὸ ὡς ἐξ ἑνὸς ἐκπορεύεσθαι προβολέως. Πολλαὶ τῶν ἁγίων καὶ διδασκάλων, οὐ μόνον τῶν Δυτικῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν Ἀνατολικῶν τε καὶ ἡμετέρων προηνέχθησαν μαρτυρίαι τοῦτο δηλοῦσαι· πολλοῖς δέδεικται λογισμοῖς. Μὴ γὰρ ἀτημελῶς, ἀδελφοὶ, μὴ παρέργως, περὶ τὸ τοσοῦτον προσηνέχθη-

ob gentis servitutem et ejuscomitem paupertatem, nulla ratio habetur sapientiæ, nulla bonarum artium inquisitio. Virtus porro quæ ad mores spectat, quæque probos et honestos, ea prædilos efficit, ipsa certe apud nostros permanet, et utinam perpetuo perseveret. Quid igitur causæ est, cur probi, optimeque morati et sapientiam, et imperium, atque etiam ipsam libertatem amiserint? Non enim profecto fortuna et casus rerumque instabilis fluxus, et quod aiunt, *ut evenit*, hanc tantam calamitatem nobis induxit. Nisi quis existimet, ne gubernari quidem divina Providentia, quæ in rerum natura exsistunt, quod vel cogitare absurdum est.

Atqui neque peccatorum ponderi ac multitudini (quæ nonnulli secundum aliam rationem recte facientes et humilia de se, ut par est, sentientes, dicere consueverunt) causa tribuenda est. Non enim magis nos quam cæteræ Christianorum gentes, quæcunque feliciter agunt, propriis Deum peccatis irritamus: dictum est enim, ac vere dictum est, quod spectat ad mores, nostri non sunt deteriores, quam reliquarum nationum, quibusdam vero et præstantiores.

Igitur cavendum est ne forte a veritate fidei declinatio, rectorum dogmatum negligentia, ab Ecclesia catholica divisio, harum calamitatum nobis origo exstiterint. Hujus enim mali nonnulli nostrorum auctores fuerunt ob arrogantiam propriam, qui sibi principatum nulli subjectum nanciscebantur, participes vero fuerunt etiam posteri, non quidem ob proprium vitium, sed propter malitiam eorum qui eos antecesserunt, hanc labem experti sunt, quam prudentes abluere aliquando, ac deponere, et consentaneum est simul et salutare. Quocirca etiam vos fratres et filios in sancto Spiritu desideratissimos rogo, et obsecro, ut omni studio et cura antiquam vobis nobilitatem recuperetis, et antiquum splendorem revocetis, antiquos doctores nostros et sanctos Patres secuti (quorum eadem professio fidei, eadem pietatis est doctrina, quam etiam nunc Romana Ecclesia profitetur et tenet), hos recentiores, et exsecrandi schismatis, dissidiique Ecclesiarum Dei auctores aversemini, et synodum Florentiæ celebratam religiose suscipiatis. Et quæ ibi divino Spiritu cooperante pro ipso sancita sunt, amplectimini, et vos credite. Multæ ibi et egregiæ pro hoc dogmate jactæ sunt quasi fundamenta rationes: multa ex utraque parte dicta sunt, quæ propriam opinionem commendabant. Tandem vicit apud omnes Patrem et Filium unum esse principium Spiritus, et ex ambobus ipsum tanquam ab uno productore procedere. Multa sanctorum et doctorum non tantum Occidentalium, sed etiam Orientalium et nostrorum producta sunt testimonia hoc significantia, multis ostensum est considerationibus. Num enim, fratres, negligenter, num obiter circa rem tanti ponderis nos exhibuimus? Multum evigilavimus,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

multum solliciti (ut scitis) fuimus. Verum cessimus veritati, locum dedimus doctoribus. Absit enim, ut animus probus et Christianus ostensæ veritati claudat oculos!

Partem aliquam illarum rationum nunc etiam hoc in loco utique exposuissemus, nisi ratio scribendarum epistolarum prohiberet, et simul aliunde multo plura his, quæ hic dicta sunt, eligendo legere liceret. Multi enim ante nos beati viri plurima, eaque optima de hoc argumento disseruerunt, nosque ipsi non pauca, vel amicis petentibus, vel per nos ipsos considerantes, vel frustra temereque contendentibus, et se opponentibus mutuo respondentes, eorumque sophismata dissolventes composuimus et edidimus. Et omnia penes nos sunt, vel inter vos apud eos, qui studiosiores et avidiores auditores sunt. Quæ si quis vestrum bono animo et sine contentione audierit (modo velit audire) favente Deo non parvam utilitatem capiet. Unam tamen solam, illamque quam brevissime hic rationem ubi commemoravero, ad reliquam convertam.

Spiritum sanctum dici Spiritum Filii, ipse Filius asserit, ipsum appellans Spiritum veritatis. Est autem ipse veritas. Et multis in locis magnus Paulus id prædicat: *Misit enim*, inquit, *Deus Spiritum Filii sui in corda vestra*; et: *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus*, et sæpe passim idem dicit. Hoc verbum vel solum, fratres, universæ rei conficiendæ satis est. Non enim opus est plurium effusione verborum obrui; est enim ipsius Spiritus naturaliter et essentialiter, non autem adventitie; cujus autem esse aliquid dicitur, illud cujus dicitur, necesse est ut dignitate aliqua et præstantia emineat respectu illius, quod ejus esse dicitur; aut ergo eminentia et præstantia est producentis ad productum, aut præstantia Creatoris ad creaturam, sed hoc non habet locum in proposito, ut Creator et Dominus deducatur ad creaturam. Nam id vel cogitare impium est. Restat igitur ut sit producentis ad productum.

Quæ enim aiunt nonnulli veritatem effugientes, Spiritum dici esse Filii consubstantialitatem Filii

A μεν πρᾶγμα; πολλὴν κατεβαλόμεθα ἀγρυπνίαν, πολλὴν, εὖ ἴστε, πεποιήμεθα φροντίδα. Ἀλλὰ ἐνεδώκαμεν τῇ ἀληθείᾳ· ἀλλὰ τοῖς τῶν διδασκάλων ὑπεχωρήσαμεν. Ἀπείη γὰρ ψυχῆς ἀγαθῆς, καὶ Χριστιανῆς τῇ ἀληθείᾳ δειχθείσῃ καμμύειν τὰ ὄμματα!

Μέρος τι τῶν λόγων ἐκείνων κάνταῦθα νῦν ἐξεθέμεθα ἂν, εἰ μὴ ὅ τε τῆς ἐπιστολῆς ἐκώλυε νόμος, καὶ ἅμα ἄλλοθεν ἐξῆν καὶ πλείω τῶν νῦν εἰρημένων ἀναλεξαμένοις ἀναγνῶναι. Πολλοὶ γὰρ τῶν πρὸ ἡμῶν μακαρίων ἀνδρῶν πολλά τε καὶ καλὰ περὶ τούτου εἰρήκασιν. Ἡμεῖς τε οὐκ ὀλίγα, ἢ φίλοις αἰτησαμένοις, ἢ καθ' ἑαυτοὺς σκεπτόμενοι, ἢ τοῖς εἰκῇ καὶ μάτην ἐρίζουσί τε, καὶ ἀντιλέγουσιν ἀνταποκρινόμενοί τε, καὶ τὰ ἐκείνων σοφίσματα λύοντες
B συγγραψάμενοι ἐξεδώκαμεν. Καὶ πάντα γε παρ ἡμῖν, ἢ ὑμῶν τοῖς γε ζητητικωτέροις τε, καὶ φιλακροωτέροις εἰσίν. Ὧν εἴ τις ὑμῶν εὐγνωμόνως τε καὶ ἄνευ ἔριδος ἀκούσειεν, ἀκούσασθαι δὲ βουληθείη, οὐ μικρὰν ὠφέλειαν (σὺν Θεῷ δ' εἰρήσθω) καρπώσεται. Ἑνὸς μέντοι μόνου, καὶ τούτου ὡς ἔνι διὰ βραχέων, ἐνταῦθα μνησθεὶς λόγου, ἐπὶ τὰ λοιπὰ τρέψομαι.

Πνεῦμα Υἱοῦ λέγεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, αὐτὸς ὁ Υἱός φησι, Πνεῦμα καλῶν ἀληθείας; αὐτό. Ἔστι δὲ αὐτὸς ἡ ἀλήθεια. Πολλαχοῦ τε τοῦτο Παῦλος ὁ μέγας κηρύττει· *Ἐξαπέστειλε* γὰρ, φησὶν, *ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν*· καὶ, *Εἴ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ*. Καὶ πολλάκις πολλαχοῦ τὸ
C αὐτὸ λέγει. Τοῦτο τὸ ῥῆμα καὶ μόνον, ἀδελφοὶ, ἀρκεῖ τὸ πᾶν ἀποδεῖξαι· οὐ δεῖ γὰρ πολλοῖς περιῤῥεῖσθαι. Ἔστι μὲν γὰρ αὐτοῦ Πνεῦμα φυσικῶς τε καὶ οὐσιωδῶς, ἀλλ' οὐκ ἐπικτήτως. Οὗ δ' οὕτω τί ἐστι, ἀξιώματι καί τινα ὑπεροχὴν ἀνάγκη πρὸς ἐκεῖνο εἶναι, ὅπερ αὐτοῦ λέγεται εἶναι, ἢ γοῦν ἀξιώματι καὶ ὑπεροχῇ προβάλλοντος, καὶ προβαλλομένου ἢ κτίστου πρὸς κτίσμα. Τοῦτο δ' ἐνταῦθα οὐκ ἂν τὸ δεσπότου φαίη τις εἶναι, εἰς κτίσμα κατάγων τὸν Δεσπότην καὶ Κτίστην. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐννοεῖν ἀσεβές. Λείπεται τοίνυν (1) τὸ τοῦ ἐκπορεύοντός τε καὶ προβάλλοντος πρὸς τὸ προβαλλόμενον εἶναι. Ἄλλο γάρ τι οὐδὲ ἐννοεῖν θέμις.

D Ἃ γάρ φασί τινες τὴν ἀλήθειαν ἀποφεύγοντες, ὡς τὸ Υἱοῦ Πνεῦμα λέγεσθαι πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ τὴν

Petri Arcudii notæ.

(1) Textus erat corruptus hoc modo. Οὗ δ' οὕτω τί ἐστιν ἀξιώματι καί τινα ὑπεροχὴν ἀνάγκην εἶναι πρὸς ἐκεῖνο εἶναι ὅπερ αὐτοῦ λέγεται εἶναι, τοῦτο δ' ἐνταῦθα οὐκ ἂν τὸ δεσπότου, εἰ κτίσμα κατάγων τὸν Κτίστην. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐννοεῖν ἀσεβές. Λείπεται τοίνυν, etc., ut videre est in bibliotheca Vaticana. Correximus eum utcunque ex Veneta, ut aliquem sensum eruere possemus hoc modo: Οὗ δ' οὕτω τί ἐστιν ἀξιώματι, καί τινα ὑπεροχὴν, ἀνάγκη πρὸς ἐκεῖνο εἶναι, ὅπερ αὐτοῦ λέγεται εἶναι, τοῦτο δ' ἐνταῦθα οὐκ ἂν τὸ δεστότου φαίη τις εἶναι, εἰ κτίσμα κατάγων τὸν Κτίστην. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐννοεῖς ἀσεβές. Λείπεται τοίνυν τὸ τοῦ ἐκπορεύοντός τε καὶ προβάλλοντος πρὸς τὸ προβαλλόμενον εἶναι. Ἄλλο γάρ τι οὐδὲ ἐννοεῖν θέμις. Sensus est, illud **cujus** dicitur aliquid esse, est præstantius vel ad **extra** natura, quippe alia est natura Creatoris, alia **creaturæ**, et per consequens domini ac servi (**quam** eamdem rationem tetigit Bessarion in libro **ad** Lascarim Philanthropinum): vel ad intra, **conferendo** personam cum persona: et tunc illud **cujus** dicitur esse, est eminens non natura, sed **ordine** naturali. Nihil enim in Deo est præter **naturam**, quippe unum est prius non tempore, sed **ordine**, alterum posterius. Hoc enim ab illo **ratione** originis, seu causalitatis, ut loquuntur Patres **Græci**, non illud ab hoc.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ὁμοουσιότητα παριστάνει, ἢ τὸ ἐξ Υἱοῦ πέμπεσθαι, καὶ ὅσα ὅμοια, ἀράχνης νήματα ὄντα, καὶ ἡμεῖς πολλάκις ἐδείξαμεν. Εἴτε γὰρ διὰ τὸ ὁμοούσιον ἐλέγετο Πνεῦμα αὐτοῦ, διὰ τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ ὁ Υἱὸς ἐλέγετο ἂν τοῦ Πνεύματος, ἀλλ' οὐκ ἂν εὕροις οὐδαμοῦ τοῦτο· εἴτε διὰ τὸ πέμπεσθαι ὑπ' αὐτοῦ, πρὸς ἡμῶν ὁ λόγος. Τὸ γὰρ πέμπειν δὴ τοῦτο, καὶ πηγάζειν, καὶ ἀναβλύζειν προϋποτίθεται τὴν προβολήν, καὶ τὴν οὐσιώδη πρόοδον, καὶ ἀδύνατον πέμπειν τὸν μὴ προβάλλοντα, πολλοῖς πολλαχοῦ καὶ ἱκανοῖς ἐδείξαμεν καὶ ἡμεῖς λόγοις. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα παρὰ τῶν ἡμετέρων πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ταύτης ἀποφυγὴν λέγεται, οὐδὲν ὅλως ἰσχύοντα· πολλῷ δ' ἔτι πλείω τε καὶ καλλίω οἱ τῇ ἀληθείᾳ συνιστάμενοι λέγουσι· καὶ πάντα ἀκριβῶς ἴσμεν πρὸς τοὺς ἐναντίους πολλάκις ἀποδυσάμενοι λόγους. Ἐνταῦθα δὲ διὰ τὸ μῆκος τῶν λόγων αὐτὰ παρεῶντες εἰς τὰ περὶ τούτου συγγεγραμμένα ἡμῖν τοὺς βουλομένους παραπέμπομεν. Ἓν δὲ τοῦτο ὑμῖν φαμεν νῦν καὶ μάλα θαῤῥοῦντες, ὡς ἱκανόν ἐστι τοῦτο μόνον (εὖ ἴστε) πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας παράστασιν, τοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐξ Υἱοῦ ὥσπερ καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὡς ἐκ μιᾶς ἀρχῆς, καὶ ἑνὸς ἐκπορεύεσθαι προβολέως. Καὶ ἐπειράθητε ἂν ἔργῳ, εἰ παρὼν ὑμῖν ἐδίδουν τε καὶ ἐλάμβανον λόγον· εἶναί τε καὶ πολλὰς ἄλλας μαρτυρίας τῆς θείας Γραφῆς, ὡς τὸ, *Ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρός*· ὡς τὸ, *Παρ' ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν*· ὡς τὸ, *Ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει*· καὶ ἄλλα ὅμοια. Ἐξ ὧν ἑκάστου ἡ αὐτὴ ῥᾷστα τῆς πίστεως ἀλήθεια δείκνυται, ἣν πάλαι τε καὶ νῦν ἡ καθολικὴ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία διδάσκει τε, καὶ κατέχει, ἣν ὅλη πρότερον ἡ Ἐκκλησία ἐπίστευεν

A cum Spiritu demonstrare, vel a Filio mitti, et quotquot similia, araneæ esse fila sæpe nos ostendimus. Sive enim diceretur Spiritus ejus propter consubstantialitatem, ob hoc ipsum et Filius diceretur Spiritus sancti, sed nusquam hoc reperies; sive quod ab ipso mittatur, ratio a nobis est. Hoc enim mittere, et effundere, præsupponit productionem et essentialem processum. Et fieri non potest ut is qui non producit, mittat, multis et sufficientibus rationibus passim demonstravimus. Multa igitur vitandæ causa hujus veritatis a nostris dicta sunt; sed omnino nihil valent. Multo vero plura et meliora, qui veritati patrocinantur, afferunt; et omnia diligenter novimus, cum contra omnes rationes contrarias disputaverimus; hoc vero loco, ob prolixitatem sermonum, hæc missa facimus; et ad scripta, quæ de hoc composuimus volentes considerare, remittimus. Hoc unum vero nunc vobis cum magna fiducia dicimus, quod sufficiens est hoc solum, certo sciatis, ad veritatem comprobandam, quod Spiritus sanctus etiam ex Filio, quemadmodum et ex Patre: ut ab uno principio, et uno productore procedat et revera si præsens essem ultro citroque data et accepta ratione experti essetis, multa alia constare testimonia sacrarum Litterarum, ut illud: *Quem ego mittam vobis a Patre*; et illud: *De meo accipit, et annuntiabit vobis*; et illud: *Quæcunque audiet, loquetur*, et alia similia. Ex quibus singulis eadem fidei veritas facile probatur; quam olim et modo catholica Romana Ecclesia docet et tenet, quam prius universa Ecclesia complectebatur.

Ἀλλὰ φαίης ἄν, ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος περὶ τούτου λέγων, *Τὸ Πνεῦμα*, φησὶν, *ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται*, μὴ προσθεὶς καὶ ἑαυτόν.

Sed objicies, quod Dominus de hoc disserens, *Spiritus*, inquit, *qui a Patre procedit*, non autem addidit seipsum.

Καὶ τί τοῦτο, ἀδελφοί; οὐ γὰρ δὴ καὶ ὡς οὐκ ἐκπορεύεται ἐξ αὐτοῦ εἴρηκεν. Τοῦτο γάρ ἂν ἴσως βιαιότερον ἦν· κἂν μηδὲ τοῦτο ἱκανὸν, πρὸς ὃ ὑμεῖς βούλεσθε. Καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς, *Περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδε*, φησὶν, *οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οὐδὲ ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος*· καὶ αὖθις, *Ἡ ἐμὴ διδασκαλία οὐκ ἔστιν ἐμὴ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με Πατρός*, καὶ, *Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ*· καὶ ὅμως ἡμεῖς καλῶς γε ποιοῦντες τοὐναντίον πιστεύομεν. Καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καὶ τὴν ὥραν, οὕτω σαφῶς αὐτὸν εἰδέναι, ὡς καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ ἑαυτὸν ὁμοίως τῷ Πατρὶ γινώσκειν, καὶ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ παντὸς μᾶλλον αὐτοῦ εἶναι τιθέμεθα. Εἰ οὖν ὧν σαφῶς ἀπηρνήσατο, ἡμεῖς ἐπαινετῶς τὰ ἐναντία πιστεύομεν, διατί οὐ κἀνταῦθα ἃ μὴ ἠρνήσατο, εὐσεβῶς πιστεύσομεν;

Et qualis est hæc objectio, quæso, fratres? Non enim dixit quod non procedit ab ipso (Filio). Hoc enim fortassis vehementius urgeret. Quamvis neque hoc sufficeret ad probandum quod vultis. Quippe idem dixit: *De die illa et hora nemo scit*, inquit, *neque angeli, neque Filius, nisi solus Pater*. Et rursus: *Mea doctrina non est mea, sed qui misit me Patris*; et: *Nemo novit Filium, nisi Pater*, et tamen nos recte facientes, contrarium credimus. Et diem illum, et horam ita clare eum scire sicut et Pater, et se ipsum nosse similiter atque Pater. Et doctrinam ejus maxime ejus esse dicimus. Si igitur eorum quæ ipse manifeste inficiatus est, nos laudabiliter contraria credimus: cur etiam hoc loco, quæ non negavit, pie non credamus?

Καὶ μὴν σκεπτέον καὶ τοῦτο, ἐπηγγείλατο ὁ Χριστὸς, ἐπὶ τῇ τοῦ Πέτρου ὁμολογίᾳ οἰκοδομήσειν τὴν αὐτοῦ Ἐκκλησίαν, καὶ πύλας ᾅδου, τὰς τῶν αἱρετικῶν δηλαδὴ κενοφωνίας, μὴ ἂν ποτε κατισχύσειν αὐτῆς. Τί; οὖν ἂν εἴη αὕτη ἡ Ἐκκλησία, ἀδελφοί, ζητητέον. Τὴν μὲν γὰρ ἐπαγγελίαν βεβαίαν τε καὶ ἀψευδῆ εἶναί τε, καὶ πιστεύειν δεῖν, οὐδεὶς ἂν ἀρνηθείη Χριστιανός γε ὤν· τὴν δὲ Ἐκκλησίαν ἴδω-

Præterea hoc etiam considerandum est. Promisit Christus super confessionem Petri fundaturum Ecclesiam suam, et portas inferi, nimirum hæreticorum novitates, ipsi nunquam prævalituras. Quæ igitur, fratres, sit hæc Ecclesia, quærendum est. Promissionem enim firmam esse, minimeque fallacem oportere credere, nemo, qui inter Christianos sit, inficiabitur. Ecclesiam ergo quæ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nam sit videamus. Vel enim Latinorum, vel Græcorum ea esset. Alia enim præter has non esset. Siquidem omnes aliæ congregationes illegitimæ quædam sunt, hæresum plenæ, olim quondam a SS. Patribus, et doctoribus, atque conciliis universalibus condemnatarum ac reprobatarum. Si igitur Græcorum dixeris hanc esse : in angustum admodum, imo vero ad nihilum Ecclesiam concludis. Quæ sane (o malum!) quotidie effluit, et ad nihilum evadit, ne dicam, evasit : omnia enim impii occuparunt, omnia ita Barbari vicerunt, ut in posterum, si malum ita progreditur, citissime defectura sint nostros vel ipsa lingua Græca, omnes libri, omnia commentaria, non solum Ecclesiæ doctorum, sed etiam ipsa divinæ Scripturæ, et ipsum dico sacrum Evangelium : vel nescitis, quod omnes qui ad Orientem sunt, si tamen quidem remanserunt Christiani, atque ad Occidentem qui Græcorum sequuntur Ecclesiam, illi quidem ante centum annos, hi vero ante quinquaginta et amplius annos, excepta ipsa Constantinopoli et insulis circumjacentibus, ne de nomine quidem noverant divinam Scripturam, nec enumerare poterant, quot et qualia biblia illius essent. Neque omnino ultro citroque reddere et exigere rationem de spe, quæ in nobis est, valebant : neque penitus intelligebant aliquid eorum quæ leguntur in sacro Evangelio : nec ipsi, qui legunt, sacerdotes, qui neque integrum, sed fragmenta quædam, quæ in Ecclesia leguntur, vix aliquando habebant : et quasi psittacus, vel animalia quædam, quæ imitantur vocem humanam, vocem quidem Græcam emittebant, et tantum quæ intus sunt, legunt, eaque non recte, omnino vero quæ dicuntur non intelligunt. Nunc vero (heu mihi!) et ipsa capta et destructa Constantinopoli, qualis est vel erit Ecclesia cui portæ inferi non prævalebunt? Cui promissio hæc Salvatoris servabitur? Agnoscite matrem ac magistram. Percurrite volumina; si accurate perpenderitis, Ecclesiam Romanam reperietis supra omnes statim ab initio habere principatum, et adeo universæ Ecclesiæ præesse, ut sine ea nihil omnino ecclesiasticarum quæstionum ac dogmatum aliquando conclusum creditumque sit. Hæc illa revera est, super quam Christus ædificavit suam Ecclesiam. Hæc illa est, quæ Petri fidem tenet et conservat, aliisque prædicat. Qui eam sequuntur unam, cum ea ecclesiam faciunt. Qui ab ea discissi sunt, et a sua communione disjuncti, salutem consequi non possunt. Quippe extra Christi aulam salus non est. In lupos et raptores atque latrones incidere necesse est eos qui vocem Pastoris non audiunt. Quod ne aliquis Christianus patiatur (patiatur vero ne unus quidem unquam) illa fides credenda est atque docenda, quam catholica hæc Ecclesia confitetur et colit. Hanc ut vos omnes religiose excipiatis, et cum ea sentiatis adhortor, Deumque precari non desinam. Volo enim vos esse sicut et ego : non parvum quiddam bonum

A μεν τίς ποτέ ἐστιν. Ἡ γὰρ ἡ Λατίνων, ἢ ἡ Γραικῶν εἴη ἂν αὕτη, ἄλλη γὰρ παρὰ ταύτας οὐκ ἔστιν, εἴ γε πᾶσαι αἱ ἄλλαι παρασυναγωγαί τινες καὶ πλήρεις εἰσὶν αἱρέσεων, πάλαι ποτὲ ὑπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων καὶ διδασκάλων, καὶ συνόδων τῶν οἰκουμενικῶν, κατακεκριμένων τε καὶ ἀποδεδοκιμασμένων. Εἰ μὲν οὖν τὴν Γραικῶν εἴποις ἂν εἶναι ταύτην, εἰς στενὸν κομιδῇ τὴν Ἐκκλησίαν συγκλείεις, μᾶλλον δὲ εἰς τὸ μηδέν, ἤγε (φεῦ τοῦ κακοῦ!) ἀπορρεῖ ὁσημέραι, καὶ εἰς τὸ μηδὲν καταντᾷ, ἵνα μὴ εἴπω κατήντησε. Πάντων γὰρ οἱ ἀσεβεῖς ἐπελάβοντο. Πάντων οἱ Βάρβαροι οὕτως ἐπεκράτησαν, ὡς τοῦ λοιποῦ καὶ φωνὴν αὐτὴν τὴν Ἑλληνικὴν, βιβλία πάντα, συγγράμματα πάντα, οὐ τῶν ἱερῶν τῆς Ἐκκλησίας μόνον διδασκάλων, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τῆς θείας Γραφῆς, καὶ B αὐτὸ λέγω τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον, τάχιστ' ἂν ἐπιλείψοντα τοὺς ἡμετέρους, εἰ τὸ κακὸν οὕτω προβαίνει. Ἢ οὐκ οἴδατε ὡς οἱ ἐν Ἀνατολῇ πάντες, εἴ τινες καὶ ἐλείφθησαν Χριστιανοὶ, οἱ ἐν Δυσμαῖς τῇ Γραικῶν ἑπόμενοι Ἐκκλησίᾳ, οἱ μὲν καὶ πρὸ ἑκατὸν, οἱ δὲ πρὸ πεντήκοντα, καὶ ἔτι ἐτῶν πλειόνων, πλὴν αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῶν περὶ αὐτὴν νήσων, οὐδὲ ἐξ ὀνόματος ᾔδεισαν τὴν θείαν Γραφὴν, οὐδ' ἀριθμῆσαι ἠδύναντο ὅσα καὶ οἷα ταύτης βιβλία· οὐδὲ ὅλως διδόναι τε καὶ λαβεῖν λόγον περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος ἠδύναντο, οὐδὲ συνίεσαν ὅλως· οὐδὲν τῶν ἐν τῷ θείῳ Εὐαγγελίῳ ἀναγινωσκομένων, οὐδ' αὐτοὶ οἵ γε ἀναγινώσκοντες ἱερεῖς, οἵγε οὐδὲ ὁλόκληρον αὐτὸ, ἀλλὰ τεμάχιά τινα, τὰ ἐπ' Ἐκκλησίας ἀναγι- C νωσκόμενα, μόλις ποτὲ εἶχον· καὶ ὥσπερ ψιττακὸς, ἢ τινὰ τῶν μιμητικῶν ζώων φωνὴν μὲν ἀφιέντες Ἑλληνικὴν, καὶ τὰ ἐγκείμενα μόνον ἀναγινώσκοντες, οὐδὲ ἐκεῖνα ὀρθῶς, μηδ' ὅλως δὲ τῶν λεγομένων ἀκούοντες. Νῦν δὲ καὶ αὐτῆς (οἴμοι!) τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἁλούσης καὶ ἀπολομένης, ποία ἐστὶν ἢ ἔσται ἡ Ἐκκλησία ἧς πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν; Τίνι ἡ ἐπαγγελία αὕτη φυλαχθήσεται τοῦ Σωτῆρος; Ἐπίγνωτε, ἀδελφοὶ, τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν κεφαλὴν, τὴν τοῦ Πέτρου καθέδραν. Ἐπίγνωτε τὴν μητέρα τε καὶ διδάσκαλον. Ἐπίοιτε συγγράμματα, εἰ ἀκριβῶς σκοποίητε, καὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἐκκλησίαν εὑρήσετε κατὰ πάντων εὐθὺς ἐξαρχῆς σχοῦσαν τὸ κράτος, καὶ οὕτω πάσης ἡγουμένην τῆς Ἐκκλησίας, ὡς ἄνευ αὐτῆς μηδὲν ὅλως τῶν ἐκκλησιαστικῶν ζητημάτων D τε καὶ δογμάτων συμπερανθῆναί ποτε καὶ πιστευθῆναι. Αὕτη ἐστὶν ἐκείνη τῷ ὄντι, ἐφ' ᾗ ὁ Χριστὸς τὴν ἑαυτοῦ ᾠκοδόμησεν Ἐκκλησίαν. Αὕτη ἐστὶν ἡ τὴν Πέτρου πίστιν κατέχουσά τε καὶ συνέχουσα, καὶ τοῖς ἄλλοις κηρύττουσα. Οἱ ταύτῃ ἑπόμενοι μίαν μετ' αὐτῆς Ἐκκλησίαν ποιοῦσιν. Οἱ ταύτης ἀπεσχισμένοι, καὶ τῆς μετ' αὐτῆς ἑνότητος διερρηγμένοι, σωτηρίας τυχεῖν οὐκ ἂν δύναιντο. Ἔξω γὰρ τῆς αὐλῆς τοῦ Χριστοῦ σωτηρία οὐκ ἔστιν. Λύκοις καὶ ἁρπαξι, καὶ λῃσταῖς ἐντυγχάνειν ἀνάγκη τοὺς τῆς ποιμένος φωνῆς μὴ ἀκούοντας, ὅπερ ἵνα μήτις Χριστιανὸς πάθῃ (πάθοι δὲ μηδέποτε μηδὲ εἷς) ἐκείνην πιστευτέον τε καὶ διδακτέον τὴν πίστιν, ἣν ἡ καθολικὴ αὕτη Ἐκκλησία ὁμολογεῖ τε καὶ σέβεται. Ταύτην καὶ ὑμᾶς πάντας εὐλαβῶς ὑποδέξασθαί τε καὶ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

φρονεῖν ὑμᾶς τε παρακαλῶ, καὶ τοῦ Θεοῦ δεῖσθαι οὐ παύσομαι. Θέλω γὰρ πάντας εἶναι ὡς ἐγώ, οὐ μικρόν τι τοῦτο θέλων τε, καὶ εὐχόμενος ὑμῖν. Οὐδ' εὐκαταφρόνητον, ἀδελφοί, ἀγαθόν, εἴ ὅπερ ἐμαυτῷ, τοῦτο καὶ ὑμῖν ἐπιθυμῶ ἀγαθόν· μείζονα γὰρ ἀγάπην οὐκ ἂν ἔχοι τις τῷ πλησίον ἐνδείξασθαι, ἢ ἅπερ ἑαυτῷ κἀκείνῳ εὐχόμενος τἀγαθά. Ἀγαπήσεις γάρ, φησί, *τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν*. Καὶ τούτου μεῖζον οὐκ ἀπαιτεῖ παρ' ἡμῶν ὁ Θεός, ὡς τοῦτο τῆς ἄκρας ἀγάπης ὂν δεῖγμα. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἀγνοίᾳ τε καὶ ἀμαθίᾳ φαίητ' ἂν ἡμᾶς τῆς ἀληθείας ἀποτυχεῖν, εἰδότες ἐκ παίδων τε καὶ διὰ λόγων ἠγμένους καὶ τό γε παρ' ἡμῖν τοῦτο τὰ μέρος οὐδενὸς ὄντας δευτέρους, πολλήν τε περὶ τοῦτο τὸ δόγμα καταβαλλομένους σπουδήν, καὶ τὴν ἀλήθειαν, ὡς ἐνὸν, ἀνιχνεύσαντας. Καὶ τί γὰρ ἄλλο εἰκὸς ἑλέσθαι βουληθῆναι ἄνθρωπον ἐκ νέου διὰ μετριότητός τε καὶ ταπεινώσεως ἠγμένον, καὶ ἐν ὑποταγῇ καὶ ἀρνήσει τοῦ ἰδίου θελήματος ζήσαντα, ὡς ἐνὸν, σὺν Θεῷ; (εἰρήσθω δὲ ἄνευ καυχήσεως) πολλὰ περὶ τῆς τοῦ κόσμου ματαιότητος, πολλὰ περὶ ἠθῶν βελτιώσεως, πολλὰ περὶ τῶν ἀποκειμένων βασάνων ἢ ἀμοιβῶν ἀνεγνωκότα τε, καὶ τῇ ψυχῇ ἀποθέμενον; ἢ τοῖς ὀρθοῖς δόγμασι τὴν ψυχὴν βελτιῶσαι, καὶ τὴν ἐν τῇ πίστει ἀληθῆ εὕρεσιν ἀσπάσασθαι; ἦν δὴ τοσοῦτον μᾶλλον ἢ πρότερον περὶ πλείστου τε καὶ τοῦ παντὸς ποιοῦμαι, ὅσῳ ἤδη τοῦ γήρως ἐπιστάντος ἀλλεπάλληλοι νόσοι ἐπιοῦσαί μοι θάνατον ὁσημέραι, καὶ ἀβίωτον ποιοῦσι τὸν βίον. Οἶδα πάντως, ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, οἶδα καί με λέληθεν οὐδαμῶς· οὐκ ἔτι μοι ἐπὶ πολὺ βιωτέον, καὶ ὡς καιρὸς ἤδη ἐφέστηκεν ἀναλύσεως· ὅτε (καθά γε οἱ τούτων πεπειραμένοι φασὶν) ἔπεισι τοῖς ἀνθρώποις οὐ μικρὸν δέος, περὶ ὧν οὐ πάνυ τι πρότερον ἐδεδίεσαν, ἐφιστάμενον ἤδη τὸν καιρὸν βλέπουσι τοῦ λόγον ἀποδοῦναι τῶν βεβιωμένων αὐτοῖς. Ἐμὲ δὲ ὅμως ὅσῳ μᾶλλον γειτνιάζει ὁ θάνατος, τοσούτῳ πλέον παραμυθεῖται τῆς πίστεως τὸ ἀκρεφνὲς, ἐλπίζοντα τὸ ἐξ ἔργων ἐλλεῖπον τῇ σωτηρίᾳ ἀναπληρωθήσεσθαι τῇ τῶν δογμάτων τῶν ὀρθῶν δόξῃ, ὧν ἕνεκα καὶ τιμᾶς παριδὼν, εἴ τινας εἶχον παρ' ὑμῖν (εἶχον δὲ οὐ μικρὰς, οὐδὲ ὀλίγας) ὅλως ταύτης ἐγενόμην τῆς ἀληθείας. Εἰδόσι γὰρ λέγω, καὶ παρ' εἰδότων ἀκούσασί τε, καὶ ἀκουσομένοις ἂν τι βούλοισθε, ὡς νέον τε ἔτι καὶ οὔπω γενειῶντα διὰ πλείστης ἤγετέ με τιμῆς, καὶ αὐτοὶ οἱ μὴ ὅλως ἰδόντες. Γνώριμον ἦν τοὔμὸν ὄνομα πᾶσι τοῖς ὁπηδήποτε φωνῆς Ἑλληνικῆς ἐπαΐουσι· καὶ μήπω τέτταρα καὶ εἴκοσιν ἔτη γενόμενος, αἰδοῖος ἠγεμόσι, καὶ ἄρχουσι καὶ πᾶσιν ὑμῖν ὑπῆρχον. Ποθεινότανος βασιλεῦσιν, οἳ οὐ τῶν ἡλικιωτῶν μόνον, καὶ τῶν προβεβηκότων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀξιώματα περιβεβλημένων ἡμᾶς προετίθουν, καὶ ἀξιώμασί τε καὶ ἀρχαῖς, ταῖς ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν (οὐ δι' ἐμὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ δι' ἰδίαν καλοκἀγαθίαν) ἐκόσμουν. Καίτοι καὶ εἰ μέγα νῦν ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ περίκειμαι σχῆμα, εἰ λαμπρὸν ἀξίωμα περιβέβλημαι, καὶ τῷ ὄντι μεγάλας τιμὰς καὶ ὑπερβαλλούσας καρποῦμαι, καὶ ὅσαι ὑπὲρ ἐμὲ, ἀλλὰ πρῶτα

A nec despiciendum vobis volens et deprecans, si quod mihi ipse, hoc etiam vobis opto bonum. Etenim majorem charitatem ostendere proximo non haberet aliquis, quam si quæ sibi, hæc et illi precetur bona. *Diliges* enim, inquit, *proximum tuum, sicut teipsum*, et hoc majus a nobis Deus non exigit, quasi hoc summæ dilectionis sit indicium. Neque enim ignoratione et inscitia dicetis nos veritatem non assecutos; cum sciatis nos ab ineunte ætate studiis imbutos, et quod spectat ad hanc partem, penes vos nulli esse secundos: et multum studii circa hoc dogma adhibuisse, et verum, quantum fieri potuit, investigasse, et quidnam aliud verisimile est hominem eligere voluisse a juventute modeste, et humiliter educatum et institutum, qui-
B que sub obedientia, et abnegatione suæ voluntatis, pro virili, Deo juvante, vitam vixit? qui (absit autem jactantia) multa de vanitate mundi, multa de profectu morum, multa de cruciatibus et præmiis quæ reservantur, legit, et in animo recondidit, ut animum rectis dogmatibus præstantiorem redderet, et veram investigationem in fide amplecteretur. Quam profecto eo magis nunc quam prius pluris et maximi facio, quo jam senectute instante continui morbi ingruentes quotidie mihi mortem minantur, et vitam acerbam faciunt: omnino scio, fratres et patres, scio et me minime latet, non amplius multum mihi esse vivendum, et quod tempus jam in-
C stat resolutionis, quando (ut harum rerum experti aiunt) advenit hominibus non parvus metus, de quibus non valde admodum prius timebant: adventare jam tempus aspiciunt reddendi rationem actæ vitæ. Me vero tamen quo magis appropinquat mors, eo amplius consolatur fidei candor, sperantem, quod ex operibus deest ad salutem, compensatum iri opinione rectorum dogmatum. Quorum causa etiam honores contemnens, si quos assecutus apud vos eram (assecutus autem eram non paucos) totus secutus sum hanc veritatem. Scientibus enim loquor, et a scientibus audivistis, et audituri estis, si volueritis. Quod juveni adhuc, et nondum pubescenti maximus honor habitus est, ab iis etiam qui me nunquam viderant, et notum erat nomen meum omnibus ubicunque lingua Græco-
D rum auditur. Necdum vicesimum quartum annum agebam, ducibusque et principibus, et omnibus vobis venerandus eram, imperatoribus acceptissimus: qui non solum æqualibus et ætate provectis, sed etiam iis qui in dignitatibus constituti erant, nos præferebant, et dignitatibus ac potestatibus, quæ ætatem superabant, non propter meam virtutem, sed propriam bonitatem, ornabant. Et quamvis modo magnum in Ecclesia Dei habitum geram, quamvis splendidam dignitatem obtineam, et revera magnis honoribus et excellentibus fruar, et qui meum meritum superant; sed primum quidem postea accesserunt, neque sperati, ut Deus scit. Deinde fortassis, dixerit aliquis, majores apud vos exstitisse. Siquidem ibi apud vos statim inter

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

primos ordine locabar, hic vero plurimis exsistentibus, imo vero numerum excedentibus, qui et sapientia prudentiaque et omni virtute vincunt, vix sum unus de multis. Dixit autem quidam ex valde ambitiosis, si memoriam tenetis, in oppidulo tenui ac sterili malle primus esse, quam Romæ in maxima et illustrissima urbe secundas partes tenere. Habere enim quamdam voluptatem primatum, quamvis inter minimos sit.

A μὲν ἐπεγένοντο μετὰ ταῦτα, οὐδὲ ἐλπιζόμεναι, ὡς ὁ Θεὸς οἶδεν· ἔπειτ' ἴσως εἴποι τις ἄν, τρόπον τινὰ μείζους τὰς παρ' ὑμῶν γεγενῆσθαι· εἶγε ἐκεῖ μὲν καὶ παρ' ὑμῖν ἐν τοῖς πρώτοις εὐθὺς ἐταττόμην, ἐνταῦθα δὲ πολλῶν, μᾶλλον δὲ ἀριθμοῦ κρειττόνων ὄντων τῶν σοφίᾳ τε καὶ φρονήσει καὶ τῇ ὅλῃ ἀρετῇ νικώντων, μόλις εἰμὶ πολλοστός. Ἔφη δὲ καί τις τῶν πάνυ φιλοτίμων εἰ μέμνησθε, βούλεσθαι ἂν μᾶλλον ἐν πολιχνίῳ λυπρῷ πρῶτος εἶναι, ἢ δευτερεῖα ἐν τῇ μεγίστῃ τε καὶ λαμπροτάτῃ Ῥώμῃ τὸ πρωτεῖον.

κατέχειν. Ἔχειν γάρ τινα, κἂν ἐν ἐλαχίστοις ᾖ, ἡδο-

Cæterum et quæ apud vos habui minimi feci, et præsentia modo (Deum testor) ut stercora ducerem, et abjectis omnibus, quamvis multo plura bis essent, ne retro quidem aspiciens, ad vos me conferrem, nisi mihi conscius essem, quod elegerim præstantiora magis, et salutifera, nisi mihi persuasum esset, catholicam sanctam Romanam Ecclesiam docere, et credere, quæ ad vitam æternam ducunt. Si igitur ad ea vos hortor et obsecro, quæ propriæ saluti subsidia esse existimo, grato animo, et æquo audire debetis, et quæ dicuntur libenter excipere.

Ἀλλὰ καὶ τὰ παρ' ὑμῖν δι' ἐλαχίστου πεποίημαι, ἀδελφοί, καὶ τά γε νῦν παρόντα, μαρτύρομαι τὸν Θεὸν, ὡς σκύβαλα ἂν ἡγησάμην, καὶ πάντα ἂν ἀπορρίψας, εἰ πολλαπλασίω τούτων ἦσαν, ἀμεταστρεπτὶ πρὸς ὑμᾶς ᾠχόμην, εἰ μὴ συν�ᾔδειν ἐμαυτῷ ἑλομένῳ τὰ κρείττω τε καὶ σωτηριωδέστερα, εἰ μὴ τὰ πρὸς ζωὴν τε τὴν αἰώνιον φέροντα διδάσκουσάν τε καὶ πιστεύουσαν ἐπεπείσμην τὴν καθολικὴν καὶ ἁγίαν Ἐκκλησίαν Ῥωμαίων. Εἰ οὖν εἰς ἐκεῖνα ὑμᾶς προτρέπω τε καὶ παρακαλῶ, ἃ τῆς ἰδίας σωτηρίας ἐφόδια εἶναι νομίζω, εὐγνωμόνως τε ἀκούειν ὀφείλετε, καὶ ἄσμενοι τὰ λεγόμενα ὑποδέξασθαι.

Sed scandalum, inquitis, nobis est, quæ a Latinis facta est ad Symbolum additio.

Ἀλλὰ μέγα ἡμῖν (φατὲ) σκάνδαλον ἡ παρὰ Λατίνων ἐν τῷ θείῳ συμβόλῳ γενομένη προσθήκη.

Si recte considerare, fratres, volueritis, non additio, sed explicatio et explanatio est quod dicitur. Quippe additio est etiam secundum ipsos nostros doctores contrariorum doctrina dogmatum. At vero eorumdem et similium illustratio explicatio est, non additio. Quod si a veritate stat, et opinioni doctorum convenit, timorem timemus, ubi non est timor, et superstitionis potius quam pietatis opus agimus. Multa addidit secunda synodus ad Nicænum Symbolum. Etenim de divinitate sancti Spiritus, de unitate Ecclesiæ, de baptismo, de remissione peccatorum, de resurrectione mortuorum, de vita æterna; multa alia etiam dixit, de quorum nullo prima synodus explicitum fecit sermonem. Multa posteriores Patres fidem declarantes uberius docuerunt: tamen non additio, sed explicatio facta est. Cur igitur etiam catholicæ Ecclesiæ hoc idem facere non licuit? similiter hæreticorum instante necessitate?

Εἰ ὀρθῶς σκοπεῖν ἐθέλοιτε, ἀδελφοί, οὐ προσθήκη, ἀλλὰ ἀνάπτυξίς τε καὶ ἐπεξήγησίς ἐστι τὸ λεγόμενον· προσθήκη γάρ ἐστι καὶ κατ' αὐτοὺς τοὺς ἡμετέρους διδασκάλους ἡ τῶν ἐναντίων δογμάτων διδασκαλία, ἡ δὲ τῶν αὐτῶν τε καὶ ὁμοίων διασάφησις ἀνάπτυξίς ἐστι καὶ οὐ προσθήκη. Εἰ δὲ μετὰ τῆς ἀληθείας ἑστήμεν, καὶ τῇ δόξῃ τῶν διδασκάλων συμβαίνει, φόβον ἄφοβον δεδιάμεν, καὶ δεισιδαιμονίας μᾶλλον ἢ εὐσεβείας ἔργον ποιοῦμεν. Πολλὰ προσέθηκεν ἡ δευτέρα σύνοδος τῷ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου συμβόλῳ· περὶ γὰρ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος θεότητος, περὶ τῆς τῆς Ἐκκλησίας ἑνότητος, περὶ βαπτίσματος, περὶ ἁμαρτιῶν ἀφέσεως, περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως, περὶ ζωῆς αἰωνίου. Πολλά τε καὶ ἄλλα εἴρηκεν, ὧν περὶ οὐδενὸς ἡ πρώτη σύνοδος ἀνεπτυγμένον πεποίηται λόγον. Πολλὰ οἱ μετὰ ταῦτα Πατέρες τὴν πίστιν ἐπεξεργαζόμενοι πλατύτερον ἐδίδαξαν· καὶ ὅμως οὐ προσθήκη, ἀλλὰ ἀνάπτυξις γέγονε. Διατί οὖν μὴ καὶ τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ ταυτὸ τοῦτο ποιῆσαι ἐξεγένετο; ὁμοίως αἱρετικῶν ἐπιστάσης ἀνάγκης;

Quoniam, inquit (aliquis), tunc quidem licebat, postea vero cum tertia synodus prima fuerit, quæ omnem additionem prohibuerit, nulli fas est addere, ne quidem ipsam veritatem.

Ὅτι, φησὶ, τότε μὲν ἐξῆν, μετέπειτα δὲ τῆς τρίτης συνόδου πρώτης πᾶσαν κωλυσάσης προσθήκην, οὐκ ἔξεστιν οὐδενὶ προσθεῖναι, οὐδ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν.

Sed ista ratio falsa est, fratres, revera et futilis; legite si vultis, quam de hac re composuimus orationem, in qua luculenter continetur hæc veritas; et certo scio, quod eadem nobiscum sentietis. Ob hæc igitur, fratres et patres, nolite æmulari contendentes, neque eos imitamini, qui hoc ipso, quod vera dogmata oppugnant, sibi gloriam comparare opinantur; sed humiliantes vosmetipsos Deo, et tot viros sapientissimos ac piissimos consectan-

Ἀλλὰ ψευδὴς οὗτος ὁ λόγος, ἀδελφοί, καὶ τῷ ὄντι μωρός τε καὶ μάταιος. Ἀνάγνωτε, εἰ βούλεσθε, τὸν περὶ τούτου συγγεγραμμένον ἡμῖν λόγον, ἐν ᾧ διαῤῥήδην ἡ τοιαύτη ἀλήθεια, καὶ ταυτὰ ἡμῖν, εὖ οἶδα, ὅτι φρονήσετε. Διὰ ταῦτα οὖν, ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, μὴ ζηλοῦτε τοὺς ἐρίζοντας, μὴ τοὺς τούτῳ ἑαυτοὺς δόξαν περιποιεῖσθαι οἰομένους, τῷ τοῖς ἀληθέσι δόγμασι μάχεσθαι, μιμεῖσθε. Ἀλλὰ ταπεινώσαντες ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ καὶ τοσούτοις ἀν-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δράσι σοφωτάτοις τε, καὶ εὐλαβεστάτοις, οὓς ἡ Ῥωμαϊκὴ Ἐκκλησία τρέφει, ἑπόμενοι, τὴν τε διδασκαλίαν καὶ πίστιν ἐκείνης ὑποδέξασθε. Τόν τε ἀρχιερέα καὶ ποιμένα αὐτῆς τῆς Ἐκκλησίας κεφαλήν τε καὶ ἄρχοντα, καὶ τῆς πίστεως ὁδηγόν τε καὶ διδάσκαλον ἡγησάμενοι, σέβεσθέ τε αὐτὸν, καὶ ἡγουμένῳ τὴν πρὸς ζωὴν αἰώνιον φέρουσαν ἕπεσθε. Εἶναι γὰρ δὴ καὶ τοῦτο εὖ ἴστε τῶν ἀναγκαιοτάτων πρὸς σωτηρίαν, τὸν ποιμένα εἰδέναι τὸν ἑαυτοῦ, ἐπιγινώσκειν τὴν κεφαλὴν τοῦ πληρώματος τῶν πιστῶν, τὸν ἑαυτοῦ ἡγεμόνα καὶ γνωρίζειν, καὶ σέβεσθαι. Ὅπου γὰρ οὐκ ἄρχων, ἐκεῖ ἀταξία· ὅπου δὲ ἀταξία, ἐκεῖ λύσις, Γρηγόριος ὁ Θεολόγος φησίν. Εἴτε γὰρ ἐπὶ θείων, εἴτ' ἐπὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων σκοπεῖν ἐθέλοιτε, ἀδελφοί, εὑρήσετε μίαν δεῖν εἶναι τὴν τῶν πάντων ἀρχὴν, καὶ ἄλλως μὴ εἶναι εὖ διοικεῖσθαι τὰ ὄντα. Αὐτίκα, ἐπὶ μὲν τῶν θείων ἡ μὲν ἀληθὴς τῶν Χριστιανῶν θεολογία ἕνα τὸν ἐπὶ πάντων διδάσκει εἶναι Θεὸν, καὶ ἐπεὶ ἐν τρισὶν ἐστὶν οὗτος ὑποστάσεσιν, ἵνα τὴν ἑνότητα φυλάξῃ τῆς αὐτῆς τε καὶ κατὰ πάντα ὁμοίας οὐσίας, τὰ θεῖα ἐκεῖνα τίθεται πρόσωπα· ἡ δὲ τῶν ἐθνῶν ἐκ τῶν αἰσθητῶν δὴ τούτων εἰλημμένη γνῶσις, καὶ αὐτὴ ταυτὸ τοῦτο ὁμολογεῖ. Ὁ μὲν γάρ τις τῶν παρ' αὐτοῖς κλεινοτάτων ἓν τὸ πρῶτον αἴτιον, ἓν τὸ πάντων τῶν ὄντων ὑποστατικὸν τίθεται, κἂν πολλοὺς μετ' ἐκεῖνο ὀντότητος εἰσάγῃ βαθμοὺς, μίαν ἀρχὴν, καὶ πολλὰς ἀρχὰς, ὑπὸ τὴν πρώτην γε ὅμως οὖσας δοξάζων. Ὁ δέ τις ταυτὸ καὶ αὐτὸς, διὰ πολλῶν λόγων, εἶθ' ὥσπερ συμπεραινόμενος, ὑπ' ἄλλου του τῶν πολὺ πρὸ αὐτοῦ τὸν λόγον δανεισάμενος, Οὐκ ἀγαθὸν, φησὶ, πολυκοιρανίη. Εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. Οὐ γὰρ θέλει, φησὶ, τὰ ὄντα κακῶς διοικεῖσθαι, ὡς δὴ κακῶς διοικούμενα ἂν, εἰ μὴ ἕνα ἔχοιεν τὸν ἐπιστάτην.

Περὶ δέ γε τῶν ἀνθρωπίνων τε καὶ πολιτικῶν διοικήσεων, καὶ αὐτοῦ τοῦ πολιτικοῦ ἀγαθοῦ, οἱ αὐτοί τε καὶ πάντες οἱ ἄλλοι, καὶ πρὸ αὐτῶν ὁ Σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν κατὰ νόμους μοναρχίαν περὶ πλείονος τῶν ἄλλων ποιεῖται πολιτειῶν. *Ἀπόδοτε* γὰρ, φησὶν ἐκεῖνος, *τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ*· ὡς ἑνὸς μὲν ἐν οὐρανοῖς ὄντος Θεοῦ, ἑνὸς δὲ καὶ μονάρχου τοῦ Καίσαρος ἐπὶ γῆς. Τῶν δέ γε τοῦ κόσμου σοφῶν ὁ μὲν τὰ τῆς σοφίας πρωτεῖα παρ' ἐκείνοις κατέχων τοῦτο τῆς ἀρχῆς τὸ εἶδος, καὶ τὸ ἕνα τινὰ πάντων ἄρχειν τῶν ἄλλων ὑπερέχοντα ἀρετῇ, ὑπὲρ τὰς ἄλλας πολιτείας οἴεται εἶναι. Κἂν αὐτὴν εἴποις ἀριστοκρατίαν, ἣν παρὰ πολὺ τῶν ἄλλων βελτίονα τίθεται, ὡς ὁμοιοτάτην τε τῇ ἀληθείᾳ ἀρχὴν, καὶ πάντων βελτίστην, τήν γε τοιαύτην ἐκκρίνει τε καὶ ἐξαίρει. Ὁ τ' ἐκείνου ἀκροατὴς πάντα τὰ τῶν πολιτικῶν ἐκθέμενος, ταύτην μᾶλλον τῶν ἄλλων δοκιμάζει, παμβασιλείαν αὐτὴν ὀνομάζων.

Τὴν δὴ ἀρίστην ταύτην καὶ τελεωτάτην ἔν γε τοῖς ῥέουσι τούτοις καὶ χαμαὶ κειμένοις πράγμασιν οὕτως ἀναγκαίαν οὖσαν ἐν τῇ τῶν ψυχῶν τῶν αἰωνίων, καὶ τῆς ἱερᾶς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἐπισταsία, ἀτιμάζομεν, ἀδελφοί; Μηδαμῶς. Ἐντεῦθά τε

A tes, quos Romana Ecclesia nutrit, illius doctrinam et fidem suscipite, ac pontificem et pastorem ipsius Ecclesiæ caput, et principem, et fidei ducem, et doctorem esse existimantes, ipsum veneramini, et ductorem itineris, quod ducit ad vitam, sequimini. Namque hoc etiam esse necessarium ad salutem optime scitis, nosse proprium pastorem, agnoscere caput universitatis fidelium, proprium rectorem et notum habere, et colere. Ubi enim non est princeps, ibi non est ordo; ubi non est ordo, ibi est confusio ac dissolutio, inquit Gregorius Theologus; sive enim in divinis, sive in humanis rebus considerare volueritis, reperietis unum oportere esse cunctorum principium, et aliter fieri non posse ut quæcunque res sunt recte gubernentur. Primum
B enim in divinis vera Christianorum theologia unum esse Deum super omnia docet, et quoniam hic Deus in tribus est hypostasibus, ut unitatem servet ejusdem ac per omnia similis substantiæ illas divinas personas ponit, et statuit. Gentilium vero a sensibilibus istis sumpta notitia et ipsa hoc idem fatetur. Nam unus quidem apud ipsos celeberrimus, unam primam causam, unum omnium rerum auctorem et conditorem ponit. Quamvis post illum multos rerum, quæ sunt, gradus inducat: unum principium et multa principia, quæ tamen exsistant opinatus sub primo. Alter vero idem ponit et ipse multis rationibus; deinde quasi concludens ab alio quodam, qui multum eum antecessit, sententiam mutuatus: Non est, inquit, bona multorum dominatio; unus dominus esto, unus rex. Non enim, inquit, possunt entia recte administrari. Nimirum male administrarentur, nisi unus omnibus præficeretur

De humanis vero et politicis administrationibus ipsoque politico bono iidem auctores, et omnes alii, et ante ipsos Salvator noster Jesus Christus pluris facit, quam alia regimina, legitimam monarchiam. *Reddite* enim, inquit ille, *quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo*, ut uno quidem Deo in cœlis exsistente, uno vero Cæsare monarcha exsistente in terris. Ex sapientibus vero mundanis, qui apud eos primas partes sapientiæ obtinet, hanc speciem imperii, et unum aliquem
D omnibus aliis imperare, qui excellat virtute, super alia regimina censet esse, quod etiam dicas optimum principatum, quem longe præstantiorem aliis statuit, tanquam simillimum veritati (divinæ) et omnium optimum. Hunc talem præfert aliis et extollit. Ejus vero auditor omnes politias exponens hanc magis quam alias approbat, eam appellans summam regiam potestatem.

Hanc igitur optimam et absolutissimam, quæ adeo in his fluxis et caducis rebus necessaria est, in rebus æternis animorum, et sacrosanctæ Dei Ecclesiæ principatus administratione contemnimus, fratres? absit. Ilic enim magis necessarius est bo-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nus ordo, tantoque, quanto pretiosiora sunt sempiterna temporariis; et noster legislator Jesus Christus quanto excellit omnem humanam sapientiam, cum ipse sit nobis omnium auctor, ipse legislator, meliorem profecto regiminis rationem Ecclesiæ suæ statuit, Petrum constituens monarcham, et per ipsum suos successores. *Tu enim*, inquit, *es Petrus, et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Et rursus : *Et tibi dabo claves regni cœlorum.* Et iterum : *Pasce oves meas, pasce agnos meos.* Et iterum : *Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.*

Et ne putetis me novam sanctionem introducere, novam dogma vos docere, redigite in memoriam quotquot in antiquis historiis, quotquot in actis universalium conciliorum culti et exercitati estis, quantam potestatem Romanus pontifex supra omnem Ecclesiam habet. Papa Cœlestinus solus ipse synodum Ephesinam approbavit atque indixit; licet tota Orientalis Ecclesia, et ipsi patriarchæ in idem convenerint. Leonis Magni epistolam Patres sexcenti et triginta numero, qui fuerunt Chalcedone episcopi exsistentes, ut sacra Evangelia acceptarunt, et columnam orthodoxiæ appellarunt, et juxta illam de proposita quæstione judicium tule-

γὰρ ἀναγκαιοτέρα ἡ εὐταξία, καὶ τοσοῦτον, ὅσον τιμιώτερα τὰ αἰώνια τῶν προσκαίρων εἰσίν. Ὁ τε ἡμέτερος θεσμοθέτης Ἰησοῦς Χριστὸς, ὅσῳ πάσης ἀνθρωπίνης ὑπερέχει σοφίας, αὐτὸς πάσης ὢν ἡμῖν αἴτιος, αὐτὸς χορηγὸς, τὸν βελτίονα δήπου τῆς πολιτείας τρόπον τῇ ἑαυτοῦ ἔθετο Ἐκκλησίᾳ, τὸν Πέτρον καταστήσας μονάρχην, καὶ δι' αὐτοῦ τοὺς διαδόχους ἐκείνου. *Σὺ γὰρ εἶ* (φησὶ) *Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν·* καὶ αὖθις· *Καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν·* καὶ πάλιν· *Ποίμαινε τὰ πρόβατά μου, ποίμαινε τὰ ἀρνία μου·* καὶ αὖθις· *Σὺ δὲ ἐπιστρέψας στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου.*

Καὶ μὴ νομίσητε νέαν με νομοθεσίαν εἰσάγειν, νέον ὑμᾶς δόγμα διδάσκειν. Ἀναμνήσθητε ὅσοι τῶν ἀρχαίων ἱστοριῶν, ὅσοι τῶν πράξεων τῶν οἰκουμενικῶν πεπείρασθε συνόδων, ὅσην ἐξουσίαν ὁ τῆς Ῥώμης ἀρχιερεὺς ἐπὶ πᾶσαν ἔχει τὴν Ἐκκλησίαν. Κελεστῖνος ὁ πάππας μόνος αὐτὸς τὴν ἐν Ἐφέσῳ γενομένην σύνοδον ἐδοκίμασέ τε καὶ ἐκήρυξε, καίτοι τῆς ὅλης Ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ αὐτῶν τῶν πατριαρχῶν εἰς ταυτὸν συνελθόντων (1). Τὴν Λέοντος τοῦ Μεγάλου ἐπιστολὴν οἱ ἐν Χαλκηδόνι Πατέρες ἑξακόσιοι καὶ τριάκοντα τὸν ἀριθμὸν ὄντες ἐπίσκοποι, ὡς θεῖα Εὐαγγέλια ἐδέξαντο, καὶ στήλην ὀρθοδοξίας ἐκάλεσαν, καὶ κατ' ἐκείνην τὸ προκείμε-

Petri Arcudii notæ.

(1) Verba : Κελεστῖνος ὁ πάππας μόνος . . . . εἰς ταυτὸν συνελθόντων, Bessarion in interpretatione sua sic reddidit : « Cœlestinus primam Ephesinam synodum solus reprobavit irritavitque, quamvis omnis Orientalis Ecclesia, et ipsi patriarchæ unanimes in ea convenissent. » Unde verba Græca, ἐδοκίμασέ τε, καὶ ἐκήρυξε, aliquis Græculus immutavit, cum potius exstarent, ἀπεδοκίμασέ τε, καὶ ἀπεκήρυξε. Idque convenire videtur scopo Bessarionis, qui probare vult auctoritatem Romani pontificis supra alios ex eo quod, quamvis patriarchæ Orientis una cum suis episcopis in unum convenissent, et statuissent quod statuerunt, illud tamen Romanus pontifex irritum fecit, et inane declaravit; alioquin non diceretur solus probasse synodum, si etiam cæteri convenerant. At quod spectat ad veritatem historiæ, prædicta verba non videntur posse convenire Cælestino pontifici, neque primæ synodo, sed potius Leoni Magno. Itaque scribendum esset: Λέων ὁ πάππας μόνος αὐτὸς τὴν ἐν Ἐφέσῳ γενομένην λῃστρικὴν σύνοδον ἀπεδοκίμασέ τε καὶ ἀπεκήρυξε, καίτοι τῆς ὅλης Ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας καὶ αὐτῶν τῶν πατριαρχῶν εἰς ταυτὸν συνελθόντων. « Leo Magnus solus ipse Ephesi celebratum conciliabulum rejecit et irritum fecit, quamvis omnis Orientalis Ecclesia et ipsi patriarchæ in idem convenerint. » Et loco, *primam*, in Latina versione scribas *secundam* synodum. Erat etenim in ea synodo Dioscorus Alexandrinus patriarcha, et Domnus Antiochenus, et Juvenalis Hierosolymorum patriarcha, cum non paucis episcopis, et rejecto Flaviano Constantinopolitano, imo pugnis et calcibus a Dioscoro contuso, et propterea post triduum in exsilio mortuo, et Dorilæi episcopo, et sequacibus catholicis eorum episcopis male habitis, imo et legatis Romani pontificis ab hujusmodi violentissimis turbis elapsis, Theodosius Junior, relatione suorum aulicorum falsa deceptus, falsam synodum Nicænæ jussit æquari, et Flavianum damnavit. Leo deinde primus tum Romæ convocata a se synodo episcoporum Occidentalium, et reprobata pseudosynodo Orientalium, tum impetrata gratia a Marciano successore Theodosii, synodum Chalcedonensem indicit. Cujus epistola, etc. Sic etiam refert hanc historiam Gennadius (modo sit Gennadius, et non potius Gregorius protosyngelus, vel alius) in libro quinque capitum pro defensione concilii Florentini cap. 5, fol. 386 primæ et solius Græcæ editionis. Vide etiam præfationem, quæ præfigitur concilio Chalcedonensi. Vel etiam possumus dicere (si non fuit μνημονικὸν ἁμάρτημα Bessarionis) deesse nonnulla in epistola Bessarionis ab amanuensi prætermissa. Introducebat enim Bessarion Cœlestinum, tanquam eum qui προθεσμίαν decem dierum ad resipiscendum Nestorio præscripserat, et Cyrillo suas partes commiserat cum amplissima potestate substituendi alterum patriarcham loco Nestorii. Joannes item Antiochenus, et Theodoretus vir doctus nolebant convenire cum Cyrillo, sed se disjunxerant, et consociaverant cum Nestorio, ut merito quasi solus Cœlestinus primum et verum concilium Ephesinum indidisse et approbasse dicatur. Deinde Bessarion introducit etiam Leonem Magnum juxta ea quæ paulo supra commemoravimus.

Quapropter possemus probabiliter conjecturando hunc locum ita restituere : Κελεστῖνος ὁ πάππας μόνος τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην σύνοδον ἐδοκίμασέ τε καὶ ἐκήρυξε, quia nimirum in Cyrillum, tanquam suum legatum totam suam potestatem transtulerat, et decem dierum spatium Nestorio ad resipiscendum præfixerat. Ipseque Cyrillus juxta mandata pontificis ea omnia executus est, vel exsequi conatus est. Deinde sequebatur in epistola Bessarionis, Καὶ Λέων ὁ Μέγας αὐτὸς μόνος τὴν ἐν Ἐφέσῳ γενομένην λῃστρικὴν σύνοδον ἀπεδοκίμασέ τε καὶ ἀπεκήρυξε· καίτοι σχεδὸν τῆς ὅλης Ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ αὐτῶν τῶν πατριαρχῶν εἰς ταυτὸν συνελθόντων. Τοῦ αὐτοῦ Λέοντος τοῦ Μεγάλου τὴν ἐπιστολήν, et quæ sequuntur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νον ἔκριναν ζήτημα, τοῖς ἐκείνου δόγμασι κατ' ἴχνος ἑπόμενοι. Οἱ αὐτοὶ τὰ δευτερεῖα ἐν πατριάρχαις ἀφελόμενοι τὸν Ἀλεξανδρείας, καὶ τῷ Κωνσταντινουπόλεως αὐτὰ κατὰ (1) μίμησιν τῆς δευτέ- A

runt, ejusque vestigiis insistentes, ejus dogmata secuti sunt. Iidem inter patriarchas secundis partibus Alexandrinum privantes, et Constantinopolitano eas concedentes, ad imitationem secundæ syn-

Petri Arcudii notæ.

(1) Commemorantur hoc loco canones conciliorum, quorum Constantinopolitanus tertius sic habet: Τὸν μέντοι Κωνσταντίνου πόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην. « Constantinopolitanæ civitatis episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum episcopum, propterea quod sit nova Roma. » Canon autem 28 Chalcedonensis prolixius non tantum eamdem rationem complectitur, sed etiam æqualitatem addit his verbis: Πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, καὶ τὸν ἀρτίως ἀναγνωσθέντα κανόνα τῶν ἑκατὸν B πεντήκοντα θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῶν συναγθέντων ἐπὶ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης μεγάλου Θεοδοσίου, τοῦ γενομένου βασιλέως ἐν τῇ βασιλίδι Κωνσταντινουπόλει νέᾳ Ῥώμῃ, γνωρίζοντες, τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς ὁρίζομέν τε, καὶ ψηφιζόμεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας τῆς αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης· καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ Πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα, καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινούμενοι οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες, τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ῥώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς, ὡς ἐκείνην, μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δευτέραν μετ' ἐκείνην ὑπάρχουσαν. « Sanctorum Patrum decreta ubique sequentes, et canonem, qui nuper lectus est, centum et quinquaginta C Dei amantissimorum episcoporum agnoscentes, eadem quoque et nos decrevimus ac statuimus de privilegiis sanctissimæ Ecclesiæ Constantinopolis novæ Romæ. Etenim antiquæ Romæ throno, quod urbs illa imperet, jure Patres privilegia tribuerunt, et eadem consideratione moti centum quinquaginta Dei amantissimi episcopi, sanctissimo novæ Romæ throno æqualia privilegia tribuerunt, recte judicantes, urbem, quæ et imperio et senatu honorata sit, et æqualibus cum antiqua regina Roma privilegiis fruatur, etiam in rebus ecclesiasticis, non secus ac illam extolli, ac magni fieri, secundam post illam exsistentem. »

Ita Patres concilii Chalcedonensis partim canonem Constantinopolitanum produxerunt, partim novum condiderunt. Idque non omnes Patres, sed tantum ducenti, ut constat ex subscriptionibus, cum alioquin in eo concilio interfuerint sexcenti et triginta.

Advertendum est, hos esse pseudocanones, et D manifeste pugnare cum aliis canonibus. Dum enim præferunt Constantinopolitanum antistitem Alexandrino, et Antiocheno, destruunt Nicænum sextum, et dum eidem exhibent facultatem Chalcedonenses in secunda parte vicesimi octavi canonis consecrandi metropolitas (qui prius consecrabantur a propriis provinciæ episcopis) subjiciendo ei Asiaticos, Ponticos, Thraces, et inter barbaras gentes alios archiepiscopos metropolitanos, non servant privilegia ecclesiis suis, et destruunt partem ejusdem canonis octavi Nicæni, partem secundi canonis Constantinopolitani, qui terminos proprios singulis assignat, et jubet canones Nicænos esse servandos. Quod etiam Leo Magnus frequenter inculcat in suis epistolis, potissimum vero in epistola ad Anatolium, « Doleo etiam (inquiens) in hoc dilectionem tuam esse prolapsam, ut sacratissimas Nicænorum canonum constitutiones conareris infringere, tanquam opportune se tibi hoc tempus obtulerit, quo secundi honoris privilegium sedes Alexandrina perdiderit, et Antiochena Ecclesia proprietatem tertiæ dignitatis amiserit, ut his locis juri tuo subditis omnes metropolitani episcopi proprio honore priventur. » Et in epistola ad episcopos, qui in sancta synodo Chalcedonensi congregati fuerunt: « De custodiendis quoque sanctorum Patrum statutis, quæ in synodo Nicæna inviolabilibus sunt fixa decretis, observantiam vestræ sanctitatis admoneo, ut jura ecclesiarum, sicut ab illis trecentis decem et octo Patribus divinitus inspiratis sunt ordinata, permaneant. »

At quod magis mirere, non curant Chalcedonenses si parum sibi constent et cohæreant. Quippe in primo canone statuunt, et recte judicant, τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων καθ' ἑκάστην σύνοδον ἄχρι τοῦ νῦν ἐκτεθέντας κανόνας κρατεῖν. « Regulas sanctorum Patrum per singula nunc usque concilia constitutas proprium robur obtinere. » Sed ipsi obliti hujus canonis recensiti novis suis canonibus contrarium sanciunt. Item qua ratione Chalcedonenses illi commemorati Patres non erubescunt dicere: Πανταχοῦ τοῖς τῶν Πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, « sanctorum Patrum decreta ubique sequentes, » si Constantinopolitanum, posthabitis omnibus, æquant Romano pontifici, et contra canones Nicænos agunt? Quamobrem legati pontificis dixerunt tertium canonem secundæ synodi esse additum, et non reperiri inter acta synodica: Φαίνεται προσεσωρεῦσθαι τοῖς ὅροις τῶν τιη', καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα ρν' τὰ νῦν μνημονευθέντα, μὴ ἐμφερόμενα δὲ ἐν τοῖς συνοδικοῖς κανόσι, ταῦτα φάσκουσιν ὡρίσθαι. Εἰ τοίνυν τοῖς χρόνοις τούτοις τῷ βενεφικίῳ ἐχρήσαντο, τί νῦν ζητοῦσιν, ᾧ μὴ κατὰ κανόνας ἐχρήσαντο; « Videntur addita esse constitutionibus trecentorum decem et octo, et centum quinquaginta Patribus, qui postea fuerunt, quæ modo commemorantur, et in synodicis canonibus non reperiuntur, qui dicant hæc constituta fuisse. Si ergo his temporibus hoc beneficio usi sunt, quid nunc requirunt, quo non secundum canones usi sunt? » Habetur in Latino: *Si numquam usi sunt, quare requirunt?* εἰ μή ποτε ἐχρήσαντο, τί νῦν ζητοῦσιν;

Inde quoque patet eum canonem non esse legitimum, quod Theophilus Alexandrinus tanquam eminentior vindicabat sibi consecrationem episcopi Constantinopolitani; et Dioscorus ipse Alexandrinus consecravit Anatolium Constantinopolitanum. Ex quo manifestum est, canonem illum esse superadditum concilio. Non enim Constantinopolitanus in tanto fastigio positus æquo animo tulisset ab Alexandrino consecrari, sed vel a Romano pontifice, vel eo modo quo se postea consecrarunt, et modo consecrant illi patriarchæ.

Quocirca produxerunt legati canonem Nicænum sextum in hæc verba: Ἡ ἁγία Ἐκκλησία Ῥώμης πάντοτε ἔσχε τὰ πρωτεῖα· ἔχει τοιγαροῦν καὶ ἡ Αἴγυπτος, ὥστε τὸν ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας πάντων ἔχειν ἐξουσίαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ Ῥώμης ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν. Ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις. « Sancta Romana Ecclesia semper tenuit primatum; tenet igitur et Ægyptus, ut episcopus Alexandriæ omnium habeat potestatem. Quoniam et Romano episcopo hæc est consuetudo. Similiter autem et in Antiochia, et in aliis provinciis primatus ecclesiis con-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

odi, nihil fecisse existimarunt, nisi eidem etiam Leo sanctissimus papa ipsum confirmasset, et ut hoc faceret, per epistolas et legatos ipsi supplicarunt. Ipse tamen non annuit; et nisi alius deinde

ρας συνόδου ἐγχωρήσαντες, ποιῆσαι ἐνόμισαν οὐδέν, εἰ μὴ καὶ Λέων ὁ ἁγιώτατος πάππας αὐτὸ βεβαιώσειε, καὶ ὥστε τοῦτο ποιῆσαι ἐπιστολαῖς τε καὶ πρέσβεσιν αὐτοῦ ἐδεήθησαν. Ὁ δ' ὅμως οὐ κατέ-

Petri Arcudii notæ.

servetur. » Eumdem sextum canonem produxerunt Chalcedonenses his aliis verbis : Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἐξουσίαν ἔχειν. Ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστι. « Antiquæ consuetudines teneant in Ægypto et Libya, et Pentapoli, ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem, quoniam et Romano episcopo hæc consuetudo est. » Nihil ibi de Constantinopolitano, cum nondum esset ille thronus ad dignitatem patriarchatus evectus. Hunc canonem Nicænum Chalcedonenses mutilum produxerunt, nihil de primatu Romani pontificis exprimentes. B

Cum itaque non concordarent canones, legati pontificis domi se continuerant, et Chalcedonenses Patres ducenti confirmarunt canones Constantinopolitano episcopo de æqualibus privilegiis. Postera die legati pontificis rogarunt gloriosissimos principes, nomine imperatoris assistentes, ut quidquid in absentia et sine scitu illorum actum est, irritum esset. Igitur Patres concilii dederunt litteras ad Leonem Magnum, significantes primo loco, quid auxilio doctrinæ illius, ipsiusque legatorum adjuti statuerint. Secundo loco urgente Anatolio, et ejus amicis, referunt se confirmasse canonem tertium concilii Constantinopolitani de privilegiis, et enixe rogant ut et ipse dignetur acceptum habere et confirmare. Ubi clare fatentur oppugnationem legatorum. Quippe aiunt, Οἱ γὰρ τὸν τόπον τῆς ὑμετέρας ἁγιότητος ἐπέχοντες ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι Πασχασῖνος καὶ Λουκήνσιος καὶ ὁ σὺν αὐτοῖς θεοφιλέστατος πρεσβύτερος Βωνιφάτιος τοῖς οὕτω τυπωθεῖσι σφοδρῶς ἀντιπεῖν ἐπειράθησαν. « Qui enim locum vestræ sanctitatis obtinent, sanctissimi episcopi Paschasius et Lucentius, et qui cum eis est reverendissimus presbyter Bonifacius, his ita constitutis vehementer resistere tentaverunt. » Leo, probatis actis synodicis circa fidem, canonem suppositilium rejicit, et Anatolium conantem se Alexandrino præponere contra canones Nicænos superbiæ insimulat, oppugnationemque suorum legatorum laudat. « Nec potest, inquit, de eorum contradictione dubitari, de quibus in epistola tua etiam ipse conquereris, quod conatibus tuis voluerint obviare. In quo eos quidem multum mihi hæc scribendo commendas; sed temetipsum, quod eis parere nolueris, dum illicita moliris, accusas, superflue non concedenda appetens, et insalubriter tibi contraria concupiscens, quæ nullum unquam poterunt nostrum obtinere consensum. » Hæc exstant in Actis concilii, et in Leonis epistolis ultro citroque datis. C

Quamobrem immerito Græci hos canones in librum canonum cum aliis inserendos curarunt. Sunt enim ὑποβολιμαῖοι, κίβδηλοι, ἀόκιμοι, ἄκυροι, καὶ τοῖς ἄλλοις μαχόμενοι.

Hisce tamen pro fundamento positis, Nilus Thessalonicensis, hostis Romani pontificis infensissimus, suum axioma sumit, nimirum Patres dedisse privilegia Romano pontifici, quod falsissimum est, et verum oppositum, ut egregie probat doctissimus vir, et divini zeli plenus archiepiscopus Iconiensis Joannes Matthæus Caryophyllus in libro nuperrime edito contra Nilum Thessalonicensem. Siquidem princeps apostolorum Petrus instituit patriarcham Alexandrinum Marcum evangelistam, et Evodium Antiochenum suos discipulos. Cur autem Petrus patriarchatus illos instituerit, causa fortassis est : quia erant provinciæ maximæ et primariæ civitates. Nam et Romam deinde propterea elegit, ubi sedem collocaret, quod ea esset princeps et caput orbis. Byzantium autem non erat urbs comparanda cum istis, quod postea evasit Constantinopolis. Neque quidquid potuit Petrus præstare Alexandrino et Antiocheno, potuerunt sequentes Patres efficere cum Constantinopolitano. Sed illi quidquid jurisdictionis habent, a Petro habent, eamque limitatam, Petrus a Christo absolutam et indiscretam. Igitur interrogandi essent, quinam Patres concesserint privilegia Romano pontifici? Dicent fortasse, concilii Nicæni in sexto canone. Verum ibi habetur juxta Græcos, Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω. « Antiquæ consuetudines teneant. » Ergo prodant antiquiores Patres, qui ea concesserint, præsertim cum in eodem canone dicatur, quæ spectant ad Alexandrinum, eum habere, quia Romanus pontifex solitus sit ea ipsi concedere, Ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν. Et profecto si Patres concesserunt privilegia Romano pontifici, cur iidem Patres non concesserunt Constantinopolitano, sed scripserunt ad Leonem Magnum pro eo rogantes? Unde Nicolaus primus in epistola octava ad Michaelem imperatorem circa medium, « Ecclesiæ, inquit, Romanæ privilegia Christi ore in B. Petro firmata, in Ecclesia ipsa disposita, antiquitus observata, et a sanctis universalibus synodis celebrata, atque a cuncta Ecclesia jugiter venerata, nullatenus possunt minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari, quoniam fundamentum, quod Deus posuit, humanus non valet amovere conatus. Et quod Deus statuit, firmum validumque consistit; illeque potissimum peccat, qui Dei ordinationi resistere tentat. Privilegia, inquam, istius sedis, vel Ecclesiæ perpetua sunt, divinitus radicata atque plantata sunt. Impingi possunt, transferri non possunt; trahi possunt, evelli non possunt. Quæ ante imperium vestrum fuerunt, et permanent (Deo gratias) hactenus illibata, manebuntque post vos, et quousque Christianum nomen prædicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt immutilata. Ista igitur privilegia huic sanctæ Ecclesiæ a Christo donata, a synodis non donata, sed jam solummodo celebrata, ac venerata, » etc. Et paulo infra : « Proinde advertendum est, quia non Nicæna, non denique ulla synodus quodquam Romanæ Ecclesiæ contulit privilegium, quæ in Petro noverat eam totius jura potestatis pleniter meruisse, et cunctarum Christi ovium regimen accepisse; sicut beatus præsul Bonifacius attestatur universis episcopis per Thessaliam constitutis scribens, institutio universalis nascentis Ecclesiæ de beati Petri sumpsit honore principium, in quo regimen ejus et summa consistit. Ex ejus enim ecclesiastica disciplina per omnes ecclesias religionis jam crescente cultura fons emanavit. Nicænæ synodi non aliud præcepta testantur. Adeo ut non aliquid super eam ausa sit constituere, cum videret nihil supra meritum suum posse conferri. Omnia denique huic noverat Domini sermone concessa. Si omnia, ergo defuit nihil, quod non illi concesserit. Denique si instituta Nicænæ synodi diligenter inspiciantur, invenietur profecto, quia Romanæ Ecclesiæ nullum eadem synodus contulit incrementum, sed potius ex ejus forma, quod Alexandrinæ Ecclesiæ tribueret, particulariter sumpsit exemplum. » Sic ille.

Præterea rationem reddunt cur Constantinopolim extulerint, quod nova Roma esset, imperioque

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νευσεν, καὶ εἰ μὴ ἄλλος μετὰ ταῦτα ἐβεβαίωσε πάππας, οὐκ ἂν ἐπεκράτησε. Πρὸ τούτου Ἰννοκέντιος Ἀρκάδιον καὶ Εὐδοξίαν τοὺς βασιλεῖς, τοῦ χρυσοῦ τὴν γλῶτταν Ἰωάννου ἄδικον καταψηφισαμέ-

A pontifex confirmasset, non prævaluisset. Ante hunc Innocentius Arcadium et Eudoxiam imperatores, qui aureum illud os immerito exsilio multarunt, anathemate percussit, et a communione Christiano-

Petri Arcudii notæ.

ac senatu honorata. Sed non quidquid potuit princeps apostolorum, potuerunt et Patres. Nam Christus Dominus non Patribus, sed Petro concessit plenitudinem potestatis, dum non has vel illas, sed suas oves præbet pascendas. Falso igitur ascribitur illa ratio sanctis Patribus. Igitur modo amisso imperio (justo Dei judicio) et senatu, amisit quoque primatum, et æqualia, facta etiam non amplius Constantinopolis, sed Turcopolis.

Præterea cur Patres illi debebant constituere Ecclesiam Dei διχέφαλον? et cum Mediolanum fuerit aliquando urbs imperialis, erit Ecclesia τριχέφαλος, et illius antistes habebit æqualia privilegia post Romanum pontificem. Imo quando imperatores et senatus transmigrarunt a veteri Roma in Thraciam, Roma vetus desiit esse Roma, si ratio illorum valet.

B

Adde quod neque Ecclesia Dei erit πενταχέφαλος, sed ἑκατονταχέφαλος, et μυριοχέφαλος. Nos enim propterea credimus Ecclesiam Dei esse unam, quod in ea Christus sit primarium et invisibile caput, secundarium et visibile ejus vicarius cum amplissima potestate. Sed quos isti constituunt patriarchas, ii limitatam obtinent potestatem, etiam qui se jactant œcumenicos. Sed hujusmodi limitata præditi potestate sunt infiniti, excepto Romano pontifice; igitur, etc. Quis ergo eos canones susceptos non habeat, si vel superficie tenus percurrat, ut Constantinopolitanus habeat τὰ πρεσβεῖα μετὰ τὸν Ῥώμης, et nihilominus juxta Chalcedonenses æqualia privilegia obtineat? Et illa urbs secunda exsistens post Romanam veterem, æqualibus tamen privilegiis in rebus ecclesiasticis glorietur? et cum illa Ecclesia possit errare, et de facto erraverit, Ecclesiam œcumenicam (ut se jactat) posse errare, fateri necesse est.

C

At non sic Nazianzenus in carmine Iambico de sua vita: qui cum veterem, et novam Romam ad instar duorum solarium luminum æquales gloria laudasset, novam tamen aliquando suam (quod in ea fuerit episcopus) in dogmatibus fidei turpiter errasse affirmat, veterem nunquam, ut decet principem Ecclesiarum. Qui igitur fieri potest, ut illi sanctissimi Patres, quorum unus erat Gregorius, eam errabilem, cum illa quæ errare non potest, æquare voluerint, et comparare in rebus ecclesiasticis? Et profecto si valide ac legitime hujusmodi privilegia illi Patres concessissent, non inepte postea Joannes ille Pharisaicus jejunator œcumenicum se nuncupasset. Quippe hic titulus veraciter convenit Romano præsuli.

D

Carmina Nazianzeni.

Δύω μὲν οὐ δέδωκεν ἡλίους φύσις,
Δισσὰς δὲ Ῥώμας τῆς ὅλης οἰκουμένης
Λαμπτῆρας, ἀρχαῖόν τε καὶ νέον κράτος.
Τόσον διαφέροντες ἀλλήλων, ὅσον
Τὴν μὲν προλάμπειν ἡλίου, τὴν δ' ἑσπέρας.
Καλλεῖ δὲ κάλλος ἀντανίσχειν συζύγως.
Τούτων δὲ πίστις ἡ μὲν ἦν ἐκ πλείονος
Καὶ νῦν ἔτ' ἐστιν εὔδρομος, τὴν ἑσπέραν
Πᾶσαν δέουσαν τῷ σωτηρίῳ λόγῳ
Καθὼς δίκαιον τὴν πρόεδρον τῶν ὅλων,
Ὃ λὴν σέβουσαν τὴν Θεοῦ συμφωνίαν.
Ἦν δ' ἦν τὸ πρόσθεν ὀρθόπους, νῦν δ' οὐκ ἔτι.
Ταύτην λέγω δὴ τὴν ἐμὴν, εἴτ' οὐκ ἐμήν.

Quæ carmina Billius sic vertit.

Natura binos haud quidem soles dedit:
Dedit ipsa binas attamen mundi faces
Romas, vetustam scilicet Romam, ac novam,
Hoc discrepantes invicem, quod, qua cadit
Sol, illa fulget, fulget hæc qua se exserit.
Par utriusque pulchritudo, par decus.
Fides vetustæ recta erat jam antiquitus,
Et recta perstat nunc item nexu pio,
Quodcunque labens sol videt, devinciens:
Ut universi præsidem mundi decet,
Totam colit quæ numinis concordiam.
Nova vero quondam (de mea, jam non mea
Nunc sermo nobis) rectipes erat in fide,
At non item post, etc.

Postremo canones Constantinopolitanos non agnoscit Ecclesia Romana, teste Gregorio Magno libro VI, epist. 31, ad Eulogium episcopum Alexandrinum, et Anastasium episcopum Antiochenum. « Romana, inquit, Ecclesia eosdem canones vel gesta synodi illius (primæ Constantinopolitanæ) hactenus non habet, nec accipit. »

Est autem observandum, quemadmodum Græci in constituendis hisce canonibus de immoderatis privilegiis Constantinopolitani patriarchæ, quæ profecto ne ipse coryphæus apostolorum Petrus posset concedere, nisi se ipse vellet privare, toto cœlo errarunt; quamvis impudenter oppositum fateantur; ita etiam turpiter errarunt in damnatione sanctissimi pontificis Honorii tanquam Monothelitæ. Unde sibi contradicere non verentur, et falsas epistolas reddere summorum pontificum. Honorius enim scripsit duas epistolas, quæ exstant in sexta synodo actione 12 et 13, ad Sergium Constantinopolitanum, in quibus prohibet dici unam voluntatem, et unam operationem in Christo. Non ergo Monothelita. Quippe Eutychianistæ cum non possent aperte negare duas naturas in Christo, divinam et humanam, excogitarunt dicere, unam voluntatem, et operationem, quod Cyrus Alexandrinus sub prætextu unionis illis permiserat, ut constat ex epistola Sergii, ut per indirectum ad priores errores Entychetis devenirent, et deciperent populos. Unde secundum varia quæ scripsit Sergius ad Honorium, respondet Honorius; cum enim Sergius in epistola posuisset, Cyrum Alexandrinum produxisse nonnullas auctoritates sanctorum Patrum dispersim in quibusdam opusculis suis unam operationem asserentium, et eas ostendisse Sophronio Hierosolymitano, respondet Honorius: Unam voluntatem fatemur Domini nostri Jesu Christi, unam scilicet humanam, non sibi contrariam. Sic Honorius interpretatur illam unam voluntatem quorumdam sanctorum Patrum, si qui sunt qui dixerint. Et quoniam Sergius, si dicerentur duæ voluntates, non recte colligebat, necessario eas esse contrarias: Ὡς τοῦ μὲν Θεοῦ Λόγου τὸ σωτήριον θέλοντος ἐκπληρωθῆναι πάθος, τῆς δὲ κατ' αὐτὸν ἀνθρωπότητος ἀντιπιπτούσης τῷ αὐτοῦ θελήματι, καὶ ἐναντιουμένης, καὶ ἔνθεν δύο τοὺς τἀναντία θέλοντας εἰσάγεσθαι, ὅπερ δυσσεβές. Ἀδύνατον γὰρ ἐνὶ καὶ τῷ αὐτῷ ὑποκειμένῳ δύο ἅμα καὶ κατὰ ταυτὸν ἐναντία ὑφεστάναι θελήματα. « Tanquam Deo quidem Verbo salutarem volente adimpleri passionem, humanitate vero ejus obsistente ejus voluntati, et resistente, et perinde duo contraria volentes introducantur, quod impium est. Impossibile quippe est in uno eodemque subjecto duas simul, et erga hoc ipsum contrarias subsistere voluntates. » Unde cupiebat Sergius minime dici duas voluntates, ne sequeretur eas esse contrarias, quod tamen repu-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rum alienos effecit, quod utique non fecisset, nisi supra omnem Ecclesiam principatum haberet. Nisi enim universalis esset pastor, et communis Christianorum pater et magister, et Constantinopolis

A νους ἐξορίαν, ἀναθέματι καθυπέβαλε, καὶ τῆς Χριστιανῶν ἀπηλλοτρίωσε κοινωνίας. Οὐκ ἄν, εἰ μὴ κατὰ πάσης Ἐκκλησίας ἀρχὴν εἶχεν, οὐ γὰρ ἄν, εἰ μὴ καθόλου ἦν ποιμὴν, καὶ κοινὸς Χριστιανῶν

Petri Arcudii notæ.

gnabat sanctis qui non agnoscebant hanc contrarietatem. Respondet Honorius eas non esse voluntates contrarias, nec unam, sed duas; sed ita locutum fuisse Christum ut nobis præberet exemplum quomodo nos gerere oporteret, si quando a divina voluntate nostram contrariam haberemus; quippe deberemus conformes nos reddere divinæ voluntati, ut fecit Christus, qui se subjecit, et nobis exemplum dedit. Quocirca Honorius agnoscit et fatetur duas voluntates in Christo, divinam et humanam: ut propterea imperator Constantinus in secunda epistola de Honorio scripserit, eum non sibi constare, ἑαυτῷ προσμάχεσθαι. Si modo unam voluntatem in Christo prædicet, modo duas. Sed Honorius unam fatebatur humanam non sibi adversam, qualis est in hominibus, scilicet spiritus et vitiatæ carnis ob peccatum originale, et ideo statim subjungit, quia profecto a divinitate assumpta est nostra natura, non culpa. Illa profecto quæ ante peccatum creata est, non quæ post prævaricationem vitiata. Quæ ratio nulla est, si afferatur ad probandum in Christo Deo et homine unam tantum esse voluntatem; est autem efficacissima si inde probetur non fuisse in Christo homine duas contrarias voluntates carnis et spiritus. Nam contrarietas ista ex peccato nata est, Christus autem habet humanam naturam sine peccato.

B

Cur ergo vetuit Honorius nomina unius, vel duplicis voluntatis? Quia nimirum tunc temporis, nondum celebrato ea de re concilio, expediebat silentio tegere ista nomina, et ita convenerat inter Sophronium Hierosolymorum antistitem orthodoxissimum præsulem, et Sergium Constantinopolitanum, qui tamen non suasit Cyro Alexandrino, ut ab una voluntate et operatione abstineret, ut scripsit pontifici, et quasi catholicus unam vel duas operationes fateri vetuit, et silentium consuluit ad exstinguendam hæresim, cum alioquin rem ipsam doceret sine istis nominibus, videlicet Christum esse operantem divina et humana, per divinam naturam et humanam. Sed et ipse postea vir inconstans cœpit spargere hæresim datis litteris ad varios episcopos, quæ quidem hæresis eo usque progressa est, ut non esset amplius tutum, eam silentio obvolvere, ideoque Theodorus Romanus pontifex ἔκθεσιν imperatoris, qua hæc nomina vetabat, reprobavit. Alioquin si Honorius fuisset hæreticus, similiter Sophronius catholicissimus per aliquod tempus, quo ista nomina siluit, fuisset hæreticus.

C

Restat tandem ut clare respondeamus: Utrum Honorius, an synodus sexta, et septima, erraverit, quippe κρημνὸς ἀμφοτέρωθεν.

D

Respondeo, cum Honorius fuerit orthodoxus, ut sole clarius constat ex ejus epistolis, si synodus sexta eum damnavit, graviter erravit, et intolerabili errore, et impudentia laboravit. Si autem Acta synodica ab aliquo sunt corrupta, Patres septimi concilii decepti ex falsata sexta synodo, immerito damnarunt Honorium (alterum enim ex his vel utrumque fieri potuit) immerito, inquam, damnarunt Honorium jam multis ante temporibus defunctum (duravit enim hoc schisma per sexaginta annos) et Romanus pontifex si ex cathedra docuit, prout certe docuit, tota Ecclesia erravit, et verba Christi non sortita fuissent infallibilem effectum, quibus dicitur: *Rogavi pro te ut non deficiat fides tua.* Quod est omnino blasphemum, nedum ut proferatur, sed ne quidem ut cogitetur. Quapropter Honorium subsecuti Romani pontifices, Romanam Ecclesiam omni fiducia, et ore rotundo veraciter enuntiant nunquam a via veritatis in qualibet erroris parte deflexisse, eamdem perpetuo immunem fuisse ab omni labe hæreseos, atque illæsam semper tuentur, et facile probant. Agathon vero de suis prædecessoribus, quorum unus erat Honorius, dicit eos apostolicos viros commonuisse, rogasse, increpasse, obsecrasse, arguisse, et omnem modum exhortationis exercuisse, quatenus medelam posset recens vulnus accipere. Et ipsi Patres concilii nominant papam pastorem universæ Ecclesiæ, et eum rogant sua auctoritate velit et dignetur Acta concilii confirmare. Et eum ex cathedra Petri docere agnoscunt, quæ ut vera sint, nescio quomodo stare possint cum eo quod aiunt, eum errasse, vel posse errare.

Quin et ipse imperator Constantinus vera dogmata ex Romana Ecclesia emanare affirmat: Νόμος γὰρ ἐκ Σιὼν ἐκπορεύεται τῆς ἀποστολικῆς ἀκρωρείας τὰ δόγματα· et tandem infert: Δόξα τῷ ποιοῦντι δεδοξασμένα Θεῷ, τῷ παρ' ὑμῖν τὴν πίστιν ἀπαρεγχείρητον διασώσαντι. Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν, ἐν ᾗ πέτρᾳ τὴν Ἐκκλησίαν ἐθεμελίωσε, καὶ πύλαις ᾅδου ταῖς αἱρετικαῖς ἐνεδρεύσεσι μὴ κατισχυθήσεσθαι προηγόρευεν; ἐξ ἧς ὥσπερ ἐξ οὐρανίων ἀψίδων τῆς ἀληθοῦς ὁμολογίας ὁ Λόγος ἀνέλαμψε, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν φιλοχρίστων ἐφώτισε, καὶ τὴν ὀρθοδοξίαν κατεψυγμένην ἀνεζωπύρησε. «Gloria Deo, qui gloriosa facit, ac fidem apud vos integram conservavit. Quomodo enim id facturus non erat in ea petra, super quam ipse Ecclesiam fundavit, ac prædixit nunquam fore, ut portæ inferi hæreticis insidiis adversus eam prævalerent, a qua tanquam e cœlorum convexis veræ confessionis sermo effulsit, animas diligentium Christum illustravit, suscitavitque refrigeratam orthodoxiam.» Hæc ratio imperatoris, divinæ Scripturæ innixa, est solidissima.

His ita probatis, et declaratis nescio cur Patres septimi concilii dicant de Honorio, se εὑρηκέναι διὰ τῶν γενομένων παρ' αὐτοῦ γραμμάτων πρὸς Σέργιον κατὰ πάντα τῇ ἐκείνου γνώμῃ ἐξακολουθήσαντα, cum Honorius vere ut Romanus pontifex ex cathedra docens fuerit catholicissimus.

Censes igitur, dices sextam synodum errasse, vel corruptam fuisse. Respondeo istud non esse novum, nam ipsi Græci primum corruperunt Acta concilii primi, et secundi, ut probavimus: deinde Orientales per Dioscorum Alexandrinum, et Domnum Antiochenum, et Juvenalem Hierosolymitanum damnarunt sanctum Flavianum episcopum Constantinopolitanum, et Patres quartæ synodi nolentes subscribere pseudocanonem de privilegiis Constantinopolitani, tandem volentes nolentes rogabant sanctum Leonem ut confirmaret canonem. Et in ipsa sexta synodo repererunt Patres duos quaterniones Monothelitarum sub nomine Menæ patriarchæ, et Vigilii pontificis, quos Monothelitæ inseruerant, unam operationem attestantes, quos Patres concilii statim penitus rejecerunt. Quid dicam de quinisexta? sine consensu Romani pontificis, certe sine legatis ejus, contra canones celebrata, et inusitato nomine nuncupata? Quam tamen Græci ut œcumenicam jactant, ac Romanam Ecclesiam multis in ea pseudocanonibus taxant. Ut de cælibatu presbyterorum, de jejunio Sabbati, quæ doctissimus Caryophyllus in libro Græco-Latine contra Nilum Thessalonicensem scripto elic-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

πατὴρ καὶ διδάσκαλος, καὶ Κωνσταντινούπολις, καὶ οἱ ἐκεῖ βασιλεῖς τῶν ἐκείνου ἦσαν προβάτων, ἀφώρισεν ἂν αὐτοὺς τῆς τῆς Ἐκκλησίας κοινωνίας καὶ ἑνότητος. Ἴσχυσε γὰρ ἂν οὐδὲν ἡ ἐκείνου ἀπόφασις, οὐδ' ἂν αὐτοῖς οὐδ' ὑπωστιοῦν ἐλυμήνατο, μὴ ὑποκειμένοις ἐκείνῳ. Φώτιον μετὰ ταῦτα τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπιβάτην, ὃς τὸν ἁγιώτατον Ἰγνάτιον ἀδίκως ἐξελάσας, τῆς Ἐκκλησίας ἐξήλασε, καὶ ἀντεισήγαγε τὸν Ἰγνάτιον, τίνι δικαίῳ; ἢ δηλαδὴ τῷ κατὰ πάντων ἔχειν τὸ κράτος; Μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ θείου Ἰγνατίου πρὸς τὸν Θεὸν ἐκδημήσαντος, καὶ τῶν βασιλέων πολλαῖς τε καὶ συνεχέσιν ἐνστάντων ὑπὲρ Φωτίου δεήσεσιν, οὐκ Ἰωάννης αὐτὸν μετὰ Νικόλαον καὶ Ἀδριανὸν τὴν τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας δεξάμενος ἀρχὴν, εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀποκατέστησε θρόνον, ὠμοφόριον αὐτῷ διὰ Πασχασίνου (1) ἐπισκόπου ἀποστείλας; Τί ταῦτα πάντα σημαίνουσιν, ἀδελφοί, ἢ μεγίστην τοῦ Ῥωμαίων ἐφ' ὅλην τὴν Ἐκκλησίαν ἀρχήν τε καὶ ἀξίωμα;

A et ibi imperatores illius essent oves, non utique eos a communione et unitate Ecclesiæ separasset. Nullum enim robur illius sententia habuisset, nec eos læsisset, ne tantulum quidem, non illi subjectos. Post hæc Photium Constantinopolitanæ sedis invasorem, qui sanctissimum Ignatium expulerat, ab Ecclesia ejecit, et introduxit Ignatium. Quo jure? Nimirum quod supra omnes habeat potestatem. Postea cum sacer Ignatius ad Deum migrasset et imperatores multis et frequentibus pro Photio urgerent precibus; nonne Joannes post Nicolaum et Adrianum Romanæ Ecclesiæ adeptus imperium, in patriarchalem sedem restituit, pallium illi per episcopum Paschasium mittens? Quid hæc omnia significant, fratres, quam maximum Romanorum B pontificum supra totam Ecclesiam principatum ac dignitatem?

Petri Arcudii notæ.

ganter, et veraciter auctoritate veterum Patrum confutat, ut nos in libro *De sacramentis*, ubi agimus de matrimonio, ex ea parte matrimonii explosimus. Ad hæc, conciliabulum concinnarunt tempore Copronymi, ubi episcopi trecenti triginta et octo decepti sunt, et subscripserunt contra sanctas imagines.

Ad extremum in septima synodo noluerunt Patres Græci, ut legeretur integra, sed ut detruncaretur epistola Papæ Hadriani reprehendentis Tarasium, quod factus e laico patriarcha, vocaretur etiam œcumenicus.

Quocirca justo Dei judicio quoties in conciliis generalibus Orientales non sunt secuti ductum, et lumen C prævium sedis apostolicæ, ea ex parte errarunt. Proinde nulla probabilitate fulciri opinio illa videtur, quæ concilium ut distinguitur contra papam, sit supra papam, nam membra corporis, quæ possunt errare, et de facto errarunt, implicat esse supra caput, cui Christus promisit infallibilitatem fidei.

Videndus est in hac materia ex antiquis sanctus Maximus confessor et martyr, qui eodem tempore vixit, quo Honorius, et secretarium Honorii allocutus est, ab eoque expiscatus est quo sensu jussit scribere Honorius illa verba epistolæ. Theophanes Isauricus historicus Græcus, Emmanuel Caleca in libro quem scripsit contra errores Græcorum. Ex neotericis Albertus Pighius, lib. v *Hierarchiæ Ecclesiast.* c. 8: Osius, lib. II, contra Brentium; et Joannes a Lovanio, *De perpetua cathedræ Petri protectione, et firmitate*, cap. 11: Onufrius in Adnotationibus ad Platinam, in Vita Honorii. Ex postremis Baronius tomo VIII, anno 633 et 681: Bellarminus, tomo I, lib. IV, de Romano pontifice, cap. 11, et noster Matthæus Caryophyllus, in libro contra Nilum Thessalonicensem.

(1) *Διὰ Πασχασίνου.* Μνημονικὸν ἁμάρτημα. Non enim per Paschasinum, sed Paulum et Eugenium a Joanne octavo pallium missum, ut constat ex pseudosynodo a Photio ficta.

Notandum est in primis, Photium, Michaelis imperatoris stulti juvenis, ebriosique, et Bardæ Cæsaris favore nimium, expulisse a sede Constantinopolitana Ignatium virum sanctum, et contra eum finxisse bis pseudosynodum, ubi Ignatius et absens, et præsens damnabatur. Et quoniam Photius dederat litteras ad Nicolaum primum mendaciorum plenas, quibus significabat, Ignatium patriarcham sponte confectum renuntiasse dignitatem patriarchatus, se vero electum in patriarcham, rogare se ut mitteret suos legatos Nicolaus, qui omnia probe ac legitime acta esse cognoscerent. Nicolaus, missis legatis, qui partim minis perterriti, partim muneribus corrupti erant, cum didicisset fraudes Photii, habita synodo, eum damnavit, Ignatium innoxium declaravit, et restituit. Photius, postquam agnovit fraudes suas detectas fuisse, majori impudentia ipsum caput petere, Nicolaum, inquam, destinavit. Igitur finxit concilium universale trecentorum septuaginta trium episcoporum, inter quos admiscuit etiam qui tenerent locum reliquorum patriarcharum, et quasi coactus Nicolaum tanquam reum, criminosum et facinorosum damnavit. Deinde celebratum fuit octavum concilium generale Constantinopoli, imperante Basilio Macedone in favorem Ignatii, ubi damnatus est Photius, et reperta ejus commemorata pseudosynodus ad Adrianum secundum missa, publice conclamata, conculcata, et concremata est, legatis Græcorum præsentibus, qui miraculi etiam oculati testes fuere. Cum enim vehementer plueret, et deberet ignis exstingui, aqua instar olei majorem flammam excitavit, et relicto tetro fetore, omnia in cinerem redegit. Post octavam synodum Photius exsul per fraudem cujusdam bibliothecarii, composito pseudovaticinio sub titulo Ἀκροστιχίδος Βέκλας, in gratiam imperatoris se insinuavit, et in palatio degens multa contra canones ausus est. Porro ejusmodi vaticinium fraudulenter quidem, non tamen sine probabilitate quadam excogitavit. Genealogiam, D quæ nusquam est, fuit, aut futura erat, contexit. Tiridatem illum inclytum Armeniæ regem stirpis caput fingit, ex illo nominibus pro arbitratu excogitatis gentem deducit, et alios ex alio fabulosa narratione condit. Quando demum ad parentem Basilii pervenit, scripsit hunc habuisse filium natura talem virum, qualis ipse erat Basilius, eique nomen esse Veclas. Observatis enim nominibus singulorum, ipsius, inquam, imperatoris Basilii, et Eudoxiæ Augustæ conjugis, liberorumque Constantini, Leonis, Alexandri, Stephani, ex primis singulorum nominum litteris composuit fraudem. Sic decepit Basilium, quem omnium retro regum felicissime, et diutissime regnasse commentitur. Vide Nicetam Paphlagonem in Vita, quam scripsit, sancti Ignatii patriarchæ versus finem. Vita functo Ignatio Photius inter innumeras machinationes, quas reperit dignas suo ingenio, hanc etiam adinvenit. Multos antistites ad epulum invitavit, dissimulavitque se emisse nonnulla bona pro Ecclesia,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

Hæc igitur omnia reputantes, et his animum adhibentes, deponite omne vanum præjudicium, omne injustum odium, omnem de Latinis opinionem non rectam, et, verum amplectentes, fideique sinceritatem juxta catholicam Ecclesiam, et ipsam sanctam Romanorum Ecclesiam, et ipsi plurimi et maximi facientes nobis cum sitis conjuncti, multum valere dicentes iis qui sine causa, ob propriam ambitiosam vincendi contentionem, temere, et ut sors tulerit, quidquid in buccam venit, effutiunt, vosque a recta fide abducunt; Romanorumque Ecclesiæ pastorem, vere œcumenicum Patrem et doctorem, atque pontificem existimantes, ipsum veneramini, et ut par est, honorate. Nosque (quamvis indignos) patriarcham vestrum Dei gratia legitime ab Ecclesia creatum ducentes et credentes esse, nostras admonitiones, ut parentis sermones, suscipite, communicantes mecum eamdem sententiam et fidem, ut in eodem spiritu et mente idem credentes, idem sentientes, ad invicem quandiu sumus in corpore alter alterum diligamus et foveamus, pater filiis congaudens, et omnia vobis bona, ut fieri potest, porrigens, et omnibus modis benefaciens; post autem hujus tabernaculi depositionem, eamdem in Christo consequamur gloriam, et æterna vita fruamur, desiderabilem finem feliciter consecuti. Amen.

Data est Viterbii sexto Kalendas Junias, anno Domini 1463. Obsignata cardinalitio nostro sigillo, quod abesset signaculum plumbeum patriarchale. Ob majorem vero securitatem, ne quis suspicetur esse fictam, et non esse nostram hanc epistolam, cum non reperiretur ob loci penuriam membrana, scripta est in bambacenis consutis, ipsasque suturas tribus in locis obsignavimus, scilicet in extremis et medio. Et hæc quæ incipiunt ab illo, « Data est Viterbii, » hucusque manu propria scripsimus, Præterea et subscripsimus.

BESSARION, miseratione divina cardinalis et œcumenicus patriarcha Constantinopolitanus novæ Romæ, propria manu subscripsi.

Ταῦτα οὖν πάντα ἐνθυμηθέντες καὶ τούτοις προσχόντες τὸν νοῦν, ἀπόθεσθε πᾶσαν εἰκαίαν πρόληψιν, πᾶν ἄδικον μῖσος, πᾶσαν περὶ Λατίνων ὑπόληψιν οὐκ ὀρθήν. Καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀσπασάμενοι, τό τε τῆς πίστεως ἀκραιφνὲς κατὰ τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν, καὶ αὐτὴν τῶν Ῥωμαίων ἁγίαν Ἐκκλησίαν περὶ πλείστου τε καὶ τοῦ παντὸς ποιησάμενοι, καὶ αὐτοὶ γένοισθε μεθ' ἡμῶν, πολλὰ χαρεῖν εἰπόντες τοῖς ἄλλως δι' οἰκείαν φιλονεικίαν εἰκῇ τε καὶ ὡς ἔτυχε τὰ ἐπιτυχόντα λέγουσι, καὶ ὑμᾶς τῆς ὀρθῆς ἀπάγουσι πίστεως. Τόν τε τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ποιμένα οἰκουμενικὸν τῷ ὄντι Πατέρα καὶ διδάσκαλον, καὶ ἀρχιερέα νομίσαντες, σέβεσθέ τε αὐτὸν, καὶ τὰ εἰκότα τιμᾶτε. Ἡμᾶς τε (εἰ καὶ μὴ ἀξίους) πατριάρχην ὑμέτερον τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι νομίμως ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας προβεβλημένον νομίζοντές τε καὶ πιστεύοντες εἶναι, τὰς παραινέσεις ἡμῶν ὡς πατρὸς δέξασθε λόγους, τῆς αὐτῆς ἐμοὶ κοινωνοῦντες γνώμης καὶ πίστεως, ὡς ἂν ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι καὶ νοῒ τὸ αὐτὸ πιστεύοντες, τὸ αὐτὸ φρονοῦντες, ἀλλήλοις, ἐφ' ὅσον μὲν ἐνδημοῦμεν τῷ σώματι ἑκάτερος ὑμῶν ἑκάτερον ἀγαπᾷ τε καὶ περιέποι, πατὴρ τέκνοις συνευφραινόμενος, καὶ πάντα ὑμῖν ἀγαθὰ, ὡς οἷόν τε, πορίζόμενος, καὶ πᾶσι τρόποις εὖ ποιῶν· μετὰ δὲ τὴν τούτου τοῦ σκήνους ἀπόθεσιν τῆς αὐτῆς ἐν Χριστῷ τύχωμεν δόξης, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀπολαύσωμεν, τοῦ ἐφετοῦ τέλους εὐτυχῶς ἐπιτυχόντες. Ἀμήν.

Ἐδόθη ἐν Οὐϊτερβίῳ πρὸ ἕξ Καλανδῶν Ἰουνίων, ἔτει ἀπὸ Χριστοῦ ,αυξγ', σφραγισθεῖσα διὰ τὴν τῆς πατριαρχικῆς μολιβδίνης σφραγῖδος ἀπουσίαν τῇ καρδιναλικῇ ἡμῶν σφραγῖδι. Διὰ δὲ ἀσφάλειαν πλείονα, ἵνα μή τις ὑποπτεύσῃ πλαστήν τε καὶ μὴ ἡμετέραν εἶναι ταύτην τὴν ἐπιστολὴν, ἐπεὶ μὴ εὑρεθέντος μεμβράνου διὰ τὸν τόπον, ἐγράφη ἐν βαμβακίνοις ἐρραμένοις, αὐτάς τε τὰς ῥαφὰς εἰς τρεῖς τόπους ἐσφραγισάμεθα, ἔν τε τοῖς ἄκροις δηλαδὴ καὶ κατὰ τὸ μέσον. Καὶ ταῦτα ἀπὸ τοῦ, « Ἐδόθη ἐν Οὐϊτερβίῳ, » μέχρι τῶνδε οἰκείᾳ χειρὶ γεγραφότες ἔτι καὶ ὑπεγράψαμεν.

ΒΗΣΣΑΡΙΩΝ, ἐλέῳ Θεοῦ καρδινάλις καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, οἰκείᾳ χειρὶ ὑπέγραψα.

optare ad firmitatem illius emptionis eorum chirographa, et sigilla in alba papyro, illis impetratis quasi ipsi rogarent pontificem, scripsit illos omnes eum desiderare, ut sit eorum patriarcha; additis etiam litteris imperatoris, et se multis laudibus extollens, et sibi præconia cumulans. Deceptus Joannes octavus bono publico prospiciens, ut opinabatur, destinavit Paulum et Eugenium presbyteros, et Petrum Diaconum cardinales pallio misso cum facultate eum veniam a concilio petentem, restituendi. Ille corruptis litteris apostolicis alia pro aliis Græce scripsit, neque deprecatus est culpam, sed impudenter præsidendo ad libitum, synodum celebravit, et canones condidit partim faventibus suis similibus Græcis, partim aliis Græcis callentibus subdolum ingenium Photii, Romanum pontificem, qui eum damnatum restituebat, haud laudantibus, imo clare testantibus male fecisse, et non potuisse absolvere, ac restituere quem sui prædecessores, et concilium œcumenicum ligaverant, damnaverant, et prorsus ad tantam dignitatem ineptum reddiderant. Quod quidem verum esset, quando damnatus esset contumax, et non resipisceret. At enim talis fuit Photius? Verum decepit pontificem: alioquin cur non possit patriarcha patriarcharum pontifex Romanus damnatum si resipiscat absolvere? In ea synodo, quam Zonaras interpretatur, studuit Photius confirmare septimam synodum de imaginibus, tacite damnata octava, quæ contra eum celebrata fuerat, imo abolita legitima, et œcumenica, suam pro octava obtrudere conatus est, et in editis canonibus canone primo, ut est videre apud Zonaram, præfert se Romano pontifici, tanquam habens majorem amplitudinem jurisdictionis, quam habeat ipse pontifex. Quæ cum didicisset Joannes octavus, eum publice post multos pontifices qui eum antea excommunicaverant, anathemate percussit. Vide octavum concilium, et successorem Anastasii Guilielmum Bibliothecarium in *Vitis Pontificum*, cæterosque historicos.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

SUPERIOREM EPISTOLAM IPSEMET BESSARION E GRÆCA LATINAM FECIT, QUAM NOS POSTEA REPERTAM IMPRIMENDAM CURAVIMUS.

BESSARION, divina miseratione sanctæque Sedis Apostolicæ gratia, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis, patriarcha Constantinopolitanus. Dilectis in Christo fratribus et filiis archiepiscopis, episcopis, presbyteris, monachis, cæterisque ecclesiasticis et sæcularibus viris provincias sanctæ sedi Constantinopolitanæ subditas habitantibus, gratiam, pacem et benedictionem a Deo omnipotente. Volentibus duntaxat, eamque obtinere desiderantibus, et quæ ad illam obtinendam ducunt omni conatu agentibus.

Voluissemus profecto, dilecti fratres et filii, ipsi vobiscum loquentes dare atque accipere rationem eorum quæ ad vestram salutem necessaria sunt, quæque vos et loqui, et agere fraterno et paterno affectu desideramus. Sed quoniam et conditio præsentium rerum, et tanta vastitas pelagi, ac interjacens longitudo terrarum id prohibent, quod reliquum est, litteris officium nostrum exsequi conabimur, et hac epistola particulam aliquam eorum quæ coram loqueremur exprimemus. Obsecro autem Domino, ut ea vos charitate audiatis, quæ dicturus sum, cum qua ipse vos alloquor. Testis est enim mihi ipse Deus, quem nullæ nostræ cogitationes latere possunt, quod primo quidem zelus ejus, deinde arctissimum charitatis vinculum, quo nationi nostræ astringimur, me ut hæc scribam movent, neque ea patiuntur reticere, quæ vobis cognitu necessaria sunt. Ante omnia igitur mementote, fratres et filii, qualis olim, quamque excellens fuerit natio nostra, tum doctrina, tum omni sapientiæ genere, cum cæteris virtutibus, quæ præterea vires, quæ potentia, qui principatus nostrorum fuerint. Quis enim dubitet Græcorum gentem omnium liberalium artium, ac totius sapientiæ non modo inventricem, verum etiam perfectricem exstitisse? Illic semper et virtus, et religio, et sanctimonia floruere; illic enituit totus orbis imperium, nunc vero (heu infelicem, et miseram patriæ nostræ conditionem!) non modo principatum, atque imperium orbis amisimus, verum etiam servitutem patimur, et hanc quidem crudelem, atque turpissimam; dominantur enim nobis homines truces, barbari, atque infideles; neque solum hoc passi sumus, sed ne simulacrum quidem disciplinæ, aut ullum sapientiæ vestigium apud nostros relictum est. Solent enim disciplinæ et bonæ artes, paratis primo, quæ ad victum necessaria sunt, quæri atque investigari, quæ cum nobis in præsentia ob servitutem et inopiam desint, nulla amplius sapientiæ ratio est, nulla disciplinarum cura, nullum optimarum artium studium. Virtus sola, quæ ad mores pertinet, quæque studiosos sui bonos efficit, ea vero manet; maneatque semper apud nostros. Sed quæ causa esse potuit, ut moralibus virtutibus præditi, et sapientiam, et principatum, et ipsam omnium rerum dulcissimam libertatem amiserint? Non enim fortuna, vel casus, aut temerarius rerum eventus, ac fluxus instabilis tantam nostris calamitatem intulere, nisi quis putet res humanas divina Providentia minime gubernari, quod etiam cogitare impium est, atque nefarium. Sed nec delictorum nostrorum multitudinem ejus rei causam fuisse dicendum est, ut quidam Deo se humiliantes dicere consueverunt. Neque enim nos magis quam cæteræ Christianorum nationes, quas nunc mundana ista felicitate frui videmus, peccatis nostris Deum irritavimus. Siquidem et dictum est, et vere dictum est, ut arbitror, nostros in iis quæ ad mores et vitæ honestatem pertinent, nullis esse inferiores. Verendum igitur ne potius tot tantorumque malorum fomes, et materia fuerit, quod Græci veris dogmatibus per socordiam omissis ab intemerata fidei veritate secesserunt, et inconsutilem Domini tunicam scindentes a catholica Ecclesia sunt divisi. Cujus rei causa fuit temeritas quorumdam nostrorum, ne alteri principatus sui rationem reddere cogerentur. Hos deinde posteriores quoque non tam sua pravitate moti, quam illorum allecti perversitate sunt secuti. Sed deponere aliquando, ac prorsus abigere hanc perniciem decens, ac salutiferum est. Quamobrem vos hortor et rogo, fratres et filii in Spiritu sancto desideratissimi, omni studio, ac conatu, antiquam nobilitatem resumite, vindicate nobis pristinam gloriam. Veteres illos ac sanctissimos Patres et doctores nostros sequimini, quorum eadem confessio fidei, eadem semper fuit doctrina pietatis, cum ea quam nunc Romana Ecclesia tenet, ac profitetur. Recentiores istos tam pestiferæ divisionis auctores condemnate, persequimini, exterminate. Œcumenicam synodum Florentiæ habitam devota mente suscipite, et quæ ibi sancto cooperante Spiritu decreta sunt, sincero corde credite, et profitemini. Multæ efficacesque eo in loco rationes adductæ sunt de processione sancti Spiritus. Multa utrinque a partibus in utriusque sententiæ confirmationem dicta. Vicit tandem apud omnes hæc sententia, Patrem et Filium unum esse Spiritus sancti principium, eumque ex utroque tanquam ex uno spirante procedere. Multa sanctorum doctorum, non modo Occidentalium, verum etiam Orientalium, atque nostrorum ad id probandum testimonia adducta sunt, multis id rationibus demonstratum, neque id nostrorum incuria evenit; non enim segniter, neque negligenter eam rem investigare conati sumus, o fratres; multas noctes insomnes egimus, magnam vigilantiam, solers studium, summam curam adhibuimus, cedere oportuit veritati; victi fuimus doctorum sententiis. Absit enim a bona

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

anima et fideli, ut ostensæ veritati claudat oculos, eamque victoriæ ambitione despiciat. Referrem nunc vobis particulam aliquam rationum illarum, nisi lex epistolæ prohiberet : simul quod vobis licet longe plura alibi videre, et legere, quam nos referre in præsentia possemus. Plerique enim ex his qui nos antecessisse doctissimi et sanctissimi viri multa atque præclara de hoc dogmate litteris mandaverunt. Nos quoque non pauca scripsimus, partim ut amicorum id obnixe efflagitantium morem gereremus voluntati, partim ut vel nos cogitata, vel aliis frustra contendentibus responsa in communem utilitatem traderemus. Quæ omnia cum apud vos sint, si quis vestrum sine contentione vel leget, vel audiet. Legetis autem vel audietis omnes (si licebit) non parvam, quod ad Dei gloriam dictum sit, utilitatem consequetur. Verum tamen unam duntaxat, et eam perbrevem, si libet, rationem adducamus.

De Spiritus sancti processione.

Spiritus sanctus Spiritus Filii dicitur, teste ipso Filio, qui Spiritum illum vocat Spiritum veritatis. Veritas vero ille ipse est. Et Paulus : *Misit*, inquit, *Deus Spiritum Filii sui in corda nostra* [1] ; et rursum : *Si quis Spiritum Christi non habet, ipse non est ejus* [2]. Quod aliis quoque in locis idem Apostolus creberrime replicat. Hoc verbum, fratres, satis superque ad id probandum de quo agimus. Neque enim excedere decet modum epistolæ. Est itaque Spiritus sanctus Christi Spiritus naturaliter et essentialiter, non accidentaliter. Id vero cujus aliquid hoc modo est, auctoritate aliqua et excellentia id excellat necesse est, quod suum esse dicitur. Hæc vero auctoritas profecto non talis dicenda est, qualis est Domini ad servum. Quis enim auderet creatorem in creaturam vertere, quod etiam cogitare sacrilegum est? Superest igitur auctoritatem, atque excellentiam originis esse ejus qui spirat, ad spiritum qui spiratur. Et certe aliud asserere nefarium est. Nam quod nostrorum aliqui a veritate declinantes, ideo dici Filii Spiritum contendunt, quod ejusdem sit cum eo essentiæ, vel quod ex eo mittatur, aranearum potius telæ sunt, quam rationes, ut sæpe demonstravimus. Si enim propter consubstantialitatem dicatur Spiritus, Filii Spiritus, propter eamdem causam et Filius dicetur Spiritus sancti Filius, quod nunquam in sacris litteris auditum est. Si vero quia ex Filio mittitur, ita dicitur, ea certe ratio magis roborat sententiam nostram. Quod enim mittere istud, et scaturire, et profluere, cæteraque similia spirationem, ac substantialem quamdam processionem præsupponant ; quodque impossibile sit Filium mittere Spiritum sanctum, nisi etiam illum spiret, plerisque in locis ostendimus multis idoneisque rationibus. Alia quoque multa e nostris ad velandam veritatem dici solent, nullius sane momenti ; plura vero melioraque dicuntur ab his qui veritatem sequuntur. Quæ et si nos optime tenemus, cum sæpe numero contradicentibus adversati simus, brevitatis tamen gratia mittimus ad monitos : si qui erunt investigandæ veritatis cupidi, ut ea legant, quæ olim de hac re conscripsimus. Hoc tamen vobis dicimus, et intrepidi asserimus, si res tuliaset, ut præsentes dare, atque accipere rationem hujus rei potuissemus, judicaturos vos fuisse. Hoc unum, quod diximus, satis superque esse ad veritatem ostendendam, nihilque dubitationis relinqui, quin Spiritus ita ex Filio quemadmodum ex Patre, tanquam ex uno principio et uno spirante procedat. Multa quoque alia sacrarum testimonia sunt litterarum, ut puta *Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre ;* et rursus : *De meo accipiet, et annuntiabit vobis.* Et iterum : *Quæcunque audiet loquetur*, et alia iis similia. Ex quibus omnibus luce clarius ea fidei veritas ostenditur, quam et sancta Romana Ecclesia ut semper antea, ita nunc tenet, et prædicat, et olim omnis Ecclesia fatebatur. Sed dicet fortasse aliquis : Cur ipse Dominus cum de Spiritu loqueretur : *Spiritus*, ait, *qui a Patre procedit*, neque addidit etiam a se ipso procedere? Quæ tandem, aut qualis est hæc ratio, fratres? Etsi enim dixerat a Patre procedere Spiritum, non tamen negavit eum a se quoque procedere. Nam si id dixisset, aliquid fortasse videretur ingerere difficultatis. Quanquam neque hoc ad tutandam vestram opinionem sufficeret. Siquidem ipse Salvator : *De die illa et hora*, inquit, *nemo novit, neque angeli, neque Filius hominis, nisi solus Pater.* Et rursus : *Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me Patris.* Et iterum : *Nemo novit Filium nisi Pater.* Quorum omnium nos procul dubio contrarium et sentimus, et profitemur. Ac Filium Dei, perinde diem illum et horam cognoscere, ut Patrem existimamus. Eumdemque ita se nosse, ut Pater eum novit, doctrinamque illius suam præcipue doctrinam esse. Si igitur eorum quæ aperte negavit Christus, nos quidem recte e diverso credimus, cur non etiam hoc, quod non negavit, pie credimus? Enimvero illud in primis attentissime considerandum est, fratres et filii in Christo desideratissimi. Promisit olim Christus super confessione Petri ædificare Ecclesiam suam, et quod portæ inferi, hoc est, hæreticorum blasphemiæ nunquam prævalerent adversus eam. Quærendum est, fratres, quænam ista sit Ecclesia. Nam veram certamque fuisse promissionem nullus ausit negare Christianus. Aut igitur Latina, aut Græca Ecclesia est. Tertia enim dari non potest. Siquidem aliæ omnes hæresibus sunt plenæ ; quas sancti Patres, et generales synodi condemnarunt. Si ergo hanc Ecclesiam Græcorum Ecclesiam dicis, in angustum nimis arctam Ecclesiam, imo

[1] Galat. IV, 6. [2] Rom. 8, 9.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

illam ad nihilum redigis. Qualis enim, miseri nos, aut quanta est Ecclesia nostra? Labitur, heu, labitur, peritque quotidie, ne dicam eam penitus jam interiisse. Subditi sunt infidelibus Græci omnes; ita omnia pessumdedere barbaræ gentes, ut non post multum interjectum tempus ipsum quoque linguæ Græcæ splendorem, libros omnes, universa opera sanctorum doctorum, sacrarum etiam litterarum codices, et Evangelium ipsum nostram infelicem patriam desertura non dubitem, nisi pietas et misericordia Salvatoris nostri tantam a vertice nostro calamitatem propulset. An ignoratis, fratres, ut Orientales omnes, si qui inter fideles superfuerant, qui in Oriente Ecclesiam sequerentur Græcorum, Constantinopolitanis, et circumjacentium insularum cultoribus duntaxat exceptis, alios ante centum, alios enim quinquaginta et amplius annos, ne nominare quidem noverant Scripturam sacram, nec ejus volumina numerare. Nullum fidele dogma sciebant, nullam quæstionem, nullam de spe futuræ vitæ rationem; in summa nihil eorum quæ in Evangelio leguntur, intelligebant. Presbyteri, quanquam illud assidue legentes, non minus quam cæteri rudes erant; nec integrum quidem habebant Evangelium, sed quædam ejus fragmenta, quæ legi in ecclesiis solent semiesa circumferebant. Et quemadmodum psittaci, aliaque ejusmodi animalia conari aliquando, atque effingere sine intellectu nostra verba consueverunt, ita hi vocem quidem emittebant Græcam, lectitabantque ea solum, quæ scripta erant, nec sine barbarie; eorum vero quæ legebant nihil prorsus percipiebant [*deest*]. Recognoscite, recognoscite aliquando, fratres, caput Ecclesiarum, cathedram Petri. Recognoscite matrem vestram, atque magistram, amplectimini fidem apostolico ore laudatam; inde animæ vestræ postulate cibum, inde quærite consilium. Si doctorum nostrorum libros evolveritis, si scripta eorum diligenter consideraveritis, invenietis Romanam Ecclesiam supra cæteras omnem potestatem habere, et ita universæ præesse Ecclesiæ, ut absque ejus auctoritate nulla prorsus ecclesiastica quæstio solvi, nullum dogma concludi, aut possit, aut debeat. Hæc est illa petra, supra quam Christus suam ædificavit Ecclesiam: hæc est, quæ fidem Petri tenet, et prædicat. Hæc sola est, adversus quam portæ inferi non prævaluerunt. Hic semper servata est incorrupta Patrum auctoritas; hic Sol justitiæ oritur; hic Lux mundi; hic sal terræ; hic sunt vasa aurea et argentea. Quicunque huic sanctæ communioni consociantur, unam cum ea Ecclesiam faciunt; qui ab ea sunt separati, salutem habere non possunt; qui hic non colligunt, spargunt. Quicunque extra hanc agnum comedunt, profani sunt. Si qui in Noe arca non fuerint, peribunt regnante diluvio. Extra ovile Christi salvi esse non possunt; in lupos rapaces, in fures latronesque incident. Quandoquidem necesse est, qui voces pastorum non audiunt, quod ne cui Christianorum accidat, illa prædicanda, illa tenenda est fides, quam Petri cathedra profitetur. Hanc vos quæso, fratres, cum reverentia et humilitate suscipite, huic inhærete, huic insistite. Non cesso pro vobis orare Dominum, ut sapientiam induentes, id, quod vos hortor, agatis. Vellem enim ita vos omnes esse, ut ego, nec parvum vobis, aut contemnendum videor optare bonum, o fratres; si quod mihi ipsi, hoc etiam vobis bonum desidero. Majorem enim charitatem nemo exhibere tenetur proximo suo, quam eadem illi quæ sibi bona velle. *Diliges* enim, ait, *proximum tuum sicut te ipsum*, plus hoc non requirit a nobis Deus, quasi hoc summum sit signum charitatis. Neque me ex ignorantia, vel imperitia a veritate, ut arbitror, dicetis aberrasse, cum me sciatis a teneris annis omne vitæ meæ tempus in litterarum studiis consumpsisse, summaque opera ac diligentia huic, de quo loquimur, dogmati incubuisse, et quantum fieri potuit investigasse veritatem. Quid enim aliud eligere sibi potuit homo, qui ab ineunte ætate propria abdicatus voluntate in humilitate atque obedientia vixerit, et qui (sine jactantia dictum sit) multa de vanitate mundi, de emendatione morum, de præmiis, vel pœnis æternis legerit, audierit, scripserit, quam rectis verisque sententiis alere animum, et inventam fidei veritatem amplecti? Quam certe eo pluris quam antea in præsentia facimus, quo magis ingravescente jam ætate multiplicati corporis morbi mortem mihi quotidie minantur, et vitam tædio esse faciunt. Scio certe fratres, et Patres, et scio filii in Christo dilecti, non multum esse quod nobis superest vitæ, et jam tempus nostræ resolutionis instat, quo, ut sapientes aiunt, advenit hominibus timor earum rerum, quas antea formidare non solebant. Vident enim appropinquare diem, quo omnis anteactæ vitæ reddenda sit ratio. Me quidem quo magis vicina est mors, eo magis consolatur integritas fidei. Spero enim id, quod ex operibus ad salutem animæ meæ deerit, fidei veritate posse suppleri. Ob hanc causam spretis, et contemptis honoribus, si quos apud vos habui (habui autem nec parvos, nec paucos) totus hanc fidei veritatem sum secutus. Equidem dico scientibus, et iis qui a scientibus audierunt, audientque, si volent in posterum: Adolescentulum me, et prima adhuc lanugine carentem, plurimi facichatis, etiam qui nunquam me vidistis, notum erat nomen meum omnibus Græcam intelligentibus linguam, nondum quatuor et viginti annos natus a principibus nationis nostræ, a vobis omnibus, ab ipsis denique imperatoribus, et honore, et dignitate supra ætatem extollebar. Præponebant enim me, non modo æqualibus meis, sed etiam senioribus, et auctoritate, gratiaque pollentibus, non mea virtute, sed sua bonitate. Quamvis enim magna hoc tempore in Christi Ecclesia dignitate præ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

fulgeam, magnosque et longe supra merita mea adeptus sim honores, tamen hæc omnia postea sunt secuta, et ut Deus omnium rerum conscius optime novit, neque exspectata a me, neque sperata. At enim fortasse dici non immerito possem majora illa quæ apud vos habui. Quandoquidem illic facile inter primos adnumerabar, hic vero, cum multi sint, imo pene innumerabiles, qui me sapientia, doctrina, cæterisque virtutibus antecellunt, vix inter postremos habeo locum. Notum est autem illud Romani principis dictum, qui cum esset honoris studiosissimus malle se dicebat in oppido, quamvis humili atque obscuro primum habere locum, quam in gloriosissima, atque excellentissima urbe Roma secundum esse. Habet enim principatus quamdam etsi in minimis, maximam tamen ac dulcissimam voluptatem. At nos, et quæ apud vos habebamus non magni fecimus, et quæ nunc habemus testem invocamus Deum, æque parvifecissemus, quin potius spretis, contemptisque omnibus, etiam si multo plura haberemus, ad vos quam celerrime defecissemus, nisi nobis essemus conscii elegisse meliora, nisi exploratum haberemus hanc sanctam et catholicam Ecclesiam illa credere, illa tradere, et docere, quæ ad vitam æternam iter faciunt. Si igitur ad ea vos hortor, quæ saluti vestræ profutura non dubito, cum humilitate, et reverentia audire debetis, ac cum gaudio, et alacritate animi monita nostra suscipere salutaria.

At magnum apud vos scandalum genuisse dicitis additionem Latinorum in Symbolo. Cur ita fratres? Certe si recte considerare volueritis, non additio illa fuit, sed expositio, sed explanatio, sed declaratio. Additio namque etiam juxta doctorum nostrorum sententiam illa est, quæ contraria dogmata introducit: quæ vero eadem, similiaque profitetur, declaratio, non additio est. Quippe si verum non esset, quod dicitur, fugienda utique hæc additio foret. Quod si verum est, et fidei sanctorum consonans, ibi timemus timorem, ubi non est timor, et superstitioni magis, quam pietati indulgemus. Multa Nicæno Symbolo secunda synodus addidit de divinitate Spiritus sancti, de unitate Ecclesiæ, de baptismate, de remissione peccatorum, de resurrectione mortuorum, de vita æterna. De quibus primum concilium nullam omnino expedite mentionem fecerat. Multa præterea alii quoque doctores, qui illis successerunt Latini, quam illi fecerant, tradidere; quæ tamen non additiones, sed declarationes fuerunt. Cur igitur et catholicæ Ecclesiæ non licuerit hoc idem facere, simili hæreticorum necessitate urgente? Nam quod respondere soletis, tunc quidem, licuisse, nunc vero postquam tertia synodus omnem additionem prohibuit, ne ipsam quidem veritatem addere licere, stulta sane et vana ratio est. Legite, si libet, quam olim de hac re orationem edidimus, manifestissime illic veritatem invenietis, et nisi fallimur, idem nobiscum fatebimini. Nolite æmulari contentiosos homines, neque imitari illos qui cum aliter non possint, saltem pugnando veritatem, gloriam sucupari conantur. Humilitate vos Deo, et tot talesque viros singulari præditos devotione, ac sapientia, Romanæ Ecclesiæ alumnos secuti, fidem ejus suscipite, pontificem Romanum verum ipsius pastorem, totius caput Ecclesiæ, ductorem fidei, atque magistrum credentes veneramini, et viam, quæ ad æternam ducit vitam ostentantem, sequimini. Nam et hoc unum eorum est, quæ ad salutem necessaria sunt, proprium nosse pastorem, et recognoscere principem, et scire atque honorare ductorem. Ubi enim non est princeps, ibi inordinatio; ubi inordinatio, ibi solutio, ut Gregorius Nazianzenus ait; et certe sive divinas, seu humanas res considerate volueritis, fratres, invenietis unum omnium debere esse principium, nec recte aliter res posse gubernari; nam ut a divinis incipiamus, Christianorum theologia unum qui supra omnes est, docet Deum esse, qui cum in tribus personis sit uti illæsa servetur unitas, ejusdem similisque substantiæ divinæ illæ ponuntur esse personæ. Gentilium vero ex iis sensibilibus, accepta scientia, ipsa quoque hoc idem fatetur. Quidam enim inter cæteros eorum philosophos nobilior, unam esse primam causam, unum omnium rerum asserit Creatorem; et quamvis multos etiam post illum gradus entium credat, unum principium, et multa principia, omnia tamen sub primo illo constituit. Alius vero multis hoc idem asserens verbis, mutuataque tandem a quodam antiquiore sententia: Non est, inquit, bonus multorum principatus; unus princeps, unus rex esto. Neque enim volunt entia male gubernari, quasi male gubernari videantur, nisi unus sit, qui præsit universis. In rebus autem humanis, atque civilibus iidem ipsi, quorum mentionem fecimus, cæterique omnes, et ante eos Salvator noster Jesus Christus legitimam monarchiam cæteris gubernandi modis anteponunt. *Reddite*, inquit ille, *quæ sunt Cæsaris Cæsari*, et *quæ Dei Deo*[1]; quasi unus quidem sit Deus in cœlis, et unus princeps in terris; hic vero qui inter philosophos primum obtinet locum, illud reipublicæ genus non modo generibus cæteris, sed etiam optimatum principatui anteponit, et divino quam simillimum esse dicit. Ubi unus, qui virtutibus cæteros antecellat, omnibus dominetur. Alius autem hujus auditor omnibus politiæ enumeratis generibus, eumdem hunc gubernandi modum ante omnes constituit, perfectissimum regnum appellans. Hunc igitur a Deo bonum et perfectum, et necessarium ordinem in rebus fluentibus, atque terrenis servabimus, fratres: in æternarum vero animarum, et sanctæ Dei Ecclesiæ gubernatione contemnemus? Indecens certe est,

[1] Matth. xxii, 21.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

et ab omni ratione alienum. Hic enim maxime omnium est ordo servandus. Siquidem perpetua digniora sunt fluxis, momentaneis, atque caducis. Illinc legislator noster, et Dominus Jesus Christus omnem humanam sapientiam, cujus ipse dator est, excedens, optimum gubernandi modum suæ reliquit Ecclesiæ, cum Petro, et per eum successoribus ejus principatum illius tradidit. *Tu es*, inquit, *Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* [1]. Et rursus : *Tibi dabo claves regni cœlorum* [2]. Et iterum : *Pasce oves meas, pasce agnos meos* [3]. Et alibi : *Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos* [4]. Nec me putetis fratres novam legem introducere, novum dogma docere. Repetite memoria, qui priscas historicas, qui conciliorum acta legistis, quantum semper Romanus pontifex super omnem Ecclesiam auctoritatem habuit. Cœlestinus papa primam Ephesinam synodum solus reprobavit, irritavitque, quamvis omnis Orientalis Ecclesia, et ipsi patriarchæ unanimes in ea convenissent. Leonis Magni epistolam Patres Chalcedonenses numero sexcenti, et triginta episcopi instar sacri Evangelii receperunt, eamque orthodoxæ fidei columnam nominarunt; necnon juxta ejus sententiam, eam, de qua agebatur, terminarunt quæstionem. Iidem Patres Alexandrino Constantinopolitanum per imitationem secundi concilii præposuerunt, nec tamen fecisse se aliquid censuerunt, nisi hoc idem Leo confirmaret : quod ut impetrarent, multis et legationibus, et precibus contenderunt, quibus tamen vir sanctus annuere recusavit; et nisi postea ab alio Romano Pontifice concessum exstitisset, nullius fuisset sane momenti. Ante hunc Innocentius Romanus pontifex Arcadium et Eudoxiam reges, quod Joannem os aureum inique de Ecclesia pepulissent, anathemate feriit, et Christianorum communione privavit. Quod certe non fecisset, nisi supra omnem Ecclesiam habuisset imperium. Quippe si non fuisset universalis pastor, et pontifex, et communis omnium Christianorum Pater, et magister. Si Constantinopolitana urbs et imperatores illi, de ejus grege non fuissent, non separasset eos talis pontifex ab unitate, et communione fidelium. Nihil enim pontificalis sententia roboris habuisset, non illis attulisset detrimentum, nisi Romano præsuli subditi exstitissent. Photium deinde Constantinopolitanam sedem occupantem, qui sanctissimo viro Ignatio ejecto Ecclesiam sibi viribus subegerat, nonne Nicolaus Romanus pontifex fidelium communione privavit, et restituto Ignatio ab Ecclesia repulit? Qua ratione id egit Nicolaus, nisi quia super omnes Ecclesias potestatem habebat. Postquam vero vir sanctus Ignatius ad Dominum migravit, nonne imperatores Constantinopolitani multis, ac crebris precibus in favorem Photii Romano pontifici interpellarunt? Nonne Joannes, qui post Nicolaum, et Adrianum universalis Ecclesiæ gubernacula susceperat, in patriarchalem restituit sedem, palliumque illi misit, in quo refulget pontificis dignitas. Quid tandem hæc omnia præseferunt, fratres, nisi summam esse Romani pontificis super omnem Ecclesiam auctoritatem, summam potestatem? Hæc igitur omnia cogitantes, hæc cum animi attentione considerantes omnem vanam opinionem exuite, omne immeritum odium deponite, omne illud de Latinis non rectum judicium in melius mutate; amplectimini veritatem; integritatem fidei una cum catholica et sancta Romana Ecclesia ipsi quoque maxime existimantes nobiscum convenite. Missos facite eos qui contentionis potius gratia, quam veritatis vana loquentes, vos a recta fide seducunt. Pastorem Ecclesiæ Romanæ universalem Patrem, atque magistrum existimate. Hunc enim honore, laude ac veneratione prosequimini. Nos vero quanquam immeritos, tamen gratia Dei per apostolicam sedem et summum pontificem Dominum nostrum, vobis in patriarcham legitime datum, ut par est, suscipite. Monita nostra tanquam paternas adhortationes audite. Eamdem mecum et sententiam et fidem colite, ut in eodem spiritu et mente credentes, idemque de fide sentientes quandiu hac fungimur vita invicem diligamus, invicem consolemur. Post vero hujus mortalis sarcinæ depositionem eamdem in Christo gloriam obtineamus, et desideratum finem adepti, vita fruamur æterna. Amen.

[1] Matth. xvi, 18. [2] Ibid. 19. [3] Joan. xxvi, 15-17. [4] Luc. xxii, 32.

GRÆCORUM CONFESSIO

DE VERBIS CONSECRATIONIS ET TRANSSUBSTANTIATIONE, *A BESSARIONE EXPOSITA IN CONCILIO FLORENTINO* (1).

(Mabillon, *Musæum Italicum*, I, II, 243.)

Die Dominica, quinta Julii M CCCC XXXVIIII, in generali congregatione, præsidente in eadem sanctissimo domino nostro domino Eugenio, divina providentia papa quarto, præsentibus reverendissimis reverendisque Patribus et dominis sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, patriarchis, archie-

(1) Hujus versionis autographum in thesauro serenissimi Magni Etruriæ Ducis asservatur, cum authenticis litteris unionis, Latinos inter atque Græcos factæ in concilio Florentino. Hanc versio-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

piscopis, episcopis, abbatibus, doctoribus et magistris, tam Latinis quam Græcis, reverendus Pater dominus archiepiscopus Nicænus, suo ac aliorum Patrum Ecclesiam Orientalem repræsentantium nomine, publice, alta et intelligibili voce exposuit in hæc verba, vel eis in effectu similia. « Beatissime Pater, vosque reverendissimi Patres et domini hic præsentes. Quoniam in præcedentibus congregationibus nostris inter alias differentias nostras ortum est dubium de consecratione sacratissimi sacramenti Eucharistiæ : et aliqui suspicati sunt, nos et Ecclesiam nostram non credere illud pretiosissimum sacramentum per verba Salvatoris Domini nostri Jesu Christi confici ; propter hanc causam assumus coram vestra beatitudine, omnibusque aliis hic astantibus, qui pro parte sanctæ Romanæ Ecclesiæ sunt, ad certificandum vestram beatitudinem et alios Patres et dominos hic præsentes de hac dubitatione, et dicimus breviter : Nos usos fuisse Scripturis et sententiis sanctorum Patrum, cognoscentes et animadvertentes fragilitatem humani sensus, volumus adhærere sententiis sanctorum Patrum et rationibus, spretis humanis inventis ; qua quidem de re, Pater beatissime, cum in omnibus aliis auctoritatibus Patrum sanctorum usi sumus, etiam his in præsenti dubitatione utimur. Et quoniam ab omnibus sanctis doctoribus Ecclesiæ, præsertim ab illo beatissimo Joanne Chrysostomo, qui nobis notissimus est, audimus verba Dominica esse illa quæ mutant et transsubstantiant panem et vinum in corpus verum Christi et sanguinem ; et quod illa verba divino Salvatoris omnem virtutem transsubstantiationis habent ; nos ipsam sanctissimum doctorem, et illius sententiam

A sequimur de necessitate. De hac quæstione breviter diximus et sufficienter, et vestram beatitudinem de nostra intentione certam reddimus. Arnoldus notarius.

Ego Nicolaus Sagudineus Euripontinus, omnium suprascriptorum verborum interpres, et de Græco in Latinum traductor, fateor omnia sic ad litteram per prædictum dominum Nicænum, modo ut supra, Græce dicta fuisse, et a me fideliter in Latinum conversa. In cujus rei testimonium et fidejussionem requisitus hic manu propria scripsi, et in hanc redegi formam. Florentiæ, die xxvii mensis Augusti, anno Dominicæ Nativitatis m cccc xxxviii. Arnoldus notarius.

B Quod et ego Bartholomæus Joannes de Lyd, clericus Leodiensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus ac sacri Florentini ycumenici concilii notarius, quia prædictorum verborum prolationi, expositioni, confessioni, omnibusque aliis et singulis præmissis una cum prefatis reverendissimis reverendisque Patribus et connotario infra scripto interfui, eaque sic fieri vidi et audivi ; ideirco hoc præsens publicum instrumentum per prefatum interpretem fideliter de Græco in Latinum traductum subscripsi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi rogatus et requisitus in testimonium præmissorum.

C Et ego Arnoldus Liudolphi de *Beverwyck*, clericus Trajectensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, quia verborum prædictorum prolationi et confessioni, omnibusque aliis præmissis, dum, sicut præmittitur, per reverendissimum Patrem dictum archiepiscopum Nicænum agerentur, proponerentur, et fierent, una

nem cum legissemus, illust. Antonium Magliabecum, quocum tunc eramus, rogavimus, ut ejus nobis copiam fieri pro sua in nos humanitate curaret. Id quod diligentissime præstitit, adhibito viro clarissimo Gastruzzio, qui illud ipsum autographum peritissime imitatus est. Prædicta Græcorum confessio non levis est momenti ad persuadendam Græcorum de Eucharistia fidem, de qua tot et tantæ controversiæ a Calvinistis nuper excitatæ sunt. Confessio hæc duas habet partes, nempe consecrationem verbis Christi Domini confici, non precibus illis, quæ post verba sacra fiunt a Græcis : atque his verbis panem et vinum in Christi corpus D et sanguinem mutari et transsubstantiari. Etsi vero de priori assertione aliqua fuit concertatio inter Bessarionem Nicænum episcopum superioris formulæ præconem, interque Marcum Ephesinum ; nulla tamen prorsus inter eos de posteriori disceptatio agitata est. Id patet ex oratione Bessarionis tum cardinalis de Eucharistia : qua in oratione eamdem doctrinam, quæ in superiori Confessione proposita est, egregie tuetur adversus contra sentientes, in primis contra Marcum Ephesinum : cujus objecta, ex dictis Nicolai Cabasilæ desumpta, refellit. Ex quibus manifeste intelligitur, in illa controversia nequaquam litem fuisse de transsubstantiatione, quam uterque pro indubitata Græcorum doctrina habebat : sed de verbis, quibus consecratio perficitur. Præmissa vero Græcorum confessio, eo majoris est momenti, quod Bessarion illam, comprobantibus aliis Græcis, uno forsan excepto Marco Ephesino, qui ejus perpetuus adversarius exstitit,

in frequenti concilio exposuit, cum nondum esset cardinalis. Hujus porro confessionis mentio fit in ipsis concilii Actis, cap. ix (Conc. Lab. t. XIII, col. 491), paulo ante mortem Josephi patriarchæ : ubi utrumque, nimirum et verba consecrationis, et transsubstantiatio, disertis verbis astruitur. Deinde post recitatam ejusdem mortem illud ipsum denuo repetitur. Cæterum quod attinet ad Patres Græcos, maxime Chrysostomum, quorum sententiam sequi se in prædicta formula Græci per Bessarionem confitentur : eorum testimonia refert idem Bessarion in prælaudata oratione de Eucharistia. Chrysostomi loca citantur ex homilia xxxii super Matthæum, ex xxvii super primam ad Corinthios, ex homilia de proditione traditoris, et sacramentorum traditione.

Haud scio an Nicolaus ille Sagudineus Euripontinus, qui superiorem Confessionem Latine vertit, idem sit atque Nicolaus Euboicus, de quo ita scribit Matthæus Palmerius in libro de Temporibus ad annum 1439 : *Nicolaus Euboicus, Latinæ et Græcæ linguæ atque elegantiæ princeps laudatissimus habetur : qui in frequenti concilio medius assistens, multis et eruditis viris audientibus, me quoque teste vidente audienteque, disputantium verba atque sententias, tum Græce, tum Latine prolatas, mira celeritate ultro citroque in utramque linguam fidelissime et summo ornatu reddebat.* Ita ille, qui eodem in loco Ambrosium, Camaldulensis ordinis abbatem generalem, *in concilio* item *clarum* fuisse subjungit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

cum reverendissimis reverendisque Patribus et dominis præfatis ac connotario meo suprascripto præsens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi: ideo hoc præsens publicum instrumentum, per interpretem hujus sacri ycumenici concilii subscriptum, una cum dicto connotario subscripsi, et in hanc publicam formam redegi, signo et nomine meis solitis et consuetis signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium præmissorum.

Ego Julianus, tituli Sanctæ Sabinæ presbyter cardinalis, Sancti Angeli vulgariter nuncupatus, præsens fui omnibus prædictis; et recognosco litteram scriptam manu præfati Nicolai Sagudinei, communis interpretis Latinorum et Græcorum: et ad perpetuam rei memoriam propria manu subscripsi.

BESSARIONIS

EPISCOPI TUSCULANI,

SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ CARDINALIS, CPOLITANI PATRIARCHÆ

DE SACRAMENTO EUCHARISTIÆ

ET QUIBUS VERBIS CHRISTI CORPUS CONFICIATUR.

(Claud. Sainctes, *Liturgiæ SS. Patrum*. Antwerpiæ. 1562. Latine.)

Sacrum divinumque est Eucharistiæ mysterium, per quod filii Dei, et hæredes, et cohæredes, et ejusdem cum Domino corporis efficimur cum digne eo participamus. Sed quæri inter Christianos solet, quibus potissimum verbis, intra solemnes Missarum ritus, sacrosanctum Domini corpus et sanguis conficiatur. Alii enim hoc facere alia existimantes, Latini Ambrosium, Augustinum, Gregorium, aliosque doctores suos secuti, cum doctrina, tum vitæ sanctitate præstantes, illa Domini verba id facere manifestissime asseverant, *Hoc est corpus meum*; et, *Hic est sanguis meus*, vanamque prorsus sine iis esse orationem sacerdotis opinantur. Græci vero, præsertim recentiores, cum Jacobo fratre Domini, Basilio et Chrysostomo sentientes, singularis exempli et sanctimoniæ viris, non illis Salvatoris nostri verbis Christi corpus et sanguinem confici putant, sed quibusdam quæ sequuntur precibus sacerdotum. Quibus in Missarum officiis, quæ singuli quique eorum composuere, diu post recitationem verborum Domini, quæ supra memoravimus, adhuc panem et vinum oblata Deo munera appellant, et Spiritum sanctum, ut super ea descendat, benedicat, sanctificet, ac corpus et sanguinem Domini efficiat, invocant et precantur. Cum talis itaque tantaque sit de re maxima inter Latinos Græcosque dissensio, si quidem inter præsentes tantum ac nostræ ætatis viros controversia foret, facilius de iis posset quivis pro sua opinione disserere: cum vero inter communes Ecclesiæ doctores, veteresque et sanctissimos Patres nostros contentio agitetur (ii sunt enim qui et diszentire invicem, et ut alii quoque dissentiant, facere videntur) ipse me inter eos arbitrium constituere haud temere præsumpsissem, nisi me et juste precantium petitiones, ac cupido utilitatis nostrorum hominum, quorum salutis et gloriæ semper avidissimus fui, ad id mei ipsius oblitum compulissent, et illos inter se concordes reddere, divino fretus auxilio, sperarem. Ut igitur recte nostra procedat oratio, et veritas rei quam quærimus facilius elucescat, aliqua altius repetenda sunt, antequam institutæ quæstionis seriem aggrediamur.

Ante omnia igitur sciendum est, tam hoc sacrosanctum communionis, de quo agimus, quam cætera Ecclesiæ sacramenta ideo sacramenta vocitari, quoniam aliud in se habent quod videtur, aliud quod non corporis oculis, sed solo intellectu comprehenditur. Quæ videntur, sensibilia sunt; quæ vero intellectu percipiuntur, spiritalia: unde spiritus et vita dicuntur. *Verba autem quæ dixi vobis*, inquit Dominus, *spiritus sunt et vita*. Horum præterea sacramentorum singula quæque duobus accipiuntur modis: aut enim sacramentum signum est, aut id quod significatur. Primum quidem signum tantummodo et est et dicitur. Secundum vero res est, quæ eo signo significatur: Omnis enim theologica doctrina, teste Augustino, signis constat et rebus. Et res quidem sunt, quæ ut significatæ accipiuntur, signa vero, quorum omnis in significando est usus. Etsi enim omne signum res sit (nam quod non est res, ut idem Augustinus inquit, nihil omnino est, et sic signum esse non potest), hoc tamen loco signum accipitur, non ut res significata, sed ut signum rem ipsam significans, quatenus scilicet signum est, et non quatenus res aliqua est. Quemadmodum cum ascendentem cernimus fumum, non quatenus substantia aliqua sive res est, sed quatenus

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

solum est signum ignis, signum esse dicimus, quia substantia et res aliqua est. Nam omne quidem signum res aliqua est, non tamen omnis res alterius rei est signum. Sunt enim res aliquæ duntaxat ut significatæ, non autem ut signa aliquid aliud significantia, quod in aliis sacramentis facile comprehendi potest.

Etenim in sacramento baptismatis ablutio carnis per aquam ita est sacramentum, ut duntaxat signum sit ablutionis peccatorum. Ipsa enim peccatorum remissio res est significata, nihil ultra significans. Hoc idem in reliquis sacramentis. Ergo et in sacramento Eucharistiæ, alterum est solum signum, ut panis et vini visibilis species : alterum res significata, ut ipsum verum Domini corpus et sanguis, quod ex immaculatis beatæ Virginis sanguinibus assumpsit. Verum hoc proprium habet præter alia divinum hoc sacramentum Eucharistiæ, quod in eo res significata alterius etiam rei signum est. Ipsum enim verum Domini corpus et sanguis, cum res sit signo panis et vini significata, ut mox ostendemus, est tamen alterius rei signum, cum significet mysticum Christi corpus, et Ecclesiæ in Spiritu sancto unitatem : hoc, vero non amplius aliam rem significat, sed tantum significatur. Ita fit ut visibilis simul ac sensibilis species panis et vini, duplicis rei significatrix sit : significat enim et verum corpus Domini, et res significata et signum sacrum est, et mysticum Ecclesiæ corpus. Quare panis et vinum signum est duntaxat, ipsum autem verum Christi corpus et sanguis, quod sub umbra tegitur panis et vini, significatum quidem a pane et vino, significans autem mysticum Ecclesiæ corpus, et res est et signum : mysticum vero ex utroque significatum, res tantum est, nec ultra alterius signum. Præterea quod tantum signum est, duarum rerum est signum, veri scilicet et mystici corporis. Quod autem res est, et non amplius signum, duorum sacrorum signorum res est, hoc est visibilis speciei panis et vini, et veri in eis contenti corporis Domini. Verum autem corpus et sanguis, si ad alterum aspicias invisible sacramentum, res est; si ad mysticum corpus, est signum. Rursus primum quidem, quod signum tantummodo est, oculis subest; secundum, quod res est et signum animo exceditur; tertium, quod res sola est, corde percipitur. Ad hæc primum quidem non modo significat, sed etiam continet secundum. In specie enim panis et vini veritas corporis et sanguinis continetur, cum in illa substantia panis vinique mutetur. Tertium vero quanquam significet, non tamen continet. Hæc cum verissima sint, illud etiam sequitur, ex iis qui divini corporis participes fiunt, alios quidem sacramentaliter spiritualiterque participes fieri, quales sunt qui digne communionem accipiunt, alios vero sacramentaliter, et non spiritualiter, ii sunt qui indigne communicant : sumunt enim verum corpus Christi, non tamen sacramenti effectum accipiunt, nec Christo uniuntur. De iis inquit Apostolus, quod judicium sibi manducant et bibunt. Non enim judicium et condemnationem manducarent et biberent, si spiritaliter communicassent, imo jam Christo unirentur. Sunt alii qui, etsi non fiunt sacramentaliter participes, spiritaliter tamen communicant, quemadmodum si vel infans post baptismum, vel ætate provectus, nondum, ob aliquam inevitabilem necessitatem, recepto Christi corpore, repentina morte deficiant. Nihil enim minus sacramenti participes fiunt, quam si communionem cepissent : fiunt enim membra Christi et regni cœlestis hæredes.

Hæc igitur cum omnibus manifesta sint (quis enim neget, ex his qui communionem sumunt, alios quidem nullam gratiam, imo vero pro gratia judicium et pœnam, alios vero gratiam largissime consequi : quosdam etiam sine communione, dummodo id non contemptu, vel negligentia, sed necessitate fiat, divinam mereri gratiam ?) : cum, inquam, hæc adeo clara et perspicua sint, tripartitam hanc divinorum sacramentorum distributionem veram et necessariam esse probant, ex his sequi videtur Christi quoque corpus duplex esse, verum alterum, alterum mysticum. Et verum quidem est, quod in hoc divino Eucharistiæ sacramento consecratur atque conficitur sub visibili specie panis et vini. Hoc idem est cum eo corpore quod fuit ex beata Virgine Spiritus sancti obumbratione conceptum. De quo ipse Dominus in exhibitione sacramenti, cum nobis sensibilem panem vinumque ostendisset, ait : *Hoc est corpus meum;* et, *Hic est sanguis meus;* deinde addidit, quod pro vobis traditur, et qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum. Mysticum autem ejus corpus est Ecclesia, et congregatio fidelium. Hanc enim negare corpus Christi nemo ausit, præsertim audiens Apostolum dicentem, Ecclesiæ caput Christum esse. Caput enim sine membris non esset caput. Quapropter membra Christi nos sumus, et caput nostrum est Christus. Unde clamat Apostolus : *Vos estis corpus Christi et membra ex parte* [1]. Et rursus : *Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Domini est* [2] ? Et iterum : *Unus panis*, ait, *et unum corpus multi sumus* [3]. Et reddens ejus rationem addit : *Omnes enim ex uno pane participamus.* Quæ verba dum exponere nititur Chrysostomus noster, ita inquit : Quid dico communionem? ipsum illud corpus sumus. Quid enim est panis, nisi corpus Christi? non corpora multa, sed corpus unum. Quemadmodum enim panis, ex multis constans granis, ita compositus est, ut nusquam grana videantur; et sunt quidem grana, sed propter conjunctionem nullo discrimine

[1] I Cor. xii, 27. [2] I Cor. x, 16. [3] ibid. 17.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

discernuntur : ita nos quoque et invicem in [*al.* et] Christo conjungimur. Damascenus quoque ubi de sacrosanctis mysteriis tractat : Honoremus, ait, Christi corpus omni animi corporisque puritate, duplex etenim est. Augustinus etiam, Occidentalis Ecclesiæ lumen : Quemadmodum, inquit, ex multis granis unus conficitur panis, et ex racemis multis unus calix exprimitur, sic ex multis fidelibus unum corpus mysticum integratur. Enimvero sicut ex multis membris et partibus unumquodque corpus constat, ita Ecclesiæ unitas ex diversis personis conficitur, videlicet ex præscitis, prædestinatis, vocatis, justificatis, et glorificatis. *Quos* enim *præscivit Deus, hos et prædestinavit; et quos prædestinavit, hos vocavit; et quos vocavit, hos et justificavit; et quos justificavit, hos et glorificavit*, inquit Apostolus [1]. Efficiens vero hujus mystici corporis, est ipsum verum Christi corpus et ejus communicatio, si digne fiat. Quod significant verba illorum qui dicunt : Oramus ut hoc corpus tuum præstet participantibus sobrietatem animæ, remissionem peccatorum, communionem tecum. Quid enim aliud est communio, quam unitas cum Christo, annexio membrorum ad caput, convenientia partium ad totum? unde et communio vocatur proprie hoc sacramentum. Et synaxis apud Dionysium dicitur, hoc est *collectio*. Colligit enim quæ apud se distant, et multa unum facit, et dissimilia æquat, et in unum sparsa reducit. Quamobrem idem Damascenus eo quo supra memoravimus loco, Communio inquit, dicitur, et est ideo, quia per eam communicamus cum Christo, et carnis divinitatisque ejus participes sumus, et invicem conjungimur atque unimur. Cum enim ex uno pane participamus, omnes unum Christi corpus, et unus sanguis, et membra, alter alterius, ejusdem cum Christo corporis efficimur. Et rursus ibidem : Per Christi corpus et sanguinem purgati, unimur corpori Domini et spiritui ejus, et corpus Christi efficimur. Unde et Messias, seu et Mediator, et lapis angularis dicitur Dominus, quasi conjungens extrema et uniens divisa. Mediator unius non est, sed duorum, inquit Paulus et lapis angularis duorum parietum vinculum et conjunctio est. Post hæc illud quoque tertio loco addendum est, quod verbum Domini corpus et veritas est et figura. Siquidem ostensum est, quemadmodum panis et vini visibilis species, figura seu signum est veri et in eis contenti Dominici corporis et etiam mystici corporis, ita corpus verum figuram mystici et ecclesiastici corporis esse. Ad hæc verum Domini corpus quod in altari consecratur, futurorum figuram dici, Damascenus eo quo supra memoravimus loco, testatur. Significativa, inquit, futurorum dicuntur, non quia verum sint corpus sanguisque Christi verus, sed quia nunc quidem per illa divinitatis participes efficimur tunc vero per intellectum sola visione fruemur divinitatis. Quod apertius et Gregorius dicit, quod nunc quidem participamus corpus et sanguinem sub speciebus panis et vini, tunc autem clara visione, et sicut vere est, videbimus illud.

Cavendum autem, ne quis propterea quod eucharistiæ mysterium figura esse dicitur, dicere aut omnino suspicari audeat, non esse verum Domini corpus. Absit tanta blasphemia a fidelium mentibus. Hoc modo et pretiosa mors ejus non esset vera mors, quod partim ablutionis delictorum nostrorum, partim justificationis nostræ figura sit. Vas namque electionis est qui dicit : *Christus mortuus est pro peccatis nostris, et resurrexit propter justificationem nostram* [2]. Et Petrus : *Christus passus est pro nobis relinquens nobis exemplum* [3] Mors igitur Christi mortis nostræ secundum peccatum et resurrectio ejus vitæ nostræ per justificationem, juxta primariorum apostolorum sententiam, exemplum et figura fuit. Nec tamen adeo mors et resurrectio ejus non fuit vera mors et resurrectio : est igitur eucharistiæ sacramentum, et veritas, et figura; ex quo nihil absurdi sequi videtur. Etenim ipsum quoque sacramenti nomen nihil significat aliud quam figuram alicujus et signum alterius. Siquidem sacramentum tectum mysteriis secretumque esse decet, et aliud extrinsecus præ se ferre, aliud habere quod intelligatur intrinsecus. Neminem autem conturbare debet nomen istud figuræ, nec id quod ait Damascenus panis et vinum non est nisi figura corporis et sanguinis Christi. Absit! sed ipsum corpus Domini deificatum, ipso Domino dicente, *Hoc est corpus meum*, et non, figura corporis mei; et, *Hic est sanguis meus*, et non, figura sanguinis mei. Primo enim panis et vini nomine, non ipsam visibilem speciem panis et vini, sed substantialiter transmutatam in corpus et sanguinem intelligit. Deinde figuram hoc loco intelligit umbram illam, quæ nihil aliud præterquam figura est, simpliciter aliud significans, nullam omnino faciendi vim et potestatem habens. Quemadmodum sacramenta veteris legis, Novi Testamenti sacramentorum figura fuerunt, ut circumcisio baptismatis, sanguis hircorum et vitulorum Dominici sanguinis in arca crucis effusi, et serpens pendens in eremo corporis Domini in cruce pendentis. Verum illa quidem figuræ tantum erant, et aliorum significativa, non effectiva, et sacrorum quidem significativa, non ipsa sacra. Nostra vero non modo significativa et figuræ salutis sunt, verum etiam salutifera, hoc est effectiva salutis, ipsaque sacra et sacræ sacrarum rerum figuræ. Hoc enim interest inter veteris et novæ legis sacramenta, quod illa quidem duntaxat significabant salutem, hæc etiam præbent, et illa quidem non sacra, sed sacrarum tantummodo rerum significativa : hæc autem et significativa sacrarum rerum atque effectiva sunt. Hinc sanctus Hilarius ait : Corpus

[1] Rom. VIII, 30. [2] I Cor. XV, 3. [3] I Petr. II, 21.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

Christi quo in altari participamus, figura quidem est, quatenus panis et vinum exterioribus apparet sensibus, veritas autem est, quatenus corpus et sanguis in veritate corde creditur. Et Augustinus: Christi corpus, inquit, et veritas et figura est: veritas quidem, in quantum virtute spiritus ex substantia panis et vini corpus efficitur; figura vero est illud quod exterioribus sensibus subjaceat. Nos itaque figuram hoc loco ita accipimus, quæ scilicet quoad sensibiles species panis et vini, aliud duntaxat significet quoad verum corpus Christi, et aliud significet, et tamen veritas sit. Quemadmodum Damascenus quoque, sicuti paulo ante memoravimus, veteres secutus doctores, verum corpus et sanguinem Christi figurativa futurorum nominavit. Ubi enim *figurativa* dixit, et figuram sine discrimine dicere potuisset. Sed de iis satis, ut arbitror, disseruimus, nunc quod reliquum est aggrediamur. Erit autem nostra omnis oratio tripartita. Primum enim conabimur ostendere divinissimum corpus Christi et sanguinem, nullis aliis verbis, aut sacerdotum precibus confici, quam iis quæ supra memoravimus Domini verbis: *Hoc est corpus meum*; et, *Hic est sanguis meus*. Post hæc sanctorum Ecclesiæ doctorum ac Patrum nostrorum unam et eamdem esse sententiam declarabimus. Postremo quæ huic opinioni adversari videntur, duce Domino, cujus res agitur, dissolvemus.

Quod igitur impossibile sit aliis quam Dominicis verbis Eucharistiæ sacramentum confici evidentissime et luce clarius apparet. Enimvero nemo est quem lateat, quemadmodum panis et vini corpus et sanguinem Christi in instanti facta transsubstantialitas, humanam omnem facultatem excedit, ingensque opus est, et certe divinum: ita etiam hujus sacramenti efficientia verba, instar ipsius sacramenti, eximiæ cujusdam virtutis esse debere. Christi vero divinis verbis, nihil esse potentius, nihil efficacius esse posse manifestum est. Quamobrem fateri necesse est, Dominicis illis verbis, et nullis aliis divinum hoc sacramentum confici posse. Nec enim divinissima per divinam potentiam confici negaverit quispiam, nec verbis Christi nihil omnino efficacius esse, cum non modo homo, verum etiam Deus sit, creatorque omnium, qui solo nutu cuncta produxit, qui verbo ægros curavit, mortuos suscitavit, cæteraque miracula fecit, quæ in Evangeliis recitantur. Præterea humanæ preces, tunc quod orant facillime consequuntur, cum id meritæ sint, et a benemeritis effunditur. Atqui panis et vini in corpus et sanguinem transmutatio, non petentium meritis, sed ejus potentia qui ex nihilo cuncta produxit, per sacerdotem tanquam per instrumentum quoddam efficitur. Unde non minus ab indignis sacerdotibus atque perversis, quam a bonis sanctisque consecratur. Ex quo manifestum est, non orantis sanctitatem, sed ipsum Dominum propriis suis verbis, a sacerdote prolatis, panem et vinum in proprium corpus transmutare.

A Nam si humanæ preces hoc possent, potius virorum bonorum preces, etsi non sacerdotum, quam pravorum sacerdotum hoc divinum opus efficerent. Atqui indecens esset, atque ab humana salute alienum, existimare tantum sacramentum a re dubia dependere: quippe dubium atque ambiguum est, an preces ac supplicationes nostræ Deo acceptæ sint futuræ: ex quo fieret, ut et salus nobis virtute hujus mysterii exspectata dubia foret. Quod ne accidat, imo salus nostra, quam digne participantibus hoc sacramentum præbet, certa atque indubia sit, necesse est Dominicis verbis duntaxat, et nullis aliis tantum confici sacramentum. Ad hæc, precibus quidem nostris non perficimus, sed tantummodo rogamus ut perficiatur sacramentum. B Verba vero quæ hoc divinum corpus operantur, efficientia sacramenti esse debent, non ut conficiatur deprecantia. Ergo non nostris verbis quæ non conficiunt, sed ut conficiatur orant, tantum opus tribuendum, sed verbis Dominicis vere conficientibus, eo modo quo Dominus ipse per eadem verba, ut legitur in Evangelio, consecravit. Præterea verba Domini proferuntur a sacerdote, tanquam potestatem habente ea perficiendi quæ ipsa verba significant. Precibus vero suis potestatem petit idem sacerdos tanquam nondum habens. Atenim melius certiusque res ab eo potestatem habente, quam a nondum habente, sed ut eam habeat, rogante, perficitur, faciliusque id agit qui jam potest, C quam qui posse se sperat. Non igitur supplicibus sacerdotum, sed enuntiativis Domini verbis effici credendum est hæc sacra mysteria. Item dum rogat sacerdos, aut petit obtinere potestatem conficiendi mysterii, aut non; si petit, non igitur inerat sacerdotis precibus ea potentia (quis enim peteret quod jam tenet?) Quod si non petit, frustra rogat. Quapropter non ipsas sacerdotum preces, sed Domini verba eucharistiam conficere manifestum est. Adde quod verborum quæ hæc mysteria conficiunt, nulla diversitas, nulla mutatio esse debet: una enim cujusque et immutabilis forma est, qua mutata totum etiam mutatur. Unde Matthæus et Marcus et Lucas, et cum iis apostolus Paulus, cum hujus consecrationis mentionem faciunt, quæ a D Salvatore nocte qua tradebatur perfecta est, eadem verba omnes eodem modo pronuntiant: quamvis et in superioribus et in sequentibus diversi diverso modo sunt locuti. Hic pariter omnes dixerunt: *Hoc est corpus meum*; et, *Hic est sanguis meus*. Preces vero et supplicationes sacerdotum, quibus nonnulli existimant hoc mysterium confici, alias apud alios et longe quidem diversas esse videmus. Alii enim optando, alii imperando id agunt. Siquidem Clemens et Jacobus: Rogamus, inquiunt, ut mittas Spiritum sanctum tuum super hoc sacrificium, qui efficiat hunc panem corpus Christi tui, et quod in hoc calice est, sanguinem Christi tui. Jacobus vero: Rogamus, inquit, ut Spiritus sanctus adveniens sancta, bona atque gloriosa ejus præsentia

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sanctificet, et faciat hunc quidem panem corpus sancti Christi tui, et calicem hunc pretiosum sanguinem Christi tui. At magnus doctor Basilius; Rogamus, inquit, ut veniat Spiritus sanctus tuus super nos, et super hæc proposita munera, et benedicat ea, sanctificet et faciat, hunc quidem panem, ipsum pretiosum corpus, et vinum pretiosum sanguinem Domini, et Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi, qui effusus est pro mundi vita. Divinus autem Chrysostomus : Emitte, ait, Spiritum tuum, et hunc panem pretiosum corpus Christi tui, quod vero in hoc calice est, pretiosum sanguinem Christi tui. transmutans ea Spiritu tuo sancto. Cum igitur tanta sit in iis differentia atque varietas, verba autem sacramenti efficientia, immutabilia esse debeant, profecto non illa quæ alia apud alios sunt, sed hæc Domini verba, quæ apud omnes eadem sunt, et ab omnibus eodem modo proferuntur, tanti mysterii formam esse, et iis tribuendum esse perficiendi potentiam manifestum est : per ea enim fit ut sit quod est. Illud quoque considerandum est, ea esse alicujus rei efficientia, per quæ res illa ad esse producitur, ab aliisque distinguitur. Hujus autem divini mysterii nulla alia quam verba Domini efficientia esse videntur. Ergo ipsa duntaxat, et non sacerdotales preces tantum opus conficere dicenda sunt. Hujus rationis prima quidem pars per se ipsa nota est, quare ea omissa minorem probabimus. Ipsum certe consecrationis opus, et per consecrationem efficitur sacrum mysterium in extrema prolatione verborum conficientium, quæcunque illa sit, et in instanti fit. Siquidem panis et vini substantia in sua permanet natura, donec omnia illa quæcunque sunt, quæ sacramentum perficiunt verba dicantur : quibus dictis mox consecratio fit, transsubstantialitas perficitur, consummatur sacramentum. Quod et de baptismate beatus Augustinus ait : Aufer, inquit, verba, et quid aqua nisi aqua? Accedat verbum elemento, et efficitur sacramentum. Unde tanta potentia aquæ ut cum tetigerit corpus, purget cor, nisi ex eo qui verbo hoc facit? Cum igitur manifestum sit, per verba hoc sacramentum confici, decet quæ ad hanc ex substantia in substantiam transmutationem, similitudinem aliquam habeant, eique conformia sint. Unde quoniam in hac transmutatione tria hæc esse necesse est, terminum a quo, terminum ad quem ipsa transmutatio fit, et modum ipsius transmutationis, quæ omnia illa significant; talia vero esse verba Domini facile probatur, in iis enim continetur terminus a quo, per verbum *Hoc;* nam nisi in ea esset terminus a quo, non esset transmutatio; at in ea de substantia in substantiam transmutatio fit : hunc igitur terminum significat illud *Hoc*. Simili modo terminus ad quem iisdem verbis inest; nam sine eo termino non esset transmutatio, sed potius corruptio, si non in ens, sed in non ens mutaretur. Hunc vero terminum dupliciter considerare possumus : aliquando quidem ipsum corpus et sanguinem intelligentes, in quæ substantialitas fit; et hoc significatur cum dicitur, *corpus et sanguis;* aliquando vero id considerantes, ut hæc transsubstantialitas determinata et particularis sit et una. Quemadmodum iis etiam quæ per artem fiunt, sunt, una cujusque forma et species est : ita etiam unius operationis unus effectus est, propter quod additur *meum*. Tertium vero atque postremum, per quod modus transsubstantialitatis exprimitur, satis apte exprimitur per verbum *est*. Quod enim in instanti fit, jam non futurum, sed quasi factum et jam plane exsistens, non imperativo, non optativo, non cujusvis alterius modi verbo, nec futuro quidem tempore, quæ dubia sunt, nec id quod est, sed quod futurum est, quod etiam non fieri posset, significat, sed ipso verbo *est* temporis præsentis, et modi indicativi, quod ipsum jam esse significat, sufficienter exprimitur : imo vero duntaxat hoc modo exprimi potest et non aliter. Hæc igitur omnia, adeo in hac naturali transsubstantialitate necessaria, cum nullis aliis præterquam Dominicis verbis contineantur, sicuti ostensum est, profecto existimare cogimur atque fateri, illa ipsa efficientia esse tam sacri mysterii, quibus nihil deficit, nihil superest, et non preces humanas quibus aliqua desunt quæ magis necessaria forent. Præter hæc omnia, cum hoc immaculatum sacrificium in sui memoriam fieri jusserit Dominus : Hoc enim, inquit, facite in meam commemorationem, certe expressior ejus memoria fit, cum illius verba ex sacratissimo illo ore prolata repetimus, quam si alia quæcunque referamus. Quod confirmat apostolus Paulus, dum dicit Domini mortem in hoc sacrificio adnuntiari. Quo enim modo annuntiari expressius potest quam dum corpus et sanguis ejus propriis ejus verbis quam quibusvis aliis tantum confici sacramentum. Verumtamen concurrere Patrem ac Spiritum sanctum Filio in hoc divino opere transsubstantialitatis panis et vini in corpus et sanguinem Christi, fas est a fidelibus credi. Omnia enim opera in creaturis Trinitati communia sunt, nihilque fit omnino, nisi creante Filio, beneplacito Patris, et Spiritus sancti voluntate. *Ex ipso enim, et per ipsum, et in ipso omnia* [1], juxta apostolum Paulum. Et rursus : *Per quem et sæcula fecit* [2]. Et iterum : *Portans omnia verbo potestatis suæ* [3]. Et Joannes evangelista, *Omnia per ipsum facta sunt* [4]. Et idem : *Spiritus est qui vivificat* [5]. Et Paulus : *Si enim Spiritus ejus qui resuscitavit Jesum Christum a mortuis, habitat in nobis, qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora nostra per inhabitantem in nobis Spiritum ejus* [6]. Et iterum : *Omnia autem hæc operatur idem atque unus Spiritus dividens*

[1] Rom. xi, 36. [2] Hebr. i, 2. [3] ibid. 3. [4] Joan. i, 3. [5] Joan. vi, 64. [6] Rom. viii, 11.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

unicuique prout vult [1]. Et David. *Emitte Spiritum tuum et creabuntur* [2]. Illud sane simpliciter tenendum, et pro generali quadam regula observandum, divinæ Trinitatis operationes, si quis intrinsecus eam ipsam spectet, distinctas omnino ac separatas esse, aliquando etiam nullo modo invicem communicare, quemadmodum se habent generare et generari, spirare et spirari, et alia quædam similia. Extrinsecus vero, et quatenus ad creaturam spectat, una est operatio, et idem opus Patris et Filii et Spiritus sancti, nihilque est eorum quæ in nobis fiunt; quod non ex tota Trinitate emanet, una tamen operatione, una potentia, una voluntate. Quare unus etiam dicitur creator, et unum principium eorum omnium, quæ sunt, quæ fiunt, Trinitas esse creditur. Quibus autem verbis potius consentire decet Patrem et Spiritum sanctum quam Filii, qui ejusdem est naturæ, ejusdemque cum eo substantiæ? Manifestum hoc omnibus est contendere nolentibus. Est autem ad hæc necessarius et idoneus et sufficiens minister. Sufficiens autem est qui potestatem per consecrationem habuit et sacerdos factus est. Nec enim a quocunque prolata ejusmodi verba efficere possunt quod quæritur, imo vero nihil omnino possunt, nisi a secerdote proferantur. Ejus rei ratio est quod ita Deo placitum est, ita ordinavit, hanc tulit legem. Transgressori igitur legis et voluntatis ejus dignum paratum est meritum, ne quid facere possit. Oportet autem sacerdotem cum debita intentione ad ea quæ Dominus mandavit accedere. Siquidem mandavit nobis ut in ejus commemorationem hæc ageremus, ut sciamus corpus ejus et sanguinem (instrumentaliter ipsi facientes, cum hæc operamur) mortem ejus annuntiare. Si quis enim vel verba Domini, vel alia quælibet, quibus existimet hujusmodi sacramentum confici, pronuntiet, non ad ea quæ dicta sunt intendens, seque id agere quod ille jussit arbitretur, nihil omnino agit; sed suo frustratus desiderio fallitur. Materiam præterea ad hæc aptam et convenientem esse necesse est. Oportet enim panem ex frumento, vinum ex vite fieri. *Nisi enim granum frumenti*, dicit Dominus, *cadens in terram mortuum fuerit, nullum fructum afferet* [3]. Et rursus: *Ego sum vitis vera* [4]. Quod si aliter sacerdos, etiam cum debita attentione, vel ipsa verba Domini vel alia quæcunque pronuntiet, vanus est omnis labor; nec enim unquam ex hordeo miliove aût alio seminum genere panis factus, neque sicera aut lac, aut mel in corpus et sanguinem Domini transmutaretur. Hoc canones apostolorum, hoc posteriores doctores affirmant. Quamobrem hoc? Quoniam ille opifex rerum ita voluit, ita constituit: transgredi autem et vitare quidquam eorum quæ ille ordinavit, nefas est. Hæc ergo ad sacri mysterii consummationem necessaria prorsus sunt, et sine quibus nihil omnino fieri potest. Sunt autem alia quædam quæ, etsi ad esse rei minime necessaria sint, multum tamen conferunt ad decorem perfectionemque mysterii; ex quibus si quid aliquando justa necessitate prætermittatur, nulla jactura sit: hujusmodi sunt mysterium super altari conficere, sacerdotalibus vestibus indui, sacerdotem, multa et ante verba Domini et post in laudem Dei, in narrationem operum suorum, in impetrationem vitæ æternæ, partim a sacerdotibus, partim a populo dici. Unde et alia apûd alios dicuntur, et apud quosdam plura, apud alios pauciora. Hinc est quod Basilius, Jacobi, Chrysostomus vero Basilii missas breviores fecerunt, quod non necessaria forent omnia quæ dicebantur. Nemo enim nccessarium quidquam detrahere præsumpsisset. Quod si quis nunc non per contemptum Ecclesiæ, quæ ita ordinavit, nec tanquam novam introducendo hæresin, sed inevitabili aliqua necessitate coactus, sola Dominica verba cum debita intentione protulerit, ipsa duntaxat quæ ille dixit et fecit, dicens et faciens, dummodo sacerdos sit, convenientemque materiam habeat, profecto verum Christi corpus sanguinemque perfecit. Contra vero si quis cætera omnia, et alia pene infinita proferens, verba Domini omiserit, lusit operam, ut aiunt, nihilque peregit.

Quod si forte quispiam iis minime contentus auctoritatem quærat, et quid doctores Ecclesiæ senserint audire desideret, in primis videat Ambrosium ætate quidem præcedentem cæteros, sapientia vero ac vitæ sanctitate nulli, vel Orientalium vel Occidentalium, cedentem. Hic in sermone quem de sacramentis scripsit, ita inquit: Quomodo enim panis potest esse corpus Christi? Quibus verbis aut quorum verbis hæc sacramenta perficiuntur? Et addit: Ipsis Domini nostri Jesu Christi. Et infra: Cum autem hoc sacramentum perficit, non propriis verbis sacerdos, sed ipsius Christi utitur: verba enim Christi hoc sacramentum conficiunt. Et post pauca: Ante consecrationem panis est, verbis autem Christi dictis, mox corpus Christi est: *Accipite* enim, inquit, *comedite ex eo omnes, hoc est corpus meum*. Similiter in calice ante verba Domini vinum est aqua mistum, Christi verbis operantibus sanguis efficitur. Rursus idem Ambrosius cum multa signa et miracula commemorasset, quæ solo Domini verbo facta fuere, universumque mundum verbo eodem ex nihilo esse productum, multaque alia orationibus, et benedictionibus humanis facta ostendisset, postremo hæc addit: Si igitur tantum potuit humana benedictio ad transmutandam rerum naturam, quid de hac divina consecratione dicemus, ubi ipsa verba Salvatoris operantur? Hoc enim sacramentum quod accipis, verbo Christi conficitur. Aliis quidem locis idem doctor multo plura in hanc sententiam manifestissime dicit. Augustinus vero sanctissimus et ipse doctor, Divini corporis consecratio, inquit, a catholica Ecclesia

[1] I Cor. xii, 11. [2] Psal. ciii, 30. [3] Joan. xii, 24. [4] Joan. xv, 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

creditur non magis a bono, non minus a malo sacerdote confici : neque enim merito consecrantis, sed Creatoris efficitur verbo. Et alibi : Credendum, Christi verbis sacramentum confici : cujus enim potentia prius creata sunt ea quæ sunt, hujus certe verbo ad melius mutantur. Idem in 2 de verbis Domini : Ante verba Domini, inquit, quæ, *Hoc est corpus meum*, dicunt, panis dicitur quod offertur ; verbis autem illis dictis, non amplius panis, sed corpus vocatur. Et rursus in expositione super Joannem vocatur corpus et caro Christi, quod caro continere non potest. Conficiunt autem illud carnis verba, quæ ipsius carnis Christi verba fuerunt. Ait enim. *Hoc est corpus meum.* Quid clarius his testimoniis ? quid manifestius esse potest ? Neque enim hos doctores quisquam mentis compos, et Christianus esse desiderans respueret quos sacræ omnes synodi, et communes Ecclesiæ doctores acceptarunt, quos ut sanctos ac Deo acceptissimos magnis præconiis extulerunt, quorum memoriam cum summa laude non modo Occidentalis, verum etiam Orientalis Ecclesia celebrat. Manifestum est igitur hos non obscure, neque sub dubio, sed palam et manifeste sensisse, sacratissimis illius Domini verbis hoc sacramentum confici, *Hoc est corpus meum* : et, *Hic est sanguis meus*. Quid igitur ? Hi quidem hoc modo dicunt, Orientales vero aliter sentiunt. At hoc modo non idem in eis locutus fuisset Spiritus : nec sancti Spiritus, sed ventris sui eructationes essent sermones eorum. Nunc vero unus atque idem Spiritus locutus est per os utrorumque. At quemadmodum in cæteris omnibus ita etiam in hoc sacramento concordes sunt Occidentalibus Orientales. Audi enim quid antea illa Joannis lingua in XXXII super Matthæum homilia dicat : Non sunt, inquit, humanæ potentiæ opera, quæ proposita sunt ; qui tunc ea fecit in cœna, ipse nunc ea quoque operatur, nos ministrorum locum tenemus. Qui vero sanctificat, et ea mutat, ipse est. Rursus idem in XXVII super I ad Corinth. homil. ita inquit : Quomodo Paulus a Domino accepit ? Non enim aderat tunc, sed unus erat ex persecutoribus. Ut intelligas, ait, nihil plus illam mensam habuisse, quam habeant hæ posteriores. Nam et hodie ipse est qui operatur, et tradit, quemadmodum et tunc. Videsne igitur, ut nos ministrorum locum tenemus ; qui vere ea sanctificat et mutat ipse est. Vides ut ipse est, qui omnia operatur, et tradit, quemadmodum et tunc. Persuade igitur tibi, ipsum esse qui ea mutat : nec, rationi tuæ quæ dubia est, sed infinitæ illius potentiæ hoc tribue. Dices fortasse, haud tibi contradicere hunc doctorem : etenim te quoque et sentire et profiteri illum esse qui hæc operatur, sed per orationes, sed per preces sacerdotis. Atqui multum interest, operari aliquid, et omnia operari. Tu namque Spiritum sanctum eis descendentem tuis precibus sanctificare hæc munera, quamvis etiam verba Domini aliquid operentur. Hic vero doctor sanctissimus ipsum inquit Salvatorem hæc perficere, ipsum omnia operari : nec addit precibus sacerdotum id fieri quod certe addidisset, si scivisset necessarium fore, subticuit autem tanquam non necessarium. Qui enim omnia facit, nullo indiget operatore. Verum ex illis Chrysostomi, quæ supra memoravimus verbis discitur quædam haud contemnenda consideratio. Ait enim, non accepisse Paulum a Christo hanc traditionem, cum tamen ipse se accepisse asserat. Et recte quidem Chrysostomus. Erat enim tum Paulus persecutor et hostis nominis Christi, et multo post ascensionem Salvatoris in cœlos, sacram fidem ab eo qui sibi in via fuerat obvius, didicerat. Quibus igitur tradentibus accepit ? Nempe apostolis et iis quidem non verbo tantum docentibus, sed demonstrantibus opere. Paulus vero tradidit nobis quæ acceperat. Cum autem ea sola tradiderit quæ in Epistola ad Corinthios scribit, certe illa sola accepit, et illa sola apostolos facere vidit. Nam si plura facere vidisset, ea quoque tradidisset. Nihil autem in ea Epistola dicit amplus, nisi Christum accepisse panem in manus suas, benedixisse, dedisse discipulis, atque dixisse : *Accipite et comedite, hoc est corpus meum.* Idem igitur omni ex parte apostoli, quibus tradentibus Paulus id accepit, faciebant. Hoc tantum accepit ab illis Paulus hoc tradidit nobis. Postea vero sive Clemens, sive Jacobus, sive alius quicunque alias orationes et hymnos et cantica non ad necessitatem, sed ad ornatum addiderunt. Quæ cum ita sint, satis constat beati Chrysostomi testimonium adeo clarum atque apertum esse, ut nulla excusatio, nullum subterfugium calumniantibus relinquatur. Audiamus nunc eumdem doctorem seipsum exponentem, et ita rem hanc declarantem, ut nullus, quamvis audax et contentiosus, contradicere ausit. Hic in ea homilia quam de proditione traditoris et sacramentorum traditione conscripsit, ita inquit : Adest nunc quoque Christus, qui illam mensam fecit, ille ipse nunc etiam ornat. Non est enim homo, qui hæc munera facit corpus et sanguinem Christi, sed qui crucifixus est pro nobis Christus. Figuram quidem adimplens astat sacerdos, verba illa pronuntians ; potestas vero et gratia tota Christi est. *Hoc est corpus meum*, ait. Hoc verbum res propositas transmutat. Nam quemadmodum vox illa qua dictum est : *Crescite, et multiplicamini et replete terram*, semel quidem dicta est, semper autem fit operæ naturæ nostræ vim præbens ad generandum, ita hæc quoque vox semel dicta in singulis aris ex eo tempore usque in præsentem diem, et usque ad Christi adventum hoc sacramentum integre perficit. Verum ad hæc dicere soletis : Quemadmodum verbum quo creata sunt omnia, non ipsum solum sufficere ad productionem eorum quæ fiunt, sed maris et feminæ conjunctionem requiri, ut animalium genus propagetur, cultumque terrarum et agricolarum opera necessaria esse, ut quæ nascuntur e terra producantur et coalescant, eodem modo solum

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Salvatoris verbum haud sufficere, sed et preces sacerdotis, et benedictionem, et alia pleraque necessaria esse ad hoc mysterium perficiendum. Hæc enim Marcus, Ephesinus antistes, ex dictis Nicolai Cabasilæ sumpta objicere solebat, etsi longe impar ingenio, acutius sane multo ille disputavit, quanquam nec ipse quidem dignum aliquid disseruit. Enim vero admirandos simul atque deflendos illos censeo, qui sponte sua ad clarissimas res et ipsam veritatem oculos claudunt, et ita ut tam clara atque aperta sanctissimi doctoris verba pervertere conentur, et ita contra propriam salutem exponere, ut omnibus contemptui sint atque derisui. Quid enim ait S. Doctor? Figuram adimplens astat sacerdos, verba illa pronuntians, potentia vero et gratia tota Christi est. Hoc est corpus meum, ait. Hoc verbum res propositas transmutat. Quid hoc certius desideras? Illa, inquit, verba a sacerdote pronuntiata. Quæ autem illa sint, subjungit. *Hoc est corpus meum*. Illa, inquam, res propositas transmutant. Fit ergo transmutatio per illa verba, non a sacerdote, sed a Christo, cujus tota gratia et potestas est. Sacerdos enim figura, Christus vero veritate hæc transmutat, sacerdote verba ejus, quemadmodum ille statuerat, pronuntiante. Et rursus, Hec verbum sacramentum integre perficit. Considera, homo, quid integra hæc perfectio significet, attende quid velit. Hoc verbum res propositas transmutat. Noli pervicaciter contra propriam salutem contendere, et hujus sententiæ magis præcipuis ac manifestis partibus rejectis, pervertere reliquas. Nec enim Ephesinus ille nec Cabasilas integram istam sententiam adducunt, sed quibusdam ejus partibus recitatis transiliunt, fragmenta ejus quædam, velut indocti juxta Platonem loqui, qui nesciunt, voluntve per artus dividere, nonnulla proferentes, cætera vero quæ magis ad rem facerent, silentio prætereuntes, et hoc modo obtenebrantes veritatem. In primis itaque, sicut supra dictum est, ex hujusmodi verbis sancti doctoris non hic quem vos dicitis sensus colligitur. Deinde, o bone vir, nonne illic auctor atque opifex omnium rerum marem et feminam ea lege creavit, ut non nisi per conjunctionem eorum animalia propagarentur? rursusque in aliis semen nasci et ex terra ordinavit, ut seminetur, seminatum nascatur, naturmque multiplicetur? At ideireo necesse est ita fieri. Oportet enim esse arantem, oportet esse serentem, oportet esse generantem, omnesque divina obtemperantes voluntati, hoc est ita agentes ut ille statuit. Statuit enim eo modo quo diximus. Quemadmodum illa vox qua dictum est: *Crescite et multiplicamini*, operæ naturæ nostræ vita præbet ad generandum. Operæ, inquit, naturæ nostræ vim præbet, hanc scilicet ei legem ponens, ut illa quod suum est agat, ipsa vero omnem vim præbens. In hoc vero divino de quo agimus sacramento, duntaxat apostolus sacerdotes efficiens, et materiam panis et vini qua ipsi quoque uterentur ostendens, tradidit eis formam qua sacramentum conficerent. Hæc autem sunt verba ejus: *Hoc est corpus meum*, et, *Hic est sanguis meus*. Quæ semel a Salvatore dicta ait sacratissimus doctor semper operari, non cooperari, nec cujusquam præsidio egere. Magnam enim, imo maximam omnium vim haberent humana verba, si quid auctoritatis aut potentiæ divinis adderent, imo vero illa excellerent dignitate, quod etiam cogitare impium est atque nefarium. Cooperantur, inquit Ephesinus, Dominicis verbis sacerdotis preces. Quomodo, o bone vir, cooperantur? An tanquam per se insufficientibus, an tanquam sufficientibus? Si tanquam sufficientibus, superflua certe et vana est tua omnis oratio; si tanquam non sufficientibus, heu! quæ improbitas est, quæ blasphemia dicere, ut quod divinis deest verbis, hominis suppleant preces? Præterea cum verba hæc dicis simul cum oratione totum perficere, utrumque imperfectum putas, necesse est igitur ut aliud tertium adveniens id agat. Quid vero hoc sit, tu, quæso, nobis aperi. Neque enim Spiritum sanctum id esse dices: siquidem hoc est quod quæritur, an quodlibet eorum per se, an ambo simul Spiritum sanctum ad id agendum inclinet. Quod si ambo contendis id posse, intelligas necesse est quod si ambo simul hoc possunt, quatenus inibi Dominica verba continentur, ea sint quæ conficiunt sacramentum, sive sequatur, sive non sequatur oratio. Itaque nihil eis ad hoc addit oratio sacerdotis, nec illis aliquod necessarium est aliunde præsidium. Quod si quatenus supplicat sacerdos, ut descendens Spiritus sanctus illa sacrificet munera, eatenus duntaxat consecrantur, nihil ergo operantur verba Dominica, nec verum dicit Chrysostomus, cum ea asserit semper operari, et transmutare, et integre perficere; nec cooperatur ei hoc modo sacerdotis supplicatio, ut tu ais, sed totum operatur. Quid igitur corrumpis verba sacri doctoris, non recte ea exponens, et de sacramento eucharistiæ falsam habes opinionem? Atqui, inquis, etiam baptisma sola sacerdotis oratione perficitur. Etiam in hoc erras, et veritas in te non est. Etenim baptisma quoque Dominicis perficitur verbis. *Euntes* enim, inquit, *baptizate eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [1]. Tunc perficitur baptisma, quando dicit sacerdos, baptizetur servus Dei; aut, baptizo te in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Unde si quis etiam nihil aliud præter hæc verba dixerit, recte baptizat, et qui hoc modo baptizatus fuerit, salutem adeptus est. E converso vero, si quis cætera dixerit, et infinitas ad Deum porrexerit preces, hæc vero prætermiserit, nihil omino agit. In hunc modum apostoli per impositionem manuum et benedictionem et pronuntiationem horum verborum baptizabant, in hunc modum eucharistiæ mysterium consecrabant.

[1] Matth. xxviii, 19.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Nondum orationes, nondum hymni, nondum cætera quæ in ecclesia dicuntur, composita erant. Cogitemus enim, quod fieri certe potuit, ipso Passionis die aut sequenti, Petrum vel alium quemlibet ex apostolis, in memoriam Christi et Passionis ejus sacramentum altaris conficere voluisse (neque enim credibile est, non assidue eos illius meminisse in cujus commemorationem id fieri mandaverat), quibus aliis verbis id eos fecisse existimabimus nisi Dominicis? et post cœnam, quod etiam longo temporum intervallo observatum est, et communibus vestibus indutos? At hæc verba, inquis, narrando recitata, non possunt sacramentum conficere. Non autem tanquam rei gestæ seriem narrans, sacerdos hæc verba profert, sed tanquam personam Christi indutus, ut ita ea proferens, quasi Dominus esset qui loqueretur, et eam habens intentionem, ut per verba illa, juxta illius mandatum qui ita præcepit, corpus Christi sanguinemque conficiat, quemadmodum ille fecit, fecit autem per ea quæ suprà memoravimus verba. Possunt hæc sane duobus modis accipi: aut tanquam ab evangelista relata; et tunc narrative accipiuntur, evangelistis scilicet ea quæ Christus in illa salutiferæ Passionis nocte egit, narrantibus; aut tanquam a sacerdote prolata, intentionem habente, ut juxta ordinem a Salvatore traditum sacramentum hoc conficiat, et tunc non narrative, sed cunctative proferuntur, cum intentione conficiendi mysterium juxta imitationem Christi, et quasi ipse esset qui et diceret et faceret. Idcirco sacri doctores asserunt, necessariam in primis esse sacerdoti rectam intentionem et propositum ea faciendi quæ dicta sunt, quippe sine illa nihil omnino confici posse. Quemadmodum si quis regum per aliquem ex iis qui apud se gratia et auctoritate valent, voluntatem suam cupiens subditis suis facere manifestam, et ita id apud illos valere, ac si se animum suum exprimentem audirent, sanciat ut ita illa verba in prima persona referat, uti a se dicta sunt, populusque ita prolata audiens, tanquam ab ipso rege dictis obtemperet. Manifestum est enim quod si hac lege data, veniens ad populum nuntius ita dicat: Rex vestræ salutis cupidus, vestramque rempublicam in felicitate ac copia omnium rerum tenere desiderans, continue iis rebus invigilat, et leges condit, quas ad id existimat utiles ac necessarias. Unde cum in multis aliorum exempla secutus, tum plurimorum ipse inventor hanc legem sancit: Volo quemlibet vestrum, qui conditis a me legibus paruerit, talentum auri ex ærario publico tot annis accipiat. Profecto nec narrative hæc dicit, sed simul atque dicta sunt, rata fiunt quæ jubentur. Quamobrem? Quia rex ita sanxit. Eodem modo hoc intelligendum est, talem a Domino sacerdotibus traditam potestatem, ut ejus verba ab illis in prima persona, et tanquam simul ab eo dicerentur prolata, totum efficiant. Aut cur illi quidem sufficerunt hæc verba, nobis vero non sufficiunt? Si enim illi suffecerunt, et nobis utique sufficere debent, potentia illius, et tanquam ab illo dicente prolata. Quod si nobis aliquid necesse est addere, imperfecta sunt verba illius. Absit autem a piis mentibus talis cogitatio. Quam enim aliam potestatem per consecrationem accipiunt sacerdotes, nisi illam, Christi personam posse subire, et pro eo nobis adesse, et quemadmodum ille fecit, corpus ejus posse consecrare? Fecit autem illa per verba quæ diximus. Enimvero simpliciter orare quisque posset, imo vero efficacius sæpenumero orarent multi non sacerdotes nonnullis sacerdotibus. Siquidem plerique sacerdotes ita vivunt; ut non sint Deo accepti: plurimi vero ex sæcularibus, ita ob eorum bonitatem Deo chari sunt et grati, ut plerumque miraculis decorari mereantur. Si igitur vel sola oratione, vel ea præcipue hæc sacramenta perficerentur, certe magis perficerentur a viris justis, quamvis non sacerdotibus, quam ab indignis sacerdotibus. Hoc vero falsum est. Perinde enim sacramentum conficit sacerdos, quamvis malus atque perversus, ut optimus atque sanctissimus. Sæcularis vero persona, qualibet fide religioneque excellat, nihil omnino potest, quia nullam ad faciendum a Domino potestatem accepit, cum sacerdos acceperit maximam. Si igitur non est vis orationis quæ hoc facit (esset enim omnibus communis), superest ut pro Christo adsint nobis sacerdotes, ejusdem in hoc potestatis, qui et instar illius operari possint, et annuntiare populo quæ ille præcepit. *Hoc* enim, inquit, *facite in meam commemorationem*. Hoc scilicet quod ipse feci, accepto pane et vino in manibus, respiciendo in cœlum, frangendo, benedicendo, gratias agendo Deo Patri, et in corpus et sanguinem per ea verba, *Hoc est corpus meum*; et, *Hic est sanguis meus*, transmutando. Hoc enim ea transmutat, hoc ea integre perficit, ut beatus Chrysostomus ait. Hæc quidem, nisi me animus fallit, satis superque esse videntur ad obturanda omnium ora qui tam apertæ et manifestæ rei contradicere conantur. Audiamus tamen, si placet, etiam Gregorium Nyssenum, virum et doctrina et vitæ sanctitate excellentem. Is in catechetico ejus sermone de divinis sacramentis ita loquitur: Recte igitur et nunc panem divino verbo sanctificatum, in corpus Dei Verbi transmutari credimus. Nam et illud corpus (intelligit autem corpus assumptum ex Virgine) panis potentia erat, sanctificatus vero fuit habitatione Verbi in carne habitantis, a quo ita panis qui in illo corpore erat, transsubstantiatus fuit in divinam potentiam, per eum nunc quoque æqualiter fit; et ibi enim gratia Verbi sanctum fecerat illud corpus quod ex pane consistebat. Et illud quodammodo etiam panis erat, et hic similiter *panis* quemadmodum Apostolus ait, *Sanctificatur per verbum Dei et orationem* [1], non comestionem, ad hoc pro-

[1] I Tim. IV, 5.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cedens, ut corpus verbi fiat, sed mox ad corpus per verbum transmutatur, quemadmodum ab ipso Verbo dictum est, *Hoc est corpus meum*. Quid clarius certiusve iis audire desideras? *Panis*, inquit, *Verbo Dei sanctificatur*. Hoc in primis probat manifeste, verbo Dei sacramentum hoc confici. Deinde modus probationis idem apertius ostendit. Corpus, ait, potentia panis est quia pane constat. Alimentum enim (ut Aristoteles docet) primo quidem dissimile, postea vero simile fit ejus cujus est alimentum. Corpus igitur quod ex Virgine Dominus assumpsit, potentia panis erat. At tale corpus ex Virgine assumptum quod potentia panis erat, non fuisset aliter sanctificatum, nisi Verbum illud carnem illam inhabitasset. Ita nunc panis quoque altaris non aliter quam per verbum Dei et orationem sanctificatur. Cujus rei testem Paulum citat. Quod autem ait, *per orationem*, nihil corroborat adversariorum rationem. Siquidem in prima ad Timotheum Epistola hoc de communibus cibis dicit. Hic vero doctor non de communibus quæ illic dicuntur, illius usus est testimonio, sed duntaxat quantum ad confirmationem propositi sui spectat, de transmutatione quæ sit per verbum Dei. Unde paulo post concludens, ait : Mox ad carnem transmutatur. Et ad hujus confirmationem subjungit, Quoniam ipse dixit : *Hoc est corpus meum*. Adverte, quæso, cum cætera omnia, tum quod in fine ait, quod mox per verbum transmutatur. Verbum vero inquit esse : *Hoc est corpus meum*. Nonne, oro te, verbum illud *mox*, non relinquit locum orationibus? Si igitur verbum illud : *Hoc est corpus meum*, mox transmutat, manifestum illud solum esse est, quod transmutat, aliter enim non mox, sed aliquo et non parvo interjecto tempore transmutatio fieret. Ita certe inter se conveniunt sancti Patres et doctores nostri ; ita sibi invicem consentanei loquuntur, sive Orientales, sive Occidentales. Quippe Damascenus in libro *Sententiarum* c. 23 ita inquit : Non est panis figura corporis et sanguinis Christi, absit, sed ipsum corpus Christi deificatum. Et unde hoc, sanctissime doctor? Hoc habemus ab ipso, inquit, Domino, dicente, non : Hoc est figura corporis, sed ipsum *corpus meum*, et non figura sanguinis, sed ipse *sanguis meus*. Verba igitur illa : *Hoc est corpus meum*, etiam juxta sententiam illius doctoris faciunt, ut panis altaris verum Christi corpus sit credaturque. Sed iis omnibus quæ supra memoravimus, quasi ultimam manum imponit Epistola doctoris gentium ad Corinthios de hujus sacratissimi mysterii traditione speculantis. *Ego enim*, inquit, *accepi* a Domino *quod et tradidi vobis*[1]. Deinde enumerat quæ accepit. Primo itaque videamus, si libet, an sufficienter tradiderit. Patet siquidem manifeste eum tradidisse : neque enim imperfecte accepit, neque minus quam acceperat, tradidit, sed quidquid decebat et necesse erat circa hujus sacramenti mysterium fieri, et accepit et tradidit. Accepit autem hæc, *quod scilicet Dominus Jesus qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratias agens fregit, et dixit : Accipite et manducate. Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur : hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postquam cœnavit, dicens : Hic calix novum testamentum est in meo sanguine : hoc facite quotiescunque biberitis in meam commemorationem*[2]. Et nihil præterea addidit : Quia enim nihil amplius acceperat, nihil amplius tradidit. Et addidit modum consecrationis divini corporis et sanguinis, omni ex parte sufficientem atque perfectum, quali usus fuit Christus, qualem ab eo ipso accepit : accipere scilicet panem, gratias agere, frangere et dicere : *Accipite et manducate, hoc est corpus meum*, et hoc modo conficere sacramentum. Quid, obsecro, horum consecrat divinissimum illud munus? Profecto non acceptio panis ; hoc enim subjectum est consecrationis, quod in corpus Domini transsubstantiari oportet, non gratiarum actio, non fractio, quarum altera ad commemorationem ineffabilium erga nos beneficiorum Dei, altera ad distributionem necessaria est. Superest igitur ut verba ista sint quæ consecrent : *Hoc est corpus meum ;* et, *Hic est sanguis meus*. Et ita existimandum est, et tunc fuisse consecratum, et nunc consecrari, concurrentibus scilicet, ut dictum est, et Patre, et Spiritu sancto, cum omnia in creatura opera iis tribus communia sint. Verum Salvatori quidem haud necesse fuit, Patrem et Spiritum sanctum palam ad hoc opus invocare, cum unus idemque et unius cum illis substantiæ sit, propter quod quidquid ab eo vel fiebat, vel dicebatur, idem ab aliis quoque fiebat dicebaturque. Nos vero fas est et nominatim illos invocare, et ut munera nostra sanctificent, precari : verum id non alio atque alio modo agere, nec alio atque alio tempore, sed et quo tempore Domini pronuntiamus verba, et quomodo verba significant. Quod si illum tanquam hominem diceremus, dum gratias agebat beneficiis acceptis, orasse etiam tacite Patrem et Spiritum sanctum, ut ad eam consecrationem concurrerent, deinde verbis illum prolatis mysterium peregisse, non sine ratione diceremus. Eodem igitur modo et nos agere necesse est, invocato scilicet Patre, et Filio, et Spiritu sancto, nominatim et manifeste, sive ante verba Dominus sive post, seu utroque modo ; nihil enim interest, ut postea disseremus, ita demum prolatis Domini verbis, sacrum hoc mysterium conficere. Ita accepit Paulus, ita nobis tradidit ; transgredi autem traditionem ejus neque possumus, neque debemus, si discipuli ejus, imo vero Christi, et esse et vocari cupimus. Abunde vero superius demonstratum est, quoniam Paulus hanc traditionem non a Christo, sed ab apostolis accepit, non modo verbo hoc, sed opere etiam ita

[1] 1 Cor. xi, 23. [2] ibid. 24.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

facientibus, manifestum esse non aliis quam Christi verbis ipsos etiam apostolos post Christum consecrasse, et cæteris eumdem mysterii ritum tradidisse. Præterea hoc idem ostendunt populi ad ea verba responsiones. Sacerdote enim verba illa alta voce, ut vos Græci soletis, pronuntiante, assistens populus in utraque parte respondet, Amen, quasi dicat, Vere ita est, ut tu dicis. *Amen* enim cum affirmandi apud Hebræos adverbium sit, Græce idem quod *vere* significat. Amen igitur ad ea verba respondens populus, Certe, inquit, corpus et sanguis Christi sunt munera ista proposita, ita credimus, ita confitemur. Et quomodo, quæso te, non esset turpe putandum eos qui doctiores haberi volunt, ea ignorare quæ sæculares et sacrarum Litterarum ignari, respondendo Amen, manifeste se scire significant? Quid, nonne assistens sacerdoti diaconus eique ministrans, dum sacerdos alta voce (juxta Orientalis Ecclesiæ ritum) verba illa pronuntiat, *Hoc est corpus meum*, et, *Hic est sanguis meus*, ipse propria stola duobus primis digitis tacta, panem et calicem ostendit? nihil certe aliud significans, nisi panem illum Christi esse corpus, et quod in calice est, esse sanguinem ejus, quemadmodum verbis illis asseritur. Et hæc sane ostendens diaconus non mentitur, et non mentiens cum iis sentit qui sola Domini verba aiunt hoc sacrum perficere sacramentum. Neque enim frustra tales institutæ sunt ab Ecclesia cæremoniæ. Illud quoque haud contemnendum videtur, quod cum duo sacramenta nobis a Salvatore tradita fuerint, baptismus et Eucharistia, utrumque verbis suis confici jussit. Etenim baptismus, quemadmodum supra memoravimus, per verba illa conficitur, *Baptizate eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Cujus rei testimonium est, quod Patres nostri sancti Ecclesiæ doctores qui statuerunt, quinam ex iis qui ab hæreticis ad catholicam revertuntur Ecclesiam, rebaptizandi sint, qui non eos haud rebaptizandos esse censent, qui in nomine Trinitatis semel fuerint baptizati. Quod etiam expositor synodalium canonum apud Græcos videtur confirmare. Is enim in quadragesimo septimo apostolorum canone ita inquit: Vere baptizatur aliquis, cum secundum vocem Domini semel baptizatur, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, tanquam pronuntiatione Trinitatis et fidei in ea, juxta Dominicam traditionem, perficiatur baptismus. Si igitur hæc duo sola sacramenta in Evangeliis manifeste tradita legimus: alterum vero eorum, hoc est baptismus, Dominicis perficitur verbis, profecto et illud quoque, hoc est Eucharistiam, divinis illis et a Deo traditis verbis confici existimandum est. Siquidem in omni genere rerum quatuor esse causas oportet: effectivam, formalem, finalem et materialem. Forma autem hujus sacramenti verba sunt Dominica, et nihil aliud. Propter quod unum idemque esse decet unumquodque, cum et forma una sit, propter quam est quod est et esse dicitur. Hæc vero ipsa sunt verba Salvatoris, quæ apud omnes sunt eadem, quod minime habent sanctorum preces, cum aliter et aliter et aliis atque aliis verbis diversi supplicent. Hunc modum et apostoli a Salvatore, ut credendum est, et ab apostolis sancti Patres postea sumentes, in singulis Ecclesiæ sacramentis, quemadmodum materiam propriam sine qua nullo modo fieret quod proponitur, ita etiam propriam formam statuerunt. Hoc catholica quidem Latinorum Ecclesia usque in præsentem diem observat. Et verba illa, quibus unumquodque tanquam per materiam perficitur, nulli non sacerdotum apud eos notissima sunt. Nostri vero, multa alia quæ primum apud nostros ortum habuerunt, propter calamitates temporum perdidere, ita etiam horum rituum sunt obliti. Quod manifestum fiet, si quis ad chrismatis sacramentum mentem converterit. Etenim secunda œcumenica synodus verba quæ sacrum chrisma perficiunt, tradens, in septimo canone ita inquit: Obsignantes, hoc est, sacratissimo chrismate eos chrismantes, dicimus signum doni Spiritus sancti. Et hæc verba secundum eos chrismatis sacramentum perficiunt. Hoc idem in cæteris diligens investigator inveniet. Quæ igitur de divino Eucharistiæ sacramento sanctorum opinio sit, quæ Christi, quæ Pauli traditio fuerit, satis, nisi me animus fallit, supra demonstratum est. Manifeste enim apparet, Orientales atque Occidentales omnes ejusdem in hoc esse sententiæ, ut scilicet verba Domini sint, quæ sacrum corpus Christi sanguinemque conficiant. Idem affirmat, idem ipse Dominus asseverat. Nunc reliquum est ut tertiam aggrediamur partem, et rationibus quæ in contrarium adduci solent solutis, finem operi imponamus. Sunt autem tres præcipuæ, una est auctoritas sanctorum Ecclesiæ doctorum, Clementis, Jacobi, Basilii et Chrysostomi, qui omnes in missis, quas ipsi composuere, post verba Dominica, sacerdotis precibus, hoc sacramentum conficere videntur, siquidem etiam post verba Domini prolata, non corpus et sanguinem, sed panem et vinum nominant. Secunda vero est auctoritas Damasceni, dicentis beatum Basilium hæc munera ideo præfigurativa nominasse, quia nondum sanctificata erant: ita vero ea nominasse multo post verba Dominica. Tertia ratio est opinio sanctissimi viri Dionysii Areopagitæ, qui aperte sentire videtur, post verba Domini hoc sacramentum confici. Iis in præsentia rationibus a nobis respondendum est.

In primis autem verbis sanctorum doctorum qui missas composuerunt, unica ratio satisfacit. Cum ipsi quatuor Patres idem plane dicant, eorum verba ante omnia audiamus. Clemens itaque primus, cum miracula Domini et res gestas ejus, ac sacramentorum a Domino traditionem commemorasset, post ea inquit: Memores itaque nos passionis, mortis et resurrectionis ejus, etc., offerimus tibi Regi et Deo secundum ejus præcepta, etc. Rogamus te ut clementer inspicias hæc proposita coram te mu-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

nera, tu nullius indigens Deus, et in eis bene complaceas, ad honorem Christi tui, et mittas Spiritum sanctum tuum, testem passionis Domini nostri Jesu, super hoc sacrificio, qui hunc panem corpus Christi tui, et hunc calicem sanguinem Christi tui efficiat. Licet enim hæc Clementis verba inter apocryphas scripturas commemorari soleant, placet tamen eis impræsentiarum tanquam veris assentiamur. Jacobus quoque multo post verba Domini obsecrat, ut mittatur Spiritus sanctus. De quo cum multa dixisset, subjungit : Ut adveniens sanctificet, et faciat hunc quidem panem corpus Christi tui, et hunc calicem pretiosum sanguinem Christi tui. At magnus Basilius similiter post verba Salvatoris invocat sanctum Spiritum, ut ad proposita descendat munera, et sanctificet, et faciat panem quidem pretiosum corpus Domini Dei et Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, et calicem pretiosum sanguinem Christi nostri qui effusus est pro mundi vita. Ad hæc Chrysostomus, post verba Domini et rerum per eum gestarum narrationem, subdit : Rogamus te, emitte Spiritum tuum sanctum super nos, et super hæc proposita munera, et fac hunc quidem pretiosum corpus Christi tui, quod vero in hoc calice est, pretiosum sanguinem Christi tui. Post hæc subjungit : Transmutans ea Spiritu sancto tuo. Ex quibus omnibus facile esset cuivis argumentari : Si verbis illis Dominicis, *Hoc est corpus meum*, et, *Hic est sanguis meus*, sacrum Eucharistiæ conficitur sacramenti mysterium, sancti Ecclesiæ doctores minime post ea verba id propriis supplicationibus efficere conarentur, nec deinde panem et vinum nominarent. Cum vero id agant, nec frustra sanctos viros sit existimandum, palam fit quod hoc sacrum mysterium Dominicis verbis nequaquam confici existimabant. Huic igitur argumento respondere volentes, primo quidem id repetimus quod supra probatum est, omnes tam Orientales quam Occidentales doctores in hoc convenire, ut sacrosanctis Domini verbis Eucharistiæ mysterium conficiatur. Deinde audimus, non esse hæc quæ modo retulimus, superioribus illis contraria, nec aliud hic, aliud illic sanctos viros vel dicere vel sentire, nec esse Occidentalium sententiam ab Orientalium opinione diversam. Nec enim si ita foret, unus et idem divinus Spiritus, sed diversus, nec veritatis, sed mendacii potius atque erroris spiritus in iis locutus fuisset : quod etiam cogitare absque impietate non licet. Necesse est igitur ut illa vera sint, et hæc per rectam expositionem illis consentanea esse ostendantur. Dicere itaque non sine ratione fortasse quispiam posset, quod cum corpus Domini duplex sit (quemadmodum in primordio nostri sermonis ostendimus), verum scilicet et mysticum, illud quidem ipsius Domini verbis cujus corpus est, confici, hoc vero, quod ipsi sumus, sacris sacerdotum precibus, et justis actionibus, et vitæ ac morum honestate compleri, cum digne homines sacram Eucharistiam capiunt, et ejusdem cum Christo corporis efficiuntur. Et hoc quidem petere sacerdotem, cum rogat, ut descendens Spiritus sanctus, panem quidem pretiosum corpus Christi, calicem vero pretiosum sanguinem faciat, hoc est, ut fidelem populum mysticum corpus Christi sanguinemque faciat, quo membra et partes corpusque ejus effecti, et sibi ipsis charitate et Christo uniti, vivant cum eo vitam æternam, et fiant ipsius cohæredes. Nos vero præter hæc illud potius dicendum existimamus, quod cum divinum hoc sacramentum sit commune, sit opus totius Trinitatis, necesse est nos, quemadmodum supra diximus, et Patrem et Spiritum sanctum cum Filio invocare, ut proposita munera perficiant. Quod et passim per totam missam facimus, et non ante verba Salvatoris, sed etiam post multis cum precibus invocantes, supplicantesque ut digni ministri tantæ rei efficiamur, quo possimus illa munera perficere, ut accepta eis fiant, et gratia Spiritus sancti super ea descendat. Quæ omnia non tam agimus, ut ipsi ea faciamus, quam ut populo ostendamus communia esse in creatura opera Trinitatis. Quemadmodum enim beneplacito Patris, et Spiritus sancti voluntate, unus in Trinitate natura Dei et Patris Filius, ex sanctis et immaculatis Virginis sanguinibus corpus assumpsit, ita et hoc corpus altaris ipsa Trinitas creat, ipse Spiritus sanctus potentia sua ex substantia in substantiam, hoc est, ex pane in corpus transmutat. Quæ res ut fideli populo palam fiat, illius etiam nos meminisse necesse est. Et hoc velle illos doctores qui per adventum Spiritus sancti sacramentum hoc fieri dicunt. Sunt vero iidem plane, qui ex solis Domini verbis Eucharistiæ sacramentum existimant confici. Idem enim utrumque dicunt, non contraria, aut sibi invicem repugnantia, sed eadem dicere existimantes : utrumque enim verum est. Et cum unum et idem ambo sint, unum idemque efficiunt, et uno atque eodem tempore. In instanti enim temporis non aliter atque aliter, neque alio atque alio momento, sed eodem momento, et, si dicere fas est, eodem nunc, utrumque idem efficiunt, cum et divinæ Trinitatis personæ, quas invocamus, unum atque idem substantia et inseparabiles sint. Quod si rerum natura tale aliquod verbum pati posset, quod mox et sine alicujus temporis intervallo rem omnem exprimeret, profecto nos simul et eodem tempore cum verbis Domini cætera omnia pronuntiaremus, illa quidem duntaxat sacramenti efficientia credentes, et tamen Patris et Spiritus sancti gratiam non dubitantes adesse, et hoc oratione et precibus manifestantes. Adsunt etenim illi quoque cum istis Domini verbis, etiam nobis nonnihil ultra flagitantibus. Sed cum desiderii nostri nequeamus ardorem continere, nominatim quoque eum invocamus, et præsentiam ejus populis aperimus. Cæterum quoniam natura rerum id vetat, necesseque est per intervalla temporis unum post aliud verbum pronuntiare, atque ita totam historiam sacramenti re-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

petere, deinde Patrem et Spiritum sanctum invocare, idcirco iis qui non bene rem considerant, videri solet aliud esse quod postea invocatione sancti Spiritus dicitur, idque solummodo absque verbis Domini sacramentum conficere. Quod certe a veritate longissime abest. Oportet enim hæc aliaque hujusmodi, non tanquam in tempore in quo dicuntur, sed tanquam in tempore pro quo dicuntur, ita intelligere, ac si tempus illud maneret minimeque defluxeret, sed in uno eodemque nunc illa dicerentur : profecto enim ita dicerentur, si fieri posset, et rerum natura minime repugnaret. Cum igitur pro tempore in quo illa Dominica verba dicuntur, invocationes etiam posteriores fiant, et ad illud referantur tempus, profecto et eodem hæc ipsa dicta esse tempore existimanda sunt, quod certe factum fuisset, si natura rerum pateretur. Etenim quemadmodum si quis sermonem alicujus moleste ferens, et audire ipsum recusans, diceret, Clausi tibi aures, cum tamen nondum clausisset; vel aliquid sibi molestum videre nolens, diceret : Obduxi oculos, cum id nondum, et alia iis similia; ita tale nescio quid in iis Domini verbis animadverti potest. Cum enim ita loqui debuisset, dicens discipulis suis, *Accipite et manducate, hoc est corpus meum*, fregit, et dedit eis. Hoc enim ipse ordo rerum poscebat, primo consecrare, deinde frangere, postea distribuere, quod nos in præsentia facimus. Ille tamen ait, Fregit, et dedit, dicens, *Hoc est corpus meum*, figurato sermone quem hysterologiam vocant, usus. Juxta illud poetæ, Simul nutriti natique fuerunt. Et alibi, Sonuit cadens. Primo enim nascitur aliquis, deinde nutritur, et cadit quis antequam sonum faciat. Decet igitur nos recte judicare volentes, singula quæque intelligere, ut in propriis dicta sunt locis, nec in quo, sed pro quo tempore dicuntur animadvertere; et quæ vel ante vel post aliqua dicuntur, aliquando quidem tanquam simul cum illis, aliquando vero, vel ut posterius quæ prius, vel ut prius quæ posterius dicta sunt, dicta existimare. Siquidem ipse quoque Chrysostomus multo ante et post verba Domini in oratione quæ post oblationem dicitur munerum, Dignos nos, inquit, fac, Domine, ut coram te gratiam inveniamus, et acceptum tibi fiat sacrificium nostrum, et inhabitet Spiritus gratiæ tuæ bonus super nos, et super hæc proposita munera. Ubi considerandum quid hæc verba, Dignos nos fac, ut Spiritus sanctus tuus inhabitet super hæc proposita munera. Nihil differunt a verbis illis Clementis, vel Jacobi, vel Basilii, vel quæ supra retulimus ipsius Chrysostomi, quibus nonnuli existimant hoc sacramentum confici. Etenim illi quidem Deum precantur, ut mittat Spiritum sanctum, qui adveniens sanctificet, et panem efficiat pretiosum Christi corpus : hic vero, Dignos, inquit, facias, ut inhabitet Spiritus sanctus tuus super hæc proposita. Quæ verba nullam sane inter se diversitatem habent. Hoc tamen Chrysostomi ante Domini verba dicuntur, et longe ante

A

B

C

D

preces illas, quibus nonnulli existimant sacrum Eucharistiæ mysterium confici. Quod si iis prioribus verbis et hac Chrysostomi oratione sacramentum non conficitur, profecto nec posterioribus perficietur, quæ cum illis eadem sunt : eadem enim eorumdem sunt efficientia. Perficitur autem verbis illis quæ inter utraque media, maxime principalia sunt, hoc est Dominicis verbis. Hæc sunt quæ totum efficiunt, hæc ad quæ omnia referenda sunt, sive antea, sive postea dicantur. Hoc ipsum apertius etiam ex Basilii verbis in eodem loco percipi potest. Mox enim post munerum oblationem : Respice, inquit, super nos, Deus, et super hanc nostram latriam, et acceptam eam habeas, quemadmodum accepta habuisti munera Abel, immolationes Abraham, Moysi et Aaron sacerdotium, Samuelis pacificas. Quemadmodum cepisti a sanctis apostolis tuis yeram hanc latriam, ita a nobis peccatoribus, manibusque nostris, accipe hæc munera, bonitate tua, Domine. Videsne ut post multa quæ orans dicit, post propositum sacrificium latriæ, quod soli Deo et nulli alteri debetur, post preces, quibus ut accepta Deo fierent, sicuti Abel, Noe, et cætera sacrificia, tamen ne aliquis contentioni relinqueretur locus, subjunxit : Quemadmodum e manibus sanctorum apostolorum tuorum hanc veram latriam accepisti, ita e manibus nostris hæc munera accipe ? Quid ergo tergiversamur ? Hoc modo et verba hæc satis esse ad consecrationem dicemus, cum dicat Basilius : Ita e manibus nostris hæc munera accipe, quemadmodum a tuis apostolis hanc veram latriam accepisti. Si enim apostolorum manibus verum Christi corpus consecratum fuit, idque nunc in manibus suis fieri rogat Basilius, cur non his verbis subito perficitur sacramentum ? Nihil enim hæc differunt a posterioribus precibus, quibus nonnulli putant perfici sacrum mysterium. Audi enim quid dicat, Rogamus te ut descendat Spiritus sanctus tuus super hæc proposita munera, et faciat panem corpus, calicem vero sanguinem. Si igitur primis illis orationibus, quæ simillimæ posterioribus sunt, non perficitur sacrum mysterium, profecto nec postremis perficietur. Simillimæ enim preces simillimos parerent effectus. Superest igitur ut verbis Salvatoris nostri hæc vis tribuenda sit, et ad ea cætera referenda sunt omnia, quæve ante quæve postea dicuntur, et pro eo tempore quo illa verba dicuntur, hoc quoque dici existimandum. Diutius autem in hac parte dedita opera commorati sumus : tum quod ad cognitionem eorum quæ supra dicta sunt, non parvam afferre utilitatem videbantur, tum quod necessaria erant ad ea solvenda quæ ex divino Dionysio et Damasceno opponi solent. His addi tertia quoque ratio, nulli fortasse superiorum inferior, posset : hierarcham, totum Deo repletum divinoque amore juxta Dionysium *De divinis nominibus* captum, veluti exstasin quandam, et divinum pati zelum; ob hoc sæpenumero extra se positum, et totum rei amatæ hærentem, zelo quodam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et timore, ne id quod desiderat non assequatur, sæpius eadem ex vero ac pene incredibili mentis desiderio petere, nec ignorare quidem se jam quod quærebat adeptum, sed insatiabili quodam amore iterum atque iterum eadem repetere, ut etiam in quibusdam symbolis quasi evidentissimis signis, qui adsunt, intelligere possit, totum Deo captum, totum jam divinum effectum, ac per hoc imitatione ejus ad virtutem vitæque integritatem alliciantur, et, ut aiunt, quasi manuducti ponantur in viam. Hoc summus ille propheta David plerisque in locis facit. Nam cum dixisset, *Cum invocarem, exaudivit me Deus justitiæ meæ*, paulo post in eodem psalmo subjungit, *Miserere mei, et exaudi orationem meam* [1]. Quem locum Theodoretus ex sententia, nisi fallor, Chrysostomi (neque enim Chrysostomum apud nos in præsentia habemus) exponens, Non satiatur, inquit, hic justus orando, sed supplicans et impetrans, et fructus orationis colligens, adhuc orando ac supplicando perseverat; scit enim quando inde sequatur utilitas. Alibi quoque idem David, *Dirigatur*, inquit, *oratio mea sicut incensum in conspectu tuo* [2]. Quid, quæso te, clamat David ut sua exaudiatur oratio? Si enim iniqua et præter rationem erat, nunquam ad Deum ascendisset, quomodolibet eo rogante atque obsecrante; quod si recta et exaudiri digna, jam directa erat ad Deum, ipso quoque propheta tacente. Nempe igitur petit quod tenebat, et quæ præsentia jam erant desiderat. Idem nostri quoque doctores, qui missam composuerunt, fecere. Etenim post verba illa: Fac hunc panem corpus Christi, et hunc calicem sanguinem Christi, quibus solis nonnulli existimant fieri consecrationem, adhuc pro eis adorant, aut frustra prorsus id facientes, quod nec cogitandum est, aut vehementi quodam desiderio eadem sæpius repetentes. Memento enim, inquiunt, Domine, imbecillitatis meæ, et præsta mihi veniam omnis sive voluntariæ, sive non voluntariæ meæ culpæ, neque propter peccata mea inhibeas Spiritus sancti gratiam ab his propositis muneribus. Et rursus paulo post ad populum dicitur: Pro oblatis consecratisque muneribus pretiosis Deum rogamus. En quomodo orant ne ex propositis muneribus Spiritus gratiæ arceatur; en quomodo pro sanctificatis propositisque muneribus hortantur Deum precari, quamvis multo ante sanctificata fuerint, quamvis perfecte consecrata, etiam juxta eorum opinionem, qui nobis contraria et loquuntur et sentiunt. Quid igitur dicemus hoc loco, fratres? nisi quod ex sententia Chrysostomi Theodoretus ait: Non satiatur orando justus, et reliqua quæ supra memoravimus. Quod si qui fortasse dicerent, Non pro divinis muneribus, sed pro nobis fit, quod significant, quæram ab eis primo quidem, cur nostra expositio non convenientior sit atque subtilior? Nam quod hierarchæ divina quædam passio, et veluti exstasis accidat, ita ut vehementi quodam amore extra se positus, totus rei amatæ hæreat, et eadem sæpius, quasi divino quodam furore correptus repetat, quemadmodum in terrenis istis amoribus accidit, ut amans ab amato inseparabilis sit, profecto non parva et contemnenda, sed magna et mystica ratio est. Quod vero justus non satietur orationibus, sed quæ desiderabat jam consecutus adhuc perseveret, eadem petens, desiderio certe ac devotioni talis tantique sacramenti consentaneum est. Deinde vero fingamus adversariorum istam rationem validam esse, nec quovis modo refutari debere. Nonne pro nobis magis facit? imo vero nonne a nobis in confirmationem sententiæ nostræ adducta est? Hoc est enim, quod in principio fere hujus disputationis diximus, duplex esse Christi corpus, verum et mysticum. Et hæc quidem, nisi me animus fallit, satis sunt ad solutionem ac confirmationem eorum quæ ab adversariis dici solent. Quod vero nonnulli subjungunt etiam post verba Domini panem et vinum proposita munera a sacris illis doctoribus nominari, quod non videretur esse faciendum si jam consecrata forent (non enim jam amplius panis et vinum, sed corpus et sanguis Domini, et essent et dicerentur), facilis est ad ea responsio. Quis enim neget verum Christi corpus et sanguinem, recte panem et vinum nuncupari posse? Nam, ut præteream multa diversorum doctorum testimonia, qui indifferenter etiam post consecrationem, modo corpus et sanguinem Christi, modo panem et vinum nominant (neque enim est in re facili diutius commorandum), nonne ipse Dominus, quo nullus fide dignior est, de suo præsertim corpore loquente, indifferenter modo hoc, modo illud nominat? *Qui manducat*, inquit, *meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.* Et rursus, *Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus.* Et iterum: *Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo* [3]. Alibi vero, *Ego sum panis vitæ*, inquit. *Patres vestri manducaverunt manna in deserto, et mortui sunt. Hic est panis qui de cœlo descendit, ut qui ex eo comedat, non moriatur.* Et alio in loco: *Si quis manducat ex hoc pane, vivet in æternum.* Et rursus: *Panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita* [4]. Manifestum est igitur, quod iterum suum corpus panem nominat etiam Dominus. Sed de his satis; nunc ad id quod de Damasceno opponitur, venimus.

Idem inquit Basilium munera illa præfigurativa corporis et sanguinis Domini nuncupasse, quod nondum consecrata erant, et tamen hoc verbo usus est Basilius in compositione missæ suæ, multo post verba Domini. Ad hæc responsuri, primo tanquam filii a patre veniam poscimus, si duobus propositis amicis præferamus veritatem. Dehinc dicimus sacramenta etiam postquam consecrata sunt, figuram esse, et ideo etiam præfigurativa veri corporis et sanguinis Christi dici posse, quod etiam su-

[1] Psal. IV, 2. [2] Psal. CXL, 2. [3] Joan. VI, 55, 56. [4] ibid. 50-52.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

perius ostendimus. Sensibilis enim panis et vini etiam post consecrationem species figuræ quædam et præfigurativa uti sunt, ita etiam dici possunt, tum contenti sub eis veri Dominici corporis et sanguinis, tum mystici corporis et ecclesiasticæ unitatis, ipsum quoque corpus mystici corporis symbolum ac signum esse, ut latius paulo ante disseruimus. Decet tamen, ut tunc quoque memoravimus, hæc debito modo, et non instar sacramentorum veteris legis, quæ tantum figuræ sunt, accipere. Quod etiam Dionysii testimonio confirmatur, qui sacramentum hoc etiam post consecrationem (in 3 *Ecclesiasticæ hierarchiæ* capitulo) symbolum nominat. Ita enim inquit: Sacras divinas operationes hierarcha laudans, consecrat divinissima, et manifestat quæ laudata sunt, per symbola sancte propo- B sita. Et infra: Populo quidem divina solum symbola intuente. Et rursus: In sacram memoriam nos ducit divinæ cœnæ, quæ principale symbolum fuit eorum quæ in altari fiunt. Unde et ipse symbolorum creator optimo jure eum repellit, qui non sancte neque simili modo cum eo sacra illa cœnaverit. Cum igitur sacra illa munera etiam post consecrationem symbola nominet, creatoremque eorum quæ nunc quotidie in ecclesiis fiunt, principale symbolum, illam sacramentalem cœnam sacramentorum in eo distributionem, ipsumque Dominum symbolorum creatorem appellet, eorum videlicet quæ tum creavit, hæc vero fuerunt proprii corporis consecratio, distributio, traditio, cur non etiam figuram convenientissime vocet? Atqui quod nec præ- C figurativi quidem vocabulum vero Christi corpori sanguinique conveniat, idem Damascenus testatur in eodem capitulo, ita dicens: Præfigurativa futurorum dicuntur; verum corpus et sanguis Christi, non quia non fiunt verum corpus et sanguis, sed quia nunc quidem per ea participes efficimur divinitatis Christi, tunc vero per solam visionem intelligibiliter. Hoc idem apertius confirmare videtur beatus Gregorius, ideo inquiens hæc nominari figuram, quia corpore et sanguine Domini nunc participamus in figura panis et vini, tunc vero eum talem qualis vere est, manifestissima visione contemplabimur. Quamobrem non video quid tandem formi- D dans Damascenus, præfigurativi vocabulum renuerit, ideoque ita exponere sit conatus, cum possibile sit, tam ex ipsius quam ex cæterorum doctorum sententia, verum etiam corpus et sanguinem, sive figuram, sive præfigurativa nominare. Licet igitur nobis hoc loco dicere, quod sanctus Basilius ad Amphilochium scribens Iconiensem, de Dionysio Alexandrino martyre inquit. Nam cum loqueretur de his qui rebaptizandi sunt, Pepusianosque, contra Dionysii sententiam, rebaptizandos censeret: Miror, inquit, quomodo hoc latuerit Dionysium, quamvis canonum omnium expertissimum. Volebat sane Dionysius, quanquam sanctus, imo vero etiam martyr, eos qui ex Pepusianorum hæresi ad fidem venirent, non debere baptizari. Cujus contrarium sentiebat Basilius, nec veritus Dionysii, et sancti, et martyris auctoritatem, qui contra ejus opinionem judicaret, diceretque, ad fidem ex ea hæresi venientes rebaptizari debere, quod non recte neque in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti essent baptizati. Et nobis igitur mirandum est, quomodo dixerit hoc Damascenus. Sed meminisse oportet, hominem eum fuisse, quamvis mira sanctitate præditum, et fieri aliquando potuisse, ut pro imbecillitate humani ingenii non recte aliquid senserit; nos vero non ex iis vel ipsum vel alios de illis quæ palam atque unanimiter tradiderunt, sed potius ex iis hæc discernere ac judicare debere. Fortassis autem, quod impossibile non est, diceret quispiam, verba illa Basilii, quibus hæc munera præfigurativa nominavit, tempore Damasceni locum ante verba Domini in missa Basilii habuisse, ideoque eo modo et recte exposuisse Damascenum: nunc vero nescio quomodo ea verba fuisse transposita. Multa enim huic similia tam longo temporum intervallo acciderunt. Siquidem apud Apostolum his illa verba posita sunt: *Hoc facite in meam commemorationem.* Idem post: *Hoc est corpus meum.* Et post, *Hic est sanguis meus.* Nos vero semel tantum in sacra consecratione hoc dicimus. Præterea sacras particulas, hoc est sacre dormientium memoriam, multo ante Domini verba juxta eumdem Dionysium facere solebant; nos vero hoc multo post, mutato nescio quomodo ordine, facere consuevimus. Minime igitur mirandum esset, si hoc præfigurativi vocabulum, Damasceni tempore ante Dominica verba locatum, dehinc a recentioribus eo quo nunc legitur loco mutatum ac positum fuisset. His ita expositis, superest ut ad ea tandem quæ de sancto Dionysio ab adversariis objici solent, respondeamus. Verba ejus hæc sunt: Inde divinus hierarcha accedens ad sacrum altare, laudat prædictas sacras operationes Dei, ipsius Jesu providentiæ, quas pro salute generis nostri, beneplacito sanctissimi Patris, in Spiritu sancto, secundum evangelica verba operatus est. Postquam autem laudavit, et venerandam intellectualemque speculationem eorum intellectualibus oculis perspexit, ad symbolicam eorum consecrationem venit, et hoc secundum traditionem divinam. Unde devote simul et hierarchice post laudes divinarum operationum de consecratione eorum, respondet, *Tu dixisti*, inquiens, *Hoc facite in meam commemorationem.* Deinde postulans ut dignus fiat hac consecratione, et ad similitudinem Christi hæc divina perficere valeat, et caste distribuere, consecrat divinissima, et manifestat laudata per symbola sancte proposita. Ad hæc Dionysii verba, quanquam difficilis fore responsio videatur, apud eos præsertim qui contentionis cupidiores sunt quam veritatis, dicimus tamen et ingenue attestamur, apud probas et devotas aures nihil in his esse quod iis quæ supra diximus adversetur. Quid enim, o bone Jesu, clarius, quid apertius, quid manifestius inveniri potest, quam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

verba sanctorum doctorum, de quibus supra mentionem fecimus, verba Domini mutare panem in corpus, illa sacramentum integre perficere, verbo Dei panem sanctificari, panem in corpus per verbum mutari, ante verba panem simpliciter esse munus quod offertur, post verba mox in corpus mutari, aliaque hujusmodi? A quibus quomodo, quæso te, dissentiret Dionysius, præsertim doctrina et sapientia ac vitæ sanctitate æqualibus atque similimis? Profecto nemo hoc mentis compos fateatur. Est autem quod Dionysius inquit, tale aliquid quale superius diximus. Quod cum opera in creatura totius Trinitatis communia sint, ut hoc omnibus palam fiat, operæ pretium est totam nos Trinitatem invocare. Quod cum simul et absque intervallo temporis fieri non possit, cum præsertim B oporteat omnem illorum quæ ea nocte gesta sunt historiam enarrare, necesse est nos unum post aliud, secundum vim et naturam nostræ pronuntiationis, exponere. Ita ergo post verba Dominica (quibus juxta Chrysostomum integre perficitur sacramentum ac proposita transmutantur, quibusve, ut Gregorius Nyssenus ait, sanctificatur panis, in corpusque transfertur) Patrem ac Spiritum palam atque aperte invocamus. Hanc vero manifestam invocationem tanquam multitudini notiorem tradit beatus Dionysius, cum sacerdotem dicit, postquam pro se respondit, dicens, *Tu dixisti, Hoc facite in meam commemorationem*, tunc demum ad consecrationem accedere. Consecrationem enim hoc loco C vocat, non illam quæ sola et principalis est, et sine quâ perfici mysterium non posset, sed eam quæ notior est ac manifestior multitudini, quæque ad primam illam atque præcipuam quæ fit verbis Domini, refertur, quam eodem temporis momento, et, ut supra diximus, eodem nunc, cum verbis Dominicis protulisset sacerdos, si id natura rerum ferre potuisset. Hoc autem ex eo quoque fit manifestius, quod etiam ante hæc verba perfectum jam sacramentum ponere videtur, cum dicit quod hierarcha, accedens ad sacrum altare, laudat prædictas sacras operationes, et ita consecrat divinissima, et manifestat laudata. Manifestare autem laudata, juxta expositoris sententiam qui fuit vir sapientissimus D Maximus, est clara facere quæ laudata sunt, hoc est, divina opera Christi, quæ enumeravit facta a Salvatore nostro in remissionem peccatorum et in vitam æternam. Hæc verba sunt Maximi, imo etiam Dionysii. Nemini autem dubium est, commemorationem divinorum beneficiorum fieri ante verba Dominica. Quæ vero illa sint, ipse doctor enumerat. Quamobrem et ante verba Domini fuisse hæc manifestissime docere videntur. Quod autem in remissionem peccatorum et vitam æternam ipsa opera ducant, mox per verba Dominica sequitur, imo vero inter ipsa Domini verba continetur. *Hoc* enim *est*, inquit, *corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum*; et, *Hic est sanguis meus, qui pro vobis et multis effundetur in remissionem* A *peccatorum*. Quamobrem, juxta hujus doctoris sententiam, jam perfectum est sacramentum, cum dicimus remissionem peccatorum nobis præberi. Dicimus autem hoc subito post verba Domini, imo vero in ipsius Domini verbis. Sequuntur enim hæc illa Domini verba quibus perficitur sacramentum, scilicet, *Hoc est corpus meum*, et, *Hic est sanguis meus*, quemadmodum res ipsa rem ipsam sequitur, hoc est, peccatorum remissio Dominici corporis communionem, cujus est effectus. Medio igitur illo tempore, quo divina opera ante verba Domini laudantur, et quo eadem post illa verba populo manifesta fiunt, consecratio fit, illis videlicet Domini verbis. Addit etiam postea idem sacer Dionysius: Postquam autem laudaverit, et venerandam intellectualemque speculationem eorum intellectualibus oculis perspexerit, ad symbolicam eorum consecrationem venit, et hoc secundum divinam traditionem. Quem locum exponens Maximus ait: Benedicens scilicet panem et calicem sacrorum munerum. Ergo benedictionem panis et calicis consecrationem ait esse Dionysius, eamque secundum divinam traditionem. Benedictio igitur panis et calicis, qua tunc secundum Dionysium sacerdotes utebantur, cum dicebant: Et gratias agens benedixit, sanctificavit, fregit, deditque discipulis suis dicens: *Accipite et manducate, hoc est corpus meum*: hæc, inquam, benedictio per verba Domini perficit sacramentum. Quamobrem secundum divinam traditionem hoc fieri inquit Dionysius. Traditio enim Christi hæc fuit, accipere panem, gratias agere, benedicere, et verba illa pronuntiare. Nonne igitur luce clarius videmus etiam testimonio Dionysii, per verba Domini consecratum esse Eucharistiæ mysterium benedictione præcedente? præsertim juxta Græcorum ritum, qui post oblationem munerum in altari, nunquam ea, nec antea, nec post benedicunt, nisi tantum cum se existimant consecrare, quasi benedictionem consecrationi necessariam existimantes. Propter quod et hanc benedictionem, quam Dionysius et Maximus ante verba Domini faciendam censent, prætermittunt nostri, non recte quidem facientes. Quod si tunc benedicere decet, ut hi doctores sentiunt, imo vero ut Dominus tradidit, procul dubio tunc prolatis Domini verbis credendum est fieri consecrationem. Subdit deinde Dionysius, quod postulans hierarcha, ut dignus fiat hac consecratione, et ad similitudinem Christi hæc divina perficiat, et caste distribuat, participaturosque, prout sacros decet, participet, consecrat divinissima. Ex quibus manifestissime apparet, quod hæc verba *consecrare* atque *perficere* per synecdochen ad ea quæ sequuntur accipi debent, id est ad castam distributionem et dignam participationem, quæ omnia post consecrationem mysterii precari ac petere solemus. Quod facile est intelligere, si quis missas a Jacobo, Basilio et Chrysostomo editas diligenter animadvertat: tunc enim supplices oramus, ut digne commu-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

nicare et cæteris distribuere possimus. Quamobrem quæ subjunguntur verba, *consecrare*, ac *divina conficere*, aut per synecdochen, aut per hysterologiam dicuntur, vel forte (quod supra dictum est) manifestiorem invocationem, quæ Salvatoris verbis non ita aperte continebatur, significans.

Hæc habui quæ de Eucharistiæ sacramento, sicuti ab initio pollicitus fueram, in præsentia disserererem. Ubi ita, ni fallor, adversantium rationes atque argumenta solvi, ut nulla posthac frustra et inaniter contendendi relicta occasio videretur; modo omnes meminerint, quam manifesta quamque extra omnem contentionem sint sanctorum testimonia, quibus ostenditur verba Domini esse quæ sacrum Eucharistiæ mysterium integre perficiunt, ac idcirco cætera quidem omnia verba ad hæc, hæc vero ad alia minime esse trahenda; his præterea maxime omnium esse credendum, tum quia unanimes et unius sententiæ omnes sunt sive Orientales sive Occidui, tum quod ita clare ac manifeste de hac re loquuntur, ut nulla omnino dubitatio supersit tibi. Quæ ex adverso dicuntur, ita obscura et quibusdam quasi tenebris involuta sunt, ut plures variasque et vix extricabiles recipiant expositiones. Clarioribus autem ad eorum quæ obscuriora sunt cognitionem utendum esse, eruditi omnes et putant et jubent. Quæ cum ita sint, ad extremum eos in quorum manus hæc forte pervenient, hortamur atque obsecramus, ut, omni rejecta contentione, studio duntaxat inveniendæ veritatis hæc legentes, ad ipsam veritatem accedant, inventam suscipiant, susceptamque cæteris patefaciant. Valeant autem hi omnes, qui rationis callem minime sequentes, cum contentione ac sæpe etiam jurgiis et contumeliis, quidquid eis in mentem vel potius buccam venerit, nemini parcentes, eructare atque evomere non erubescunt.

BESSARIONIS

S. R. E. CARDINALIS

ASCETICARUM S. BASILII CONSTITUTIONUM

COMPENDIUM

(Joan. Yriarte, *Cod. Gr. Matrit.* p. 411.)

Cod. CV, sine titulo, index operis proxime sequentis: Πρόλογος ἐν ταῖς ἑπομέναις τοῦ παμμάκαρος Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἀσκητικαῖς Διατάξεσι, συντεθεὶς πρὸς τοῦ αἰδεσιμωτάτου καὶ σοφωτάτου ἐν Χριστῷ Πατρὸς Βησσαρίωνος καρδινάλεως τοῦ Νικαίας. Κεφ. α'. *Prologus in sequentes undequaque beati Patris nostri Basilii ascelicas Constitutiones, compositus a reverendissimo et sapientissimo in Christo Patre Bessarione cardinali Nicæno.*

Asceticæ hujusmodi Constitutiones non sunt equidem universum sancti Basilii Regulæ corpus, sed ejus tantummodo compendium, quod idem Bessario, ut in Prologo ipse testatur, ordinis Basiliani cœnobitarum causa per omnem Italiam ac Siciliam degentium, ex ingenti ejusdem volumine concinnavit. Cum vero de hac Bessarionis Græca lucubratione, sive impressa, sive ms., omnis librorum index, omnis notitia, atque ipse D. Marci bibliothecæ catalogus sileat, quam ille purpuratorum litteratissimus summo undique studio conquisitam, triginta aureorum millibus comparatam, Venetiarum senatui dono dedit, rem sane lectoribus monasticæ disciplinæ addiscendæ cupidis pergratam videor facturus, si tam reconditi operis *Indicem* et *Prologum* ipse vicissim in specimen elargiar.

INDEX.

Κεφ. α'. Πρόλογος ἐν ταῖς ἑπομέναις τοῦ παμμάκαρος Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἀσκητικαῖς Διατάξεσι.

Κεφ. β'. Τίνα τὰ εἴδη μοναδικῆς καταστάσεως, καὶ ποῖον αὐτῶν βέλτιόν τε καὶ ἀσφαλέστερον.

Κεφ. γ'. Ποῖόν τινα χρὴ τὸν ἡγούμενον εἶναι.

Κεφ. δ'. Περὶ τοῦ πάντα αὐτὸν μετὰ τῆς τῶν ἀδελφῶν συμβουλῆς ποιητέον.

Κεφ. ε'. Ὅπως ἐμμέριμνον αὐτὸν εἶναι δεῖ πρὸς τὴν τῶν ἁμαρτανόντων διόρθωσιν.

Κεφ. ς'. Πῶς χρηστέον τοῖς μετὰ τρίτην παραίνεσιν μὴ διορθουμένοις.

Κεφ. ζ'. Πῶς καὶ ἀπὸ ποίας ἡλικίας τοὺς ἐπὶ ἀποταγῇ τῶν κοσμικῶν τῇ μονῇ προσιόντας δεκτέον· καὶ πῶς τοὺς νεωτέρους ἀνάγειν χρὴ καὶ παιδεύειν.

Κεφ. η'. Περὶ τῆς τῷ κόσμῳ ἀποταξαμένων πολιτείας καὶ τῆς εἰς τοὺς προεστῶτας ὑποταγῆς. Καὶ ὅτι πάντα αὐτοῖς εἶναι δεῖ κοινὰ καὶ μηδὲν ἴδιον ἔχειν· καὶ πῶς πρὸς τοὺς κατὰ σάρκα συγγενεῖς διακεῖσθαι δέον.

Κεφ. θ'. Πῶς καὶ τίσιν ὥραις εὐκτέον.

Κεφ. ι'. Εἰ ἔξεστι καὶ τίσιν αἰτίαις ἔξεστι τῆς μονῆς καὶ τῆς ἀδελφότητος ἀναχωρῆσαι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Κεφ. ια'. Εἰ τοὺς ἐξ ἄλλης μονῆς ἀναχωροῦντας δεκτέον.
Κεφ. ιβ'. Πῶς τὸν προεστῶτα διορθωτέον περι τι ὑποπτευόμενον ἁμαρτάνειν.
Κεφ. ιγ'. Ὁποίους εἶναι δεῖ τοὺς τοῦ κελλαρίου καὶ τῶν ἄλλων διακονημάτων τὴν φροντίδα ἀναδεξαμένους· καὶ πῶς τῶν ἐμπεπιστευμένων αὐτοῖς σκευῶν ἐπιμελητέον.
Κεφ. ιδ'. Περὶ τῶν νοσούντων ἀδελφῶν καὶ εἰ χρηστέον ἰατρείαις.
Κεφ. ιε'. Περὶ ἐνδυμάτων καὶ βρωμάτων μοναχοῖς προσηκόντων.
Κεφ. ις'. Εἰ χρὴ τοὺς μοναχοὺς ἰδίαις χερσὶν ἐργάεσθαι, καὶ τίνα ἔργα.
Κεφ. ιζ'. Περὶ τῶν μὴ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐν τῇ τραπέζῃ μεταλήψεως παραγενομένων.
Κεφ. ιη'. Περὶ τῆς ἐν τῇ τραπέζῃ ἀναγνώσεως· καὶ πῶς αὐτῆς ἀκουστέον.
Κεφ. ιθ'. Περὶ σιωπῆς οὐκ ἐν εὐχαῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ τηρητέας.
Κεφ. κ'. Ὅτι δεῖ μετὰ τὸν προεστῶτα καὶ ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ τὸν αὐτοῦ τόπον ἐπέχειν.
Κεφ. κα'. Τίσι χρὴ τῶν ἀδελφῶν τὰς ἀποδημίας ἐπιτρέπειν, καὶ πῶς ἐπανιόντας αὐτοὺς ἀνακρίνειν.
Κεφ. κβ'. Περὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀγάπης τῶν μοναχῶν, καὶ τοῦ μὴ δύο ἢ τριῶν ἑταιρίας ἐν συστήματι ἀσκητικῷ γίνεσθαι.
Κεφ. κγ'. Εἰ πᾶσιν ἐξέσται ποιεῖν ἐλεημοσύνας.
Κεφ. κδ'. Ἐπιτίμια τῶν διαφόρως ἁμαρτανόντων.

Singula hujusce indicis capitum lemmata plane congruunt lemmatibus intra ipsum opus inscriptis, præter capitis *quarti*, ubi pro τῆς ἀδελφότητος substitutum τῆς τῶν ἀδελφῶν συμβουλῆς; *octavi*, in quo pro τῶν κόσμῳ ἀποταξαμένων habetur τῷ κόσμῳ, etc.; *decimi*, ubi post vocem αἰτίαις geminatur verbum ἔξεστι; *decimi tertii* denique lemma, quod non ἀναδεχομένους, sed ἀναδεξαμένους, non φροντιστέον, sed ἐπιμελητέον exhibet.

PROLOGUS.

Beatissimus magnusque Pater noster Basilius, pro sapientia divinaque virtute sua, de vita ascetica opus utilissimum ac materiæ varietate locuples composuit. Viri nihilominus aliqui vitam monasticam sectantes et qui, in Italia Siciliaque præsertim, leges ac regulas illius vitæ observare præsumunt, linguæ Græcæ imperiti, siquidem ex Latinis prærentibus oriundi, Græca legere nequeunt, aut si legunt quidem, sæpe in errore versantur, et lecta minus comprehendunt. Alii circa canones ac regulas vitæ monasticæ, secundum quas se victuros esse promiserunt, tantum non cæcutiant, nec magistro illius libros explanante carere possunt. Quare visum est mihi divi Patris nostri librum, quem illi, quos dixi, ob materiarum vastitatem et linguæ ignorantiam gustare non valent, breviter exponere, ut inde eligant quod in quotidianum usum monastice viventibus utile et commodum esse potest. Et quidem istas regulas, quatenus communi usui respondent, exponam, ex quarum observantia monachi perfectionem attingere poterunt. Cum enim opus meum in compendium redactum erit, ii qui hac brevitate delectantur, opus majus quoque cognoscere volent, et qui nondum intelligere rem possunt, studio adhibito facile comprehendent. Regulæ enim nudis sancti doctoris verbis tradentur, et ubique indicabitur, quo capite aut sectione unaquæque desumpta est, ita ut qui volet ad fontem recurrere potis sit videre, nos ne tantillum quidem de nostro adjecisse, sed quæcunque damus, sancti doctoris ipsius verba esse. Sed latiori quoque sensu dictorum vim ac causas compiecti quis poterit, si lubet. Igitur, fratres, animum ad divina ejus verba attendamus; aurem oris ejus vocibus præbeamus. Labia enim ejus sapientiam fundent, et cor ejus prudentiam proferet; et ubi omni studio audiverimus, præcepta ejus observare

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Τοῦ παμμάκαρος Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου τῷ τῆς ἐνούσης αὐτῷ τοῦτο μὲν σοφίας τοῦτο δὲ θεοποιοῦ ἀρετῆς περιουσίᾳ ἀσκητικῶν διατάξεων οὐ πολυωφελέστατον μόνον, ἀλλὰ δὴ καὶ πολύστοιχον ὡς τὸ εἰκὸς συγγραφαμένου βιβλίον, τινὲς τῶν τὸν μοναδικὸν βίον ἀνειλημμένων καὶ μάλιστα τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πάσῃ καὶ Σικελίᾳ τοῖς ἀσκητικοῖς αὐτοῦ νόμοις τε καὶ κανόσιν ἀκολουθεῖν ἠρημένων τῇ τῆς Ἑλληνικῆς γλώττης ἀγνοίᾳ Λατῖνοι αὐτῶν ὄντες οἱ πλείους καὶ παῖδες Λατίνων μὴ δυνάμενοι οἱ μὲν μηδ' ἀναγινώσκειν Ἑλληνικῶς ὅλως, οἱ δ' ἀναγινώσκοντες μὲν ἐπταισμένως δέ γε τὰ πλεῖω καὶ τῶν ἀναγινωσκομένων συνιόντες οὐδόλως· οἱ δὲ εἰ καὶ συνιᾶσι μικρόν τι ὅμως καὶ ἀμυδρὸν βραχέα τῶν κανόνων καὶ διατάξεων ὑφ' οἷς ζῆν ἐπηγγείλαντο καὶ ὧν περὶ μοναδικῆς καταστάσεως ὁ διδάσκαλος εἴρηκεν ὅσον ἔκ γε τῆς τῶν αὐτοῦ βιβλίων ἀναγνώσεως οἶδασι. Δι' ἃ ἔδοξέ μοι τὴν τοῦ θείου Πατρὸς ἡμῶν βίβλον διελθόντι ἣν ἐπιέναι διά τε τὸ πολὺ μῆκος διά τε τὴν τῆς γλώττης ἄγνοιαν, ὡς εἴρηται, οὐ δύνανται ἐκεῖθεν ἐκλέξασθαι ἃ μάλιστα πρὸς τὸν καθ' ἡμέραν βίον τοῖ; ἐν κοινοβίῳ ζῶσι λυσιτελεῖν τε καὶ ὠφελεῖν πεπίστευται, κἀκεῖνα διὰ βραχέων ἐνταῦθα ἐκθεῖναι· ὑπό τινας ὑποθέσεις ὡς ἑκάστῃ τῶν χρήσεων ἁρμόζει ἀναγαγόντα αὐτὰς, αἳ μάλιστα τηρηθεῖσαι τέλειον ἂν τὸν μοναχὸν ἀπεργάσαιντο. Διὰ γὰρ τὴν βραχύτητα καὶ οἱ μικρὸν βραχὺ συνιέντες ἐπιμελήσονται τὸ πᾶν συνιέναι· καὶ οἱ μήπω συνεῖναι δυνάμενοι ῥᾳδίως σπουδάσαντες ἔσονται· ἐντίθενται δὲ αἱ χρήσεις αὐτοῖς γυμνοῖς τοῖς διδασκάλου ῥήμασιν· ἐν ἑκάστῃ δὲ καὶ ὅθεν καὶ ἀπὸ ποίου τε κεφαλαίου καὶ λόγου εἴληπται σεσημείωται· ἵνα πᾶς τις ἐκεῖσε ἀναδραμὼν, γνῷ μηδὲν ἡμᾶς μηδὲ τὸ βραχύτατον ἡμέτερον εἰρηκέναι, ἀλλὰ πάντα εἶναι τοῦ Πατρός τε καὶ διδασκάλου φωνάς· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πλατύτερον ἐκεῖθεν τοὺς ἑκάστων τῶν λεγομένων λόγους τε καὶ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αἰτίας, εἴ τις καὶ τοῦτο ἐπιθυμοίη, λαβεῖν δυνηθείη. Ἀκούσωμεν οὖν, ἀδελφοί, νουνεχῶς τῶν αὐτοῦ θείων ῥημάτων· κλίνωμεν τὸ οὖς ἡμῶν εἰς τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτοῦ. Τὸ γὰρ στόμα αὐτοῦ λαλήσει σοφίαν, καὶ ἡ μελέτη τῆς καρδίας αὐτοῦ σύνεσιν· καὶ ἀκούσαντες πάσῃ σπουδῇ καὶ τελέσαι ταῦτα προθυμηθῶμεν· ἐπειδὴ κατὰ τὸν ἀπόστολον Παῦλον οὐχ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται. Ἂν γὰρ τὰ παρ' ἡμῶν αὐτῶν εἰσενέγκωμεν, καὶ ὁ Δεσπότης ἡμῖν ὁ εἰπών, *Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν*, τὴν αὐτοῦ ἐκχεεῖ χάριν συνεργοῦσαν ἡμῖν τάγαθὰ καὶ συμπράττουσαν. Ταύτης δὲ συνεργούσης ἡμῖν τῆς οὐρανῶν ἀναμφιβόλως ἥτις ποτ' ἐκείνη ἐστὶν ἐπιτευξόμεθα βασιλείας· ἥτις πάντων ἀγαθῶν ἐστιν ἔσχατον, καὶ τῶν ἐφετῶν τὸ ἀκρότατον, καὶ μόνον τελικώτατον τῆς λογικῆς κτίσεως τέλος.

A operam demus; siquidem, ut dicit Paulus apostolus, non auditores legis justi erunt coram Deo, sed qui illam exsequuntur, justificabuntur [1]. Si enim quod penes nos est facimus, Dominus quoque qui dixit: *Sine me nihil potestis facere* [2], gratiam cooperativam et bona efficientem super nos mittet: quæ si nobiscum operatur, cœlorum regno, quodquod illud est, potiemur. Hocce enim summum est bonum ac maximopere expetendum, quia ultima est creationis spiritualis finis.

Secundum ascetici hujus compendii caput, seu potius primum, nisi Prologus principatum usurpasset, incipit: Δύο τάγματά εἰσι τῶν μοναχῶν· τάγμα τὸ κοινόβιον, καὶ τάγμα τῶν ἐρημιτῶν. Novissimum, quod Ἐπιτίμια complectitur, desinit: Εἴ τις πέμπει τινὶ εὐλογίαν ἢ δέχεταί τί ποτε παρεκτὸς τοῦ ἀρχιμανδρίτου, γενέσθω ἀπ' εὐλογίας.

Continenter rubris litteris ascriptum: Τέλος τῶν κατ' ἐπιτομὴν Ἀσκητικῶν τοῦ μεγάλου Βασιλείου: hoc est: *Finis Asceticorum Basilii Magni in epitomen contractorum.*

Porro, ut de opere proxime recensito certi aliquid proferam, quod non Allatius in Italia, non Garnerius, sancti Basilii operum editor, in Gallia, non Fabricius in Germania mihi expedivit, id tandem in Hispania Ludovicus ab Angelis, Basiliani ordinis monachus, aperuit. Huic enim non laudati operis solummodo notitiam, sed Hispanæ quoque interpretationis emendationem debemus, quam ipse cum exemplari Latino, cardinalis Sirleti, ejusdem ordinis protectoris, manu subscripto, diligenter contulit, quæ interpretatio prodiit Hispali anno 1615 (1). Eadem editio iterata est Matriti anno 1664 (2). Deinde Hispalensem ibidem anonymus Basilianus mendis aliquot expurgatam, anno 1699 emisit (3). Postremo idem opus ad ultimæ hujus editionis fidem expressum P. Franciscus de Bejar, Basiliani cœnobii Matritensis olim abbas, eadem in urbe prodire jussit (4), tum minutissimis litteris, tum minima forma sancti Benedicti Regulæ libellulum, qui in omnium manibus versatur, æmulatus.

Græcus autem liber et Hispana interpretatio hoc inter se dissident, quod ille LIX tantum ἐπιτίμια contineat, etsi LX præ se fert, uno, cujus initium Εἴ τις ἀκαίρως ἔρχεται, in duo, nempe LI et LII distributo; hæc vero LXII: adeo quidem, ut in illo *tria* desiderentur, quæ in Hispana interpretatione nonum, quadragesimum, nonum numerantur. Cætera ad hanc pertinentia expendendi conferendique otium minime suppetit. Non possum tamen (quod ad Græca mss. cum Græcis excusis collata spectat) silentio prætermittere, inter pœnas a Garnerio in editione Basiliana editas deficere exemplaris nostri

[1] Rom. II, 13. [2] Joan. XV, 5.

(1) Editio hæc ita inscribitur: *Compendio de la Regla de nuestro P. S. Basilio Magno, arçobispo de Cesarea de Capadocia, y patriarca de todas las religiones. Recopilada por el cardenal Besarion Nisseno, por mandado del papa Eugenio quarto. Año 1615. Impresso en Sevilla, por Clemente Hidalgo*, in 4, præfixa ejusdem sancti Patris imagine æri incisa. Accedit commentariolus sic inscriptus: *Modo de dar el habito a los novicios, conforme a la religion de nuestro Padre S. Basilio.*

(2) Eodem titulo, *Año 1664. En Madrid: Por Domingo Garcia Morràs*, in 4, cui subnectitur alter hic libellus: *Modo de dar el abito a los novicios, conforme a la religion de nuestro Padre S. Basilio el magno.* Hujus pag. 36 occurrit, quod in Hispalensis editionis libro, qui præ manibus fuit, invenire non potui, P. Ludovici ab Angelis de Hispanici compendii Bessarionis emendatione testimonium hujusmodi:

El maestro Fr. Luis de los Angeles, difinidor general de la orden de nuestro Padre San Basilio magno, doy fee, que por mandado y orden del capitulo provincial de esta provincia del Andaluzia, corregi, y enmendè el sobredicho compendio de la Regla de nuestro Padre San Basilio, confiriendolo con el verdadero original Latino, firmado del cardenal Sirleto, protector que fue de nuestra religion, conforme al tenor de las letras de nuestro santo Padre Gregorio XIII, felicis memoriæ, dadas en primero dia de Mayo de 1574, el segundo año de su pontificado. Y por verdad lo firmè de mi nombre en 12 de Agosto de 1615 años.

Utinam vero idem Pater, quemadmodum compendii hujus emendatorem collatoremque testatus est, ita nobis significasset, quis fuisset interpres, ex quo exemplari, Græcone, an Latino, an Italico, num excuso, num msto transtulisset. Hac profecto significatione in tanta operis ambiguitate se nobis ille præstitisset Œdipum.

(3) Eodem titulo, his tantum additis verbis: *Con el modo de dar el abito, y profession, y la instruccion de novicios. En Madrid: En la imprenta de Manuel Ruiz de Murga, año de* 1669, in 8.

(4) Hoc titulo: *Regla de monges, que escriviò el patriarca de todos S. Basilio el magno, compendiada por el cardenal Bessarion Nisseno, monge de la misma orden. Con licencia. En Madrid, en la imprenta de Lorenzo Mojados. Año de* 1749, in 32. Editio altera; prior, ut credo, prodiit anno 1736.

Atque hic digito, quasi properante, indicare liceat mendum *Nisseno* pro *Niceno* per quatuor, quas referimus, hujus libri editiones impune continuatum: quod sane in scriptoribus, præsertim Basilianis, demireris.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

pœnam XVI ab his verbis, Εἴ τις τῆς ὑπηρεσίας ἀκαίρως incipientem, et LX, cujus initium Εἴ τις ἐκδικήσει; contra vero, quæ apud Garnerium est LVII, et incipit Εἴ τις τετυπωμένον, in nostro desiderari. Denique *sancti Basilii Constitutionum asceticarum Compendium* a cardinali Bessarione confectum, et a nemine, quod sciam, nisi ab Hispano cœnobita supra laudato memoratum, nondum Græce, ac ne Latine quidem, vel Italice, licet Hispane sæpius, prodiisse arbitror; neque etiam cujus bibliothecæ tenebris alterutro illo sermone descriptum lateat, nobis adhuc patet.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΝΙΚΑΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ

ΕΝ Ω ΕΓΚΩΜΙΟΙΣ ΕΤΙΜΗΣΕ ΤΗΝ ΣΥΝΟΔΟΝ ΚΑΙ ΕΜΑΚΑΡΙΣΕ ΤΟΥΣ ΕΞΑΡΧΟΥΣ ΑΥΤΗΣ ΟΣΟΝ ΤΟ ΙΚΑΝΟΝ.

—

SAPIENTISSIMI ARCHIEPISCOPI NICÆNI

CONCIO

IN QUA SYNODUM (1) LAUDIBUS ORNAT ET EJUS PRÆSIDES, QUANTUM OPUS FUIT, HONORIBUS CUMULAT.

(Acta conc. Florent. ap. Labb. *Concil.* XIII, 55.)

—

Magnarum rerum non modo exitus, cum pro voto successerint, sed ipsa etiam nihilo secius exordia, cum advenerint, oblectant eos qui suam in eas operam impendunt. Necesse est enim principium fortasse quidem et alia quavis in re multum valere, quando a cunctis communiter sapientibus totius dimidium appellatur, faciliusque est pervenire ad finem ordiendo quam ordiri prorsus socordiæ indulgendo. Sed plurimum in divino hoc opere, quod nobis propositum est, valere sperandum, successumque prosperum promittere existimandum; quod et divina freti pollicitatione Deum in consessu nostro affore confidimus; quo quidem præsente nihil est desperandum : et ex præteritis magnam de futuris licet facere conjecturam. Nam quod Ecclesiæ membra, tanto jam tempore a se invicem disjuncta, ut ne convenire quidem ullo modo vellent, sed vel ipsam fere vocem conveniendi moleste ferrent, ac in eo quod sibi noxium erat libenter persisterent, nunc tanto utrinque animi ardore posthabitis multis quæ impedimento erant, illud unum enitantur, quod tendit ad conciliandam pacem, qua ratione hoc non ascribat quispiam divinæ virtuti, et proinde certissimum bonorum omnium indicium existimet? Dies ergo hæc est lætitiæ, estque cur exsultemus spiritu exhilarati. Habent illustres exitus illustria exordia, uberes fruges primitiæ uberes. Machinatio-

Τῶν μεγάλων πραγμάτων οὐ τὰ τέλη μόνον χωρήσαντα κατ' ἐλπίδας εὐφραίνοιεν ἂν τοὺς πονουμένους περὶ αὐτά, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον καὶ αἱ ἀρχαὶ ἐπιστᾶσαι. Τὴν γάρ τοι ἀρχὴν καὶ ἐπὶ πάντων μὲν ἴσως τῶν ἄλλων πολύ τι δύνασθαι ἀναγκαῖον, εἴπερ ἥμισυ τοῦ παντὸς ὑπὸ πάντων κοινῇ τῶν σοφῶν ὠνομάσθη· καὶ ῥᾷον ἀρξαμένους ἐφικέσθαι τοῦ τέλους, ἢ ταύτης τὸ σύνολον ἄψασθαι τῇ ῥᾳστώνῃ χαριζομένους. Μάλιστα δ' ἐπὶ τοῦ παρόντος ἡμῖν ἔργου τοῦ θείου καὶ μέγα τι δύνασθαι ἐλπιστέον, καὶ χρηστὸν ὑποτείνουσαν τέλος αὐτὴν νομιστέον· τὸ μὲν γῇ θείᾳ πεποιθόσιν ἐπαγγελίᾳ διδούσῃ θαρρεῖν, ἐν μέσῳ ἡμῶν σχήσειν ἐσόμενον τὸν Θεόν, οὗ παρόντος οὐδὲν ὅλως ἀνέλπιστον, τὸ δὲ καὶ μέγα τεκμήριον τῶν ἐσομένων τὸ γενόμενον ποιουμένοις. Τὸ γὰρ τοσοῦτον ἤδη χρόνον τὰ τῆς Ἐκκλησίας μέλη ἀπ' ἀλλήλων διερρωγότα μηδ' ἀνέχεσθαι συνελθεῖν, ἀλλὰ καὶ πρὸς μόνην ἴσως τὴν ἀκοὴν δυσχεραίνειν, καὶ μένειν τὸ οἰκεῖον ἀγαπῶντα κακόν· νῦν δὲ τοσαύτην ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν προθυμίαν ἐγγενέσθαι, ὥστε πολλῶν ὄντων τῶν κωλυμάτων, πάνθ' ὅμως ἓν δευτέρῳ θεμένους μόνου γενέσθαι τοῦ συντείνοντος πρὸς τὴν ἕνωσιν, πῶς οὐκ ἂν τις ἐπιγράψειε τῇ θείᾳ δυνάμει, καὶ ἀκολούθως παντὸς ἀγαθοῦ θεῖτο τεκμήριον; Ἡμέρα τοίνυν εὐφροσύνης ἡ σήμερον, καὶ παρίσται σκιρτῶν ἀγαλλομένους τῷ πνεύματι· λαμπρὰ λαμπρῶν τῶν τελῶν τὰ προοίμια, μεγάλαι μεγάλων καρπῶν ἀπαρχαί. Τὰ μηχανήματα τοῦ ἐχθροῦ,

(1) Sessione I, Ferrariæ habita.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

καὶ ὃν καθ' ἡμῶν συνέῤῥαψε δόλον, ἐκπολεμοῦντα ἀλλήλοις τοὺς φίλους καὶ ἀδελφοὺς, μᾶλλον δὲ τὰ τῆς αὐτῆς κεφαλῆς μέλη καὶ μέρη, καὶ τοῦ αὐτοῦ ποιμένος τὸ ποίμνιον, ὑπορῥεῖν ἄρχεται, καὶ διαῤῥεῖν τε καὶ λύεσθαι. Δὴ πρὸς μὲν ἕνωσιν σπεύδει τὰ διεστῶτα, τὰ δὲ διεῤῥωγότα πρὸς σύνδεσμον, ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἀμφότεροι γωνίαν συνέχεσθαι παντὸς μᾶλλον καὶ βουλόμενοι καὶ εὐχόμενοι. Συνεληλύθασι γὰρ ἅμφω μετὰ τοῦ ἴσου σκοποῦ καὶ τῆς αὐτῆς προθυμίας, τῷ μὲν νικᾷν ἢ νικᾶσθαι ζητεῖν ἐκ παντὸς οὐδεμίαν ἀπονέμοντες χώραν· εἴη γὰρ ἂν οὐ μαθητῶν τοῦτο Χριστοῦ καὶ σωφρόνων ἀνδρῶν, ἀλλά τινων ἐριστικῶν καὶ πάντα ἀφίσιν αὐτοῖς χαριζομένων καὶ ταῖς ἰδίαις ὀρέξεσι· τὴν δ' ἀλήθειαν ἀνευρεῖν προθυμούμενοι μόνον, καὶ μετὰ μὲν ταύτης ἀγαπῶντες καὶ τὸ νικᾶσθαι, ταύτης δὲ ἄνευ καὶ τὸ νικᾷν ἀπωθούμενοι. Ὥστε τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀναγκαῖον ἦϑη παῤῥησιασθῆναι, καὶ πάντων κρατήσασαν περιγενέσθαι μὲν τῶν ἄλλως ἐνοχλούντων αὐτῇ, ταῖς δ' ἁπάντων ἐνοικισθῆναι ψυχαῖς· τὸ δὲ ψεῦδος ἐλαθῆναί ποι μακρὰν, τὴν μετὰ τῶν τοῦ ψεύδους ἐκγόνων εἰληχὸς χώραν, κἀκείνων κρατῆσον οἱ περὶ πλείονος τὸν τοῦ ψεύδους πατέρα ποιοῦνται, ὑπ' ἐκείνῳ ἡγεμόνι τοῦ βίου πάντα ποιοῦντες καὶ λέγοντες· Τί τις ἂν εἴποι τοῦ παρόντος ἀντάξιον; Τί τις ἂν ἕτερον τῶν φϑασάντων εἰς ἴσον θείτο τοῖς ἐνεστῶσι; Πάντα τὰ πρότερον ἀποκρύπτεται τοῖς παροῦσι, λείπεται πάντα κατόπιν, πάντα δεύτερα τῶν νυνὶ γιγνομένων. Πάντες κροτήσωμεν, πάντες εὐφρανθῶμεν τῷ πνεύματι· πᾶσιν ὁ τοῦ Σωτῆρος ὕμνος μελέτω, τὸ μὲν χάριτας ὁμολογοῦσιν αὐτῷ τῶν εἰς δεῦρο, τὸ δὲ καὶ τέλος εὐχομένοις ἰδεῖν τοῖς προοιμίοις συμβαῖνον. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ συνεισφερέτω ἡμῶν ἕκαστος πάντα τὰ κατὰ δύναμιν, καὶ ὅσα πρὸς τὸ τέλος ἐποίσουσι, καὶ τὴν ἐπὶ καλῷ καὶ συνοίσοντι ἱερὰν τῶν Χριστιανῶν ἕνωσιν. Πάντων ἅπτέον, πᾶσιν ἐγχειριστέον μηδὲν ἐλλελοιπότας, μὴ σπουδῆς, μὴ προθυμίας, μὴ ἀγώνων, μὴ πόνων, μεμνημένους ὅτι οὐκ εὔχεσθαι μόνον δέον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς ὑπηρετεῖν τῷ Θεῷ· οὐδὲ πάντα ἐλπιστέον παρὰ τοῦ κρείττονος, μηδὲν αὐτοὺς πονουμένους. Εἴη γὰρ ἂν τοῦτό γε ἐναντίον οἷς δεόμεθα, εἰ συλλήπτορα μὲν αὐτὸν σχήσειν εὐχοίμεθα, ἡμεῖς δὲ μηδὲν ἡμῶν αὐτῶν ἔργον παρασχοίμεθα ἄξιον λόγου, ᾧ καὶ συλλήψαιτο· οὕτω γὰρ ἂν αὐτόν τε μᾶλλον ἕξομεν ἡμῖν συλλαμβανόμενον, ῥᾷόν τε πρὸς τὸ τέλος καὶ εὐοδώτερον ἀφιξόμεθα. Ὃ καὶ γένοιτο, Θεὲ Σῶτερ, ἐπιστάντας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ προτῆσαί σοι τὸ ἐπινίκιον καὶ χαρμόσυνον, ὑφ' ἑνὶ μὲν ὑπηχουμένους καὶ τῷ αὐτῷ πνεύματι, ταυτὸ δὲ μέλος ἀποδιδόντας, καὶ τὴν αὐτὴν ἡρμοσμένους ἁρμονίαν, ὑπὸ σοὶ μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ κεφαλῇ καὶ ζῆν, καὶ κινεῖσθαι, καὶ πνεῖν, ταυτὸ φρονοῦντας, ταυτὸ φθεγγομένους, ἀλλήλοις ὄντας ταυτό. Χριστὲ βασιλεῦ, ἕνα ἐφ' ἡμᾶς βασιλέα καὶ τὸν αὐτόν σε καὶ θέλομεν καὶ εὐχόμεθα, οὗ τῷ τιμίῳ ἐξηγοράσθημεν αἵματι, ὃς λύτρον ἀνθ' ἡμῶν πεπραμένων ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν σαυτὸν ἔδωκας, ὃς ἡμᾶς κατεχομένους ὑπὸ τοῦ τυράννου ἁφῆρπασας. Ἐν οὖν καὶ ἡμᾶς

A nes inimici, dolusque contra nos ab eo consutus, per quæ amici et fratres, imo vero ejusdem capitis membra et partes et unius ovile pastoris inimicitias susceperunt, defluere incipiunt, dilabi atque dissolvi. Jam enim disjuncta copulati, interrupta rursus cohærere festinant; estque illis optatissimum, et votis omnibus expetendum, eodem angulo conjungi ac contineri. Etenim utraque pars eodem proposito parique studio convenit, nullum plane locum voluntati illi relinquentes, quæ vincere aut vinci studet: id enim non discipulorum Christi et moderatorum hominum, sed contentiosorum fuerit ac sibi suisque cupiditatibus penitus indulgentium: verum unius veritatis adinveniendæ affecti desiderio, cum qua et vinci cupiant,
B sine qua vel vincere nolint. Jam enim necesse est veritatem palam dilucidari, et prævalere omnibus, devictis iis quæ frustra illi obstrepunt, et sese in omnium animos insinuare: mendacium vero procul abigi, nactum loca illa, in quibus versantur filii mendacii; et regnans in iis qui pluris faciunt mendacii patrem, sub illo vitæ duce agentes omnia et dicentes: Ecquis præsente negotio dignum quidpiam eloqui valeat? ecquid ex rebus ante gestis conferri possit cum præsentibus? Præterita omnia præsentibus obruuntur, cedunt omnia, inferiora sunt omnia iis quæ jam fiunt. Plaudamus omnes, lætemur omnes spiritu, canant omnes Salvatori hymnum, tum ut ob collocata beneficia illi
C gratiæ agantur, tum ut nostris precibus congruens principio finis concedatur. Verum quisque etiam nostrum de suo conferat omnia quæcunque pro viribus poterit, et conducunt ad finem et sacram Christianorum consociationem, rem adeo decoram et utilem: tentanda omnia, experiunda omnia, parcendum nulli non studio, non diligentiæ, non sudoribus, non laboribus; illudque memoria repetendum, oportere non solum preces fundere, sed nostrum etiam Deo ministerium offerre. Neque enim a Deo speranda sunt omnia nihil nobis elaborantibus: nam precibus nostris id esset contrarium, si Dei quidem imploremus auxilium, nihil vero præstetur a nobis dignum cui se Deus præbeat adjutorem. Ita enim magis et ipse nobis opitulabitur, et nos ad finem facilius expeditiusque
D perveniemus. Quod utinam eveniat, Deus Salvator, et videamus illum diem quo tibi victoriæ lætitiæque hymnum canamus, in uno eodemque spiritu concinentes, ut unus efficiatur concentus, et in unam convenientes harmoniam, sub uno eodemque te capite vivamus, moveamur, spiremus, idem sentiamus, idem loquamur, idem simus. Christe rex, unum te nobis regem volumus et optamus, cujus pretioso redempti sumus sanguine, qui te pro nobis sub peccato venditis pretium redemptionis tradidisti, qui nos a tyranno oppressos eripuisti. Unum quoque partes ambas ovile tibi efficias, ne patiaris tuos inter se dissidere, ne projicias mutuo inter se bello flagrantes; quin

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

imo ne partem alteram projicias, alteram vero tibi asciscas. Pro utrisque te ipsum profudisti; sanguis tuus pretiosus qui effusus est, partis utriusque fuit lavacrum : nunc ergo sit etiam favor tuus nobis communis; communem utrisque fer opem, traheque ad teipsum utrosque, unum eumdemque te finem constituens, nos vero proportione inter nos et charitate mutua conjungens, et nulla ratione permittens, ut sit inter nos dissidium ac disjunctio; ex quo fiat necessario, ut potiri fine non liceat ex duabus certe partibus alteri. Spiritus sancte, charismatum fons, spiritus sapientiæ, spiritus intellectus, spiritus timoris Dei, de quo et cum quo propositum est Ecclesiis hoc certamen, omnem a nobis superbam abigas cogitationem, Dei vero timorem omnium nostrum animis inferas, intellectum nobis et sapientiam donans; atque una cum nobis omnibus in certamen pro te susceptum descendens, veritatem omnibus patefacias, ut qui non modo sis et voceris Spiritus veritatis, sed etiam illud tibi vindicaris, ut omnem nobis veritatem annunties, secundum veracem et nullo modo deficientem veritatis vocem. Deus ipsa Trinitas, quæ ineffabilibus modis omnia produxisti, et contines omnia et providentia regis, tuum opus est homo, post omnia quidem fortasse alia, sed ut sit ante omnia visibilia, productus; hoc etiam, ut ego quidem arbitror, eximio regioque honore affectus, ut in vitam ingrederetur cum parata jam bona ac præsto essent. Huic sæpe tu quidem, imo vero semper ne desint quæ ad corpus spectant et præsentem vitam tua providentia prospicis : sed non minori gubernatione consulis, ut habeat quæ ad statum animæ pertinent, quibus illa melior fiat : cujus proprium bonum est veritas, et nequaquam hallucinari in iis in quibus summa rerum consistit, quippe cum id sit omnium quæ habemus atque habituri sumus, optimum ac divinissimum. Id nunc etiam nobis concede, et tribue ut illam inter nos habeamus, et comparentem amplectamur. Ignoscas vero interim, si qua ex parte inviti aberramus ab ea, et præsertim ubi de te agitur, qui non modo ipse pervestigationem effugis ac perscrutationem, sed et ex his quæ creasti, pleraque, cum tamen tenui quadam atque umbratili plane ratione divinam tuam imaginem referant. Adnue supplicantibus, teque nobis viæ ducem, quæ ducit ad te solum verum Deum, sequentibus præbe. Et quemadmodum ipse cum hypostasibus sive personis tria sis, unam et eamdem habes substantiam et naturam, personarum numero nihil obstante huic identitati; ita nos, etsi multi diversarumque nationum simus, jam vero subseminante inimico, diversæ etiam, proh dolor! opinionis et fidei, diversitate hac sublata, unum ut simus atque idem omnes effice, idem credentes, idem de te opinantes; nihilque obstet quominus unum simus, idemque de te sentiamus, non diversitas generis, non numerus et frequentia hominum.

αὐτὸς ἄμφω σαυτῷ ποίμνιον ἔργασαι, μὴ ἀνέχου διῃρημένων τῶν σῶν, μηδὲ πρόει πολεμοῦντας ἀλλήλοις· μᾶλλον δὲ μὴ θατέρους μὲν πρόει, ἀντιποιοῦ δὲ θατέρων· ὑπὲρ ἑκατέρων προῆκας σαυτὸν, τὸ τίμιον αἷμά σου τὸ χυθὲν ἀμφοῖν ἐγεγόνει λουτήριον. Κοινὴν οὖν ἡμῖν καὶ τὴν παρὰ σαυτοῦ ῥοπὴν τανῦν χάρισαι, κοινῶς ἀμφοτέροις προσθέμενος, καὶ πρὸς αὐτὸν ἑλκύσας ἡμᾶς ἀμφοτέρους, πρὸς ἓν μὲν καὶ τὸ αὐτὸ τέλος τάξας σαυτὸν, ἐν ἀναλογίᾳ δὲ ἀλλήλους ἡμᾶς καὶ σχέσει τῇ πρὸς ἀλλήλους, μὴ συγχωρήσας ἀπαρτεῖς ἀλλήλων εἶναι καὶ διεστῶτας, κἀντεῦθεν ἐξ ἀνάγκης καὶ τοῦ τέλους ἀποτυγχάνοντας πάντως γε τοὺς ἑτέρους. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἡ τῶν χαρισμάτων πηγὴ, πνεῦμα σοφίας, πνεῦμα συνέσεως, πνεῦμα φόβου Θεοῦ, ὑπὲρ οὗ καὶ μεθ' οὗ ὁ προκείμενος ταῖς Ἐκκλησίαις ἀγὼν, ἀπελάσαις μὲν ἀφ' ἡμῶν πάντα λογισμὸν ὑπερήφανον, φόβον δὲ Θεοῦ ταῖς ἡμετέραις ἁπάντων ἐνθεῖσης ψυχαῖς, σύνεσίν τε καὶ σοφίαν ἡμῖν χαρισάμενον, καὶ μεθ' ἡμῶν ἅμα πάντων τὸν ὑπὲρ σαυτοῦ διενεγκὼν ἀγῶνα, ἀναφήναις τὴν ἀλήθειαν ἅπασιν, ἅτε μὴ τῆς ἀληθείας ὂν μόνον καὶ καλούμενον Πνεῦμα, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν ἀναγγέλλειν ἔργον πεποιημένον, κατὰ τὴν τῆς ἀληθείας φωνὴν τὴν ἀληθῆ τε καὶ ἀπαράγραπτον. Ὁ Θεὸς ἡ Τριὰς, ἡ πάντα μὲν παραγαγοῦσα λόγοις ἀῤῥήτοις, πάντα δὲ συνέχουσα, καὶ προνοουμένη, καὶ κυβερνῶσα, σὸν ἄνθρωπος ἔργον, μετὰ πάντα μὲν ἴσως τὰ ἄλλα, πρὸ πάντων δὲ ὅμως τῶν ὁρωμένων ὑπάρξας, ἐξαίρετον καὶ τοῦτο σχὼν καὶ βασιλικὸν οἶμαι, ἑτοίμοις καὶ προκειμένοις τοῖς ἀγαθοῖς εἰσελθεῖν εἰς τὸν βίον. Τούτου πολλάκις μὲν ἡ μᾶλλον ἀεὶ τὰ σωματικὰ δὴ ταῦτα καὶ συντείνοντα τῇ παρούσῃ ζωῇ προνοᾷ, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ὅσα εἰς τὴν ψυχῆς κατάστασιν ἀφορᾷ καὶ βελτίωσιν· ἧς ἴδιον ἀγαθὸν ἡ ἀλήθεια, καὶ τὸ μὴ πλανᾶσθαι περὶ τὰ καίρια, ὡς τοῦτο ὄν, ὧν ἐχομέν τε καὶ ἐξομεν, τὸ ἄριστον καὶ θειότατον. Τοῦτο δὴ καὶ νῦν ἡμῖν πρυτανεύσας, χορηγήσας συνεῖναί τε αὐτὴν, καὶ ἀναφανεῖσαν ἀσπάσασθαι, συγγνοὺς μὲν, εἴ τι αὐτῆς ἁμαρτάνομεν οὐχ ἑκόντες, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς περὶ σαυτοῦ λόγοις, ὃς οὐκ αὐτὸς μόνον ἀνεξιχνίαστός τε καὶ ἀνεξερεύνητος ὑπάρχεις, ἀλλὰ καὶ τῶν σῶν δημιουργημάτων τούτων τὰ πλείονα, καίτοι ἀμυδρὰ ὄντα τῆς σῆς θείας εἰκόνος ἀπηχήματα, καὶ οἷον σκιαί τε καὶ εἴδωλα· ἐπινεύσαις δὲ δεομένοις, καὶ τῆς εἰς σὲ φερούσης τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν ἡγούμενος ἑπομένοις. Καὶ ὥσπερ αὐτὸς τρία ταῖς ὑποστάσεσιν ὢν εἴτε προσώποις, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν σώζεις οὐσίαν καὶ φύσιν, οὐδὲν τῇ ταυτότητι ταύτῃ προσισταμένου τοῦ ἀριθμοῦ τῶν προσώπων, οὕτως ἡμᾶς, πολλοὺς μὲν ὄντας καὶ διαφόρων γενῶν, ἤδη δὲ τοῦ ἐχθροῦ ὑποσπείραντος, οἴμοι! καὶ δόξης καὶ πίστεως, ταύτην μὲν ἀνέλοις τὴν διαφοράν, ἓν δὲ καὶ ταυτὸν ἐσομένους ἀποδείξαις τῇ πίστει καὶ τῇ δόξῃ τῇ περὶ σοῦ, οὐδενὸς πρὸς τὸ ἓν εἶναι καὶ ταυτὰ φρονεῖν περὶ σοῦ προσισταμένου, οὐ τῆς τῶν γενῶν ἑτερότητος, οὐ τοῦ τῶν σωμάτων ἀριθμοῦ τε καὶ πλήθους.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡμῖν ηὔχθω. Ὑμεῖς δὲ τί φατε, οἱ τὴν ἱερὰν ταύτην σύνοδον συγκροτοῦντες, οἱ τοῦ πράγματος ἡγεμόνες, οἱ πολλὰ μὲν ἠγωνισμένοι, πολλὰ δὲ καὶ πολλάκις εὐξάμενοι ταύτην ἰδεῖν τὴν ἡμέραν, ὡς ἤδη καὶ τῶν μελλόντων ἐσομένην προάγγελον, τὴν αὐτὴν καὶ ἀρχὴν τῶν πραγμάτων, καὶ τοῦ τέλους κήρυκα διαπρύσιον; Τίς ἀξίως ὑμᾶς μακαρίσοι; τίς δ' εὐφημήσοι δεόντως, ἤδη τῶν πόνων ὑμῶν ὁρῶντας τοὺς καρποὺς ἀναθάλλοντας; Μακαριώτατε Πάτερ, νῦν ὄντως ὑπάρχεις μακάριος, καὶ ἔτι μᾶλλον ἔσῃ, ἐπειδὰν Θεοῦ ἡγουμένου εἰς τέλος καταντήσωμεν, οἵ ἂν ἐκεῖνος ἡμῖν ἡγήσαιτο. Πολλά σοι παρὰ Θεοῦ κεῖσεται ἄθλα τὴν ἁγίαν αὐτοῦ Ἐκκλησίαν ἑνώσαντι. Μέγα ἔσῃ πεποιηκὼς ἔργον, εἰ διαγένοιο μέχρι τέλους ἐγκαρτερῶν, καὶ πάντα μὲν ἐξαίρων ἐκ μέσου τὰ σκάνδαλα, εἰρήνην δὲ καὶ ὁμόνοιαν ἀντεισάγων. Πολὺν ἔθου ζῆλον, πολλὴν μέριμναν, μεγάλην ἀγρυπνίαν τε καὶ φροντίδα, συναγαγεῖν μὲν τὰ τοῦ Χριστοῦ πάντοθεν τέκνα, συνδιασκεψαμένους δ' ἀλλήλοις ἀδελφικῶς τε καὶ πνευματικῶς συνελθεῖν εἰς ταυτὸ περιγενομένης τῆς ἀληθείας. Οὐδεὶς ἄλλως ἐρεῖ, πάντες ἴσασιν, ἐγώ σοι καὶ πάντες μάρτυρες τούτου. Ἀλλὰ δεῖ καὶ πρὸς τὸ τέλος ἀποσκοποῦντα, πάντα πρὸς ἐκεῖνο καὶ τάξαι καὶ πρᾶξαι προμηθούμενον, ὅπως ἂν ἦν ἐν ἀρχαῖς εὐφροσύνην καρπούμεθα, καθ' ὁδὸν αὐξανομένη τε καὶ προβαίνουσα πολλαπλασιασθῇ που περὶ τὰ τέλη, καὶ εἰς τὸν ἔσχατον ἀφίκοιτο ὅρον. Εἰ λαμπραὶ αἱ ἀρχαὶ, καὶ τοιαῦτά γε τὰ προοίμια, λόγισαι ποῖον ἔσται τὸ τέλος συμβαῖνον τοιαύταις ἀρχαῖς. Πόσου δὲ τεύξεται μακαρισμοῦ καὶ ἐπαίνων, ὅσης εὐφημίας, ὅσων στεφάνων, ὃς καὶ τοσαύτας μὲν προκατεβάλετο φθάσας ἀφορμὰς τῶν πραγμάτων, τοσαῦτα δ' ἔτι καταβαλεῖται; Ἔχεις ἐνταῦθα συλληψόμενόν τε καὶ ἑψόμενον, ἐφ' οἷς ἅπασι δίον, τὸν υἱόν τε καὶ βασιλέα τὸν εὐσεβέστατον καὶ γαληνότατον καὶ φιλόχριστον· ὃς πολλῶν ὄντων οἷς κεκόσμηκεν ἑαυτὸν ἀγαθοῖς, ἐξαίρετον ἔχει τὸν περὶ Θεοῦ καὶ τοῦ καλοῦ ζῆλον καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶνα· ὃς ἡλικιώτιν ἔχων τὴν ἱερὰν ταύτην τῆς ἁγίας τῶν Ἐκκλησιῶν ἑνώσεως ἔφεσιν, οὐ διελίμπανε σπουδῇ μὲν ἀνερευνῶν τοὺς καιροὺς οἳ πρὸς τοῦτο συνοίσουσι, σοφίᾳ δὲ γνοὺς καὶ εὑρὼν καὶ φανέντα ἁρπάσας, καὶ ἐς τόδε δὴ τὸ ὁρώμενον προαγαγὼν τὰ τοῦ πράγματος· ὃς πρὸς ἓν τοῦτο τὸ ἀγαθὸν ἀποβλέπων, καὶ ταύτης ὅλος γεγονὼς τῆς ἐφέσεως, κατεφρόνησε μὲν κινδύνων, ὑπερεῖδε δὲ τρυφῆς καὶ ἀνέσεως, κατεφρόνησε δὲ τοσούτου πελάγους τε καὶ κυμάτων ἴσα κορυφουμένων καὶ δρεσι, προήκατο δέ γε ζωήν τε καὶ βίον καὶ αὐτὴν τὴν πατρίδα ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι συνεργὸς τῷ Θεῷ, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ πρυτανεῦσαι εἰρήνην, ἧς οὐ τρόφιμος μόνον, ἀλλὰ καὶ πρόβολος εἶναι καὶ σπουδάζει καὶ ἐπηγγείλατο. Οὐκ ἀπολειφθήσεται τῆς ἴσης σοι προθυμίας οὐδ' ὁ ἱερὸς καὶ σεβάσμιος πατριάρχης, ὁ γῆρας μὲν ὑποφαίνων βαθὺ, καὶ κεκμηκὼς ἤδη τῷ σώματι, ψυχὴν δὲ πλουτῶν νεάζουσαν τοῖς καλοῖς καὶ τῷ πνεύματι ζέουσαν, καὶ πολλὰ μὲν ἐφιεμένην, πολλὰ δ' εὐχομένην ἀξιωθῆναι ὑπουργῆσαι

Sed hactenus preces. Vos autem quid dicitis, qui sacram hanc synodum celebratis, qui rei agendæ præestis, qui multos suscepistis labores, et multa sæpenumero vota fecistis, ut diem hunc videretis, quasi jam prænuntium futurorum, qui simul et rerum initium, et finis præco esset clarissimus? Quis æque ac decet beatos vos prædicet, quis satis idoneis vos afficiat laudibus, qui laborum vestrorum fructus jam pullulare videtis? Beatissime Pater, revera nunc es beatus erisque multo beatior cum, Deo duce, ad finem pervenerimus, quem nobis dux ipse concesserit. Multa tibi erunt a Deo reposita præmia, si sanctam ejus Ecclesiam ad unitatem reduxeris: magnum opus præstiteris, si usque ad finem perseveraveris: si scandala quidem e medio sustuleris, pacem vero induxeris et concordiam. Multum adhibuisti zelum, multam sollicitudinem, multum evigilasti, multas curas contulisti ad congregandos undique Christi filios, ut fraterno ac spirituali affectu communi deliberatione habita, victricem sequendo veritatem, in unam eant sententiam. Nemo id negat, notum est omnibus; testes hujus rei sumus tibi ego et omnes. Sed oportet etiam spectare finem, consilioque tuo ad illum et agere et dirigere omnia: ut lætitia, quam in præsenti percipimus, paulatim crescendo progressusque faciendo, multiplicetur ad finem atque ad ultimum perveniat cumulum. Si splendida initia et talia sunt exordia, considera qualis erit finis hujusmodi principiis congruens. Quantis vero fausta precantium votis ac laudibus, quam lætis celebrabitur vocibus, quantas adipiscetur laureas, qui tanta jam rerum fundamenta jecit et præterea jaciet? Habes hic, qui suam tibi det operam, teque subsequatur quacunque opus in re fuerit, filium et imperatorem, piissimum et serenissimum et Christi amantem, qui cum multis seipsum bonis ornaverit, præcipue tamen Dei et honestatis zelo certandique pro pietate studio flagrat: qui ab ineunte ætate insitum habens sacrum hoc desiderium sanctæ unitatis Ecclesiarum, nunquam intermisit studium inquirendæ opportunitatis ad conficiendum hoc negotium; quam etiam prudenter cognitam et inventam, ut visa est, arripuit, remque in eum statum perduxit in quo nunc conspicitur; qui, ad hoc unum bonum spectans, totusque in hoc desiderium incumbens, pericula pro nihilo duxit, delicias contempsit et otium; tam vastum pelagus et undas instar monitum intumescentes despexit; vitam et opes projecit ac ipsam patriam, ut Dei fieret cooperator, et pacem Ecclesiæ conficeret, cujus non modo alumnus, verum etiam propugnator esse et studet et pollicitus est. Pari tibi studio præsto erit sacer ac venerabilis patriarcha, qui senio quidem confectus est et effeto jam est corpore, sed pollet ad præclara quæque juvenili animo, ferveteque spiritu; et magnum quidem ardet desiderio, multa vero edit vota, dignus ut fiat qui huic operi suam operam navet: atque ob id fortasse præsentibus oblectatur, et

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

libenter commoratur in corpore, ut divinum hoc opus ad bonum exitum perducat, citra quem valde graviter ferret illi animus inhabitationem corporis, ut jam consumpti. Omnes suam tibi præbebunt operam ad finem et opus hoc arduum : nemo quidquam magis exoptat fine hoc optatissimo : illum spectamus omnes, vehemens illius amor inflammat omnium animos, omnes propterea e longe dissitis regionibus convenimus : propterea in aliena regione peregrinamur, homines partim e media ipsa Græcia, partim ex ultimis orbis ad septentrionem atque ad orientem maxime vergentibus plagis hanc ipsam in Italiam navibus advecti.

Ne ergo tam multorum studio prævaleat hostis ; nequaquam fiat hoc, Salvator Deus : ne tantus noster conventus, tam frequens, tam multo ante meditatus, tam multis annis consideratus, tam multis laboribus multoque studio habitus, ejus opera sit frustra. Non est hoc sapientum divinorumque hominum, eorumve qui sermones suos norunt in judicio disponere. Alios adoriatur hostis, aliis devictis insultet, nos autem nequaquam attingat. Spiritalibus armis ipsi nos armemus hosti obviam ituri. Induamur loricam justitiæ et galeam spiritus, ac duce nobis Dei verbo irruamus in hostes ; subsistamus autem quocunque illud nos duxerit, destruentes omnem altitudinem extollentem se adversus gloriam Dei, omnem cogitationem superbam et gloriolæ avidam ; humilitatem vero Deique timorem adhibentes ad obeunda certamina, illumque præ oculis habentes, utque ad illum perveniamus contendentes, nonnunquam vinci quoque bene potius volentes, quam vincere in omnibus male ; cum ratio boni non solum in eo insit, si quis victoriam obtineat, cum habeat a se veritatem ; sed nihilominus in eo etiam idem boni modus servetur, si quis bene succumbat, quod perinde censetur ac vincere. Quanquam dixerit fortasse quispiam, majus etiam hoc esse priori illo bonum, quando unicuique conducit magis, ipsum affici beneficio, quam afficere alium : et audire potius, quam aliis dicere : et liberari ab errore, quam liberare. Invictissime imperator, jam res est in cardine, venitque tempus quod jam diu exoptasti. Da ergo Deo gloriam et collauda eum ; illius hoc opus est, ille tibi hanc injecit cogitationem, tantum instillando amorem : illo quoque opitulante res ad hunc statum perducta est. Si igitur ob ante acta quidem magnas ei gratias habuerimus, pro futuris vero toto animo preces effuderimus, rem certe et nobis et opere quod propositum est dignam effecerimus, nobisque propitium magis ipsum reddiderimus, si nos votis nostris dignos præstemus, dum et de præteritis ingrati non erimus, neque ipsos et negotium totum in eum rejecerimus, omni nostra spe et sollicitudine collocata in eo : quippe cum ipse is sit a quo nutriendi sumus cœlesti ac divino alimento, sine quo non vivet homo. Et quemadmodum nunc usque non destitisti tum precibus a Deo auxilium ef-

A τῷδε τῷ ἔργῳ, καὶ διὰ τοῦτ' ἴσως χαίρουσαν τοῖς παροῦσι, καὶ ἐνασμενίζουσαν τῷ σώματι, ἵνα τέλος ἐπενέγκοι τῷ θείῳ τούτῳ ἔργῳ χρηστὸν, ὡς ἄνευ γε τούτου καὶ πάνυ ἂν ἀχθεσθησομένην τῷ σκήνει ὡς ἤδη καμόντι. Πάντες σοι συλλήψονται τοῦ σκοποῦ καὶ τοῦ παρόντος ἀγῶνος· οὐδεὶς ἄλλο τι μᾶλλον ἐπιθυμεῖ τοῦ ἐφετοῦ τούτου τέλους· πρὸς τοῦτο βλέπομεν πάντες· ἐκείνου πάντων τὰς ψυχὰς ἔρως ἀναφλέγει σφοδρός· διὰ τοῦτο μακρόθεν πάντες συνήλθομεν· διὰ τοῦτο ἐπ' ἀλλοδαπῆς διατρίβομεν, ἄνθρωποι οἱ μὲν ἐκ μέσης αὐτῆς τῆς Ἑλλάδος, οἱ δ' ἐκ βορειοτάτων τε καὶ ἀνατολικωτάτων τῆς οἰκουμένης πεπλευκότες εἰς Ἰταλίαν αὐτήν.

Μὴ δὴ τοσούτων σπουδῆς ὁ ἐχθρὸς περιγένοιτο, μὴ, θεὲ Σῶτερ· μὴ ματαιώσειε τὴν τοσαύτην ἡμῶν B τοσούτων γε ὄντων, οὕτω μεμεριμνημένην, οὕτω πολυετῆ, οὕτω πολλοῖς πόνοις καὶ πολλῇ σπουδῇ κατορθωθεῖσαν συνέλευσιν. Οὐ πρὸς ἀνδρῶν τοῦτο σοφῶν τε καὶ θείων, οὐδὲ τοὺς λόγους εὐθύνειν εἰδότων ἐν κρίσει. Ἄλλοις ὁ ἐχθρὸς ἐπεμβαινέτω, ἄλλοις ἐπιχαιρέτω νικῶν, ἡμῶν δὲ μὴ προσάψαιτο. Τοῖς πνευματικοῖς ὅπλοις ἡμᾶς αὐτοὺς καθοπλίσωμεν ἀντιστησόμενοι τῷ πολεμίῳ· ἀναλαβώμεθα θώρακα δικαιοσύνης, καὶ περικεφαλαίαν τοῦ πνεύματος, καὶ τοῦ τοῦ Θεοῦ ῥήματος ἡμῖν ἡγουμένου ἐπίωμεν κατὰ τῶν πολεμούντων· καταπαύσωμεν δὲ οἳ ἂν ἡμῖν αὐτὸ ὑφηγοῖτο, καθαιροῦντες πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης, πάντα λογισμὸν ὑπερήφανον καὶ κενόδοξον. Ταπεινώσει δὲ καὶ φόβῳ Θεοῦ χρώμενοι συνεργῷ πρὸς τοὺς ἆθλους, C κἀκεῖνον πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενοι, καὶ πρ' ἐκείνην ἐπειγόμενοι φθάσαι· ἔστιν οὗ καὶ νικᾶσθαι καλῶς μᾶλλον ἐθέλοντες, ἢ νικᾶν ἐν πᾶσι κακῶς· ἅτε δὴ μὴ τοῦ περιγίνεσθαι μόνον, ὅταν μεθ' ἑαυτοῦ τἀληθὲς ἔχῃ, τὸν ἀγαθοῦ σώζοντος λόγον, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον καὶ τοῦ ἡττᾶσθαι καλῶς ταυτὸ τοῦ καλοῦ σώζοντος μέτρον, καὶ ἐν ἴσῳ τοῦ κρατεῖν κρινομένου. Καίτοι φαίη τις ἂν ἴσως καὶ μεῖζον ἀγαθὸν εἶναι τοῦτο τοῦ πρότερον, εἴπερ λυσιτελέστερον τῷ παντὶ αὐτὸν ἀγαθόν τι παθεῖν ἢ ἄλλον ποιῆσαι· καὶ μᾶλλον ἀκοῦσαι ἢ φάναι ἑτέροις· καὶ πλάνης ἀπαλλαγῆναι ἢ ἀπαλλάξαι. Κράτιστε βασιλεῦ, ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκμῆς ἥκει τὰ πράγματα, καὶ ὃν ἐκ μακροῦ χρόνου ἐπόθεις, ἐπέστη. Λοιπὸν δὸς δόξαν τῷ Θεῷ, D αἶνον ἀπόδος αὐτῷ· ἐκείνου τοῦτ' ἔργον· ἐκεῖνος γάρ σοι κατὰ νοῦν τοῦτ' ἐνέθηκε τὸν τοσοῦτον ἐνεῖς ἔρωτα· ἐκείνου καὶ συλλαβομένου ἐς τόδε ἀφίκετο. Εἰ δὴ τὴν μὲν ἀξίαν αὐτῷ χάριν περὶ τῶν φθασάντων εἰσόμεθα, περὶ δὲ τῶν μελλόντων πάσῃ ψυχῇ δεησόμεθα, ἄξια δράσομεν καὶ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τοῦ ἔργου τοῦ προκειμένου, καὶ μᾶλλον ἱλεωσόμεθα ἀξίους ἡμᾶς αὐτοὺς τῶν ἠγγμένων δεικνύντες, οἷς τε περὶ τὰ φθάσαντα οὐκ ἀγνωμονήσομεν, οἷς τε ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ τοῦ ἔργου τὸ πᾶν εἰς αὐτὸν ἀναθήσομεν, πάσας ἡμῶν ἐπ' αὐτὸν ἐπιῤῥίπτοντες τὰς ἐλπίδας τε καὶ μερίμνας, ὡς αὐτοῦ ὄντος τοῦ ἡμᾶς διαθρέψοντος τροφὴν τὴν θείαν τε καὶ οὐράνιον, ἧς ἄνευ οὐ ζήσεται ἄνθρωπος. Ὥσπερ δὲ διατετέλεκας μέχρι τοῦ νῦν, τὸ μέν τι εὐχόμενος τῷ Θεῷ καὶ τῆς αὐτοῦ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

συμμαχίας δεόμενος, τὸ δέ τι πράττων καὶ αὐτὸς τὰ εἰκότα, οὕτω καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε πολλῷ μᾶλλον, ὅσῳ φθάνομεν πρὸς τὸ τέλος, προθυμότερός τε σαυτοῦ φάνηθι, καὶ τὸ μέν τι ἐπικαλοῦ τὸν Θεὸν, τὸ δέ τι καὶ αὐτὸς πρᾶττε, μὴ νύκτωρ, μὴ μεθ' ἡμέραν παυόμενος, ἕως ἂν εἰς ἀγαθὸν κανταντήσειας τέλος, καὶ τοῖς λογισμοῖς εὔροις ἀνάπαυσιν. Τὰ βίᾳ ποι φερόμενα καὶ ὅσα τὸ ἐνδόσιμον τῆς κινήσεως εἰλήχασιν ἔξωθεν, σχολαιότερον φέρεται περὶ τὸ τέλος γενόμενα· ὅσα δὲ φύσει καὶ οἰκοθεν, ταῦτά γε θᾶττον κινεῖται πλησιάζοντα πρὸς τὸ τέλος. Καὶ σὺ δὲ περὶ τἀγαθὰ, ὧν κεφάλαιον ἡ παροῦσα ὑπόθεσις, οἰκοθεν καὶ ὥσπερ φύσει κεκινημένος, μὴ τὸ πρότερον πάθῃς, ἀλλὰ θᾶττον τυχεῖν ἐφιέμενος τοῦ οἰκείου σοι τέλους· οἰκεῖον γὰρ τἀγαθῷ τὸ χρηστὸν ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τέλος· σαυτόν τε καὶ ἡμᾶς πάντας ποίει προθυμοτέρους, παρακελευόμενός τε καὶ ἐπικελευόμενος ἅπασι· καὶ τὸν μακαριώτατον δὲ πατέρα, εἴ τι τῷ γήρᾳ κάμοι, ἐνδιδοὺς καὶ τῷ χρόνῳ καὶ τοῖς νοσήμασιν, ὑπομίμνησκε καὶ διανίστα τὸ μὲν λόγοις προτρεπτηρίοις, τὸ δ' ἔργοις αὐτοῖς σαυτὸν ἐνεργὸν παρεχόμενος. Πάντως αἰδέσεται βασιλέα προτρέποντα, τῶν πραγμάτων ἐπιμελέστερον ἀνθαψάμενος σύν τε τῷ θειοτάτῳ ἡμῶν καὶ ἱερῷ πατριάρχῃ, τοῖς τ' αἰδεσιμωτάτοις τῆς ἁγίας Ῥωμαίων Ἐκκλησίας λογάσι, καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις, τέλος ἀγαθὸν ἐπιθήσουσιν ὑφ' ἡγεμόνι Θεῷ. Ὅ γένοιτο πάντας ἰδόντας ἡμᾶς, καὶ τῆς τελεωτέρας ἀπολαύσαντας εὐφροσύνης, καὶ πνευματικῆς ἐμφορηθέντας χαρᾶς καθαρώτερον ἐπί τε τὸν τοῦ μακαριωτάτου πατρὸς αἶνον, καὶ τὴν τῆς ἁγίας σου βασιλείας εὐφημίαν διαναστῆναι, ἀγαμένους τε καὶ κροτήσαντας τὰ εἰκότα καὶ τόν τε ἀγιώτατον πατριάρχην, καὶ τὸν ἱερὸν τοῦτον καὶ ἅγιον [ἴσ. καὶ εἰς τε τὸν ἁγιώτατον] σύλλογον ἅπαντα, μετὰ τὸν τῷ Θεῷ ὀφειλόμενον ὕμνον, κοινὸν καὶ ὑμῖν τὸν ἀπὸ τῶν λόγων πλέξαντας στέφανον. Δοίητε δή μοι τοῦτον τελευταῖον ἀγῶνα, κοινὴν ὑμῖν εὐφημίαν κροτῆσαι· τιμήσαιτέ με τούτῳ πόνῳ· κάμοιμι τοῦτον τελευταῖον τὸν ἆθλον, ὑφ' ἑνα καὶ τὸν αὐτὸν Θεὸν Λόγον ἐν πᾶσι τετελεκότας δεσπότην, ἑνὶ καὶ ταυτῷ λόγῳ ὑμᾶς κοσμῆσαι κοινῇ, τὰ δυνατὰ τῶν ὀφειλομένων ὑμῖν ἀπονείμαντα ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας.

ὀργανικῶς καὶ αὐτὸν πρίζειν, ἀλλὰ μὴ ἀργῶς οὕτω παραλαμβάνεσθαι. Καὶ τὸ διὰ τόπου δὲ, ἢ διὰ χρόνου τόδε τι γεγονέναι ἢ διελθεῖν λέγειν, ὁμοίως αἰτίαν τινὰ τὸν τόπον καὶ χρόνον τῶν διελθόντων ἢ γενομένων λέγειν ἐστίν. Ὅ τε γὰρ τόπος κινήσεως αἴτιον· πᾶσα γὰρ κίνησις ἐπὶ μεγέθους καὶ διαστήματος· καὶ ὁ χρόνος δὲ πλεῖστον συμβάλλεται τῇ κινήσει· ἐν χρόνῳ γὰρ ἅπασα κίνησις, κινήσεως δ' ἄνευ οὐκ ἄν τι γένοιτο· χωρὶς δὲ οὗ οὐκ ἄν τι γένοιτο, τοῦτο ἑαυτοῦ αἴτιον ἔχει. Καὶ τὸ ἐν τοῖς συλλογισμοῖς δὲ λέγειν, διὰ τοῦ μέσου τὰ ἄκρα συνάπτεσθαι, δῆλον ὅτι διὰ τοῦ μέσου ὡς δι' αἰτίου, κατὰ τὴν τῆς διανοίας κίνησιν ἢ μετάβασιν συμβαίνει. Ὁ δὲ λόγος, εἴγε χρὴ καθόλου περὶ τούτου διειλῆφθαι, ἐν πᾶσι λόγοις, ἐν οἷς λέγεταί τις ἐνεργεῖν δι' ἑτέρου, ἡ πρόθεσις αὕτη, *διὰ*, αἰτίαν ἢ ἀρχὴν ἐν ᾗ λέγεται πτῶσει, τῆς ἐνεργείας ἐκείνης σημαίνει. Ἐπεὶ δὲ ἡ ἐνέργεια μέση ἐστὶ τοῦ τε ποιοῦντος καὶ τοῦ γινομένου, τὸ πτωτικὸν ἐκεῖνο, ᾧ ἡ, *διὰ*, συνάπτεται πρόθεσις, ἐνίοτε μὲν αἰτία τῆς ἐνεργείας ἐστὶ, καθόσον πρόεισιν ἀπὸ τοῦ ἐνεργοῦντος· καὶ τότε αἰτία ἐστὶ τοῦ ποιεῖν τῷ ποιοῦντι, εἴτε εἰδικόν ἐστιν αἴτιον, εἴτε τελικὸν, εἴτε ποιητικὸν, εἴτουν κινητικόν· ἐπὶ ὑλικῆς γὰρ αἰτίας οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει παραλαμβάνεσθαι, ἀλλ' ἀντὶ ταύτης ἡ *ἐκ*· οὐ γὰρ διὰ λίθων καὶ ξύλων, ἀλλ' ἐκ τῶνδε καὶ τῶνδε τὴν οἰκίαν συγκεῖσθαί φαμεν. Ὅταν οὖν διὰ τὴν τοῦ κέρδους ἐπιθυμίαν τὸν τεχνίτην ἐνεργεῖν λέγωμεν, τελικὸν σημαίνομεν αἴτιον· εἰδικὸν δὲ νοοῦμεν, ὅταν διὰ τὴν ἑαυτοῦ τέχνην φῶμεν ἐνεργεῖν τὸν τεχνίτην· κινητικὸν δὲ, εἰ λέγομεν, διὰ τοῦ ἑτέρου πρόσταγμα ἕτερον ἐνεργεῖν. Οὕτω μὲν οὖν τὸ πτωτικὸν ἐκεῖνο ὄνομα, ᾧ ἡ *διὰ* συνάπτεται πρόθεσις, ποτὲ μὲν αἰτία ἐστὶ τοῦ ποιεῖν τῷ ποιοῦντι, αἴτιον τῆς ἐνεργείας ὑπάρχον, καθόσον πρόεισιν ἀπὸ τοῦ ποιοῦντος· ποτὲ δὲ αἰτιόν ἐστι τῆς ἐνεργείας, καθόσον ὅρον ἔχει τὸ ἀποτέλεσμα, ὥσπερ ὅταν λέγωμεν διὰ τῆς σφύρας ἐνεργεῖν τὸν τεχνίτην· τότε γὰρ οὐ σημαίνει τὴν σφύραν αἴτιον εἶναι τοῦ ἐνεργεῖν τῷ τεχνίτῃ, ἀλλ' ὅτι αἰτιόν ἐστι τῷ τεχνητῷ τοῦ προϊέναι ἐκ τοῦ τεχνίτου. Τούτων οὕτως ἐχόντων σκεπτέον ὅ τι ποτὲ βούλεται τοῖς ἁγίοις, ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, λέγειν· πάντως κἀνταῦθα αἰτίαν τινὰ τὴν *διὰ* σημαίνειν ἐροῦμεν· ἢ τίνος χάριν περιέλκηται; ἀλλὰ τῶν μὲν πρότερον ἐκτεθειμένων τριῶν οὐδεμίαν· οὔτε γὰρ ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ αἴτιος τοῦ προβάλλειν, ὃ καθόλου τὰ προειρημένα τρία αἴτια δύναται, ἀλλ' ἢ ἄρα τὸ ἀνάπαλιν· οὔτε γὰρ ὁ Υἱὸς αἰτία εἰδικὴ, ἢ τελικὴ ἐστιν, εἴτε ποιητικὴ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου· τό τε γὰρ ποιητικὸν αἴτιον πρὸς τὰ κτίσματα ἀναφέρεται, καὶ οὐχ ἁρμόζει ἐπὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου· τό τε τελικὸν, αὐτή ἐστιν ὅλη ἡ μακαρία Τριὰς καὶ ἡ ἀγαθότης αὐτῆς τῶν κτισμάτων, οὐχ ἓν δὲ πρόσωπον ἄλλου· εἰδικὸν δέ ἐστιν αὐτὴ ἡ θεία οὐσία, καθ' ἣν ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα προάγονται, ἥτις ἐστὶν ἡ αὐτὴ τοῖς τρισί. Λείπεται δὴ λοιπὸν καὶ τέταρτον τρόπον ἐπὶ τοῦ προκειμένου παραλαμβάνειν, καὶ τοῦτον ἐφόσον εἰκός. Οὗτος γὰρ, καθόσον μὲν ὅρον ἔχει τὸ ἀποτέλεσμα, αἴτιον ὑπάρχων τῆς ἐνεργείας, ἁρμόζει ἐπὶ τοῦ νυνὶ ζητουμένου, καὶ μάλιστα δι' Υἱοῦ λεγόντων

aliud dicere est, nisi locum etiam et tempus, aliquam causam illorum quæ transiverint, vel facta fuerint, esse. Et locus enim motus causa est; siquidem omnis motus in magnitudine et distantia est. Tempus quoque maxime confert motui; omnis enim motus in tempore. Absque vero motu nil omnino corporalium et sensibilium fieret. Sine quo autem non fieret aliquid, hoc sui causam habet. In syllogismis quoque dicere, per medium extrema conjungi, patet quod per medium tanquam per causam, secundum motum aut discursum intellectus accidit. Cujus ratio est, ut universaliter de hac præpositione tractemus. In omnibus locutionibus, in quibus dicitur aliquis per aliquem operari, hæc præpositio, *per*, designat in causali aliquam causam seu principium illius actus: sed cum actio sit media inter faciens et factum, quandoque illud causale, cui adjungitur hæc præpositio, *per*, causa actionnis, secundum quod exit ab agente: et tunc est causa agenti quod agat, sive sit causa finalis, sive formalis, sive effectiva, sive motiva. In materiali namque causa non est in usu accipi, sed pro ea *ex*; non enim per ligna et lapides, sed ex his et his domum esse compositam dicimus. Cum igitur propter lucri cupiditatem dicimus artificem operari, finalem significamus causam; formalem vero, cum dicimus, quod operatur per artem suam; motivam vero, si dicitur, quod operatur per imperium alterius. Quandoque vero dictio causalis, cui adjungitur hæc præpositio, *per*, est causa actionis, secundum quod terminatur ad factum, ut cum dicimus: Artifex operatur per martellum. Non enim significatur, quod martellus sit causa artifici quod agat, sed quod sit causa artificiato ut ab artifice procedat, et quod hoc ipsum habeat ab artifice. Quæ cum ita se habeant, considerandum quid velit sanctos dicere, ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum. Nempe hic etiam dicemus causam quamdam significare præpositionem *per*; at primarum quidem trium nullam. Nec enim Filius Patri causa est ut ex eo Spiritus sanctus procedat, quod universaliter primæ tres causæ possunt: sed e converso est. Nec enim Filius causa formalis, aut finalis, aut effectiva est Spiritus sancti: cum effectiva quidem causa ad creaturam referatur, nec conveniat Spiritui; ipsa vero tota beata Trinitas et bonitas ejus creaturarum finalis causa sit, non autem una persona alterius: formalis autem, ipsa divina essentia, secundum quam Filius et Spiritus sanctus procedunt: quæ tribus eadem est. Reliquum igitur est, ut reliquo et quarto modo in re proposita accipiamus et illum quoad fieri potest. Hic enim, in quantum terminatur in effectum, cum sit actionis causa,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

ἡμῶν ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα· καθόσον δὲ ὡς ὄργανον παραλαμβάνεται, ἀπεμφαίνουσαν ἔχει τὴν ὁμοιότητα· οὐ γὰρ ὡς δι' ὀργάνου, ἢ τόπου, ἢ χρόνου, ἢ τινος τῶν ἀτελῶν αἰτίων φαμὲν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι· ταῦτα γὰρ πόρρω τῆς ἐκείνου παντελοῦς τελειότητος, καὶ τῆς ἄκρας πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότητος ἢ ἑνότητος. Οὐ γὰρ ἄλλῃ δυνάμει τῷ ὁριθμῷ παρὰ τὸν Πατέρα προβάλλει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁ Υἱός, ἵν' ὥσπερ δευτέρα ἢ ὀργανικὴ αἰτία παραλαμβάνοιτο· ἀλλὰ τῷ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ προβλητικὴν εἶναι δύναμιν, ἐπίσης παρ' ἑκατέρων λέγεται προϊέναι. Ἐπεὶ καὶ ὁ πρίων, εἴπερ ἄνθρωπος ἦν ὥσπερ καὶ ὁ τέκτων, καὶ ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος, ὥσπερ ἐπὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ὁ αὐτὸς Θεὸς, ἔπριζεν ἂν κἀκεῖνος, ὥσπερ καὶ ὁ τέκτων· καὶ τὸ διὰ τοῦ πρίονος λεγόμενον οὐδεμίαν ἂν τοῦ πρίονος κατηγόρει ἀτέλειαν. Θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν, εἰ ἀσθενέσιν ἐπὶ τῶν θείων φωναῖς τε καὶ ῥήμασι χρώμεθα, μὴ ἄλλως δυνάμενοι. Τὰ γὰρ θεῖα διὰ τῶν εἰωθότων μὲν ἡμῖν ὀνομάτων ἐκφαίνειν πειρώμεθα· ἄλλως γὰρ φθέγγεσθαί τι γοῦν περὶ ἐκείνων ἀμήχανον· τὸ δὲ περὶ τὴν ἐκφώνησιν τῶν ὀνομάτων συμβαῖνον ἐπιχειρεῖν καὶ τοῖς ὑπ' αὐτῶν σημαινομένοις πράγμασιν ἐφαρμόζειν μὴ οὐ θεμιτὸν ἦ· πολλὰ γὰρ ἂν οὕτω τῶν ὁμολογουμένων καὶ ἀναγκαίων ἀνατραπείη. Καὶ τὰ πάντα γὰρ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ λέγομεν γενέσθαι. Ἀλλ' οὐ δήπου τολμήσειέ τις ὀργανικὴν αἰτίαν, ἀλλ' οὐχὶ τὴν αὐτὴν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν λέγειν, ὡς μιᾷ

A καὶ τῇ αὐτῇ ἐνεργείᾳ τε καὶ δυνάμει τὰ πάντα συνδημιουργήσαντα. Καὶ ἐπὶ τῆς δι' Υἱοῦ τοίνυν τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως ὀργανικὴν μὲν αἰτίαν ἐνοῆσαι γοῦν βλάσφημον· αἰτίαν μέντοι γε καὶ ταύτην οὐκ ἀτελῆ ἀναγκαῖον. Τὸ μὲν γὰρ ἀτελὲς τῆς *διὰ* ἀποδιαπομπητέον ἐντεῦθεν· ὅσον δὲ εὐσεβείας καὶ τελειότητος ἐπιφέρεται, τοῦτο παραληπτέον. Φησὶ δὲ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ὀγδόῳ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον· Τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ δημιουργεῖν τὸν Πατέρα οὔτε ἀτελῆ τοῦ Πατρὸς τὴν δημιουργίαν, οὔτε ἄτονον τοῦ Υἱοῦ παραδηλοῖ τὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ τὸ ἡνωμένον τοῦ θελήματος αὐτῶν παρίστησιν. Ὥστε ἡ, *δι' Υἱοῦ*, φωνὴ, τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ὁμολογίαν ἔχει, οὐκ ἐπὶ κατηγορίᾳ τοῦ ποιητικοῦ

B αἰτίου παραλαμβάνεται. Οὕτω μὲν οὖν ἡ *διὰ* περιφανῶς αἰτίαν σημαίνει. Οὐ γὰρ ἄτονον τοῦ Υἱοῦ, φησὶ, παραδηλοῖ τὴν ἐνέργειαν, ἀλλ' αἰτίαν τὴν μετὰ τάξεως· τῆς γὰρ προκαταρκτικῆς, φησὶν, αἰτίας ὁμολογίαν ἔχει. Ἀεὶ γὰρ ὅταν ἔκ τινος διά τινος εἶναί τι λέγοιτο, τάξις δηλοῦται πρὸς τὸ ἐξ οὗ τοῦ δι' οὗ, τοῦ μὲν ἐξ οὗ ὡς ἀρχικοῦ νοουμένου αἰτίου, τοῦ δὲ δι' οὗ ὡς ὀργάνου ἢ συναιτίου, ἑαυτοῦ προεπινοούμενον ἔχοντος τὸν ἐφ' οὗ λέγεται τὸ ἐξ οὗ. Τοιαύτην δέ γε τὴν τάξιν ἀναγκαῖον καὶ ἐπὶ Πατρὸς λαμβάνεσθαι καὶ Υἱοῦ· παρὰ γὰρ τοῦ Πατρὸς πάντα λαβὼν τὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς ἔχει, καὶ μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ ἅμα αὐτῷ εὐθὺς συνεπινοεῖται προσεχῶς ὁ Υἱός· καὶ Υἱὸν λέγοντες, εὐθὺς εἰς

C τὸν οὗ ἐστιν ὁ Υἱὸς ἀναγόμεθα τῇ διανοίᾳ, Πατέρα·

convenit huic quæstioni, cum dicimus ex Patre per Filium procedere Spiritum : in quantum vero tanquam instrumentum intelligatur, valde dissimile habet significatum Non enim ut per instrumentum vel per locum, vel per tempus, aut aliquam causam imperfectam dicimus Spiritum sanctum per Filium procedere : longe etenim hæc ab illa ejus summa perfectione, et summa ad Patrem æqualitate et unitate absunt. Nec enim alia potentia numero producit Spiritum, quam Pater, et Filius, ut tanquam secunda vel instrumentalis causa accipiatur : sed cum eadem et una in Patre et Filio productiva potentia sit, æqualiter ex utroque procedere dicitur. Nam et serra, si homo esset, quemadmodum ipse faber et idem homo, sicuti Pater et Filius, idem Deus est, secaret utique etiam illa, prout ipse faber : et quod diceretur per serram, nullam imperfectionem de serra notaret. Nec mirum, si in divinis utamur imbecillibus et imperfectis verbis et nominibus, cum aliter non possumus. Divinas enim res per nomina et intentiones quidem consuetas nobis manifestare conamur. Aliter enim impossibile est nobis sensu viventibus de illis loqui. Quod vero prolationi verborum accidit, etiam significatis rebus velle imputare, cavendum ne sit nefas : multæ enim hoc modo certæque fidei veritates evanescerent. Etenim universum quoque ex Patre per Filium creatum esse dicimus. Nullus tamen est ita audax, ut instrumentalem et non eamdem cum Pa-

tre causam diceret Filium, quippe qui eadem unaque potentia et actione cum Patre mundum creaverit. Simili igitur modo etiam de Spiritus per Filium productione, instrumentalem quidem causam etiam solum cogitare, blasphemia est : causam autem, et hanc non imperfectam, hoc vero necessarium est ; imperfectionem etenim hujus præpositionis *per* longe repellendum ; quantum autem perfectionis et pietatis habet, hoc vero acceptandum. Ait enim in octavo ad Amphilochium beatus Basilius : Patrem creare per Filium, nec imperfectam Patris creationem, nec imbecillem Filii actionem significat, sed unitatem voluntatis eorum manifestat : quare hæc vox, per Filium, non minuit effectivam causam, sed ad principaliorem causam nos refert. Palam itaque patet, præpositionem *per* causam significare. Non enim imbecillem, ait, ostendit Filii actionem, sed causam cum ordine. Ad principalem enim, inquit, causam nos refert. Semper etenim cum aliquid ex aliquo per aliquem esse dicitur, ordo quidam ad illum ex quo, illius per quem, significatur. Ex quo quidem, tanquam principali causa ; per quem vero, tanquam instrumentali accepta vel concausa, quæ præsupponit sibi illum, qui dicitur ex quo : hunc autem ordinem necesse etiam inter Patrem et Filium esse. Ex Patre etenim omnia, quæ Patris sunt, accipit Filius et habet ; postque Patrem et simul cum eo, subito et immediate intelligitur Filius. Cum enim Filium

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ Πατέρα εἰπόντες, Υἱὸν εὐθὺς ἐννοοῦμεν. Ταῦτα δὲ ἡ *διὰ* μάλιστα δύναται, τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ὁμολογίαν κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον ἔχουσα. Διὰ τοῦ Υἱοῦ γὰρ τὸ Πνεῦμα λέγοντες ἐκπορεύεσθαι, τὸν Πατέρα, ἐξ οὗ τοῦτ' ἔχει λαβὼν ὁ Υἱός, ἐννοοῦμεν, καὶ ὅτι πρὸς ἕτερον ἀναφέρει τὰ ἑαυτοῦ· τοῦτο καὶ ὁ Χρυσόστομος φησιν ἐξηγούμενος τὸ, *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο*· εἰ γὰρ ἐνταῦθα *δι' αὐτοῦ*, φησίν, εἴρηται, δι' οὐδὲν ἕτερον εἴρηται, ἀλλ' ἢ ἵνα μὴ ἀγέννητον ὑποπτεύσῃ τις τὸν Υἱόν. Ὥστε καὶ κατὰ τοῦτον τὸν διδάσκαλον ἡ *διὰ* ἐπὶ τὴν παρὰ τοῦ Πατρὸς γέννησιν ἡμᾶς παραπέμπει, καὶ τὸ ἐκεῖθεν αὐτῷ τὴν τοῦ διμιουργεῖν τὰ ὄντα, καὶ προβάλλειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δύναμιν ἔχειν· καὶ δύναται μάλιστα πάντων σημαίνειν τὴν τάξιν τὴν πρὸς ἀλλήλους Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ οὕτως ἀναγκαίως παραλαμβάνεσθαι. Ὥσπερ γάρ ἐστιν ἐν αὐτοῖς ἄκρα δυνάμεως ἰσότης, μᾶλλον δὲ ἄκρα ταυτότης, οὕτως οὐδὲν ἧττον πρὸς ταύτῃ καὶ ἄκρα ἐστὶ τάξις, ἣν ἡ *διὰ* δύναται παραλαμβανομένη δηλοῦν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως. A

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Auctoritates sanctorum doctorum qui hac præpositione per *utuntur : et probatio quod causam significat.*

Ῥητέον δὲ καὶ ὅπου τῶν ἑαυτῶν λόγων οἱ ἐξ Ἑῴας Πατέρες, καὶ εἴτινες ἐπὶ τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως ἐχρήσαντο ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ τῇ *διά*. Πρῶτον μὲν οὖν ὁ θεῖος Ἀθανάσιος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ λόγῳ *Ἔλεγχος ὑποκρίσεως τῶν περὶ Μελέτιον καὶ Εὐσέβιον*, Ἦν δὲ ἀδύνατον, φησίν, ἐν τῇ τῆς Τριάδος δόξῃ τὸ Πνεῦμα δοξάζεσθαι, μὴ προοδικῶς ὂν ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ, ἀλλὰ ποιητικῶς ἐκ Θεοῦ γεγονός, ὡς λέγουσιν. Ἐπιστῆσαι οὖν ἄξιον, ὅτι περὶ τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως ὁ λόγος ἐνταῦθα τῷ διδασκάλῳ, τοῦ ἑνὸς τῆς Τριάδος, οὐ χαρίσματός τινος ἀνυποστάτου, καθὼς ἄν τινες φαίεν· καὶ ὅτι αὐτὸ τοῦτο τὸ συμπληρωτικὸν τῆς Τριάδος εἶναί φησιν ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ. Τό τε γὰρ εἶναι τὸ ὑπάρχειν δηλοῖ καθαρῶς, καὶ τὸ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν, καὶ μάλιστα τὸ εἶναι προοδικῶς· καὶ τὸ ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ προοδικῶς εἶναι λέγειν αὐτὸ ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν αὐτὸ λέγειν ἐστί. Εἰπὼν δὲ, ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ, οὐκ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ, ἀποκλείει τὸν λόγον τοῖς λέγουσιν, ὡς διὰ τοῦτό φησι δι' Υἱοῦ, ἐπειδὴ τοῦ Πατρὸς ἐμνήσθη, ὀνόματος ἀναφορικοῦ τε ὄντος, καὶ πάντως υἱὸν ἀπαιτοῦντος. Εἶχε γὰρ ἄν τινα λόγον ἡ πρόφασις εἰ καὶ μηδὲ τότε, εἰ ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἔλεγε. Νῦν δ' οὐ τοῦτό φησιν, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ. Ἔπειτα δὲ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν ἑνὶ τῶν κεφαλαίων, οὗ ἐπιγραφὴ, Διὰ τί μὴ τὸ Πνεῦμα υἱὸς τοῦ Υἱοῦ, φησὶν, ὅτι οὐ διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ, ἀλλ' ἵνα ἡ Τριὰς μὴ νομισθῇ πλῆθος ἄπειρον, υἱοὺς ἐξ υἱῶν, ὡς καὶ ἐν ἀνθρώποις, ἔχειν ὑποπτευθεῖσα. Πρῶτον μὲν αὐτόθεν ἀπ' αὐτοῦ ζητήματός τε καὶ τῆς ἀπορίας, διὰ τί μὴ υἱὸς τοῦ Θεοῦ λέγεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἔστι B

dicimus, subito in Patrem, cujus Filius est, mente reducimur; et cum Patrem dicimus, Filium statim intelligimus. Hæc autem maxime præpositio *per* potest ad principalem causam, teste beato Basilio, nos reducere. Per Filium enim dicentes Spiritum sanctum procedere, Patrem, ex quo Filius hoc habet, concipimus; et quod ad alium refert quæ sua sunt. Item Chrysostomus etiam illud Evangelii exponens, *Omnia per ipsum facta sunt :* Si enim hic, ait, *per ipsum*, dictum est, nulla alia de causa dictum est, nisi ne aliquis suspicetur Filium ingenitum esse. Quare, secundum hunc etiam doctorem, præpositio *per*, ad nativitatem ex Patre nos remittit, ut intelligamus illinc ei potentiam datam, cum universi creandi, tum Spiritus sancti producendi : et plus aliis potest scilicet præpositio *per*, ordinem Filii ad Patrem significare, quæ maxime necessaria est in Trinitate. Quemadmodum enim summa in eis potentiæ æqualitas est, imo potius summa identitas, ita nil minus etiam summus est ordo, quem ipsa *per* maxime potest, ut probatum est, significare. Et de his quidem satis. C

CAPUT VI.

Dicendum autem, quinam Patres Orientales, et quibus in locis, de processione Spiritus sancti usi sunt ipsa, *per*, in Filio. Primum itaque divinus Athanasius, in sermone qui inscribitur : *Redargutio simulationis Meletii et Eusebii :* Erat autem impossibile, inquit, Spiritum inter Trinitatem cum gloria numerari, si non esset emanatus ex Deo per Filium, sed per modum creaturæ ex Deo factus, ut autumant. Animadvertendum igitur, quod de persona Spiritus est hic ratio, qui unus in Trinitate est : sed non, ut aliqui dicerent, de quadam non subsistente gratia; quodque ipsum Spiritum, qui Trinitatem complet, esse ait ex Deo per Filium. Esse etenim exsistere significat clare, et ipsum subsistere, et maxime esse emanative. Et affirmare, ex Deo per Filium, eum esse emanative, nil aliud est dicere, nisi ex Deo per Filium subsistere eum et exsistere. Dicens vero, ex Deo per Filium, non ex Patre per Filium, vanam arguit aliquorum rationem, qui dicunt, ideo eum dixisse per Filium, quia Patrem nominavit, quod relativum est nomen, et ideo requirit Filium. Haberet enim hoc aliquam rationem, etsi non sufficientem, si ex Patre per Filium dixisset; nunc vero non hoc dicit, si ex Deo per Filium. Deinde Basilius, cum quæreret quare Spiritus non dicatur Filii filius : Non ideo, inquit, quia non est ex Deo per Filium; sed ut Trinitas non in multitudinem infinitam incidat, filios ex filiis, ut in hominibus fit, credita propagare. Primo itaque ex ipsamet quæstione, cum quærat D

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

πορίσασθαι, μὴ ταύτης εἶναι τῆς δόξης τὸν μέγαν Βασίλειον, δηλονότι μηδὲν εἰς τὸ εἶναι τοῦ Πνεύματος συμβάλλεσθαι τὸν Υἱόν. Οὐδὲ γὰρ ἂν τοιοῦτον ἐκίνησε ζήτημα, ὥσπερ οὐδὲ διὰ τί μὴ τὸ Πνεῦμα πατὴρ τοῦ Υἱοῦ ἐζήτησεν ἄν τις· ἔπειτα δὲ καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς τοῦ ζητήματος λύσεως φαίνεται νομίζων τὸν Υἱὸν αἰτίαν τοῦ Πνεύματος, καὶ τοῦτο παραδηλῶν διὰ τῆς *διά*. Ἐξὸν γὰρ εἰπεῖν, ὅτι διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν υἱὸς τοῦ Υἱοῦ, διότι οὐκ ἐξ αὐτοῦ, οὐδὲ δι' αὐτοῦ ἐστιν, οὔτε μὴν αὐτὸν ἔχει αἰτίαν (καίτοι τί; ἄλλη μᾶλλον ἁρμόζουσα λύσις;), τοῦτο μὲν οὐκ εἶπεν, ἀλλ' ἄλλην αἰτίαν ἀπέδωκεν· ἔστι μὲν γάρ, φησὶν, ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ. Καὶ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἀρνήσασθαι. Εἰ δὲ τοῦτ' ἀναγκάζει καὶ υἱὸν αὐτὸ τοῦ Υἱοῦ εἶναι καὶ λέγεσθαι, ἐλέγετο ἄν, φησὶ, καὶ τοῦτο εἰ μή τι ἕτερον ἄτοπον ἀπήντα, τὸ πλῆθος ἄπειρον τὴν Τριάδα νομισθῆναι· ὡς τοῦ γε ἀτοπήματος τούτου μὴ ἀκολουθοῦντος, ἐλέγετο ἄν, φησὶ, καὶ υἱὸς τοῦ Υἱοῦ. Ἀλλ' εἰ υἱὸς ἐλέγετο τοῦ Υἱοῦ, ἀναμφιβόλως καὶ αἰτίαν εἶχεν ἂν τὸν Υἱόν· καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἄρα εἶναι λεγόμενον, καὶ τὸν Υἱὸν ἔχει αἰτίαν· καὶ αὐτὸς δὲ εἶναί φησιν, ὃ μάλιστα τῶν ῥημάτων τὸ ὑπάρχειν δηλοῖ καὶ τὴν ὕπαρξιν, καὶ ἐκ Θεοῦ δι' Υἱοῦ, κατὰ τὸν ἱερὸν Ἀθανάσιον. Οὔτε οὖν περὶ χαρισμάτων τινῶν ἐνταῦθά φησιν, ἵνα ᾖ τὸ δι' αὐτοῦ προχεόμενον ἢ χορηγούμενον, οὔτε διὰ τὴν ἀναφορὰν, δι' αὐτοῦ εἴρηται, δηλαδὴ τοῦ Υἱοῦ· οὐ γὰρ ἐκ Πατρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ εἴρηται· οὔτε ἡ *διὰ* ταυτὸ τῇ *μετὰ* δύναται ἐνταῦθα. Τίνα γὰρ λόγον ἔχει, διὰ τὸ ἐκ Θεοῦ μετὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὑποπτεύειν τινὰς δύνασθαι καὶ υἱὸν τοῦ Υἱοῦ δεῖν ὀνομάζεσθαι; Ὅτι τοίνυν οὐδεμία τούτων καταφυγὴ τῶν τριῶν, εἰς ἃς εἰώθασιν ἅπαντες ἑαυτοὺς ἀναφέρειν, τῷ παρόντι χωρίῳ λείπεται, φαίνεται καθαρῶς ἐνταῦθα τὴν *διὰ* σημαίνειν αἰτίαν. Τοῦτο δὲ σαφέστερον δείκνυται καὶ ἀπὸ ἑτέρας τοῦ αὐτοῦ χρήσεως, λέγοντος· Διὰ τοῦτο μὲν ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα εἶναι τρανῶς ἐκήρυξεν ὁ Ἀπόστολος λέγων, *Τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐλάβομεν*· καὶ τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ πεφηνέναι σαφὲς πεποίηκεν, Υἱοῦ Πνεῦμα ὀνομάσας αὐτὸ καθάπερ καὶ Θεοῦ· διὰ τοῦτο γὰρ, φησὶν, Υἱοῦ λέγεται πνεῦμα, διότι πέφηνε δι' αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ οἱ Δυτικοὶ πάντες Πατέρες ὥσπερ ἐκ κοινῆς συμφωνίας διὰ τοῦτό φασιν Υἱοῦ λέγεσθαι Πνεῦμα καὶ εἶναι, διότι ἐξ αὐτοῦ ἐκπορεύεται. Ταυτὸν ἄρα τοῖς Δυτικοῖς τὸ ἐξ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι δύναται, ᾧ φησιν ὁ μέγας Βασίλειος διὰ τοῦ Υἱοῦ πεφηνέναι. Ἀλλὰ τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι αὐτὸ λέγειν τοῦ Πνεύματος αἰτίαν εἶναι δηλοῖ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ διὰ Υἱοῦ πεφηνέναι ἄρα σαφῶς τοῦ Πνεύματος αἰτίαν βούλεται τὸν Υἱὸν λέγειν. Εἰ δὲ τὸ δι' Υἱοῦ πεφηνέναι τὴν εἰς τὸν αἰσθητὸν τουτονὶ κόσμον ἐκφανσιν καὶ φανέρωσιν αὐτοῦ τι; δηλοῦν βούλεσθαι λέγει, οὐ καλῶς λέγει. Εἰ γὰρ διὰ τοῦτό ἐστι τοῦ Υἱοῦ πνεῦμα τὸ Πνεῦμα, οὐκ ἀΐδιος αὐτὸ, οὐδὲ φύσει, ἀλλ' ἐπίκτητον αὐτὸ ἔχει λαβὼν καὶ ἐν χρόνῳ,

cur Spiritus sanctus non dicatur filius Filii, manifeste apparet, non fuisse beatum Basilium hujus opinionis, nihil videlicet Filium conferre ad esse Spiritus. Non enim talem quæstionem movisset; quemadmodum nullus quæreret quare Spiritus non sit pater Patris, vel genitor Filii. Deinde ex ipsa solutione quæstionis apparet, quod putabat Filium causam Spiritus; et hoc per præpositionem *per* significare. Cum enim liceret ei dicere, quod ideo non est filius Filii, quia nec ex eo, nec per eum est, nec eum habet sui ipsius causam (quænam esset solutio convenientior?); hoc quidem non dixit, sed aliam reddidit rationem: Est enim, inquit, ex Deo per Filium, et hoc negandum non est. Quod si hoc cogat, et filium eum Filii et esse et dici; et diceretur, inquit, etiam hoc, nisi hoc inconveniens sequeretur, quod Trinitas multitudo infinita putaretur. Quod si hoc absurdum non timeretur, diceretur etiam filius Filii. At si filius Filii diceretur, nullus dubitaret, quod Filium etiam haberet sui causam. Igitur etiam cum dicatur per Filium esse, Filium habet causam; ipse etiam esse ait, quod verbum potissimum exsistentiam et subsistentiam significat, et esse ex Deo per Filium, prout sacer Athanasius dixit. Nec igitur de gratiis non subsistentibus est ei propositum dicere, nec propter relationem per Filium dictum est; nec præpositio *per* idem potest quod præpositio *cum*. Quæ enim ratio est, ideo aliquos suspicari, filium eum Filii posse dici et esse, quia ex Deo cum Filio est? Cum igitur nullum de his tribus refugiis, ad quæ se omnes solent referre, his sanctorum doctorum testimoniis relinquatur, neque conveniat, palam patet, causam hic significare hanc præpositionem *per*. Idem ex alia ejusdem auctoritate probatur, dicentis: Ideo quod ex Deo quidem Spiritus sit, palam prædicavit Apostolus, dicens: *Spiritum, qui ex Deo est, accepimus* [1]. Et quod per Filium manifestatus sit, aperte ostenditur, cum illum Filii Spiritum, quemadmodum etiam Dei nominaverit; ideo enim dicitur Filii Spiritus, inquit, quia per eum manifestatus est. Cuncti etiam Patres Occidentales communi sententia, ideo dicunt Filii Spiritum et esse et dici, quia ex eo procedit. Idem igitur Occidentales doctores significant, cum dicunt ex Filio Spiritum procedere, quod sanctus Basilius, cum dicit, per Filium eum manifestari. At dicere, ex Filio eum procedere, nihil aliud significat, nisi quod Filius etiam sit causa Spiritus. Igitur et per Filium dicere eum manifestari, palam significat, Filium causam esse Spiritus sancti. Quod si hoc, quod dicimus per Filium eum manifestari, dicat aliquis significare, ad sensibilem hunc modum ejus manifestationem et temporalem missionem, non recte dicet. Si enim ideo Spiritus est Filii Spiritus, nec æternaliter nec natura, sed accidentaliter et

[1] I Cor. II, 12.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐξότου τῷ κόσμῳ αὐτὸ ἐνεφάνισεν, ὃ πόρρω πάσης μανίας. Τοῦ γὰρ ἀποτελέσματος προεπινοεῖσθαι τὴν αἰτίαν ἀνάγκη, αἰτία δὲ τοῦ τὸ Πνεῦμα εἶναι πνεῦμα Υἱοῦ τὸ δι' Υἱοῦ πεφηνέναι. Εἰ οὖν ἀϊδίως καὶ φύσει τὸ Πνεῦμα Υἱοῦ πνεῦμα, καὶ ἀϊδίως δι' Υἱοῦ πέφηνε, τὸ δὲ ἀϊδίως δι' αὐτοῦ πεφηνέναι, εἰ μὴ τὸ ἀϊδίως δι' αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι καὶ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν σημαίνει, θαῦμα ἂν εἴη. Ἀλλὰ καὶ τὸ, καθάπερ καὶ Θεοῦ, τῷ λόγῳ προσκείμενον, μέγα τῇ ἡμετέρᾳ ἐξηγήσει συμβάλλεται· οὕτω γάρ, φησὶν, Υἱοῦ λέγεται πνεῦμα καθάπερ καὶ Θεοῦ. Ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ λέγεται Πνεῦμα, ὡς ἐκπορευόμενον ἐξ αὐτοῦ. Καὶ τοῦ Υἱοῦ ἄρα λέγεται Πνεῦμα, ὡς ἐκπορευόμενον δι' αὐτοῦ, εἴτουν δι' αὐτοῦ πεφηνός· ταὐτὸν γὰρ ἀμφότερα σημαίνειν ἀποδέδεικται. Ἐνταῦθα δὲ καὶ μάλιστα φαίνεται μηδεμίαν ἔχειν χώραν ἀντὶ τῆς *μετὰ* μεταλαμβάνεσθαι τὴν *διά*. Τὸ γὰρ εἶναι, φησὶ, Πνεῦμα δι' Υἱοῦ σημεῖόν ἐστι τοῦ δι' αὐτοῦ πεφηνέναι. Εἰ γοῦν τὸ δι' αὐτοῦ πεφηνέναι τὸ μετ' αὐτοῦ πεφηνέναι ἐσήμαινεν, οὐδὲν δὲ μᾶλλον μετὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἢ μετὰ τοῦ Πνεύματος πέφηνεν ὁ Υἱὸς, ἔδει ἂν καὶ τοῦ μετὰ τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱὸν πεφηνέναι σημεῖον ἕτερον εἶναι, τὸ τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος λέγεσθαι. Ἀλλὰ τοῦτο οὐ λέγεται· οὐκ ἄρα οὐδὲ μετὰ τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱὸς πέφηνεν. Ἀλλὰ τοῦτο καὶ ψεῦδος καὶ βλάσφημον· πέφηνε γὰρ σὺν τῷ Πνεύματι καὶ ἅμα τῷ Πνεύματι, δι' αὐτοῦ δὲ ὅμως οὐ πέφηνεν· ἕτερον

A ἄρα περιφανῶς τὸ δι' αὐτοῦ πεφηνέναι τοῦ σὺν αὐτῷ ἢ μετ' αὐτοῦ πεφηνέναι. Ἀλλὰ φησὶν· Οὐ λέγεται τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱὸς, ἵνα μὴ Πατὴρ αὐτοῦ δόξῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἀναφορικὸν γὰρ ὄνομα ὢν ὁ υἱὸς, ἀποδίδοται πρὸς πατέρα. Ὥστε εἰ μὴ τοῦτο ὑπενοεῖτο τὸ ἄτοπον, καὶ ὁ Υἱὸς ἂν τοῦ Πνεύματος ὠνομάζετο, διὰ τὸ σὺν τῷ Πνεύματι καὶ ἅμα αὐτῷ προελθεῖν ἐκ Πατρός. Ἀλλ', ὦ βέλτιστοι, καὶ τὸ Πνεῦμα ἀναφορικόν ἐστιν ὄνομα, καὶ πρὸς τὸν πνέοντα ἀποδίδοται ἐξ ἀνάγκης, καὶ οὗ λέγεται πνεῦμα, ἐξ ἐκείνου πάντως καὶ πνεῖται. Ὅτι γὰρ ἀναφορικὰ τὰ ὑποστατικὰ ὀνόματα τῆς Τριάδος, οὐδεὶς ἀντερεῖ. Ὑποστατικὸν δὲ τοῦ πνεύματος ὄνομα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεται, ὥσπερ καὶ τοῦ πατρὸς ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ υἱοῦ· καὶ ἀναφορικὸν ἐξ ἀνάγκης,

B ὥσπερ καὶ ταῦτα· εἴπερ οὐσία μὲν οὐκ εἰσιν, ἄλλο δὲ παρὰ τὰς ἀναφοράς τε καὶ τὴν οὐσίαν ἐν τοῖς θείοις οὐκ ἔστιν. Ὥσπερ οὖν τὸν Υἱὸν, διὰ τὸ ἀναφορικὸν ὄνομα εἶναι ἀποδίδοσθαι πρὸς Πατέρα, διείλαμεν υἱὸν τοῦ Πνεύματος λέγειν, ἵνα μὴ πατὴρ αὐτοῦ νομισθῇ· οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα, ἀναφορικὸν ὄνομα ὄν, καὶ πάντως ἀποδιδόμενον πρὸς τὸν πνέοντα, ἐξ ἐκείνου καὶ πνεῖται, οὗ Πνεῦμα λέγεται εἶναι. Ὡς ἂν δὲ μηδεμία τοῖς λόγοις τούτοις καταλείποιτο πρόφασις, καὶ φανείη σαφέστερον αἰτίαν σημαίνουσα ἡ *διὰ*, Μάξιμος ὁ θεῖος παρίτω, ἐν οἷς ἑρμηνεύει, τί δῆτα βούλεται τῷ προφήτῃ Ζαχαρίᾳ *ἡ χρυσῆ λυχνία, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ λαμπάδιον*

temporaliter illum habet, ex quo scilicet mundo illum manifestavit : quod impium est etiam cogitare. Effectus enim ut præsupponat causam necesse est. Quod autem per Filium Spiritus manifestetur, hoc est causa, ut Spiritus sit Spiritus Filii. Si igitur effectus, videlicet quod Spiritus sit Spiritus Filii, æternaliter etiam est, multo magis et causa, videlicet quod per eum manifestatus fuerit, æterna et naturalis sit necesse est : æternaliter autem per eum manifestari, quid aliud, nisi quod æternaliter ab eo procedit, significat? Illud etiam quod additur, Quemadmodum et Dei, nostram expositionem corroborat. Ita enim, ait, dicitur Spiritus Filii, quemadmodum et Dei. At Dei dicitur Spiritus, tanquam ex eo procedens ; igitur etiam Filii dicitur Spiritus, tanquam ex eo procedens, sive per eum manifestatus. Idem enim ambo significare probatum est. Hic autem potissimum apparet, nullo modo præpositionem *per* debere accipi pro *cum*. Quod enim sit Filii Spiritus, signum est, inquit, quod per eum manifestatus sit. Si igitur per eum manifestari, idem atque cum eo manifestari, significaret, cum nil minus cum Filio Spiritus quam cum Spiritu Filius manifestatus sit, oporteret ut etiam Filius Spiritus diceretur, in signum quod cum Spiritu Filius manifestatus sit. At hoc non dicitur, igitur nec cum Spiritu Filius manifestatus est. Sed hoc mendacium et impium est dicere ; manifestatus est enim cum Spiritu, non tamen per

C Spiritum. Quo fit, ut aliud sit, per cum manifestari, et aliud, quod cum eo manifestetur. Sed dicet aliquis : Ideo Filius non dicitur Spiritus, ne Pater ejus videatur esse Spiritus sanctus ; Filius enim, cum nomen sit relativum, refertur ad Patrem. Quare, si non timeretur hoc inconveniens, Filius etiam Spiritus diceretur, eo quod cum Spiritu, et simul cum Spiritu progrediatur ex Patre. At, o vir optime, Spiritus quoque relativum nomen est, et ad spirantem refertur : et cujus dicitur Spiritus, ab illo etiam spiratur. Quod enim personalia nomina Trinitatis relativa sint, nullus ignorat. Personale vero nomen Spiritus esse, quod sanctus Spiritus dicatur, nemo inficiatur, quemadmodum Patris pater, et Filii filius ; et necessario relati-

D vum, quemadmodum et illa : siquidem essentia non sunt, nec aliud est in divinis præter essentiam et relationes. Quemadmodum igitur Filium, cum sit nomen relativum, et referatur ad Patrem, veremur filium Spiritus dicere, ne Spiritus pater ejus putaretur ; ita et Spiritus, cum sit nomen relativum et necessario ad spirantem referatur, ab eo etiam spiratur, cujus dicitur Spiritus esse. Ut vero nulla cuiquam excusatio relinquatur, et clarius appareat præpositio *per*, significans causam, sanctus Maximus in medium adeat ; qui, exponens quid velit illud Zachariæ prophetæ : *Aurea lampas, et quod supra eam* [1], sic dicit : Spiritus enim sanctus, quemadmodum natura secundum esseu-

[1] Zach. IV, 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ οἱ λύχνοι, λέγων ἐν ἐκείνοις ὡδί· Τὸ γὰρ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὥσπερ φύσει κατ' οὐσίαν ὑπάρχει τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὕτω καὶ τοῦ Υἱοῦ κατ' οὐσίαν ἐστὶν, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐσιωδῶς δι' Υἱοῦ γεννηθέντος ἀφράστως ἐκπορευόμενον. Τοῦ Υἱοῦ γὰρ, φησὶν, οὐσιωδῶς ἐστι τὸ Πνεῦμα, οὐκ ἐπίκτητον αὐτὸ καὶ ἔξωθεν, οὐδὲ χρονικῶς εἰληφότος, ἀλλ' ἐξ ἀϊδίου κατ' οὐσίαν αὐτὸ κεκτημένου, καθάπερ καὶ ὁ Πατήρ. Καὶ ἡ αἰτία, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς δι' αὐτοῦ οὐσιωδῶς ἐκπορεύεται. Καὶ βλέπε ὅτι τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς πράγματος ὅ τε μέγας Βασίλειος, ὅ τε θειότατος Μάξιμος αἰτίαν ἀποδιδόντες τοῦ διὰ τί τὸ Πνεῦμα λέγεται Πνεῦμα Υἱοῦ, τὴν αὐτὴν ἀποδιδόασι καὶ ἀμφότεροι· διὰ γὰρ τὸ δι' αὐτοῦ ἐκ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, καὶ Πνεῦμα εἶναι αὐτοῦ διατείνονται. Ὃ οὖν Μάξιμος, δι' αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι, ἔφησε, τοῦτο ὁ θεῖος Βασίλειος δι' αὐτοῦ πεφηνέναι φησὶν, εἰς ἴσον τιθεὶς τὸ πεφηνέναι τῷ ἐκπορεύεσθαι. Εἰ δὲ τὸ δι' αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ δι' αὐτοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν δηλοῖ, ἆρα καὶ τὸ δι' αὐτοῦ πεφηνέναι τὸ δι' αὐτοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν παρίστησι· καὶ αἰτίαν ἡ *διὰ* ἐξ ἀνάγκης ἐνταῦθα δηλοῖ, καὶ οὐδαμῶς ἄλλως; λαμβάνεσθαι δύναται. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ Νύσσης Γρηγόριος πολλαχοῦ μὲν καὶ ἀλλαχοῦ σαφέστατα τοῦτο φησὶν· οὐκ ἐν οἷς μόνον τῷ αἰτιατῷ καὶ αἰτίῳ διακρίνεσθαι λέγει τὴν Τριάδα ἀλλήλων, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον, σαφῶς περὶ διακρίσεως τῶν θείων προσώπων τὸν λόγον ποιούμενος· Τὸ Πνεῦμα, φησὶ, τῷ Πατρὶ κατὰ τὸ ἄκτιστον συναπτόμενον, πάλιν ἀπ' αὐτοῦ τῷ μὴ

A Πατὴρ εἶναι, καθάπερ ἐκεῖνος, διαχωρίζεται· τῆς δὲ πρὸς τὸν Υἱὸν κατὰ τὸ ἄκτιστον συναφείας, καὶ ἐν τῷ τὴν αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως ἐκ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἔχειν, ἀφίσταται πάλιν τῷ ἰδιάζοντι ἐν τῷ μήτε μονογενῶς ἐκ τοῦ Πατρὸς ὑποστῆναι, καὶ ἐν τῷ δι' αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ πεφηνέναι. Πάλιν δὲ τῆς κτίσεως διὰ τοῦ Μονογενοῦς ὑποστάσης, ὡς ἂν μὴ κοινότητά τινα πρὸς ταύτην ἔχειν νομισθῇ τὸ Πνεῦμα· ἐκ τοῦ διὰ τοῦ Υἱοῦ πεφηνέναι, ἐν τῷ ἀτρέπτῳ καὶ ἀναλλοιώτῳ καὶ ἀπροσδεεῖ τῆς ἑτέρωθεν ἀγαθότητος διακρίνεται τὸ Πνεῦμα ἀπὸ τῆς κτίσεως. Ἐνταῦθα περὶ θείας ἑνώσεώς τε καὶ διακρίσεως ὁ διδάσκαλος τὸν λόγον ποιούμενος, προχειρίζεται μὲν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, παραβάλλων δ' αὐτὸ πρός τε τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, εὑρίσκει τίνα μὲν αὐτοῖς B κοινὰ καὶ ἑνοῦντα, τίνα δὲ ἴδιά τε καὶ διακρίνοντα. Τῷ μὲν οὖν Πατρὶ, φησὶ, κατὰ τὸ ἄκτιστον συναπτόμενον· τοῦτο δ' ἐστὶ τοῖς ἀπολελυμένοις καὶ οὐσιώδεσιν, ἃ διὰ τῆς ἀκτίστου σημαίνει φωνῆς· τῷ μὴ Πατὴρ εἶναι, καθάπερ ἐκεῖνος, ἀπ' αὐτοῦ πάλιν διαχωρίζεται. Τῷ δὲ Υἱῷ κοινωνοῦν αὐτῶν τε τῶν ἀπολελυμένων καὶ τῆς κατὰ τὸ ἄκτιστον συναφείας· μία γὰρ τῶν τριῶν οὐσία, ἔτι τε καὶ τῷ αἰτιατὰ εἶναι κοινῶς ἀμφότερα τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, ὅμως αὐτοῦ διακρίνεται πάλιν δυσὶ τούτοις, τῷ μήτε μονογενῶς ὡς ὁ Υἱὸς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς δηλαδὴ ὑποστῆναι· τοῦτο δ' ἐστὶ τῷ διαφόρῳ τῆς ὑπάρξεως τρόπῳ· καὶ ἐν τῷ δι' αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ πεφηνέναι. Εἰ οὖν ἐνταῦθα τὸ, *δι' αὐτοῦ*, ἴσον δύναται τῷ, *μετ'* C *αὐτοῦ*, θαῦμα ἂν εἴη, εἰ τῷ μετὰ τοῦ Υἱοῦ πεφηνέ-

tiam Dei et Patris est, et Filii secundum essentiam est, tanquam ex Patre essentialiter per Filium ineffabiliter natum procedens : Filii enim est, inquit, essentialiter Spiritus, non adventitius et deforis, nec temporaliter illum accipientis, sed ab æterno essentialiter illum habentis, quemadmodum et Pater : cujus ratio est, quod ex Patre per eum essentialiter procedit. Et attende, quod unius et ejusdem rei rationem reddentes, tam beatus Basilius, quam sanctus Maximus, videlicet cur Spiritus dicitur Spiritus Filii, eamdem uterque reddit. Quia enim ex Patre per eum procedit, ideo Spiritum ejus esse et dici asseverant. Et quod sanctus Maximus per eum procedere inquit, illud beatus Basilius per eum manifestari dixit, significans idem posse manifestari atque procedere. Quod si per eum procedere, per eum esse et exsistentiam habere significat ; igitur et per eum manifestari, per eum esse et exsistentiam habere significat : et præpositio *per* causam hic necessario significat, nec ullo modo aliter capi potest. At Nyssenus etiam Gregorius idem plerisque in locis ait ; non solum cum Trinitatem causa et causato distingui asseverat, sed etiam in primo suorum contra Eunomium librorum, de distinctione divinarum personarum tractans : Spiritus, inquit, Patri conjunctus, secundum quod uterque increatus, et rursus ab eo distinguitur, et quod non est Pater, prout ille est : Filio vero, et secundum

quod uterque increatus est, et secundum quod uterque ex primo principio suam subsistentiam habet, conjunctus, distinguitur ab eo sua proprietate, quæ est, quod nec ut unigenitus ex Patre productus est, et quod per ipsum Filium sit manifestatus. Et cum creatura per Filium sit producta, ne quis putet aliquid commune esse Spiritui et creaturæ, propterea quod dicitur per Filium manifestatus, immutabilitate et immobilitate a creatura distinguitur. Hic cum manifeste de divina unione et distinctione sanctus doctor loqueretur, proponit sibi Spiritum sanctum : quem ad Patrem comparans et Filium, invenit quæ communia eis et unientia, quæ vero propria et distinguentia sunt. Patri itaque, inquit, conjunctus, secundum quod uterque increatus est ; ac si diceret, per absoluta et essentialia, quæ per nomen increati significantur ; rursus ab eo distinguitur, eo quod non est Pater ut ille est. Cum Filio vero commune habens, quod uterque increatus, et omnia eis absoluta communia sint, cum una eademque utriusque essentia sit, item quod uterque Deum et Patrem sui principium habet, tamen ab eo his duobus distinguitur : primo, quod non per generationem ut Filius, sed per processionem videlicet ex Patre sit ; ac si diceret, per diversum subsistentiæ modum ; secundo, quod per ipsum Filium manifestatus sit. Si igitur *per eum* idem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

ναι τὸ Πνεῦμα διακρίνεται τοῦ Υἱοῦ· ἐνοῖτο γὰρ ἂν οὕτω μᾶλλον, οὐ διακρίνοιτο· καὶ συνάπτοιτο πλέον, ἢ διαιροῖτο. Οὐ μὴν οὐδὲ περὶ χαρισμάτων ἐνταῦθα διανομῆς ὁ λόγος αὐτῷ, ἀλλὰ περὶ τῆς τῶν θείων ὑποστάσεων διακρίσεως. Οὔτε δέ τις εἰπεῖν ἔχει τὴν εἰς τὸν κόσμον διὰ τοῦ Υἱοῦ φανέρωσιν τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου διὰ τούτου τοῦ λόγου δηλοῦσθαι. Πρῶτα μὲν γὰρ περὶ διακρίσεως ὄντος τοῦ λόγου τῶν ὑποστάσεων, καὶ πῶς ἂν τὴν χρονικὴν ταύτην φανέρωσιν ἀϊδίου τινὸς πράγματος αἴτιον ἐποιεῖτο; ἀΐδιος γὰρ ἀλλήλων ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τοῖς προσωπικοῖς διακρίνοντι ἰδιώμασι· καὶ οὐ δήπου πρὶν ὑπὸ τοῦ Υἱοῦ φανερωθῆναι τῇ κτίσει τὸ Πνεῦμα, ἀλλήλων οὐ διεκρίνοντο· τοῦτο γὰρ ἀτοπώτατον λέγειν. Ἔπειτα τῶν εἰ; τὴν κτίσιν ἔργων τῆς Τριάδος ὄντων κοινῶν, οὐ διὰ τοῦ Υἱοῦ μᾶλλον ἢ δι' ἑαυτοῦ ἐφανερώθη τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν Υἱὸν ἐδόξασέ τε καὶ ἐφανέρωσε, καὶ οὐχ ἥκιστα τὸν Πατέρα, τὸν αὐτὸν δὲ καὶ ὁ Υἱός. Οὕτω; οὖν ἂν καὶ ἑαυτοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διακρίνοιτο, ἑαυτὸ φανερῶσαν, ἔτι τε τοῦ Πατρός· καὶ ὁ Υἱὸς ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ Πατρὸς διὰ ταῦτα· ἀλλ' οὔτε ἐπὶ τούτων εἴρηται τοῦτό ποτε, οὔτ' ἐπὶ τοῦ νυνὶ προκειμένου τούτῳ λόγῳ καταλείπεται χώρα. Ὁ δὲ τοῦτον ἐλέγχει τὸν λόγον ὄντα ματαίαν καταφυγήν, ἔστιν ὅτι τὸ Πνεῦμα τῆς κτίσεως ὁ διδάσκαλος διακρῖναι βουλόμενος, ἐπείπερ ᾔσθετο, μᾶλλον δ' ἔφθασεν ἀποδεδωκὼς κοινὸν αὐτῷ τε κἀκείνῃ τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ μὲν πεφηνέναι, τὴν δὲ ὑποστῆναι, δεδιὼς, μή τις τούτῳ δὴ τῷ κοινῷ καὶ ταυτότητα οὐσίας δοξάσειε, τῷ ἀτρέπτῳ τε καὶ τρεπτῷ, καὶ ἀναλλοιώτῳ, καὶ μὴ τοιούτῳ διακρίνει ταῦτα ἀλλήλων, τὸ, διὰ τοῦ Υἱοῦ, τὴν μὲν ὑποστῆναι, τὸ δὲ πεφηνέναι, κοινὸν καὶ ταυτὸν ἡγησάμενος· διακρίσεως δὲ τρόπον εὑρὼν τὸ τὴν μὲν τρεπτὴν καὶ ἀλλοιωτὴν εἶναι, τὸ δ' ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον. Καίτοι εἰ τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ πεφηνέναι τὸ Πνεῦμα μὴ αἰτίαν ἐδήλου τὸν Υἱὸν, ὥσπερ τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ ὑποστῆναι τὴν κτίσιν, τοῦτο γὰρ αὐτὸν αἰτίαν δηλοῖ, ῥάστη ἂν ἦν ἡ διάκρισις τοῦ Πνεύματός τε καὶ τῆς κτίσεως;. Ἐξῆν γὰρ εἰπεῖν ὅτι εἰ καὶ ἀμφότερα διὰ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' ἡ μὲν κτίσις αἰτιατῶς ἐξ αὐτοῦ, τὸ δέ γ' ἀναιτίως. Νῦν δὲ τοῦτο μὲν οὐκ εἶπεν· ὁ γὰρ μὴ ᾖδει ἀληθὲς ὄν, οὐκ ἦν ἐκείνου εἰπεῖν· ἀλλ' ἄλλην εὗρε διάκρισιν, τὴν καὶ αὐτῷ δόξασαν ἀληθῆ καὶ μόνην ὑπάρχουσαν. Ἡ *διὰ* ἄρα ἐπὶ τῆς δι' Υἱοῦ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἐκφάνσεως, τοῦτ' αὐτὸ δύναται, ὅπερ ἐπὶ τῆς κτίσεως λεγομένης δι' Υἱοῦ ὑποστῆναι. Ἀλλ' ἐπὶ τῆς κτίσεως αἰτία λέγεται καὶ πιστεύεται ὁ Υἱὸς εἶναι, καὶ διὰ τῆς *διὰ* τοῦτο σημαίνεται καὶ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος· ἄρα αἰτίαν ἡ *διὰ* παρίστησι τὸν Υἱόν. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ἄλλως φανερὸν, ὡς τοῖς αἱρετικοῖς οἱ διδάσκαλοι πολεμοῦντες δι' Υἱοῦ λέγουσι γεγενῆσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τὸ κακῶς ἀκούειν τοῦ Εὐαγγελιστοῦ, *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο*, λέγοντος, καὶ τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦτο

significaret ac *cum eo*, prout aliqui somniant, mirum esset profecto, si ideo Spiritus distinguatur a Filio, quia cum eo manifestatur: unitur enim hoc modo, non distinguitur; et conjungitur, non dividitur. Nec etiam de divisione charismatum hic loquitur sanctus doctor, quin imo de divinarum personarum distinctione. Nec quisquam habet dicere, Spiritus per Filium in mundo manifestationem per hæc verba significari. Primo namque cum de distinctione personarum hic sermo haberetur, quonam modo temporalem hanc manifestationem æternæ rei causam poneret? æternaliter enim Filius et Spiritus sanctus personalibus distinguuntur proprietatibus. Neque dici potest, quod antequam manifestaretur mundo Spiritus, non erant ab invicem personaliter distincti; hoc enim absurdissimum etiam cogitare est. Deinde cum opera in creaturam communia Trinitati sint, non magis per Filium, quam per seipsum Spiritus sanctus manifestatus est: quin imo ipsum etiam Filium Spiritus glorificavit et manifestavit, et non minus Patrem eumdem etiam Filius. Quare cum hac ratione a seipso etiam Spiritus distinguetur, cum seipsum manifestavit; item et a Patre; Filius quoque et a seipso, et a Patre, ob eamdem rationem. Sed nec de his unquam hoc dictum est, neque de re nobis proposita idem dicere convenit. Quod autem palam arguit, has rationes vana refugia esse, illud est, quod Spiritum sanctum volens a creatura divinus iste doctor distinguere, cum jam attribuisset Spiritui, per Filium manifestari; creaturæ, per Filium creatam fuisse, timens ne quis propter hoc, quod Spiritus et creatura per Filium esse dicantur, ejusdem etiam essentiæ Spiritum cum creatura putaret; mutabili et immutabili hæc ab invicem distinguit, quod Spiritus quidem per Filium manifestetur, creatura vero per Filium subsistat; hoc commune et idem utrisque putans, distinctionis vero alium reperiens modum, videlicet quod ille quidem immutabilis, illa vero mutabilis sit. At si, cum dicitur, Spiritum per Filium manifestari, non significaretur, quod Filius subsistentiæ Spiritus esset causa, quemadmodum cum dicitur, mundum per Filium esse factum (hoc enim manifeste Filium significat causam esse), facilis esset Spiritus a creatura distinctio: licuisset enim dicere quod, etsi uterque sit per Filium, creatura tamen est ex eo tanquam causatum, Spiritus vero non tanquam causatum. Nunc autem hoc non dixit: quod enim sciebat non esse verum, dicere non erat suum; sed alium distinctionis modum invenit, qui ei verus visus est, et qui solus inveniri potest. Igitur præpositio *per* idem potest, cum dicitur quod Spiritus per Filium manifestatur; quod cum dicimus creaturam *per* Filium esse factam. Sed creaturæ causam dicimus et credimus Filium, et hoc significat præpositio *per*: igitur etiam de Spiritu ipsa significat Filium causam esse. Præterea patet quod quia hæretici per Filium fuisse

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

βλασφήμως ὡς ἐν νοιμένοις τῶν πάντων, ταύτας ἀφῆκαν κατ' αὐτῶν τὰς φωνὰς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, καὶ δι' αὐτοῦ πεφηνέναι καὶ εἶναι τὸ Πνεῦμα εἰπόντες. Ἀλλ' οἱ αἱρετικοὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ γεγενῆσθαι τὸ ἅγιον λέγοντες Πνεῦμα, δύο ταῦτα ἐνόουν· αὐτό τε γὰρ ἐτίθεσαν εἶναι ὡς ἓν τῶν κτισμάτων, καὶ τὸν Υἱὸν αἰτίαν αὐτοῦ εἶναι, καὶ τοῦτο δηλοῦσθαι διὰ τῆς προθέσεως τῆς *διά*. Εἰ οὖν ἀμφότερα ἔλεγον βλασφημοῦντες, καὶ πρὸς ἑκάτερον ἂν οἱ διδάσκαλοι παρετάξαντο· καὶ ὥσπερ ἐξαιροῦσιν αὐτὸ τῶν κτισμάτων, καὶ οὐκ ἔστιν ὅτε οὐ τοῦτο ποιοῦσιν· ὅθεν οὐδὲ τῇ λέξει τοῦ γεγενῆσθαι εἰς κτίσμα κατασπώσῃ τὸ Πνεῦμα εὕροις ἂν αὐτοὺς ἐπ' αὐτοῦ ποτε χρησαμένους· οὕτως οὐδ' ἂν ποτε ἐχρήσαντο τῇ *διά*, εἰ τοῖς μὲν αἱρετικοῖς ὡς αἰτίαν σημαίνουσα παρελαμβάνετο, αὐτοῖς δ' οὐκ ἐδόκει τοῦτ' ἀληθὲς εἶναι. Οὕτω διὰ πάντων τἀληθὲς αὐτό τε ἑαυτῷ φαίνεται σύμφωνον ὄν, καὶ αἰτίαν ἐν οἷς παραλαμβάνεται ἡ *διά*, παριστῶσα. Τοῦτο δ' αὐτὸ καὶ ἐκ τοῦ πρὸς Ἀβλάβιον λόγου τοῦ αὐτοῦ διδασκάλου σαφῶς δείκνυται· κἀκεῖ γὰρ περὶ διακρίσεως τῶν θείων προσώπων τὸν λόγον ποιούμενος, μετὰ τὸ καθόλου τῷ αἰτίῳ καὶ αἰτιατῷ διακρῖναι αὐτὰ ἀπ' ἀλλήλων, καὶ τῇ *διά* ταύτῃ τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος διακρίνει· Ὁ μὲν γάρ ἐστι, φησί, προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τοῦ Πατρός δηλαδή, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, ἤτοι διὰ τοῦ Υἱοῦ· καὶ τούτῳ, φησί, διακρίνεται τοῦ Υἱοῦ τὸ πανάγιον Πνεῦμα, τῷ δι' αὐτοῦ εἶναι, δηλαδὴ τοῦ Υἱοῦ· οὗτος γάρ ἐστι προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου. Ἐκ τοῦ πρώτου γὰρ ἀμφότερα ὄντα, οὐκ ἂν ἀρκούντως διακρίνοιντο, εἰ μὴ καὶ θάτερον εἴη διὰ τοῦ ἑτέρου, φησίν. Ὡς φανερῶς τὴν *διὰ* ἐπὶ διακρίσεως ἐνταῦθα παραληφθῆναι, καὶ διακρίσεως τῆς ἐξ ἀϊδίου, τῆς κατὰ αἰτιατὸν δηλαδὴ καὶ τὸ αἴτιον· ἐπεὶ προαποδεδωκὼς ἔφθασε πρότερον τῷ αἰτίῳ καὶ αἰτιατῷ μόνῳ ἀλλήλων τὰ θεῖα πρόσωπα διακρίνεσθαι. Τὸ γὰρ ἐπιφερόμενον, ἄλλην πάλιν διαφορὰν ἐπὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἐννοεῖσθαι οὐκ ἄν τις ἀναμαρτήτως ἐκλάβοι, ἄλλην λέγων κατ' εἶδος· οὕτω γὰρ ἂν ἀντιφάσει τὸν διδάσκαλον περιβάλλοιμεν, εἰ πρότερον τῷ αἰτίῳ καὶ αἰτιατῷ μόνῳ διακρίνεσθαι εἰπόντα τὰ πρόσωπα τῆς Τριάδος, ἔπειτα καὶ ἄλλον τρόπον αὐτὸν νομιοῦμεν ἀποδεδωκέναι διακρίσεως κατ' εἶδος διαφέροντα τοῦ πρώτου. Ἄλλην τοίνυν διαφορὰν τὴν κατ' ἀριθμὸν ἐκδεχόμενοι, τά τε τοῦ διδασκάλου φρονοίημεν ἄν, καὶ φανερῶς τὴν *διὰ* μετὰ αἰτίας δεξαίμεθα, ὡς μὴ ἔχειν λόγον λοιπὸν ἢ ἀντὶ τῆς *μετὰ*, αὐτὴν λέγειν· ἡ *μετὰ* γὰρ οὐ διακρίνει, ἢ τὴν ἐν τῷ κόσμῳ τοῦ Πνεύματος δι' Υἱοῦ ἔκφανσιν τῷ λόγῳ δηλοῦσθαι· αὕτη γὰρ οὐκ ἐξ ἀϊδίου. Εἰ δὲ ἡ λέξις τοῦ πεφηνέναι σκανδαλίζει τινάς, μόνον τὸ ἐκπορεύεσθαι προσήκειν τῇ τοῦ Πνεύματος ὑπάρξει νομίζοντας, καὶ τῇ ὑπαρκτικῇ προόδῳ αὐτοῦ, τὸ δὲ πεφηνέναι εἰς τὴν μεταδοτικὴν ἢ χρονικὴν μόνον πρόοδον, ἢ εἰς τὴν πρὸς τὴν κτίσιν φανέρωσιν ἕλκοντας· ὥρα λοιπὸν αὐτοῖς καὶ τὸν Υἱὸν μεταδίδοσθαι λέγειν, ἢ πέμπεσθαι παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἐκ τοῦ

A B C D

factum Spiritum sanctum blasphemabant, eo quod Evangelista dicit : *Omnia per ipsum facta sunt*, male et impie Spiritum etiam sanctum inter omnia connumerantes, ideo sancti doctores eos oppugnantes, et contra eorum impietatem his usi verbis de Spiritu sancto, per Filium eum procedere, et per Filium esse et manifestari dixerunt. Sed hæretici per Filium factum fuisse Spiritum sanctum dicentes, duo hæc concludebant : primo, quod Spiritum creaturam putabant ; secundo, quod Filius causa ejus esset, et hoc ipsum *per* significare. Igitur si utrumque falsum esset, utrumque doctores oppugnassent, quemadmodum et illum a creaturis eximunt : quare nec unquam reperies eos usos de Spiritu hoc vocabulo, factus est, tanquam creaturæ appropriato : ita nec præpositione *per* usi fuissent unquam, si cum hæretici eam putarent causam significare, ipsis non solum falsum, verum impium hoc visum esset. Ita per omnia veritas ipsa sibi concordat, et manifeste causam significat *per*, cum de aliquibus accipiatur. Hoc idem ex ejusdem doctoris ad Ablabium oratione probatur. Etenim cum illic etiam de divinarum personarum distinctione tractaret, postquam universaliter causa et causato ab invicem eas distinxit, deinde Filium a Spiritu etiam præpositione *per* distinguit. Ille quidem est, inquiens, immediate a primo, Filius videlicet a Patre ; hic vero de Spiritu dicens, per eum qui immediate a Patre est, hoc est per Filium ; et eo distinguitur, inquit, Spiritus a Filio, quia per ipsum est. Quasi diceret, quod cum ambo a primo sint, non sufficienter distinguerentur, nisi alter per alterum esset. Ut manifeste *per* distinctionem hic significaret, et distinctionem quæ ab æterno est, quæque secundum causam et causatum est ; cum antea dixerit, causa et causato tantum ab invicem divinas personas distingui. Quod enim infert, aliam differentiam de Filio et Spiritu sancto intelligi, non recte quis putaret aliam secundum speciem ; contradiceret namque sibi ipsi, si cum antea causa et causato tantum dixerit personas divinas distingui, deinde alium modum distinctionis specie differentem tradidisset. Aliam igitur differentiam secundum numerum accipientes, et recte cum sancto doctore sentiemus et præpositionem *per* cum causa intelligemus, ita ut nulli ratio relinquatur, vel pro *cum* eam accipere. Cum enim non distinguit, vel mundo per Filium manifestationem Spiritus, eam significare putare ; hæc enim non est ab æterno. Quod si verbum hoc, manifestari, aliquos scandalizat, verbum, procedere, tantum Spiritus subsistentiæ putantes debere attribui : manifestari vero ad temporalem processionem, et charismatum dationem, et ad mundi manifestationem trahentes : eorumdem etiam erit Filium mundo dari, vel temporaliter mitti dicere, cum eum audiant a Patre manifes-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Πατρὸς αὐτὸν ἀκούουσι πεφηνέναι, οὗ πλήρεις οἱ λόγοι τῶν διδασκάλων. Κύριλλος γὰρ ὁ μακάριος ἐν τῷ πρὸς Οὐαλεριανὸν ἐπίσκοπον λόγῳ, Ἅγιος γάρ, φησιν, ὢν κατὰ φύσιν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ Πατήρ, ὁ ἐξ αὐτοῦ πεφηνὼς Υἱὸς μονογενής. Καὶ ὁ αὐτὸς περὶ τοῦ Χριστοῦ πάλιν· Ἴδιόν ἐστι τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, οὐτε που μόνον ᾗ Λόγος ἐστὶ πεφηνὼς ἐκ Πατρὸς, ἀλλ' εἰ καὶ νοοῖτο καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος γεγονώς. Ὅτε τοίνυν ἐνταῦθα τὸ πεφηνέναι τὸ εἶναι καὶ τὸ ὑπάρχειν δηλοῖ, πῶς ἐπὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου οὐ καταδεξόμεθα τὸ αὐτὸ τοῦτο σημαίνεσθαι; ὃ δὲ καὶ μὴ βουλομένους ἀναγκάσει δέξασθαι τοῦτο, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος καὶ τῆς ὑπαρκτικῆς αὐτοῦ προόδου τὸ αὐτὸ λέγεται τοῦτο. Λέγει δὲ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος· Τὸ Πνεῦμα οὐδὲν ἔχον ἐστὶν ἐπίκτητον ἐν ἑαυτῷ, ἀλλ' ἀϊδίως πάντα ἔχει ὡς Πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνός. Οὕτω πᾶσα πρόφασις ἀφαιρεῖται τῶν ζητούντων προφάσεις. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ὃ φησιν ὁ προειρημένος Γρηγόριος ὁ Νύσσης ἐν τῇ τοῦ ὁμωνύμου αὐτῷ καὶ Θαυματουργοῦ Γρηγορίου ἀποκαλύψει περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡς δι' Υἱοῦ πέφηνε δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις, οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον· ἕως ἂν τὸ δι' Υἱοῦ πεφηνέναι, σημαίνει μὲν καὶ ἀμφότερα, τό τε δι' Υἱοῦ ἀνθρώποις γνωσθῆναι ἐν χρόνῳ, τό τε δι' Υἱοῦ τὴν ἀΐδιον ὕπαρξιν ἔχειν, ὥσι δὲ ὅμως καὶ ἀμφότερα ἀληθῆ, ἐπὶ τῶν οἰκείων λαμβανόμενα τόπων. Ἀφίημι γὰρ ἔν γε τῷ νυνὶ λέγειν, ὡς τὸ δι' Υἱοῦ πεφηνέναι ἀνθρώποις ἐν χρόνῳ πρωϋποτίθησιν ἐξ ἀνάγκης τὸ δι' Υἱοῦ τὴν ἀΐδιον ὕπαρξιν ἔχειν· καὶ οὐκ ἂν δι' αὐτοῦ ἐν χρόνῳ ἐπεφήνει, εἰ μὴ δι' αὐτοῦ τὴν ἀΐδιον ὕπαρξιν εἶχεν. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν θεολογίᾳ μέγας Γρηγόριος, ζητῶν διά τί μὴ καὶ τὸ Πνεῦμα Υἱὸς κέκληται, καὶ εἴ τι αὐτῷ ἐλλείπει εἰς τὸ εἶναι υἱὸς, Οὐ λείπει, φησὶν, οὐ γὰρ ἐλλιπὴς ἡ θεότης· τὸ δὲ τῆς ἐκφάνσεως ἢ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως διάφορον, διάφορον αὐτῶν καὶ τὴν κλῆσιν πεποίηκε· τῇ αὐτῇ καὶ μιᾷ χρήσει τήν τε τῆς ἐκφάνσεως λέξιν, καὶ τὴν τοῦ πεφηνέναι, τό εἶναί τε καὶ ὑπάρχειν ἐνταῦθα δηλοῦν μαρτυρῶν τῷ ὁμωνύμῳ Γρηγορίῳ τῷ Νύσσης, καὶ ὅτι διάκρισιν καὶ αὐτὸς ἀποδιδοὺς τὴν αὐτὴν Υἱῷ τε καὶ Πνεύματι, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν τε καὶ ἴσων τρόπων αὐτὰ διακρίνων ἀλλήλων· ὡς γὰρ ἐκεῖνος τῷ μήτε μονογενῶς ὑποστῆναι καὶ τῷ διὰ τοῦ Υἱοῦ πεφηνέναι τοῦ Υἱοῦ διακρίνει τὸ Πνεῦμα, οὕτω καὶ οὗτος τῷ τε τῆς ἐκφάνσεως διαφόρῳ, καὶ τῷ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως. Ὁ μὲν ἐκεῖνος εἶπεν ἐν τῷ μὴ μονογενῶς ὑποστῆναι, ἀλλ' ἐκπορευτῶς δηλαδὴ, τοῦθ' οὗτος ἐκφάνσεως διάφορον εἰρηκεν, εἴτουν διάφορον τρόπον ὑπάρξεως· ὃ δὲ ὁ Νύσσης διὰ τοῦ Υἱοῦ πεφηνέναι, τοῦθ' οὗτος διάφορον τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως εἶπε. Σχέσιν δὲ τὴν πρὸς ἄλληλα Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος οὐκ οἶδ' εἴ τινά τις ἑτέραν εὕροι πλὴν τῆς κατὰ τὸ αἰτιατόν τε καὶ αἴτιον, καθ' ἣν ὁ μὲν πρὸς αὐτὸ τὸ Πνεῦμα ὡς αἴτιον ἔχει, τὸ δὲ διαφόρως πρὸς τὸν Υἱὸν, κατὰ τὸ παθητικὸν δηλαδὴ καὶ ποιητικὸν ὡς αἴτιον αὐτοῦ. Ἢ δείξατω μοί τις ἑτέραν σχέσιν μεταξὺ Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος, καθ'

ri, quod ab omnibus communiter doctoribus dicitur. Beatus etenim Cyrillus ad Valerianum episcopum: Cum enim quemadmodum Pater, ait, ita et qui ex eo manifestatur, unigenitus Filius natura sanctus sit. Et rursus idem: Proprius est Filii Spiritus sanctus, inquit, non solum in quantum Verbum est ex Patre manifestatum, sed etiam in quantum intelligitur homo secundum nos factus. Quod si in his, manifestari, esse et æternam subsistentiam, et generationem Filii significat, quare non idem et de Spiritu sancto significaret? Quod autem et nolentes cogeret concedere idem significare, illud est, quod etiam de Spiritu et ejus æterna processione hoc idem dicitur, dicente B. Basilio de Spiritu sancto: Nil adventitium in se habet, sed æternaliter omnia habet tanquam Spiritus Dei, et ex eo manifestatus: ita omnis occasio tollitur malignari cupientibus. Illud etenim, quod prædictus Gregorius Nyssenus in revelatione Neocæsareensis Gregorii, qui miraculis coruscavit, de Spiritu dicit, quod per Filium manifestatus sit, addens, videlicet hominibus, nil contra nos facit: siquidem hoc quod per Filium manifestatus sit, significat quidem utrumque etiam, quod per Filium sit hominibus notificatus temporaliter, et quod per Filium æternalitater producatur, sint vero utraque vera, in propriis locis accepta. Omitto namque dicere in præsenti, quod per Filium temporaliter hominibus manifestati, præ-

Præterea in superioribus satis disseruimus, quomodo dicitur Spiritus Filii secundum doctores; secundum enim Basilium, tanquam per Filium manifestus: secundum Maximum, tanquam per Filium procedens: secundum Patres Occidentales, tanquam ex Filio procedens. Nec igitur Cyrillus alia ratione dixisset, Spiritum Filii esse et Filii proprium, quam alii idem cum eo sapientes doctores dixerunt, tanquam ex Filio scilicet, sive per Filium, procedentem. Nihil enim interest, Ex Filio, vel, Per Filium dicere. Etenim ipse quoque nunc ponit, Ex, nunc eam mutat in *per*, tanquam

ambæ vere dici possint. Unde in eis quæ ad Palladium in forma dialogi scribit: Mutabilis vero minime, inquit, est Spiritus; nam si mutabilitati D subjaceret, ipsi divinæ naturæ iste defectus ascriberetur. Siquidem Dei et Patris, nec non et Filii est, qui essentialiter ex utroque, scilicet ex Patre per Filium, profluit Spiritus. Item in quinto ad Hermiam, reddens causam, cur Spiritus Filii dicatur Spiritus. Cujusnam, inquit, proprium dicimus esse Spiritum sanctum? Utrum solius Dei et Patris? an etiam Filii? an et disjunctim utriusque, simul et amborum, tanquam unum ex Patre per Filium propter identitatem essentiæ? Proprium itaque Filii ipse quoque Spiritum dicit, quia per Filium est. Per Filium autem est propter identitatem essentiæ, Patris videlicet et Filii. At propter eamdem ipsam omnia etiam Patris sunt Filii, præterquam quod non sit Pater. Ita sibi ipsi per omnia

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

δὲ συμφώνου; ἁπάσας, καὶ τὰ τῇ προλήψει χαρισάμενοι μόνῃ τούτων ἁπάντων ἀργίαν καταγνωσόμεθα; A Οὐ πρὸς ἀνδρῶν τοῦτο σοφῶν τε καὶ θείων, καὶ τοὺς λόγους οἰκονομούντων ἐν χρίσει.

ΚΕΦΑΛ. Π'.

Ἐπεὶ δέ τινες τῷ ῥήματι τοῦ πέμπεσθαι καὶ προχεῖσθαι προσκόπτοντες, ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὰ τοῦ Πνεύματος χαρίσματα πέμπεσθαι λέγουσιν, οὐκ αὐτὴν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν· τούτων γὰρ καὶ μεταλαμβάνειν τοὺς μεταλαμβάνοντας· ὡς ἂν γέλως ἀποδειχθῇ πᾶσα περιεργία τῶν βουλομένων τοῖς μειρακιώδεσι τουτοισὶ λόγοις κατὰ τῆς ὑγιοῦς τῶν ἁγίων δόξης χωρεῖν, αὐτοὶ πάλιν ἡμῖν παριτωσαν, καὶ τοῦτον τὸν λόγον ἐξελέγξοντες, καὶ ἑαυτοὺς ἐξηγούμενοι.

Φησὶν οὖν ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν πρὸς Ἑρμείαν ὁ B ἱερὸς Κύριλλος· Τὸ δὲ δὴ τὴν θείαν ἡμῖν ἐγχαράττον εἰκόνα, καὶ σημάντρου δίκην ἐμποιοῦν τὸ ὑπερκόσμιον κάλλος, οὐχὶ τὸ Πνεῦμά ἐστι; Πρὸς ὃν φησιν ὁ Ἑρμείας· Ναί· ἀλλ' οὐχ ὡς Θεὸς, φησὶν· ἀλλ' ὡς θείας χάριτος ὑπουργόν. Καὶ ὁ ἅγιος· Οὐκ αὐτὸ τοιγαροῦν ἡμῖν, ἀλλ' ἡ δι' αὐτοῦ χάρις ἐνσημαίνεται. Ὁ Ἑρμείας· Ἔοικεν. Ὁ ἅγιος· Ἦν οὖν ἀναγκαῖον, εἰκόνα τῆς χάριτος, καὶ οὐχὶ μᾶλλον εἰκόνα Θεοῦ διακεκλῆσθαι τὸν ἄνθρωπον. Εἶτ' ἐφεξῆς κατασκευάζων διὰ πάντων, ὡς ἡ τοῦ Πνεύματος ὑπόστασις αὐτὸς ὁ Θεὸς ἦν, ὁ τὴν θείαν ἡμῖν ἐν τῇ πρώτῃ πλάσει ἐγχαράξας εἰκόνα, καὶ οὐχὶ χάρις τις ἀνυπόστατος· οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν δευτέραν τοῦ πλάσματος ἀνακαίνισιν διὰ τοῦ σωτηρίου τοῖς μαθηταῖς ἐμφυσήματος γενομένην διὰ τοῦ ἁγίου φησὶ γεγενῆσθαι Πνεύματος. Ἔδει γὰρ ᾧ πρότερον μὴ ὢν ἄνθρωπος γεγένηται τρόπῳ, τῷ θείῳ δηλαδὴ Πνεύματι αὐτῷ τῷ ἐνυποστάτῳ Θεῷ, τῷ αὐτῷ καὶ πάλιν ἀναπλασθῆναι τὸν ἁγιασμὸν ἀπολέσαντα. Φησὶ γοῦν· Εἰ γὰρ τῆς οὐσίας τοῦ Πνεύματος διεσχοινισμένη τις ἦν ἡ δι' αὐτοῦ χάρις, τί μὴ ἔφη σαφῶς ὁ μακάριος Μωϋσῆς, ὅτι παρενηνεγμένῳ τῷ ζώῳ πρὸς τὸ εἶναι, λοιπὸν ἐνεφύσησε χάριν ὁ πάντων Δημιουργὸς τὴν διὰ πνοῆς τῆς ζωῆς; Χριστὸς δὲ ἡμῖν, *Λάβετε χάριν τὴν δι' ὑπουργίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος*; Ἀλλ' ὠνόμασται μὲν ἐκεῖ πνοὴ ζωῆς· ζωὴ γὰρ ἀληθῶς ἡ τῆς

consona dicit sanctus hic doctor. Unum etenim et eumdem Spiritum ex Patre per Filium esse, una et eadem spiratione sive processione; et ideo illum eorum proprium ait esse, quia ex Patre per Filium est, hoc autem propter identitatem essentiæ.

CAPUT VIII.

Ut autem clarius omnis eorum arguatur calumnia, qui contra sanam doctoris sententiam autumant eum ex Filio dixisse dona Spiritus mitti, non ipsam ejus hypostasin sive personam; ipse rursus adsit, hanc falsam eorum arguens opinionem, et seipsum exponens, quidnam sit quod ait, per Filium sive ex Filio profluere, prodire, emanare, scaturire: et simpliciter quod in sanctificationem in hunc mundum ab eo mittitur.

Ait etenim in septimo ad Hermiam: Inhabitantem enim sibi et insitum quis haberet eum qui natura et vere Deus est (de Filio dicens), cum Spiritum accipiat, qui non alienus et essentia disjunctus ab eo est, sed qui ex eo, et in eo, et ejus proprius est, et æque atque Ille Dominus est? Et post pauca: Misit autem nobis e cœlo Paracletum, D per quem et in quo nobiscum est, et in nobis habitat: non alienum in nobis afflans, sed qui essentiæ suæ et Patris sui proprius est Spiritus. Quod autem hæc de substantia Spiritus, non charismatibus non subsistentibus ait, omnibus patet. Idem rursus in eodem: Qui vero nobis divinam insculpsit imaginem, et similitudinem cujusdam sigilli, supremam nobis pulchritudinem imponit, nonne Spiritus est? Ita (inquit Hermias) non tamen ut Deus, verum ut divinæ gratiæ minister. Et Cyrillus: Non igitur ipse Spiritus nobis, sed ejus per eum gratia nobis imprimitur. Hermias. Ita videtur. Cyrillus. Ergo necessarium esset, imaginem C gratiæ, non Dei, vocatum fuisse hominem. Post hæc consequenter per omnia probans, quod hypostasis sive persona Spiritus, ipse scilicet unus in Trinitate, Deus erat, qui divinam nobis in prima hominis plasmatione impressit imaginem, non gratia non subsistens: secundam item plasmatis reparationem, per salutarem discipulis insufflationem factam, per eumdem Spiritum sanctum factam fuisse ponit. Dicebat etenim: A quo, antequam esset, modo factus fuerit homo, per sanctum videlicet Spiritum hypostaticum Deum, ab eodem rursus, deperdita sanctificatione, eum reparari. Si enim, inquit, gratia Spiritus ab ejus substantia disjuncta esset, cur beatus quidem Moses, homine ad esse producto, non dixerat: Sufflavit Creator omnium gratiam per Spiritum vitæ? Christus vero nobis: Accipite gratiam per ministerium Spiritus? Sed illic quidem dictum est, Spiritus vitæ (vita enim vere divinitatis natura est), hic vero per Salvatorem, Spiritus sanctus, ipsum procul dubio Spiritum credentium animabus emittentem. Hæc aperta sunt rei propositæ testimonia. Apertius tamen in sequentibus dirimit illam opinionem, qua quidam putant, non subsistentem nobis gratiam mitti, et per eam nos sanctificari. Ait enim: Templa vero Dei, nec non dii et vocamur et sumus. Qua de causa, quæras ab adversariis, si gratia participamus nuda et non subsistente? At non ita se veritas habet:

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

θεότητος φύσις· ἐνταῦθα δὲ διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος φωνῆς, Πνεῦμα ἅγιον, αὐτοῦ που κατὰ τὸ ἀληθὲς ταῖς τῶν πιστευόντων ψυχαῖς ἐγκατοικίζοντός τε καὶ ἐνιέντος τὸ Πνεῦμα. Ταῦτα σαφῆς τοῦ προκειμένου μαρτυρία. Σαφέστερον δ' οὖν ὅμως ἔτι προϊὼν καὶ φανερῶς ὁ αὐτὸς ἀναιρεῖ τὸ νομίζειν ἀνυπόστατον ἡμῖν πέμπεσθαι χάριν, καὶ δι' αὐτῆς ἡμᾶς ἁγιάζεσθαι. Φησὶ γάρ· *Ναοὶ δὲ Θεοῦ ναὶ μὴν καὶ θεοὶ κεκλήμεθα, καὶ ἐσμεν.* Ἀνθ' ὅτου γε δή; πύθου τῶν δι' ἐναντίας, εἴπερ ἐσμὲν ἀληθῶς ψιλῆς καὶ ἀνυποστάτου χάριτος μέτοχοι; Ἀλλ' οὐχ ὧδε ἔχει. Πόθεν; *Ναοὶ γάρ ἐσμεν τοῦ ὄντος τε καὶ ὑφεστηκότος Πνεύματος.* Ἀλλ' ἐκ μὲν τοῦ πρὸς Ἑρμείαν πολλῶν ὄντων, ἃ ὁ βουλόμενος ἐκεῖθεν ἀναλεξάσθω, ἀρκέσει καὶ ταῦτα· ἐν δὲ τῇ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἑρμηνείᾳ ἔτι πολλῷ πλειόνων ὄντων τῶν εἰς ταύτην φερόντων τὴν ἔννοιαν, τίς ἂν ἁπάντων μνησθείη, ἢ ὅτῳ μεγάλη σχολή; Ἡμεῖς δ' ἐκεῖνο προκομίσομεν μόνον, ὃ ἐν τῷ ῥητῷ φησι τῷ, ὅτι *οὐκ ἐξ αἱμάτων.* Λέγει γάρ· Εἴπερ Θεός ἐστι καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν τὸ Πνεῦμα, οὗ δὴ καὶ μετίσχειν διὰ πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν ἀξιούμεθα, θεοὶ χρηματίζομεν, ὡς ἤδη καὶ Θεὸν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς, κατὰ τό· *Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω.* Ἐπεὶ κατὰ τίνα τρόπον ναοὶ Θεοῦ ἐσμεν, εἰ μὴ Θεὸς τὸ Πνεῦμα κατὰ φύσιν ἐστίν;

Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος συμφώνως τῷ θείῳ τούτῳ Πατρὶ τό τε ἐξ ἀρχῆς ἐμφυσηθὲν πνεῦμα ἀνθρώπῳ, τό τε ἐν τῇ ἀνακαινίσει τοῖς μαθηταῖς

A ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος, τὴν θείαν εἶναι λέγων ὑπόστασιν, οὕτω φησὶν ἐν κεφαλαίῳ οὗ ἡ ἐπιγραφή· *Ὅτι θεία φύσις τὸ Πνεῦμα.* Πνεῦμα γὰρ τῷ ζῶντι Λόγῳ συντεταγμένον εἰς τὸ δημιουργεῖν, ζῶσα δύναμις καὶ θεία φύσις, ἄῤῥητος ἐξ ἀῤῥήτου στόματος πεφηνυῖα, ἀῤῥήτως κατὰ τὴν ἐμφύσησιν εἰς τὸν ἄνθρωπον ἀπεσταλμένη, καὶ κατὰ τὸν σωματικῶς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ δειχθέντα τύπον αὖθις ὑπ' αὐτοῦ δι' ἐμφυσήσεως ἀποκαθισταμένη· συντρέχειν γὰρ δεῖ τῇ κατ' ἀρχὴν καινότητι τὴν ἀνακαίνισιν· καὶ τὴν συνδρομὴν ἐξετύπωσεν ἐμφυσήσας, οὐχ ἕτερος ὢν παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐμφυσήσαντα, ἀλλ' ὁ αὐτὸς, δι' οὗ Θεὸς δέδωκε τὴν ἐμφύσησιν, τότε μὲν μετὰ ψυχῆς, νῦν δὲ εἰς ψυχήν. Οὕτω καὶ οὗτος ὁ μέγας Πατὴρ ταυτὸ τοῦτό φησι τοῖς μαθηταῖς ἐνιέναι τὸν B Ἰησοῦν, ὅπερ αὐτῷ τε καὶ τῷ Πατρὶ ὡς δημιουργὸν συνηρίθμηταί τε καὶ συντέτακται. Ἀλλὰ τοῦτο δῆλον, ὡς ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματός ἐστιν ὑπόστασις· ἡ ὑπόστασις ἄρα τοῦ Πνεύματος καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου πρώτην ἐδημιούργησε πλάσιν διὰ τοῦ θείου ἐμφυσήματος, καὶ τοῖς μαθηταῖς ὕστερον δέδοται, καὶ δι' αὐτῶν τοῖς πιστεύουσιν ἅπασι· καὶ αὕτη ἡ παρὰ Πατρὸς δι' Υἱοῦ, καὶ ἐξ Υἱοῦ λάμπουσά τε καὶ ἀνεβλύζουσα· οὕτω γάρ φασιν οἱ Πατέρες.

Καὶ τί λέγω, Πατέρες; αὐτὸς ὁ Σωτὴρ τοὺς τούτων λόγους ἐπισφραγίζων, τοῦτ' αὐτό φησιν αὐτὸν πέμψειν, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ οὐχ ἄλλο μὲν αὐτὸν πέμψειν, ἄλλο δὲ ἐκπορεύειν τὸν Πατέρα. *Ὅταν γάρ, φησὶν, ἔλθῃ ὁ Παράκλητος,*

C

Templa namque existentis et subsistentis Spiritus sumus [1]. Sed ex eis quidem, quæ ad Hermiam scribit, cum multa sint (quæ qui volet, illinc sibi eliget); hæc sola sufficiant, cum aperte probent illud, quod nobis propositum erat. Ex plurimis autem, quæ in expositione super Joannem idem doctor elegantissime dixit, illud nos adducemus solum, quod super illam auctoritatem dicit: *Qui non ex sanguinibus* [2], etc. Ait enim: Si Deus ex Deo secundum naturam est Spiritus, quo et per fidem in Christo participamus, dii nos etiam efficimur, tanquam jam in nobis ipsis habentes eum, secundum illud: *Inhabitabo et inambulabo in eis* [3]. Quonamque modo templa Dei essemus, nisi Spiritus natura Deus esset? Sed beatissimus quidem Cyrillus hæc et his similia dicit: audiendum autem etiam alios, quid de eadem re dicant.

Magnus itaque Basilius consona prædicto doctori dicens, tum Spiritum homini a principio sufflatum, tum a Salvatore discipulis datum, ipsam hypostasin Spiritus fuisse asserit contra Eunomium in capitulo cui titulus: Quod Spiritus divina natura est: Spiritus namque, inquiens, viventi Verbo ad creandum adjunctus, vivens potentia, divina natura, ineffabilis ex ore ineffabili manifestata, ineffabiliter per sufflationem ad hominem missa, et secundum corporalem a Christo monstra-

tam figuram rursus ab eo per sufflationem reddita; convenire namque decet creationi novam reparationem. Convenientiam autem figuravit sufflans, qui non est alius præter illum, qui a principio sufflavit, sed idem, per quem Deus sufflavit, tum quidem cum anima, nunc vero in animam. Ita hic quoque doctor ipsum eumdem Spiritum ait emisisse discipulis Jesum, qui ipsi et Patri tanquam creator connumeratus et conjunctus est. Hoc autem patet, quod ipsa hypostasis Spiritus est: igitur ipsa hypostasis Spiritus et primam plasmationem hominis per illam divinam sufflationem creavit, et discipulis postea data est, et per eos credentibus. Et hæc est, quæ a Patre per Filium, et ex Filio D profluit et emanat, quemadmodum etiam Nicæna prima synodus in quodam loco de Spiritu dicit: Quod procedit quidem a Patre, proprius autem Filii est, et ex eo emanat. Ipsum enim eumdem, qui ex Patre procedit, ex Filio emanare aiunt ii patres

Et quid dico, patres? ipse Salvator dicta istorum omnium approbans, illum eumdem pollicetur se discipulis missurum, qui a Patre procedit; et non esse alium qui a Patre procedit, quem ipse mittet: *Cum venerit*, inquit, *Paracletus, quem ego mittam vobis, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit* [4]. Hoc enim ipsi quoque grammatici hoc modo construerent: Cum venerit Spiritus, qui a Patre pro-

[1] I Cor. III, 16. [2] Joan. I, 13. [3] Levit. XXVI, 12; II Cor. VI, 16. [4] Joan. XV, 26.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Τοῦτο δὲ καὶ γραμματικῶν παῖδες οὕτως ἂν εἴποιεν· Ὅταν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃς παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν· ὡς εἶναι δῆλον ταυτὸ τοῦτο πέμψειν αὐτὸν, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Εἰ οὖν ἡ ὑπόστασις τοῦ Πνεύματος παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ταύτην καὶ ὁ Υἱὸς πέμπει· εἰ δὲ χάριν ὁ Υἱὸς πέμπει τὴν ἀνυπόστατον, καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς οὐ τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ἡ χάρις; ἂν ἐκπορεύεται. Ἀλλὰ τοῦτό γε πρὸς τῷ ἀδιανοήτῳ καὶ βλάσφημον. Ἐπεὶ γὰρ καθ' ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου τοῦ Πνεύματος δύο τινὰ κατηγοροῦνται, τὸ ἐκπορεύεσθαί τε καὶ πέμπεσθαι, ὡσὰν ἐφ' ἑνὸς τῶν κατηγορουμένων τὸ ὑποκείμενον τοῦτο λαμβάνεσθαι δεῖ, οὕτως ἀνάγκη καὶ ἐπὶ τοῦ ἑτέρου ληφθῆναι. Εἰ οὖν τὸ ἐκπορευόμενον τὴν τοῦ Πνεύματος νοοῦμεν ὑπόστασιν, καὶ τὸ πεμπόμενον τὴν αὐτὴν νοεῖν ὀφείλομεν· τὸ γὰρ ἄλλως λέγειν ἄνευ τῆς ἀπὸ τῶν λόγων ἀνάγκης, καὶ τὸ μὲν ἐκπορεύεσθαι τὴν ὑπόστασιν ἀπονέμειν τοῦ Πνεύματος, τὴν δὲ χάριν τῷ πέμπεσθαι, ἀλόγως ἀποκληρούντων ἐστίν. Ἀλλὰ τοῦτό γε οὐκ ἂν τις παραδέξαιτο. Πέμπεται ἄρα παρὰ τοῦ Υἱοῦ, ἤτις καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς τοῦ Πνεύματος ὑπόστασις ἐκπορεύεται, ὡς ἀπό τε τῶν λογίων ἐδείχθη, ἀπό τε τῶν διδασκάλων. Ὥστε καὶ τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λεγόμενον τὴν τοῦ Πνεύματος ὑπόστασιν νοεῖν δίδωσι· κἂν πηγάζειν, κἂν πέμπεσθαι, παρὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἀκούωμεν, τὴν θείαν ἐκείνου νοεῖν ἀναγκαῖον ὑπόστασιν. Πῶς δ' ἂν ἄλλως ἡ τοῦ Πνεύματος θεία ὑπόστασις ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἢ παρὰ τοῦ Υἱοῦ εἴη, ἢ ἀναβλύσειεν, ἢ πηγάσειε, μὴ ἔχοντος ἐκεῖνον αἰτίαν; συνορᾷν ἔγωγ' οὐκ ἔχω.

cedit, quem ego mittam vobis : ut manifestum sit ipsum, id est, Filium missurum, quod et a Patre procedit. Si igitur persona Spiritus a Patre procedit, eadem etiam a Filio mittitur. Quod si gratiam Filius non subsistentem mittit, a Patre etiam non persona, sed gratia procedit. Sed hoc cum stultum, tum impium est dicere. Cum enim de uno et eodem subjecto, videlicet Spiritu, duo quædam prædicantur, procedere scilicet et mitti, eodem modo accipiendum subjectum de utrôque prædicato. Si igitur hypostasin Spiritus procedere intelligimus, eamdem etiam mitti intelligere debemus : aliter enim dicere absque ratione, nullam probationem adducendo, et procedere quidem, hypostasi Spiritus attribuere, mitti vero, gratiæ non subsistenti, hoc ridiculum, irrationabile, et voluntarium est, et quod nullus concedet. Mittitur igitur ex Filio ipsa Spiritus hypostasis, quæ et a Patre procedit, quemadmodum ab ipsis Evangelii verbis, et a doctoribus probatum est. Quare si mitti, si emanare, si prodire, si profluere, si scaturire, si oriri Spiritum a Filio audiamus, divinam ejus hypostasin intelligere necesse est : divinam autem Spiritus hypostasin ex Filio profluere, vel emanare, et reliqua, quonam alio modo possibile est, nisi Filius causa sive principium ipsius subsistentiæ Spiritus sit? Sed ea quæ Cyrillus de processione ipsius personæ Spiritus sancti ex Patre et Filio dicit, hæc et his similia sunt. Cæterum audiamus sanctum Epiphanium in suo *Ancorato* sermone ita dicentem : Spiritus sanctus ex Patre et Filio, tertius nominatione. Et rursus : Uterque habitat in justo homine, Christus et Spiritus ejus. Quod si Christus ex Patre creditur Deus ex Deo, Spiritus quoque ex ipso, vel ex utroque, quemadmodum ait Christus : *Qui ex Patre procedit, et hic ex meo accipiet*. Et patet quod hic dictor non de distributione charismatum, de divinis autem personis et subsistentia eorum loquitur. In testimonium vero et probationem, quod Spiritus ex Filio quoque procedit, illam auctoritatem adducit : *Ex meo accipiet* · docens, ut cum audiamus in Evangeliis Dominum dicentem de Spiritu, quod ex eo accipiet, ita intelligamus, ac si diceret, ex eo procedere Spiritum sanctum. Idem in eisdem : Sed dicet quispiam. Ergo duos Filios esse dicimus? Et quomodo est unigenitus? At quisnam es tu, qui contradicis Deo? Si enim Filium nominat, qui ex Patre, Spiritum vero sanctum, qui ex utroque, etc. Et iterum : Spiritus sanctus, Spiritus veritatis est, tertium lumen a Patre et Filio. Et rursus : Quemadmodum enim *Nemo novit Patrem nisi Filius, nec Filium nisi Pater* [1]; ita dicere audeo, nec Spiritum nisi Pater et Filius, a quo procedit, et a quo accipit, (sed adverte, quod in superioribus accipere pro procedere posuit) neque Filium et Patrem, nisi Spiritus sanctus, qui vere glorificat, qui omnia docet, qui ex Patre et Filio. Quid his apertius, quid clarius dici potest? Nonne palam isti doctores Filium quoque causam sive principium Spiritus ponunt? Nonne docent ex eo quoque ipsum procedere? Quid igitur? Claudemusne aures nostras his auctoritatibus, et testimoniis sanctorum tam multis, tam apertis, tam divinis, tam consonis invicem et veritati, et obstinato corde contra hæc contendemus? At hoc non sapientum, non bonorum hominum proprium est, et eorum qui dispensatores verbi et mysteriorum Christi et esse et videri velint.

[1] Matth. xi, 27.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Quod etiam occidentales doctores idem aperte dicunt quod orientales, prout ex eorum auctoritatibus nobis per Latinos datis, clare apparet intuentibus.

Ἐγὼ μὲν οὖν ὅπερ ὑμῖν ὑπεσχόμην, διὰ βραχέων ὡς οἷόν τε, πολλὰ παραλιπὼν οἶμαι τετελεχέναι. Ἔδειξα γὰρ ὡς ἐνῆν μηδὲν προσχρησάμενος τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ κατ' αὐτοὺς τοὺς ἁγίους Πατέρας τοὺς ἐξ Ἑῴας, τὸν Υἱὸν αἰτίαν φρονοῦντας τοῦ Πνεύματος, καὶ διὰ πάντων ἀλλήλοις συμβαίνοντας· καὶ τοὺς μὲν δι' Υἱοῦ ἐκ Πατρὸς, τοὺς δὲ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι Πνεῦμα, αὐτούς τε φρονοῦντας, καὶ ἡμᾶς διδάσκοντας. Ὑμέτερον δ' ἂν εἴη λοιπὸν, ἀσπασαμένους τὰ παρ' αὐτῶν ἐνωθῆναι Ῥωμαίοις καὶ τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ Ῥωμαίων, ταυτὰ φρονοῦσιν ἅπερ καὶ οἱ Πατέρες ἡμῶν καὶ διδάσκαλοι. Καὶ μὴ νομίσητε μήτ' αὐτοὺς μήτε τοὺς Πατέρας αὐτῶν καὶ ἡμῶν, τοὺς ἐξ Ἑσπέρας ἁγίους ἐναντία τοῖς ἐξ Ἀνατολῆς ἀποφήνασθαι. Οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστι· πάντως γὰρ μᾶλλόν εἰσι σύμφωνοί τε καὶ ὁμόλογοι. Καὶ παρεθέμην ἂν ὑμῖν καὶ τὰς χρήσεις αὐτῶν ἕνεκα πειθοῦς πλείονος, καὶ τοῦ τὴν πρὸς ἀλλήλους συμφωνίαν Ἀνατολικῶν τε δειχθῆναι καὶ Δυτικῶν, εἰ μὴ πάντας ὑμᾶς ἠπιστάμην εἰδότας τε καὶ ἀκηκοότας προκομισάντων Λατίνων· καὶ ἅμα ἐκταθέντος εἰς μῆκος τοῦ λόγου οὐ χρὴ πλεῖω προσθεῖναι· ἄλλως τε καὶ ἐξέσται ἀναλαβοῦσιν ἐκ τῶν δοθέντων παρὰ Λατίνων ἡμῖν, ἀναγνῶναι. Τοῦτο δὲ μόνον ὑπομνῆσαι ὑμᾶς ἀναγκαῖον, ὅτι πάντες οἱ ἐξ Ἑσπέρας κοινῇ, Ἱλάριος, Ἱερώνυμος, Δάμασος, Αὐγουστῖνος, Ἀμβρόσιος, Λέων ὁ Μέγας, καὶ Γρηγόριος ὁ Διάλογος, καὶ ὅσοι ἄλλοι, διαῤῥήδην τε καὶ σαφῶς καὶ πανταχοῦ τῶν λόγων τῶν ἑαυτῶν, οὐχ ἑνί τινι καὶ δυσὶ κώλοις, ἀλλὰ διὰ πλειόνων κατασκευῶν τε καὶ λόγων, ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγουσι τὸ πανάγιον Πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὡς καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ αἰτίαν τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱὸν εἶναι ὡς τὸν Πατέρα, καὶ ἀρχὴν αὐτοῦ τὸν αὐτὸν, καὶ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν, καὶ αἰτίαν αὐτοῦ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἅμα, ἀλλ' οὐ δύο ἀρχὰς ἢ δύο αἴτια. Ἃ πάντα λογισαμένους, καὶ παραθέντας τοῖς ἐξ Ἀνατολῆς διδασκάλοις, ἀνάγκη συμβαίνειν ἀλλήλοις αὐτοὺς οἴεσθαι, καὶ ταυτὰ περὶ τῶν αὐτῶν συμφρονεῖν. Οἱ τε γὰρ πρότερον εἰρημένοι λόγοι περὶ τῆς συμφωνίας τῶν διδασκάλων φρονεῖν ἡμᾶς ἀναγκάζουσιν, ἀλλήλοις εἰς ταυτὸν αὐτοὺς ἔρχεσθαι φρόνημα, καὶ λέγειν ταυτά· αὐτοί τε καὶ κατ' αὐτοὺς οἱ ἐκ τῆς Ἑῴας τοῦτο τὸ φρόνημα ἐδείχθησαν ἔχοντες, ὃ καὶ οἱ Δυτικοὶ, ὡς φανερῶς ἡμῖν φαίνεσθαι συμφωνοῦντας. Καίτοι καὶ εἰ μηδαμῶς ὑπονοεῖν αὐτοὺς ἔχομεν τὴν αἰτίαν τοῦ Πνεύματος ἀποδιδόντας τῷ Υἱῷ, μόνῳ τῷ μὴ ἀρνεῖσθαι μηδένα μηδαμοῦ τῶν ἑαυτοῦ λόγων, εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος αἴτιον, ἠδυνάμεθα λέγειν μὴ ἀντικεῖσθαι Ῥωμαίοις, οὕτω περιφανῶς ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγουσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, νῦν δὲ ἀρνουμένους μὲν οὐδαμῶς, μᾶλλον δὲ καὶ σαφῶς διὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἐκ τοῦ

CAPUT VIII.

Ego quidem paucis, quoad potui, multis omissis, quod pollicitus sum, perfecisse puto. Probavi namque sufficienter, nullo doctorum Occidentalium usus, ipsos scilicet Patres nostros et doctores Orientales Filium quoque causam sive principium esse Spiritus sensisse, et per omnia invicem convenientes et concordes, et partim ex Patre per Filium, partim ex Patre et Filio procedere Spiritum sanctum, et sapere et docere. Vestrum autem est, ut eis doctoribus, et quidem rectis, Latinis et sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ uniamini, cum eadem quæ et Patres et doctores nostri crediderint. Neque putetis aut ipsos, aut patres eorum et nostros, Occidentales videlicet sanctos, contraria Orientalibus Patribus dixisse. Minime, minime ita est. Et apposuissem vobis auctoritates et testimonia etiam illorum ad persuadendum vobis, et eorum cum Orientalibus concordiam probandam, nisi vos omnes scirem et scivisse, et audivisse eas, cum Latini produxerint. Ad hæc cum oratio nostra prolixior fuerit, non sunt alia addenda. Præterea licebit cuique, cum voluerit, eas et videre et legere, cum sint apud nos a Latinis datæ. Hoc autem solum ad vestram reducendum memoriam putavi, quod omnes Patres Occidentales, Hilarius, Hieronymus, Damasus, Augustinus, Ambrosius, magnus Leo, Gregorius, et cæteri multi, quam clare, quam aperte una mente, una voce ubique operum suorum, non uno aut duobus membris et articulis, sed pluribus verbis prolixis sermonibus et probationibus ex Patre et Filio procedere Spiritum sanctum affirmant, et ita ex Filio sicut ex Patre, et principium Spiritus Filium esse sicut ipse Pater, et unum et idem ejus principium esse Patrem et Filium simul, non duo principia. Quæ omnia mente volventes, et Orientalium doctorum dictis comparantes, qui ex Patre per Filium, et ex Patre et Filio procedere dicunt Spiritum sanctum, item ex Filio et ex utroque esse, necessario eos concordes invicem reperiemus, et eadem de eodem sentientes in omnibus. Et superiores enim rationes, quas de concordia et quidem necessaria doctorum adduximus, cogunt nos credere eos consentientes invicem, et eadem de hac divina processione Spiritus sancti sentientes, quemadmodum etiam de aliis dogmatibus fidei. Et nunc ipsi Orientales per seipsos eadem cum Occidentalibus dicere satis probati sunt, ut nemo negare possit amplius eorum summam concordiam. Atqui etsi nullo modo Patres Orientales attribuerent Filio esse principium Spiritus, cum tamen nullibi aliquid neget expresse processionem Spiritus ex Filio, nemo esset, qui

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον φάσκοντας, οὐκ ἂν εἴποιμεν Ῥωμαίοις συμβαίνειν ταυτὸ λέγουσι τοῦτο; Ἀλλ' οὐκ οἶδ' εἴ τις ἡμᾶς ἐπαινέσεται. Δεῖ δὲ καὶ τοῦτο εἰδέναι ὑμᾶς, ὡς ἡ οὐδαμῶς δεῖ συγγράμματα εὑρισκόμενα παραδέχεσθαι τῶν ἁγίων τῶν Δυτικῶν, ἢ εἰ ταῦτα παραδεξαίμεθα, τὰ φαινόμενα δεῖ καὶ τὰ περὶ τοῦ ἄρθρου τούτου λεγόμενα ἐξ ἀνάγκης συμπαραδέχεσθαι. Οὕτω γὰρ ἐν πλείστοις τόποις τῶν λόγων αὐτῶν, καὶ οὕτως ἐν πᾶσι ταῦτα διέσπαρται· καὶ τοσαύτη καὶ τοιαύτη ἐστὶν ἡ σύνεχειά τε καὶ ἀκολούθησις τῶν προηγουμένων καὶ ἑπομένων, ὡς μηδὲν εἶναι κατ' αὐτῶν ὑποπτεῦσαι. Ἐπεὶ τούτου γε τοῦ ζητήματος καὶ τῶν λόγων τῶν περὶ τούτου ἐκ τῶν ἐκείνων λόγων ἐξαιρουμένων, οὐδὲν ἔτι λείπεται, οὐδ' ἂν ἔννοιαν τὰ λειπόμενα σώσαιεν· οὕτως ἐν πλείστοις αὐτῶν τόποις ὁλόκληρα κεφάλαια καὶ ζητήματα κεκινημένα διάφορα διὰ τούτων συνυφαίνεται πάντα τῶν λόγων. Ἀλλ' ἃ μὲν καὶ ὅτα περὶ αὐτοῦ εἰπεῖν ἔδει τοῦ δόγματος, ὡς ἔν γε τῷ παρόντι διὰ βραχέων προστησαμένους εἰπεῖν, ὡς ἐνὸν πρὸς ὑμᾶς εἴρηται, καὶ οὐδὲν πλέον δεῖ προστιθέναι.

ΚΕΦΑΛ. θ'.

Epilogatio et repetitio prædictorum, et solutio frivolæ responsionis, qua quidam ad auctoritates occidentalium respondent, et exhortatio ad unionem.

Δέομαι δὲ καὶ παρακαλῶ πάντας ὑμᾶς, ἁγιώτατοι Πατέρες τε καὶ δεσπόται, σύστημα ἱερώτατον, σύλλογος ἅγιος, ταῦτα σκεψαμένους, καὶ ἀκριβῶς ἐπιστήσαντας πᾶσι, τὴν προσήκουσαν ἐξενεγκεῖν ψῆφον, καὶ ἥτις ὑμῖν μετ' εὐφημίας ἕψεται παρὰ πάντα τὸν χρόνον, καὶ τοῖς ὀψιγόνοις ἡμᾶς παραπέμψει μετ' εὐκλείας τε καὶ στεφάνων καὶ τοῦ παρὰ πάντων ἐπαίνου. Συλλογίσασθε γὰρ πρῶτα μὲν, ὡς οὐχ ὁμοία ἡμῖν ἡ ἀπολογία ἔσται μετέπειτα, ὡς καὶ πρότερον, τῆς τοσαύτης τῶν ἀδελφῶν διαιρέσεως; καὶ τῆς ἔχθρας τῆς πρὸς Λατίνους, οὕτω μὲν ὄντας πολλοὺς, οὕτω δὲ σοφία καὶ γνώσει κεκοσμημένους καὶ ἀρετῶν ἰδέᾳ παντοίᾳ, τῇ τε ἐς ψυχὴν καὶ τὴν ἐκείνης κατάστασιν καὶ βελτίωσιν ἀπαγούσῃ, τῇ τε ἐς σῶμα καὶ τὰ σωματικὰ ἀφορώσῃ· καὶ ὅτι πρὶν μὲν οἰκουμενικὴν σύνοδον συνελθεῖν, ἐκείνοις τὸ βάρος τῆς ἀπολογίας ἐπέκειτο, νῦν δὲ συστάντος κοινοῦ συνεδρίου, καθ' ἡμῶν τὰ ἐκείνων ἐγκλήματα μετεστράφη, ἂν μὴ εὐπρόσωπον ἔχωμεν αἰτίαν δεικνύναι, δι' ἣν αὐτῶν διηρέθημεν. Ἔπειτα μέμνησθε, ἀνάγκην μὲν εἶναι συμβαίνειν τοὺς Πατέρας ἀλλήλοις, καὶ ἄλλως οὐκ εἶναι, Χριστιανοὺς ἡμᾶς ὄντας, οὐ λέγειν, οὐδὲ φρονεῖν, ἕως ἂν καὶ τὰς τῆς πίστεως ἡμῶν ἀρχὰς σώζειν ἐθέλωμεν, τοὺς δὲ Ῥωμαίους Πατέρας σαφέστατά τε καὶ φανερώτατα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγοντας τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κἀκείνων αἰτίαν ἔχειν τοῦ εἶναι ὥσπερ καὶ τὸν Πατέρα· πρὸς τούτοις οὐδὲν ἧττον καὶ τοὺς ἐκ τῆς Ἑῴας ταυτὸ τοῦτο λέγοντας ἀποδεδειγμένους, τοὺς μὲν

auderet eos dicere Occidentalibus Patribus dixisse cohtraria. Nunc vero cum non solum non negent, sed apertissime etiam dicant, per Filium et ex Filio procedere Spiritum, audebimusne dicere, non eos convenire et concordare cum Occidentalibus? At nemo nos commendabit, imo vero nemo est, quin nos audaciæ, temeritatis, stultitiæ accuset. Scire autem hoc etiam debetis, quod aut nullo modo acceptanda sunt, quæ reperiuntur opera sanctorum doctorum Occidentalium; aut si hæc acceptabimus, ut faciendum est, oportet, quæ de hoc articulo dicunt, et acceptare et credere. Tam enim multis in locis operum eorum, imo vero in omnibus sparsa sunt; tantaque et talis est continuatio et sequentia præcedentium ad ea quæ sequuntur, ut non possit aliquis de his aliquid suspicari. Si quis enim hanc conclusionem, et rationes eam probantes ex operibus eorum adimat, nihil amplius restat, nec sensum aliquem reddunt, quæ remanent: ita connexa, ita conglutinata et conjuncta cætera omnia cum hoc dogmate sunt. Sed de dogmate quidem, quæ breviter dicenda erant, dicta sunt, nec quidquam ulterius addendum est.

CAPUT IX.

Rogo autem, posco, peto, et supplex oro vos omnes, patres optimi, sacer conventus, animarum pastores, duces cæcorum, eruditores insipientium, ut his omnibus consideratis, et bene pensatis, illam feratis sententiam, quæ tantæ rei convenit, quæque perpetuam vobis famam, gloriam et salutem pariat. Repetatis enim memoria primo, quod non erit nobis de cætero excusatio eadem, quæ prius, cur a talibus dividamur, et hostes velimus esse Latinis tam multis, tam sapientibus, tam doctis, omni virtute præditis, non solum illa quæ animum ornat, sed etiam ea quæ ad corpus et temporales res attinet: quodque quemadmodum ante generale concilium congrega-tum facilior nostra excusatio erat, ita post hoc gravis nostra accusatio erit, si non habuerimus dicere causam tali divisione dignam. Deinde non fugiant vos quæ de necessaria doctorum concordia dicta sunt, nec aliter nos dicere posse, dum Christiani esse, et principia fidei salvare velimus: quodque Patres Occidentales apertissime, ex Patre et Filio Spiritum sanctum procedere asseverant, et Filium esse ejus principium, prout Pater: Orientales quoque hoc idem dicere, partim ex Patre per Filium, partim ex Patre et Filio, et ex utroque procedere, et ex Filio esse ipsum dicentes; cumque hæc dicant, Occidentalibus convenire, et eadem non solum sententia, verum etiam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῷ διὰ τοῦ Υἱοῦ λέγειν αὐτὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, τοὺς δὲ τῷ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ ἐξ ἀμφοῖν εἶναι, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ σαφῶς εἶναι διδάσκειν· καὶ ὅτι ταῦτα λέγοντες, τοῖς Ῥωμαίοις Πατράσι συμβαίνουσι, καὶ λέγουσιν ἀλλήλοις ταυτὰ, ὡς ἑνὶ καὶ ταυτῷ φθεγγόμενοι Πνεύματι. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις, καὶ ἣν ἡμῖν ἐγὼ ὑπολελειμμένην ἀπολογίαν ὁρῶ, περὶ ὧν οἱ Ῥωμαῖοι Πατέρες φασὶ, καὶ ταύτην οὐδὲν οὖσαν εἰδότες, μᾶλλον δὲ σαφῆ γέλωτά τε καὶ παίγνιον, βουλευσώμεθα τὰ βέλτιω, καὶ πρὸς ἕνωσιν ἐπειχθῶμεν, Θεῷ ἀρέσαι βουλόμενοι. Ἡ γὰρ μὴ δεῖν δέχεσθαι φαίη τις ἂν τοὺς ἁγίους, καὶ πάντα ὑπείκειν αὐτοῖς· ἢ δέχεσθαι μὲν αὐτοὺς ἀναγκαῖον, οὐ μέντοι καὶ πλανηθῆναι αὐτοὺς ἀνθρώπους ὄντας ἀδύνατον· ἢ τό γε λοιπὸν καὶ τρίτον, εἰ καὶ πάσης ἔξω πλάνης εἰσὶ, καὶ πάντα πειστέον αὐτοῖς, ταῦτα μέντοι τὰ παρὰ Λατίνων ἀνεγνωσμένα τῶν ἁγίων ῥητὰ οὐκ εἰσι γνήσια τῆς διανοίας ἐκείνων, ἀλλὰ νόθα τινὰ καὶ παρέγγραπτα καὶ πάντα ἁπλῶς παραπεποιημένα καὶ προσθῆκαι χειρὸς ἀλλοτρίας. Ἀλλὰ τῶν μὲν πρώτων οὐδὲν ὑμεῖς δέξαιθ' ἄν, ἢ πάντα ἡμῶν εὐθὺς ἀνετράπη τὰ τῆς Ἐκκλησίας μυστήρια, καὶ ἐπ' οὐδενὸς, καὶ βεβήκαμεν ἰσχυροῦ· τὸ δέ γε λοιπὸν καὶ τρίτον γέλωτος σαφὴς, καὶ κατάγνωσις πρόδηλος, εἰ πάντα ἐξῆς, οὕτω μὲν τοσαῦτα βιβλία, οὕτω δὲ τοιαῦτα νόθα ἐροῦμεν, καίτοι παλαιᾷς μὲν καὶ ἀρχαιοτάτης χειρὸς ἔργον ὄντα, ἀνὰ πᾶσαν δὲ ἐσπαρμένα τὴν γῆν, δι' αὐτῆς δὲ τῆς ἀκολουθίας τῶν προηγουμένων καὶ ἑπομένων δεικνύντα τὸ γνήσιον· καὶ ταῦτα τῶν ἡμετέρων πάντων καὶ αὐτῶν τῶν ἀρχαιοτάτων, καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ πρώτου κακοῦ καὶ τῆς διαιρέσεως μὲν ἀκμῆς καὶ ἀρχῆς ἀκμασάντων, μεμνημένων μὲν τούτων, οὐδὲν δὲ ὅμως ἀντειπεῖν δυναμένων, ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου· ἄλλως τε καὶ μηδ' ἄλλων παρ' ἡμῖν ὄντων βιβλίων, πρὸς ἃ παραβάλλοντες τὰ τῶν Λατίνων, τὸ νόθον αὐτῶν ἐφωράσαμεν ἄν. Ἃ πάντα ἀναλογισάμενοι, καὶ πᾶσι τὸν νοῦν ἐπιστήσαντες, μὴ τὰ χείρω ἑλώμεθα, μηδὲ καθ' ἡμῶν αὐτῶν τὴν ψῆφον ἐξενέγκωμεν· δεινὸν γὰρ, εἰ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν καταγνοίημεν· μηδὲ προδῶμεν ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ τὸ γένος, πρῶτα μὲν ἀποστραφῆναι δόξαντες τὴν ἀλήθειαν, καὶ μύσαντες τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς τὸ φῶς· ἔπειτα δὲ καὶ ἑθελονταὶ αὐτοὶ καθ' ἡμῶν αὐτῶν τὰ δεινότατα ἐπαγαγόντες, καὶ πολλαπλασιάσαντες τὰ δεινά. Ὅσα γὰρ ἡμῖν καὶ σωματικὰ ἐντεῦθεν ἔπεισι δεινὰ, καὶ ὡς ἰσχυρότερον μὲν τὸν κοινὸν ἐχθρὸν καὶ πολέμιον ὁπλίσομεν καθ' ἡμῶν, καὶ ὡς κινδυνεύει σχεδὸν παντελὴς ὄλεθρος ἔσεσθαι τῶν ὑφ' ἡμᾶς καὶ τὴν Ἐκκλησίαν τὴν ἡμετέραν Χριστιανῶν, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἐκεῖθεν τέλειον ἐκτριβήσεσθαι, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. Καὶ διῆλθον ἂν πάντα καθ' ἓν, καὶ ἐτραγῴδησα τὰ ἐπιόντα τῷ γένει δεινὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἀπὸ Χριστοῦ καλουμέ-

verbis dicere, tanquam uno et eodem Spiritu eos illuminante locutos. Demum, quam solam nobis ad ea quæ Latini dicunt, relictam responsionem video, cum ipsi quoque nullam esse judicaveritis, imo vero rem puerilem et omnino ridiculam, consulamus nobis ipsis quæ utilia sunt, et uniri Latinis conemur, si ea quæ placita sunt Deo facere velimus. Aut enim non acceptandi sunt sancti doctores, nec dictis eorum acquiescendum : aut acceptandi quidem, et acquiescendum dictis eorum, non tamen omnibus; cum ipsi quoque tanquam homines in quibusdam errare potuerint : aut quod reliquum et tertium est, nec in aliquem inciderunt errorem, et cunctis eorum verbis acquiescendum; hæc tamen, quæ Latini produxerunt, tanquam illorum sanctorum testimonia, non ex eorum mente procedunt, nec eorum sententiæ sunt, sed Latinorum horum fictiones, additiones et appositiones, manu menteque aliena libris sanctorum inscripta. At primorum duorum neutrum certe scio, nec vos approbatis, nisi quis omnia fidei nostræ fundamenta, Ecclesiæ mysteria, et omnem veritatem evertere velit : reliquum vero et tertium manifesta stultitia, apertissima ignavia est, si tot eorum libros, tot eorum opera doctorum, tot eorum labores, tot volumina, præsertim antiquissima manu nonnulla eorum conscripta, et per totum orbem terrarum sparsa, et multiplicata, per ipsum item sequentium ad præcedentia connexum et convenientiam, ipsam veritatem luce clarius ostendentia, temerario ausu corrupta, mutata, et superaddita esse dicemus; maxime cum videamus ipsos quoque nostros etiam antiquiores, et qui in ipsis principiis hujus acerrimi dissidii fuerunt, facientes quidem mentionem auctoritatum doctorum Occidentalium, nihil tamen contra eos habentes quod dicerent ratione dignum. Quo fit, ut nullo modo quis eas putare debeat corruptas fuisse, siquidem in ipso etiam contentionis principio eodem modo inscriptum libris erat; potissimum cum nec exstent apud nos alia eorum doctorum antiqua volumina lingua Latina scripta, ad quæ, facta comparatione, possemus deprehendere eorum corruptionem. Quæ omnia cum animadvertamus et mente repetamus, non eligamus quæ pejora sunt, nec contra nos ipsos sententiam feramus; nolimus nec nos ipsos, nec nationem nostram prodere, primo quidem avertentes a veritate, et oculos, ne videant lumen, claudentes; deinde ipsimet propria sponte contra nos ipsos omne genus malorum accumulantes, et multipliciter totam nostram nationem offendentes. Quis enim ignorat, quæ etiam temporalia mala ex hac divisione nos secutura sunt? quæ infortunia? quodque communem hostem et inimicum nobis Turcarum principem robustiorem contra nos ipsos efficimus? in periculoque sunt, ut omnino fere pereant quicunque ritum nostrum sequuntur Christiani, nomenque Christi illic totaliter deleatur. Et enumerassem, et deplorassem omnes particularius, quæ futuræ sunt nationi nostræ calamitates, quæ cunctis nostris hominibus,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νοις, τοῖς τε ἐν νήσοις, τοῖς τε ἐν ταῖς ἠπείροις, A ψυχικῆς βλάβης ἐλώμεθα· καὶ τάληθῆ τε καὶ εὐσεβῆ φρονούντων αὐτῶν, καὶ οὐδὲν πλανωμένων περὶ τὴν πίστιν, εἴπερ μηδ' οἱ Πατέρες ἡμῶν καὶ αὐτῶν καὶ διδάσκαλοι, συμφωνούντων δὲ καὶ τῇ ἡμῶν Ἐκκλησίᾳ καὶ τοῖς ἁγίοις καὶ διδασκάλοις τοῖς ἐξ Ἑῴας, ἡμεῖς ἐπὶ κακῷ τῷ σφετέρῳ διαιρεθῆναι τῶν τοιούτων ἀνδρῶν δικαιώσωμεν. Αὐτοὺς μὲν γὰρ τοῖς ἐξ Ἑσπέρας Πατράσιν ἕπεσθαι φανερῶς, καὶ ὑμεῖς οἶδ' ὅτι ἐρεῖτε· τούτους δὲ τοῖς ἐξ Ἑῴας συμβαίνειν, ἐνταῦθα διὰ βραχέων ὡς ἐνὸν ἀποδέδεικται· ὡς εἶναι λοιπὸν φανερὸν πᾶσιν, αὐτοὺς ἕπεσθαι τοῖς ἁγίοις Δυτικοῖς τε ἅμα καὶ Ἀνατολικοῖς κοινοῖς οὖσι Πατράσι καὶ διδασκάλοις. Ποίῳ τοίνυν δικαίῳ τῶν τοιούτων διασταίημεν; Τίσιν εὐπροσώποις λόγοις τὴν αὐτῶν φύγοιμεν κοινωνίαν; Ποία ἡμῖν ἱκανὴ πρὸς Θεὸν ἔσται ἀπολογία τοῦ τοσούτου κακοῦ τῆς τῶν ἀδελφῶν διαιρέσεως, ἣν ὥστε αὐτὸς ἀγελεῖν Χριστὸς καὶ πάντας ἑνῶσαι, κατῆλθε καὶ ἐσαρκώθη, καὶ σταυρὸν κατεδέξατο, καὶ παρέδωκεν ἑαυτόν; Ποία δὲ εἰς τὰς μετέπειτα γενεὰς ἡμῶν, μᾶλλον δὲ εἰς τὰς νῦν οὔσας; Οὐ γὰρ οἶδα εἰ καί τι τοῦ ἡμετέρου φύλου ἔσται μετέπειτα ὑπὲρ ὧν μεγάλων καὶ πολλῶν ἐκόντες αὐτοῖς συμφορῶν ἐπιφέρομεν. Μὴ, πατέρες καὶ ἀδελφοί, μὴ ταύτης τῆς γνώμης γενώμεθα· μὴ οὕτω κακῶς περὶ ἡμῶν αὐτῶν βουλευσώμεθα· μὴ λύκοι ἀντὶ ποιμένων ὀφθῶμεν τοῖς βλέπουσιν εἰς ἡμᾶς· μὴ καὶ τὰς ψυχὰς αὐτοῖς ἀπολέσωμεν καὶ τὰ σώματα προδόντες τοῖς πολεμίοις. Ἐγὼ γὰρ, καὶ ἔστω μοι οὗτος ὁ λόγος

qui in insulis, qui ubique terrarum, qui orientem, qui septentrionem, qui occidentem inhabitant, nobiscumque in ritu conveniunt, non dico solum quæ ad corporalia resque temporales attinent (non enim tanti essent æstimandæ), verum etiam quæ ad animam et integritatem fidei pertinent; cum omnes simpliciter, aut major eorum pars, partim sponte, partim vi, periclitentur aberrare a fide, relinquere Deum, et erroribus infidelium consentire. Narrassem hæc, inquam, omnia, nisi vos alloquerer, qui omnia melius me nostis. Quis enim nescit quod solum nobis relictum refugium erat Latinorum amicitia et unio cum eis futura, hac re sperantibus et nos ipsos tueri posse, et hostes devincere; quodque hoc solum hostem deterrebat, et ejus contra nos furorem refrænabat? qua re si nunc privabimur, quo fugiemus? quinam nostræ calamitatis finis erit? quis malorum exitus? Et si errare quidem Latinos, et a veritate avertere deprehendissemus, nec ipse profecto vobis consuluissem eis ita se habentibus uniri, temporalium amissione deterritos, et majoris præsentia quam futura, corporum quam animarum liberationem facere hortatus fuissem, imo vero et ipse omnia quæcunque acerba potius sustinuissem, et vobis, ut passi fuissetis, consuluissem, quam cum eis uniri non recte sapientibus. Nunc vero timendum est, et quidem vehementer

ne corporis quoque exitium una cum animi interitu etiam eligamus, siquidem quæ vera, quæ pia sunt, et nihil erroneum Latinis sapientibus, quemadmodum Patres eorum et nostri, Occidentales videlicet doctores, ac Orientalibus communibus Patribus eadem et consentanea dicentibus, nos proprio nostro malo absque ulla ratione ab eis dividi vellemus. Quod enim ipsi Occidentales Patres sequuntur, vos quoque dicetis. Quod autem illi eadem cum Orientalibus sapiant, hac in oratione breviter et sufficienter probatum est, ita ut omnibus manifestum sit Latinos omnes, tum Occidentales, tum Orientales Patres sequi, qui communes utrisque doctores et Patres sunt. Qua igitur ratione a talibus viris dissidebimus? Quam excusationem afferre poterimus, cur eis convenire nolimus? Quæ nobis relinquetur apud Deum responsio, quare a fratribus divisi fuerimus, quos ut uniret, et ad unum ovile redigeret, ipse descendit de cœlis, incarnatus, et crucifixus est? Quæ nostra defensio apud posteros nostros? imo vero apud præsentes homines nostros? Nescio enim, an aliqua nostra posteritas erit de tam magna, tam gravi calamitate, tot periculis, quæ eis ingerimus. Non patiamur hæc, Patres optimi: non habeamus hanc sententiam: non ita male nobis consulamus et nostris: nolimus lupi pro pastoribus illis fieri, qui ad nos respiciunt: non eos

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εἰς ἀείμνηστον μαρτυρίαν τῷ γένει παντὶ, καὶ πᾶσι Χριστιανοῖς, ταύτης οὐκ ἄν ποτε γενοίμην τῆς γνώμης, οὐδ' ἄν ποτε προδοίην ἐκὼν τούτῳ τῷ μέρει καὶ σώματα, καὶ ψυχὰς, καὶ πίστιν, καὶ πόλεις, καὶ τάφους, πατέρων, καὶ ἐλευθερίαν, καὶ πᾶν ὅ τι τίμιον. Ἃ πάντα εὑρίσκω λογιζόμενος τῇ τῶν Χριστιανῶν διαιρέσει ἐψόμενα, καὶ τῇ ἀπὸ Λατίνων ἡμῶν σὺν οὐδενὶ δικαίῳ ἀποστάσει καὶ ἐπιβλαβεῖ διαιρέσει καὶ τῇ ἔχθρᾳ τῇ πρὸς αὐτούς. Οὐδεμία γάρ μοι εὔλογος φαινομένη αἰτία δοκεῖ, δι' ἣν ἂν τὰ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα ἐλοίμην κακὰ, καὶ ἥτις ἂν ταῦτα ἀντισηκώσειε· δίομαι δὲ καὶ ὑμῶν, μάλιστα μὲν πάντας τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην λαβεῖν, εἰ δὲ μή γε, τοὺς πλείονας· εἰ δ' οὖν, ἀλλ' ἐγὼ μὲν μαρτύρομαι τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν καὶ ὑμᾶς τοὺς νυνὶ παρόντας, καὶ τοὺς μετέπειτα τοῦ γένους τοῦ ἡμετέρου, ὡς ἀπαθῶς τε καὶ ἀληθῶς καὶ ἀδόλως, ἃ μοι ἔδοξεν ἀληθῆ εἶναι καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα, ἐξ ἀρχῆς καὶ μέχρι τοῦ νῦν παρηκολουθηκὼς τῷ πράγματι διετέλεσα λέγων, καὶ οὐδὲν ὑπεστειλάμην εἰπεῖν τὰ δοκοῦντα, οὐδὲ τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν τοῦ κοινῇ συνοίσοντος προειλόμην· ἀλλὰ τὰ ἐμὰ πάντα τῷ Θεῷ ἀναθέμενος, ὅπως ἐκεῖνος βούλοιτο ἄγειν, ὃ καὶ ἐκ νέου μοι πάντα τὸν βίον βέλτιον ἢ αὐτὸς ἠύχόμην διῳκηκὼς, τοῦ κοινοῦ ἀγαθοῦ διὰ τέλους ἐφρόντισα, καὶ πρὸς τοῦτ' ἀποβλέπων, καὶ ἔδρων πάντα καὶ ἔλεγον, μετὰ τοῦ σώζειν τὴν ἐν τῇ πίστει ἀλήθειαν, καθόσον αὐτὸς ἐδυνάμην συνιέναι καὶ τῶν σωματικῶν τῷ γένει ὡς ἐνὸν προνοῶν. Ὑμεῖς δὲ ὅ τι ἂν ὑμῖν δόξειε πράττειν, γνώμης οὖσι κυρίοις, τοῦτο ποιεῖτε. Νικήσῃ δ' ὅμως Θεοῦ ἡγουμένου καὶ παρ' ὑμῖν τὰ βελτίω. Εἰ δὲ τὰ χείρω κρατήσει, τῆς ἡμῶν ἁμαρτίας λελυμασμένης τοῖς πράγμασιν, ἀλλὰ τοῦτό γε ἴστω πᾶν γένος ἀνθρώπων, καὶ ἡλικία πᾶσα καὶ τάξις, δεῖ γὰρ αὖθις ἐπιμαρτύρασθαι, ὡς ἀναίτιος μὲν ἐγὼ τοῦ κακοῦ τοῦ τῆς διαιρέσεως, οὐκ ἐκοινώνησα δὲ ταύτης τῆς γνώμης, οὐδὲ δικαίως διαζευχθῆναι Λατίνων παρὰ πᾶν τὸ ἐκ τῶν λόγων εἰκός. Οὔτε γὰρ ἐμαυτὸν πείθω, μὴ ἀληθῶς τε καὶ εὐσεβῶς δοξάζειν αὐτοὺς, καὶ ταυτὰ τοῖς ἁγίοις καὶ τῇ ἡμῶν Ἐκκλησίᾳ φρονεῖν· οὔτ' ἀγνοῶ τὰ ἐντεῦθεν ἑψόμενα τῷ γένει δεινὰ, καὶ πάσης τραγῳδίας ἐπέκεινα· ἀλλὰ καὶ προέγνων, καὶ εἴρηκα, καὶ πᾶσιν ἐδήλωσα, καὶ ὅπως μὴ γένηται, ἐκ τῶν δυνατῶν προενόησα· εἰ δὲ μὴ ἐδυνήθην ἀνῦσαι, οὐ τοῦ εἰπόντος, ἀλλὰ τῶν μὴ πεισθέντων τὸ ἔγκλημα.

prodamus hostibus, in animarum et corporum simul interitum. Ego enim (et sint mihi hæc verba in perpetuum testimonium toti nationi, cunctisque Christianis), namque hujus sententiæ ero, nec unquam prodam corpora, animas, fidem, civitates, patrum sepulcra, libertatem, et omnia simul, quæ omnia invenio secutura schisma, et nostram a Latinis absque aliqua ratione divisionem. Quænam digna causa est, ob quam tot et tam horrenda eligamus pericula? Oro autem et rogo, ut etiam vos vel omnes, vel major pars vestrum, eadem quæ ego, de his rebus sentiat, et bene communi utilitati consulat. Quod si nolueritis, ego quidem summum Deum, et vos omnes præsentes, et cunctos posteros nostros testor, quod sine passione et fraude, quæ vera, quæ justa, quæ utilia, quæ conducentia nobis et nostræ saluti mihi visa sunt, a principio usque ad hunc diem non cessavi dicere, non omisi consulère, nec timore deterritus (ne quis me Latinis affectum putet) tacui, nec propriam securitatem communi utilitati præposui : sed me et mea omnia Deo commendans, et ejus divinæ voluntati subjiciens, qui totam mihi vitam ab ineunte ætate melius quam optassem, direxit atque rexit, commune bonum mihi, ut finem, proposui; et ad hoc solum respiciens et feci et dixi, quæcunque vel feci vel dixi, simul et fidei veritatem quoad potui, et corporalem salutem ut nostri adipiscantur, conatus. Vos vero, cum libera sit vobis voluntas, quodcunque agendum videatur, id agatis. Vincant autem nutu divino etiam apud vos, quæ melliora et saniora sunt. Quod si (quod absit) pejor sententia superabit, hoc tamen omne genus humanum, omnis ætas, omnis ordo atque conditio sciat (protestandum enim rursus est) quod innocens ego sum ab hoc malo, hoc acerbo schismate; nec hujus unquam sententiæ fui, nec sum, præter omnem rationem a Latinis dividi. Nec enim mihi persuadeo, non recte et vere de fide eos sapere, et eadem quæ sanctos doctores, tam Orientales, tum Occidentales, non credere eos. Nec ignoro, quæ hinc nos et nostram rempublicam sequentur pericula, quæ calamitates, quæ excidia. Sed prævidi, prædixi, et ne fiant, quoad potui, providi. Quod si proficere non potui, non mei dicentis, sed audientium culpa est.

BESSARIONIS EJUSDEM

Declaratio aliquorum, quæ in dicta oratione dogmatica continentur, quæ Græcis notissima, Latinis ignota sunt.

Notandum primo, quod sancti doctores Orientales etiam in divinis utuntur nomine causæ et causati, largo modo; non quidem, ut limitationem et dependentiam importat, sed prout productionem et emanationem a principio, ejus quod est a principio, significat; et ideo me etiam ad Græcos loquentem his nominibus usum fuisse. Cæterum quia ad quasdam oppositiones Græcorum respondeo breviter, tamen non declaratis primo eorum oppositionibus, sed a tacitam quæstionem respon-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

dens, eo quia ad Græcos loquebar, quibus illa nota erant : sciendum, quod cum doctores dicant Spiritum sanctum ex Patre per Filium procedere vel profluere, et cætera similia ; et ex hoc appareat Filium quoque Spiritus principium esse, quod contra eos facit ; his quatuor evasionibus hanc veritatem evadere conantur. Primo namque, cum rarissime dicant doctores, Spiritum sanctum ex Patre per Filium procedere, sæpissime vero mitti, profluere, prodire, emanare, scaturire, oriri, et hujusmodi, fecerunt sibi hanc voluntariam distinctionem, quod videlicet verbum procedere duntaxat significaret hypostaticam et personalem Spiritus sancti emanationem : cætera vero vocabula, charismatum et donorum ejusdem in nos distributionem, et temporalem in mundum ejus missionem, quam etiam per Filium fieri concedunt. Secundo dicunt, quod ideo dicitur ex Patre per Filium, non quia Filius est principium Spiritus sancti, sed quia Pater et Filius sunt nomina relativa ; alterum vero relativorum non potest dici, quin intelligatur alterum ; ideo dicendo, Ex Patre, necesse est etiam Filium nominare propter vim ipsius relationis. Tertio, consubstantialitatem Patris et Filii causam esse aiunt, ut ex Patre per Filium Spiritus esse dicatur : cum enim ejusdem substantiæ sint Pater et Filius, necessario, cum dicitur ex Patre, oportet ut dicatur etiam ex Filio. Quarto, quia nonnunquam, rarissime tamen et apud poetas, quibus ob angustiam metri licet metaphorice et abusive vocabulis uti, præpositionem *per* aliquando repererunt idem significare quod præpositio *cum* ; dicunt, Spiritum sanctum ideo dici ex Patre per Filium procedere, quia ex Patre cum Filio simul procedit : et his modis omnes illas auctoritates exponunt, sive pervertunt. Hæc nos ex ipsamet auctoritatum sententia et rationibus verissimis confutavimus, probantes hæc non posse consistere, nec opinionibus et verbis sanctorum doctorum convenire, prout ex ipsis verbis clarius videtur. Præterea sciendum est, quod in tertio œcumenico concilio sanctus Cyrillus contra Nestorium et ejus hæresim inter alia multa quæ sapientissime scripsit, duodecim etiam capitula edidit contra hæreticos Nestorii articulos, quæ Anathematismos appellavit, eo quod in eis errores illius anathematizat ; quorum in nono contra Nestorii errorem, qui blasphemabat Filium Dei purum hominem esse, Spiritus sancti gratia per participationem sanctificatum ; idem sanctus Cyrillus Spiritum sanctum Spiritum Filii et proprium Filii esse dicit. Post hæc quidam Theodoretus Cyri episcopus, vir quidem litteratissimus, humanæ tamen fragilitati subjectus, superveniens in synodum sero cum patriarcha Antiocheno Joanne, cum reperissent jam Nestorium condemnatum, et pro demeritis suis sede patriarchali Constantinopolitana privatum, indignati quod eis non exspectatis conclusum fuerat, defensionem Nestorii susceperunt. Theodoretus igitur, tanquam vir doctissimus, contra duodecim Anathematismos Cyrilli alia duodecim capitula edidit ; quorum in nono, ubi sanctus Cyrillus Spiritum sanctum Filii, et proprium Filii, dicit esse, his verbis ait : Quod si Cyrillus Spiritum sanctum proprium Filii dicit, tanquam consubstantialem ei, hoc vero accepta-mus : quod si tanquam ex Filio, vel per Filium esse et exsistentiam habentem, hoc ut blasphemiam ejicimus. Ad hæc totum œcumenicum concilium tertium tacuit, nec increpavit Theodoretum tanquam maledicentem : Cyrillus tamen ad ea respondit, omniaque sua capitula aliis duodecim novis capitulis ita denuo exponit, ut sententia ejus, etsi non nimis apertis verbis, clare tamen pro nobis esse appareat. Hoc maxime Græcos oblectat, in hoc potissimum confidunt, hoc pro maximo et insolubili argumento putant, quod Theodoreto negante Spiritum ex Filio, vel per Filium habere esse et subsistentiam, concilium totum tacuerit, nec cum mendacii et erroris redarguerit ; Cyrillus quoque non ita aperte, ut putant, responderit ; cum tamen sciant Theodoretum propterea condemnatum, et ab Ecclesia multis abhinc annis ejectum fuisse. Ad hæc igitur tanquam notissima Græcis, non ea latius explicando, ut in oratione videtur, respondetur. Sed nemo de Theodoreto viro doctissimo doleat ; suum enim recognovit errorem, et in quarto Chalcedonensi generali concilio (supervixit namque ad illud usque tempus) palam eum confessus, a sancta synodo, tanquam honorabile membrum Ecclesiæ, susceptus et restitutus fuit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

BESSARIONIS

CARDINALIS NICÆNI

MONODIA

IN OBITU MANUELIS PALÆOLOGI IMP.*

(Nicolao Perotto, archiepiscopo Sipontino interprete. Apud Bzovium Contin. Annal. Baron., ad an. 1472, n. LVI, Græce exstat in bibliotheca S. Marci Veneta, cod. 535.)

Si flere etiam aliquando fas est, et amaram so- A cietatem constituere cantus atque doloris, non video quod tempus huic rei accommodari melius possit, quam præsens, in quo quidquid gaudii, lætitiæ ac voluptatis erat, sublatum atque exstinctum est, et pro his successit dolor, mœstitia, gemitus. Quod nunc esse nobis solatium amplius potest, quæ melioris fortunæ spes, quod tantæ infelicitatis remedium? Tondeatur nunc orbis terrarum, mutent universi vestem, lugubrem omnes habitum sumant, et tam insignem calamitatem una voce deplorent. Neque enim mediocrem fecimus jacturam, nec malum passi sumus cui adhiberi remedium possit. Ablatus nobis est repente divus imperator, totius orbis terrarum decus; qui dono quodam Providentiæ rerum gubernacula susce- B perat, ut tranquillitatem, quietem, felicitatem omnibus præstaret; ut communis omnium pater esset; ut res humanæ dignitate et gloria florerent. Jamjam omnis fortuna mutata est: labuntur omnia in pejus et res ad pristinum statum redeunt. Me miserum! quantum unius hominis interitu damnum res humanæ fecerunt! Abiit ille atque excessit e vita: nobis nihil præter suspiria, et luctum, et lacrymas reliquit. Abstulit e nobis omnem lætitiam, abstulit felicitatem, abstulit libertatem, et quod omnium pulcherrimum erat, seipsum abstulit. Heu! quis adeo constans, vel durus potius, et vere adamantinus est, qui temperare a lacrymis possit: qui non et animo commoveatur, et toto corpore per- C horreat; qui non quæritet defunctum, ac gemitu, si fieri possit, revocare in vitam contendat? Cur a nobis tam repente evolasti, piissime imperator? Cur manere nobiscum diutius noluisti? Cur regio illo virtutum tuarum concentu frui nobis ultra non licuit? Suscepisti de nobis hactenus omnem curam et ut ipsi tuti ac laboris expertes viveremus, tu solus maxime semper elaborasti. Testantur hoc populi omnes; testantur omnes provinciæ; terra omnis et maria omnia testantur. Nunc vero bona omnia tecum ferens abiisti. Quæ jam nobis esse sine te vitæ jucunditas potest, vel potius quomodo vivere sine te amplius possumus, quasi corpora quibus sublatum sit caput? Mortui enim jam omnes videmur, et ad nihilum redacti sumus. Sol, qui terrarum opera fulgentibus radiis lustras, heu! quam infaustum atque infelicem hunc diem nobis illucescere fecisti! Heu! quam acerbum, indignum ac miserabile spectaculum ipse vidisti! Melius certe fuerat, te sub terris duntaxat errantem, in perpetuis nos tenebris relinquere, quam radiorum tuorum splendore illustrare superiores plagas ut infelicibus oculis bustum hoc cerneremus regii corporis, quod tot pro nobis labores, tot vigilias, tot pericula sæpe subierat. O quales radios occidens, quales rursus oriens emisisti! Correptus est morbo optimus imperator, corpus ejus ita non modo ætate, sed variis etiam laboribus, confectum ac debilitatum erat, ut suspicari mox omnes cœperint quod evenit, tantusque animos omnium repente metus invasit, ut nihil indignius esse ferendum videretur.

Heu! quot preces, quot supplicationes, quot vota pro illius salute, vel potius pro totius orbis terrarum incolumitate omnium generum, ætatum, ordinum fuere! Nemo erat qui mori potius illo superstite, quam mortuo illo vivere amplius vellet. Salutem illius suæ quisque saluti anteponebat: sciebant namque singuli salutem suam ad singulos homines pertinere, illius vero incolumitatem omnium mortalium et totius orbis terrarum esse communem. Hic enim universum orbem quasi firmissima quædam columna sustinebat, nec labefactari, vexari, everti ullo procellæ genere patiebatur; sed æquo virtutum omnium, quibus præditus erat, temperamento firmum ac stabilem in medio regebat. O quibus artibus, quo labore fundavit imperium, qua virtute firmavit ac stabilivit libertatem, qua clementia auxit populorum suorum fortunas, quietem, felicitatem! O eximiæ principis admirabilesque virtutes, quibus omnibus omnes superabat, prudentia fortes vincebat, fortitudine prudentes,

* Anno 1419 defuncti. Hæc juvenis adhuc Bessario peroravit. Manuelis scripta colligimus in tomo nostro CLVI.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vel ut rectius loquar, consilio callidos, viribus robustos anteibat. Atqui temperantia nemo ei par fuit. Justitia omnibus, qui unquam Romano imperio præfuerunt, habitus est præstantior. Quid fidem ejus commemorem? quid facilitatem? quid ingenium? quid eximiam rerum omnium scientiam? quid liberalitatem? quid animi magnitudinem? quid humanitatem, mansuetudinem, comitatem? Me miserum! ita lacrymis ac dolore debilitor, ut præ nimio mœrore referre virtutum ejus excellentiam non possim. His omnibus nunc infelicissimi hominum privati sumus. Heu! quantam jacturam non una gens, nec unius civitatis populus, sed omne Christianorum genus in præsentia fecit! O misera hominum conditio! o spes inanes! o dulce quondam nomen imperii! o toties desiderata et aliquando restituta Græcis libertas! o jus inviolabile et sanctissimæ leges! huccine tandem omnia recidistis? hem! quo pervenimus? hem! quo miseriarum et calamitatis redacti sumus? Luget nunc senatus, mœrent principes, provinciæ omnes queruntur, plorant urbes, flent municipia, squalent coloniæ, domus afflictantur, agri denique ipsi tam mansuetum, tam pium, tam salutarem principem suspiriis, et lacrymis, et fletu prosequi videntur. O tempus! siccine superioribus malis, ultimum hoc, et omnium, quæ passi unquam fuimus, maximum atque indignissimum addere debebas? siccine cæterorum malorum famam ac recordationem postremi hujus magnitudine obscurare? Etenim quæcunque nobis ante hoc adversa contingebant, utpote bella, conflictus, cædes, spolia et alia quæ ex iis sequi consueverunt divina illa imperatoris sapientia emendabantur in melius. Nunc autem ab illo relicti, quem alium habemus ad quem confugere, quem appellare, cujus præsidium implorare possumus? Deventum est ad extrema malorum omnium, facti sumus quasi pupilli orbati patre, a quo nostro omnis vita pendebat, cujus assiduo labore omnis nos laboris expertes vitam ducebamus amœnissimam. Jam vero longe nobis emori præstaret, quam in tanta calamitate et miseria vivere. Etenim male vivere, ut poeta inquit, laboriosa res est. O magnum atque intolerabilem dolorem, qui omnes pariter invasit, et neminem reliquit intactum; non virum, non mulierem, non juvenem, non senem! O lugubrem illam famam ac minime optabilem quæ passim pervagata omnes ad funus piissimi imperatoris excitabat! o infelicissima mors illius cujus in vita salus orbis terrarum nitebatur! O suspiria, o lacrymæ, o singultus, o voces acerbissimæ, o amarissimi clamores, o gemitus, o fletus, o luctus omnis sexus, ætatis, ordinis, conditionis! Alii quidem dominum quærebant, alii patrem patriæ, alii imperatorem, alii patronum, alii magistrum, alii juris et legum conditorem, omnes vero eum, qui pro omnibus, ut ille inquit, omnia factus erat. O gravis atque aspera inter eos qui aderant contentio! certabat quisque ut fletu superior videretur. O lacrymarum torrentibus obruta tellus ferebatur funus procerum manibus. Undecunque vero civium atque exteforum multitudo confluebat, implentes vias et miserabili gemitu aerem atque æthera complentes. Una omnium vox, unus clamor, unus gemitus erat. Iste vero silens ac mortuus jacebat, nec quæ gerebantur sentiens, nec hominum clamores intelligens. Nihil præter inane cadaver conspiciebatur, et quasi natus unquam non fuisset, aut nunquam imperasset, aut tot annos non vixisset, prorsus omni sensu erat destitutus. Petebatur quidem ab eo ratio cur nos deserere voluisset; pro responso silentium erat. O taciturnitatem invisam et a nobis minime exspectatam! Ubi est lingua illa tam erudita, tam suavis, ex qua melle dulcior exire oratio solebat, cujus motu omnia tonare videbantur, cujus ubertas omnem aperiebat quæstionem, omne dubium solvebat, ita vero docebat cuncta, ita sæpenumero auditores excitabat, ut non tam suadere quam rem ante oculos ponere, nec tam accendere alios quam ipse ardere videretur? Unde nunc tam repentinum silentium? Unde tam subita mutatio? An te quoque, optime imperator, superare mortis sævitia potuit, quem Atlanticum pelagus pro nobis periclitantem vidit, quem Italia aspexit, et quæ ultra Italiam sunt occiduæ gentes? Ad quas cum petendi adversus Barbaros præsidii gratia profectus fuisses, maximo in honore habitus fuisti. Ex quo facile perspeximus non pecuniarum multitudine, non copiarum numero robur imperii contineri, sed virtute, moderatione ac sapientia principis. O prudentia singularis, quam Latini homines, et natura et multarum rerum experientia prudentissimi, admirari ac stupere solebant, qua adhibitis eloquentiæ suæ nervis, facile Medos et Persas induxit, ut adversus impium illum Turcarum imperatorem arma capesserent, quibus illo parvo interjecto tempore, victus ac profligatus debitas scelerum suorum pœnas luit. Taceo quoties sine armis, sola auctoritate et prudentia, quod pulcherrimum victoriæ genus est, hostes superavit, quamque armis quoque quando res ferret, ita utebatur, ut merito et fortissimus et rei militaris peritissimus haberetur. Quot urbes nuper, quot oppida, et situ et natura locorum munitissima, in Peloponneso recepit! Nonne etiam maximam Thessaliæ partem imperio suo adjecit? Idem et armis strenuus erat, et consilio providus; habebat enim Thucydidem secum, et Xenophontem, et si quis his similis erat, quorum consilio continuo utebatur: ex quo fiebat ut, quemadmodum inquit Homerus, et rex optimus esset et bellator fortissimus, et quod nos addimus, facundissimus orator. At ubi nunc hæc omnia sunt? Ubi plausus, et præconia, et laudes? ubi populorum ineffabilis illa voluptas, quam ex principis virtute, moderatione, clementia, tantam percipiebant, ut, illo imperium regente, beatissimi sibi esse viderentur? O summa rerum tranquillitas! illo pro nobis laborante, se-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

curi otio fruebamur. Quis nobis modo imperatorem reddet, quis patrem, quis patronum, quis propugnatorem, quis morum et vitæ magistrum, quis dominum tam beneficum et salutarem? Lugeat nunc Christiana respublica, cujus splendidissimus oculus exstinctus est. Incipiat jam terra flebilem cantum; columna corruit qua sustentari solebat. Omnes nunc saccum induant et cinere spargantur. Remedium non habet ista calamitas. Quis nunc claves tanti imperii tenere, quis tractare totius orbis gubernacula poterit? O litteræ, plorate cultorem vestrum. Periit ille qui vos in cœno et sordibus jacentes erexit et quasi e tenebris ad lucem revocavit; qui tanto vos amore prosequebatur, ut nec publica nec privata negotia, nec curæ aut sollicitudines, nec voluptas aliqua nec somnus distrahere eum a vestro consortio posset. Et quemadmodum vos incredibili studio ac diligentia sequebatur, ita cæteros, ut idem facerent, excitabat; nec adolescentes duntaxat, verum etiam senes ad disciplinam hortabatur. Quo factum est, ut plerique quorum ætas jam ingravescens erat, exemplo optimi imperatoris permoti, ad optimarum artium studia se transtulerint. Sic enim natura comparatum est, ut quales sunt principes, tales etiam subditi fiant; et quemadmodum ea a quibus principes abhorrent, omnibus ludibrio sunt, ita quæ illi honorant, coluntur ab omnibus et in pretio habentur. O leges, o judices, o forum, o subsellia, o tribunalia, lugete exstinctum principem qui vobis tribuerat ut propter justitiæ et æquitatis administrationem hæc nomina justissime possideretis. O cives et urbium optimates, mœrete ablatum vobis imperatorem, qui tanta facilitate et prudentia vobiscum de rebus omnibus loquebatur! O pauperes, flete patronum qui vos protegebat, sublevabat, alebat! O quidquid Græci sanguinis usquam est, omnia, ut facitis, lacrymis ac mœrore complete, cum vestro gubernatore privati sitis, qui vos ab omni impetu et procella fortunæ tuebatur, et minantes sæpe bellorum turbines nunc armis et bello, nunc sola prudentia atque auctoritate avertebat. Etenim hoc in primis sapientissimi imperatoris proprium erat, nec tempus, nec modum, nec artes belli et pacis ignorare. Hunc profecto opinor etiam hostes atque inimicos ejus magna ex parte prosequi, ac lamentis, et in tam gravi atque acerbo luctu nobiscum misceri. Vicit omnes principis virtus, cujus tanta vis est, ut etiam ab hostibus honoretur. O Byzantium, Byzantium! omnium urbium clarissimum lumen, decus orbis terrarum, naufragorum portus, miserorum perfugium, præsidium omnium bonorum, qualem imperatorem, quanta sapientia, pietate, clementia præditum hactenus habuisti! qui tibi pristinam libertatem, dignitatem, fortunas, imperium restituit; qui hostes tuos dominari antea solitos, tibi subjecit; qui pacis eis leges præter spem omnium dedit. Heu! in quantas nunc ærumnas incidisti! Infelix! amisisti decus illud atque ornamentum, quod omnium pulcherrimum habebas. Ubi nunc est tua illa aurea cæsaries, ubi mortalibus omnibus gratus aspectus? Heu! quales tibi crines, quibus virtutibus intortos impia mors evulsit! qualem oculum abstulit, quod caput abscidit, et te seminecem ac semimortuam, imo vero mortuam prorsus atque immobilem reliquit! Heu! quam latum et quam spatiosum campum tibi proposuit lacrymarum et luctus, minime quidem tibi optabilem. Verumtamen ita factum est, et tu ista pateris; quid enim facere potes, Deo ita jubente? Stamus nunc tui filii, miserabilem induti habitum, et flebilem cantum inchoantes. O varii multiplicesque sermones in animo illius, quasi in venerabili quodam diversorio dispositi, et inde veluti ex abundantissimo fonte manantes! Hi quidem fidem, pietatem, religionem extollebant; illi templa, sacrificia, dies festos ornabant; alii de virtute et moribus disputabant; nonnulli vitia insectabantur; plerique, quid agendum, quid vitandum esset, incredibili facilitate, splendore, gratia, disserebant. Testes sunt, qui exstant illius libri, summam doctrinam, singulare ingenium et divinam sapientiam præ se ferentes, quanquam infelicibus nobis longe præstaret vivum illum, ac concionantem admirari, quam post cineres ex illius scriptis vitæ, et virtutis, et morum facere conjecturam. Magnam certe jacturam omnes fecerunt, sed nos in primis qui adhuc adolescentes talem virum, prius fere quam nosse possumus, amisimus. Non licuit nobis orantem sæpius audire, non concionanti plausum reddere, non illi priusquam e vita discederet, primitias ingenii nostri qualescunque essent, offerre. Nunc vero, me miserum atque infelicem! mœroris et lacrymarum et luctus offerre primitias cogimur. Heu! in quæ tempora reservati sumus, quam amarum nobis certamen, mors invida, proposuisti! O clades omnibus quæ unquam fuerunt cladibus major! quomodo vivere amplius poterimus! quomodo infelicem hanc animam, quantulumcunque vitæ supersit, in tanto luctu ac mœrore traducere! Ubi nunc est regius ille pro nobis semper pervigil oculus quem nunquam vincere somnus poterat, rerum, ut Homerus inquit, omnium domitor. Vigilabat ille noctes totas, aut meditans aliquid, aut legens; dies in sermonibus atque negotiis consumebat. Optime imperator! quomodo sustinere sub hoc amaro lapide tantum otium poteris, qui quasi pennas habens, circumvolitare totum orbem solebas? Quomodo tam diuturnum silentium ferre, cujus oratio, quasi cantus Sirenum, demulcebat hominum aures, et quasi magnes ferrum, quocunque vellet, semper trahebat? Verum tu quidem abiisti, et ad meliora habitacula vocatus migrasti in cœlum, ubi perpetuam sedem fide, religione, virtute tibi paraveras. Nos autem cur in tanto luctu et mœrore, et lacrymis reliquisti? Cur discedens omnes non vocasti? Mori enim tecum quam sine te vivere commodius fuisset!

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

BESSARIONIS HIEROMONACHI

IAMBI

IN OBITU THEODORÆ AUGUSTÆ

(Leo Allat. *De consensu*, p. 955.)

Narrat Theodosius Zygomala, epistola ad Martinum Crusium, in obsidione Constantinopolitana atrox Constantini imperatoris facinus; quippe qui sacrorum mysteriorum participes factos liberos, affines atque propinquos, decollari jusserit, ne in Turcarum servitutem venirent : Φέρεται δὲ λόγος, ὅτι πρότερον μεταδοὺς τῶν θείων μυστηρίων τοῖς παισὶν αὐτοῦ, τῇ βασιλίσσῃ καὶ πολλοῖς συγγενέσι, καὶ οἰκείοις, ἅπαντας ἀποκεφαλισθῆναι πρασέταξεν, τοῦ μὴ αἰχμαλωσίας τυχεῖν. Βασιλίσσης ὄνομα ὑστάτης οὐκ οἶδα. Ἠρώτησα γὰρ πολλοὺς καὶ οὐδείς μοι εἶχε λέγειν ἀληθείας ῥήματα, ἢ γραφὴν δεῖξαι. *Fertur hunc, postquam prius sacra mysteria liberis suis et imperatrici et multis consanguineis et propinquis impertivisset, hos omnes decollari jussisse, ne in hostium potestatem vivi inciderent. Imperatricis ultimæ nomen nescio, licet multos interrogaverim ; sed nemo mihi veritatem dicere potuit, aut historiam ostendere.* Rumor hic falsus omnino est. Constantinus enim neque filios habuit, et demortuis illius uxoribus, priore Theodora, principis Caroli filia, et secunda Ælcatharina Catalusia, domini Lemni insulæ, antequam tertiam duceret regis Iberorum filiam, cum qua contraxerat matrimonium, Turca Constantinopolin invasit, eoque contrucidato occupat. In primam Theodoram, quæ in partu occubuerat, sunt apud me iambi sepulcrales Bessarionis, adhuc hieromonachi, ut ea ferebat ætas, non inelegantes. Ut varietate tædium effugias, lector, et mutatione rerum animum leves, eos hic apponam.

Ἦν ἄν τις εἴποι μηδαμῶς ἐνδοιάσας
Μίμημ' ἀνεξέλεγκτον οἵας εἰκόνος,
Ἄγαλμα καλοῖς, φεῦ! ὅσοις διαπρέπον,
Σκῆλην χαρίτων καὶ φρονήσεως ὅραν,
Γένους τε κόσμον καὶ ξυνὴν πανδαισίαν.
Ταύτην ὁ λυγρὸς αὐτοσὶ κρύψας τάφος
Ἄψυχον, ἄπνουν, καὶ λόγου παντὸς δίχα
Δείκνυσι πᾶσιν. Ὦ ξένου μυστηρίου!
Ταύτῃ Λατίνων ἐκ γένους βλαστησάσῃ
Ῥίζης ἀνασχούσῃ τε τῆς Ἰταλίδος
Γονεῖς; ἀγαθοὶ πατέρες φίλου τέκους
Ὤφθησαν ὄντες σφῶν γένει κόσμος μέγας.
Ὡς οὖν ἔχουσα καὶ γένους τε, καὶ τρόπου
Ἁρμόζεται δὴ πρὸς γάμου κοινωνίαν
Ἄρην πνέοντι, καὶ φόνους ἐν ταῖς μάχαις
Αἰσθήσεως θρόνῳ τε καὶ φρενῶν βάθει
Δεινῷ μαχητῇ Κωνσταντίνῳ δεσπότῃ,
Καταξιοῦται βασιλείου καὶ λέχους
Καὶ κλήσεως πρός. Καὶ γὰρ εἶχεν ἀξίως.
Συζήσασα δὲ χρόνον βραχὺν, καὶ πάνυ
Τούτῳ, μετέστη πρὸς μονὰς οὐρανίους
Ὠδῖσιν αὐτὰῖς προσλιποῦσα τὸν βίον,
Ὅπως ὀδυνῶν ἐξιοῦσα τοῦ βίου
Χαρᾶς ἀλήκτου τῆς ἐν Οὐλύμπῳ τύχῃ
Ἦν μὴ μαραίνει μηδὲ καλύπτει χρόνος,
Ποθοῦσα πάντως, καὶ ἐφευροῦσα στέφος.

A Quam sane quis dixerit minime dubitans imitationem omni reprehensione superiorem unius imaginis, statuam bonis, heu quantis! excellentem, simulacrum gratiarum, et prudentiæ terminum, et generis ornamentum, et convivium lautissimum omnibus expositum. Hanc terra, hoc cum abscondisset sepulcrum exanimem nec spirantem, et omni sermone destitutam, omnibus monstrat. O admirandum arcanum! Huic, ex Latinorum genere pullulanti, exortæque ex radice Itala, progenitores boni parentesque amici surculi visi sunt esse, proprioque generi magnum ornamentum. Tanquam itaque ea, quæ et genere et moribus præcelleret,
B conjungitur in matrimonii societate Martem spiranti, necesque in conflictibus, sensus mentisque profunditate experto bellatori Constantino despotæ; et toro imperiali digna fit, nec non et appellatione, quibus indigna non erat. Cum quo cum vixisset parvum nimium ad tempus, ad mansiones cœlestes translata est, in ipsis partus doloribus vitam linquens, ut e vitæ doloribus exiens, lætitiæ nunquam desinentis in cœlo particeps fieret, quam non tabefacit neque obscurat tempus, amoribus omnino indulgens, et coronam possidens.

Frustra ergo ultimæ imperatricis, quæ nulla erat, nomen quærimus. Nec alii illi propinquiores Andreæ, Manuele et Joanne Thomæ Palæologi despotæ filiis, qui excidio supervixere, ut alii commemorant. Quamvis verum sit, nocte ante funestum illud excidium, imperatorem aliosque primarios viros in augustissimum Sanctæ Sophiæ templum ingressos, precibus ibidem et lacrymis effusis, sacramenta et immaculata mysteria percepisse, et in palatium cum regressum, veniam ab omnibus petiisse; tum demum ad bellum se accinxisse.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

BESSARIONIS

EPISCOPI TUSCULANI, CARDINALIS NICÆNI

DE EA PARTE EVANGELII JOANNIS

UBI SCRIBITUR :

Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σέ ; *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te ?*

ERUDITA ET VALDE UTILIS DISCEPTATIO *.

Reverendo ac erudito Patri D. ULDERICHO FABRO, cœnobii Dominici Sepulcri in Denkendorf præposito dignissimo et patrono suo de se bene merito, Joannes ALEXANDER BRASSICANUS jureconsultus S. D. P.

Video quosdam in eam opinionem, et illam quidem mire perversam, adductos esse, Præsul ornatissime, ut infelicissimum tot sectarum atque doctrinarum proventum, quibus inter se minus quam horologiis convenit, jam non in angulis tantum, qui γωνιοδομβυχῶν mos est, sed propalam et publice pro suggestu Græcis litteris imputent. Qua re quid vel indignius cogitari vel ineptius etiam dici possit, quis ex iis qui vel mediocriter eruditi sunt non intelligit ? Sic et terræ matris beneficia, si diis placet, accusemus ; sic elementa damnemus ; sic denique, ut ille inquit, θεῶν ἐριτιμότατα δῶρα in jus rapiamus, quæ omnia et inculpata et nostris usibus ubique servientia, nos ipsi qui abutimur, deteriora et merito reprehendenda efficimus. Quoniam autem, Ulriche præstantissime, cum superioribus diebus in cœnobio tuo essem, de eadem illa re, quæ tua est egregia eruditio cum summa modestia conjuncta, et exquisita suavitate verborum, et acerrimo cum judicio dissertabas, arbitratus sum me non vulgare operæ pretium esse facturum, si simul et tui demerendi studio, et illius præposteræ opinionis confutandæ causa, D. Bessarionis cardinalis doctissimi commentariolum in hoc argumenti genere doctissimum ad te mitterem. Nam ex illo, quod alias te comprobasse certo scio, liquido intelligis, quis usus sit Græcarum litterarum, præsertim in libris sacris, quæ necessitas, quæ dignitas, et quæ tandem illarum ratio habenda sit. Quando qui hoc præsidio carent, fieri non potest, ut non pueriliter hallucinentur, ut non graviter impingant, ut non omnium maximo malo cæcutiant. Deprehendes etiam, quodnam felicioris interpretis officium, quæ cura, quæ diligentia esse debeat, quam non temere de translationibus judicandum sit. Id quod hac ætate peculiare vitium est, interpretem videlicet in hujus linguæ versione damnare, in qua vix ultra alphabetum progressus fueris. Cujus rei vel unus ille sedentarius sutor, cum contra Erasmum scriberet, pulcherrimum specimen dedit. Insunt præterea et alia huic libello lectu dignissima et huic sæculo quasi nata, quem tu, veluti perpetuo consuevisti, eo animo accipe quo nos tibi dedicavimus. Sic certe significationem aliquam dare volui, ut qui nihil non tibi debeo, vel aliquam mediocrem portionem persolvisse videar, donec ex omni parte solvendo esse possim. Vale, præposite optime, ac amice charissime.

Viennæ Austriæ, anno a nato Jesu 1532, mensis Januarii die 3.

SAPIENTISSIMI D. BESSARIONIS

S. R. E. CARDINALIS

In illud Evangelii secundum Joannem : Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σέ ; *Si volo eum manere donec veniam, quid ad te ?*

Cum nuper sacrum Evangelium Joannis Evangelistæ in ejus festivitate Latine legeretur, ventumque esset ad eam partem ubi Petrus a Salvatore de Joanne quærens, inquit, *Hic autem quid ?* et Dominus respondit, juxta Græcæ quidem litteræ veritatem : *Si eum volo manere donec veniam, quid*

(1) Hagenoæ, ap. Joan. Secerium excudebatur anno a Christo nato MDXXXII, mense vero Februario. Exstat in bibliotheca Mazarinæa sub num. 11,621.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ad te? juxta Latinam vero interpretationem: *Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te*[1]? Quæsivit a me quidam, an recte interpres eam particulam in Latinum vertisset? Cui ego : Recte quidem ab initio translatam fuisse arbitror, et *si*, non *sic*, ab interprete scriptum exstitisse ; sed postea (quod accidere frequenter solet) vitio dormitantis librarii, *si* conjunctionem in adverbium *sic* fuisse conversam, una littera addita. Facilis est enim ad errorem lapsus, quoties dictio aliquid significans in dictionem aliud significantem, una duntaxat addita vel detracta littera, commutari potest. Tum alii quidam ex his qui aderant, contradicere, non *si*, sed *sic* legi debere asseverantes beneque se habere Latinum sermonem dicentes, et aut rectiorem esse Græco, aut illo non minus rectum, quandoquidem sive *si*, sive *sic* dicatur, eadem sit utriusque sententia. Quod vero rectius se haberet sermo Latinus, minime ausi sunt prosequi, stulte id a se dictum intelligentes, et contentionis potius gratia quam veritatis. Siquidem Evangelista Joannes et Evangelium suum Græco, non Latino sermone composuit, et ἐὰν conjunctione usus est, quæ, in Latinum versa, *si* absque ulla ambiguitate significat. Interpres vero, quicunque is quidem fuerit, nec tanta Spiritus gratia, quanta Joannes illustratus fuisse existimandus est, et verbo usus est ad errorem proclivi, quippe addita *si* conjunctioni, per ignorantiam sive incuriam librariorum, *c* littera, omnis sententia subvertitur et pro conjunctione, quæ dubia est, adverbium efficitur affirmandi. Quod vero æque bene Latinus sermo se habeat, argumentis quibusdam conati sunt ostendere, quæ breviter hoc loco referenda existimavimus, et ad ea quantum divinus favor concesserit, respondendum. Primo enim id auctoritate Hieronymi et Augustini et aliorum Latinorum doctorum confirmant, quos eo in loco non *si*, sed *sic*, scripsisse et ita eam partem exposuisse constat. Hos enim non est verisimile et veritatem latuisse, qui et sapientiores nobis fuere et non modo Latinæ, sed etiam Græcæ linguæ doctiores, quando præsertim ante ipsorum quoque ætatem non *si*, sed *sic* apud Latinos scriptum fuisse animadvertitur. Post hæc asserunt, nihil in sacra Scriptura innovandum esse, præcipueque in Evangelio, ubi vel unum apicem, aut unum iota immutare nefas est. Daretur enim hoc modo facultas volentibus Scripturam sacram corrumpere, quod nullo modo est permittendum. Cum igitur apud Latinos Evangelium sic habeat, asseri aliter mutarive sine crimine non posse. Præterea *si* conjunctionem inquiunt aliquando affirmative, nonnunquam vero et dubitative accipi, et cum præsenti vel præterito indicativo adjungitur, quæ tempora certiora sunt et quasi determinatam rem notamque significant, affirmative capi, cum vero subjunctivo adnectitur, dubitative. Quod si futuro jungatur, tunc propter incertitudinem sui, nec cum indicativo omnino affirmare, nec cum subjunctivo prorsus esse ancipitem ; præsenti vero etiam subjunctivo adjunctam, certitudinem significare. Hanc eorum sententiam quibusdam Virgilii ac Ciceronis exemplis nituntur affirmare. Cum igitur apud Græcos ita scriptum sit, ἐὰν θέλω, hoc est, *si velim*, procul dubio certitudinem utrobique significari asserunt. Ideoque seu, *si velim*, ut Græci, sive *sic volo*, ut Latini, dicamus, unam prorsus et eamdem esse sententiam. Postremo ubi negatio, inquiunt, vel ambiguitas locum non habet, indicativo cum *si* conjunctione utendum est. In hoc vero, de quo loquimur, Evangelii loco, nulla habet locum ambiguitas. Indicativo igitur adjungenda illa conjunctio, et, *si volo*, dicendum, quod idem est ac si diceretur, *sic volo* ; idcirco, *sic volo* in Evangelio legendum. Quod vero hæc duo idem significent, hujusmodi confirmant exemplo. Si quis enim, inquiunt, alicui in die Veneris carnes edenti ita dixerit, Tune die Veneris carnes edis? et ille ita respondeat, Si edo, quid ad te? Profecto *si edo* idem est ac si diceretur, *sic edo*, vel *ita edo*, quid ad te? Quemadmodum igitur *si edo* et *sic edo* unum sunt, ita etiam *si volo* et *sic volo* idem esse fatendum censent. Quod si quis causam flagitet cur Evangelista dixerit, *Et non dixit Jesus quod non moritur*, sed, *Si eum volo manere*, nihil eum dicere asserunt : primo enim non vim et sensum verborum, sed verba ipsa ab Evangelista negari, deinde et *sic volo* significare sic velle eum manere, sed voluisse Christum reprehendere Petrum, veluti quæritabundum de his quæ ad se minime pertinerent. Concludunt ergo injuriam fieri Evangelio, si quis hunc locum mutet, moriendumque potius esse quam tale aliquid tentandum ; nec debere quemquam catholicum putari, qui mutandam hanc Evangelii auctoritatem existimet, censendumque eum qui id ausus fuerit, etiam pejora facturum addita ei auctoritate atque potentia.

Hæc quidem illi. Nos vero ad ea hunc in modum respondemus. Oportet enim qui aliquid ex una in aliam transfert linguam, et linguam ipsam nosse quam transfert, et ejus non modo sententiæ veritatem, sed etiam verba de verbis exprimere, idque præsertim in sacris litteris, ubi non modo verba ipsa custodiri, sed ordo quoque verborum, quoad ejus fieri potest, servari debet. Siquidem in sacra Scriptura etiam ordo ipse verborum, ut Hieronymus ad Pammachium scribens inquit, mysterium est ; periculosum est enim aliquid in ea mutare, nisi proprietas linguæ, in quam fit translatio, tantam interim observantiam non patiatur ; tunc enim licet diversorum verborum ambitu eamdem fideliter repræsentare sententiam. Sed hoc in præsentia locum non habet. Cum hæc ita sint, illud quoque animadvertere convenit, quod licet nonnullorum opinio fuerit, beatum Joannem Evangelistam non-

[1] Joan. xxi, 22, 23.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

dum vita functum esse, sed secundum Christi adventum vivendo præstolari, vera tamen sanctorum doctorum sententia est, mortuum eum esse, non tamen per martyrium, nec infirmitate primo maceratum, vel mortis dolore et angustia oppressum, sed sua sponte, dum sanus esset, ad sepulcrum, ejus jussione per discipulos fossum, descendisse, jacuisse, spiritum Creatori reddidisse et ad patres appositum fuisse. Legant qui volunt Hieronymum in Prologis, tum ejus, de quo loquimur, Evangelii Joannis, tum libri Apocalypsis, cujus ea sunt verba quæ modo retulimus. Legant Augustinum super Joanne ubi de hac quæstione agitur. Legant Chrysostomum in multis locis, cæterosque quamplurimos et cum tot tantisque doctoribus idem ipsi quoque sentiant (ut fas est). Nam etsi aliqui ex recentioribus aliter senserint, nonnulli tamen ex eis, et ii quidem inter illos doctiores habiti, illis aperte contradicunt, eorum quos diximus doctorum sententiam probantes, et quantum in eis est, de novo excogitatis rationibus corroborantes, adeo ut hæc sanctorum de morte Joannis opinio aut necessaria sit et omni dubitatione carens, aut si dubia sit, apud paucissimos sit dubia, quod et pium non sit dubitare. Tamen ut disputationis gratia in præsentia concedatur, illud certe manifestum est, mortuum esse Joannem, plus certi habere quam ambigui : vivere vero, certi nihil, sed ambigui plurimum, cum nullus ex priscis Patribus sanctisque doctoribus id affirmet. Neminem præterea latere debet, sacros libros Veteris Novique Testamenti ab ipsis Ecclesiæ nascentis exordiis apud Latinos tum ex Hebræo ut veteres, tum e Græco, ut et novos et veteres, per Septuaginta Interpretes editos fuisse longo ante Hieronymum tempore, trecentis scilicet et amplius annis, qua editione sancta Latina Ecclesia tunc utebatur, eamque veteres sanctissimi doctores, Cyprianus, Hilarius, Augustinus, Hieronymo coætaneus, imo vero illo sene ipse juvenis, exposuere. Multos præterea fuisse sacrarum litterarum e Græco in Latinum interpretes, testatur Augustinus in tertio *De doctrina Christiana* libro, ita inquiens : Qui enim Scripturam ex Hebræa in Latinam verterunt linguam, numerari possunt; qui autem e Græca interpretati sunt, nullo modo. Hanc tantum Scripturam multo post tempore superveniens Hieronymus, egregius doctor, denuo veterem ex Hebræo, novam e Græco fonte traduxit; qua in re etsi multis præbuit latrandi contra se causam, multa tamen aliter quam edita a prioribus fuerant dictavit, et, ut ipse dicit, emendavit atque correxit, nec cæteras solum Scripturæ partes, sed ipsa quoque Evangelia. Hæc enim sunt ejus verba adversus detractores suos, quæ modo retulimus. Ita tamen probata ab omnibus ejus translatio fuit, ut antiqua, vel, ut verius dicam, tot antiquis interpretationibus oblitteratis, Hieronymiana duntaxat traductione catholica utatur Ecclesia. Legat qui vult ejus ad Pammachium *de optimo genere interpretandi* epistolas, ad Marcellum *contra detractores suos*, ad beatum Augustinum quamplurimas ejus defensiones, et ita esse intelliget. Quid vero ad Damasum pontificem Romanum in præfatione super Matthæum scribat, si libet, videamus. Novum, inquit, opus me facere cogis ex veteri, et post exemplaria Scripturarum toto orbe diffusa, quasi quidam arbiter sedeam, et quia inter se variant, quæ sunt illa quæ cum Græca consentiant, veritate discernam. E quibus omnibus luce clarius apparet, liceatne, et pium an nefas sit sacram Scripturam ex alia translatam lingua ad originalis linguæ, unde traducta est, veritatem reducere. Post hæc memoria repetenda sunt, quæ sancti doctores de profundo multiplicique sacrarum Scripturarum intellectu edixerint, quanta de varia ejusdem dicti expositione non modo sentiunt, verum etiam præseferunt, exponentes eas multiplicibus variisque sententiis. Hinc est quod sanctam Scripturam profundissimo comparant pelago, ex quo quantumlibet aquæ hauras, plus tamen semper est quod superest. Idcirco eam asserunt plures diversasque expositiones suscipere, omnes tamen veras. Hoc autem adeo plerique omnes affirmant Ecclesiæ doctores, ut supervacaneum sit ad id probandum testes adducere, præsertim brevitati studentibus. Postremo illud sciendum est, exemplaria tribus modis depravari solere, appositione, aut commutatione, aut subtractione. Appositione quidem, cum pro arbitrio nostro id supplere volumus in Scripturis, quod imperfectum ac minus continens existimamus, sicut est in libro Regum, ubi cum tractatur de secunda diffusione Philistinorum in valle Raphaim, infertur : *Consuluit autem David Dominum*, et in quibusdam mendosis codicibus additum reperitur, *Si ascendam ad Philistium, et dabis eos in manu mea* [1], quod in Hebræo fonte non reperitur, juxta eorum sententiam, qui eam linguam apprime callent. Sed quia in prima Philistinorum diffusione legitur, hic quoque nonnulli censere debuerunt repetendum. At in Genesi eo in loco, ubi dicitur : *Nonne pro Rachel servivi tibi? quare imposuisti mihi* [2]? quidam superfluo addunt *Liam*. Commutatione vero, cum syllabarum aut partium similitudine vel ambiguitate decepti, nunc detrahendo aliquid, nunc addendo, interdum aut mutando ad nostri arbitrii conjecturam, partes pro partibus variamus, ut in Exodo : *Cunctus autem populus videbat voces* [3], pro *videbat* plerique *audiebat* scripsere eo quod vox audiri potius soleat quam videri. Et in Genesi, *Cum Joseph duodecim esset annorum* [4] pro *decem et septem*. Et in Lamentationibus Jeremiæ pro *vastatio et contritio vaticinatio et contritio*. Et in Amos propheta *tonsorem gregis*, pro *tonsura regis*. Subtractione autem, cum de Scriptura minuere aliquid præsumimus, sine

[1] II Reg. v, 19. [2] Gen. xxix, 25. [3] Exod. xx, 18. [4] Gen. xxxvii, 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

quo plenus nihilominus redditur intellectus, ut est illud in Ezechiele : *Et dixit ad virum, qui indutus erat lineis et ait* [1], hoc quod ultimo ponitur, scilicet, *et ait*, si quis præsumeret diminuere, intellectui nullatenus derogaret. Et in Zacharia : *Ipse ædificabit templum Domino et exstruet templum Domino* [2], quod postremo ponitur *et exstruet templum Domino* de multis exemplaribus detractum est. Quod si quis de his plura desiderat testimonia et latius nosse hanc rem cupit, Nicolaum legat tituli Damasi diaconum et bibliothecæ suffraganeum, virum, quantum intelligere licet, Hebraicæ linguæ peritissimum, qui, Lucii secundi Romani pontificis tempore, ad Petrum basilicæ Sancti Petri canonicum scribens, de sanctæ Scripturæ emendatione multa disseruit. Nobis enim prolixitatem fugientibus, satis est uno vel duobus testimoniis quod probare volumus, astruere, lectorem impigrum ad eos, a quibus nos hæc sumpsimus remittentibus. Plura namque idem Nicolaus ait : Lustrans armaria, nequibam hoc adipisci, veracia scilicet exemplaria invenire, quia et quæ a doctissimis viris dicebantur correcta, unoquoque in suo sensu abundante, adeo discrepabant, ut pene quot codices, tot exemplaria reperirem, usque adeo etiam millesimo fere post interpretationem Hieronymi anno, codices sacræ Scripturæ mendosi atque corrupti erant, et ita inter se in plerisque discrepantes, ut quæ Hieronymus ad Damasum scripserat, eadem Nicolaus, post tot annorum circula, scribat ad Petrum, tot scilicet exemplaria esse quot codices. Addit præterea se nonnulla comperisse de Hebræo abesse quæ tamen in omnibus Latinis codicibus pariformiter reperiuntur. Quod enim in Genesi est, *Dixit Cain ad Abel fratrem suum, Egrediamur foras* [3], quamvis in omnibus Latinis codicibus ita legatur, in Hebraicis tantum illud, *Egrediamur foras*, non esse scriptum ; et eodem modo de cæteris quibusdam ait. Cujus rei causam, sive quod Hieronymus in aliis reperta translationibus, in sua etiam connexuerit, sive ab alio, usu pristino prævalente, postmodum connexa sint, nescire se asserit. Additque hoc sui studii fuisse, quoad potuit, superflua resecare, transformata reformare, et ea rursus addere quæ a præsumptoribus tanquam superflua fuerant amputata. Ita vir ille doctus, etiam longissimo post Hieronymi editionem tempore, multa putavit, imo vero certo tenuit, vel apposita, vel commutata, vel detracta, quemadmodum et ante Hieronymi tempora fuerant, et ideo detrahenda, reddenda, emendanda et corrigenda esse. Illis igitur ita cognitis, nunc ad rem ipsam de qua quæstio est, veniamus.

Cum sacrum Joannis Evangelium Joannes ipse apostolus et Evangelista, Spiritus sancti gratia plenus, Græco sermone scripserit, nulli dubium esse debet, quamlibet translationem originali litteræ minime respondentem, non rectam esse, sed vitiatam atque mendosam ; opusque esse ut is qui ex una in aliam linguam aliquid transfert, eam ex qua fit translatio, in omnibus, quantum fieri potest, sequatur, si se veritatis interpretem esse atque videri cupit. Quod si quis in interpretis opere error animadvertitur, si qua dubitatio oritur, profecto eo recurrendum est, unde facta est translatio. Audi enim quid beatus Hieronymus in præfatione super Matthæum scribat : Si veritas, inquit, est quærenda de pluribus, cur non ad Græcam originem recurrentes, ea quæ vel a vitiosis interpretibus male dicta, vel a præsumptoribus imperitis emendata perversius, vel a librariis dormitantibus aut addita sunt, aut mutata corrigimus? Augustinus quoque in secundo *De doctrina Christiana* libro ita inquit : Latinæ quidem linguæ homines quos nunc instruendos suscepimus, duabus aliis ad Scripturarum divinarum cognitionem opus habent, Hebræa scilicet et Græca, ut ad exemplaria præcedentia recurratur, si quam dubitationem attulerit Latinorum interpretum infinita varietas. Rursus : Codicibus emendandis primitus vigilare debet solertia eorum, qui Scripturas divinas nosse desiderant, ut emendatis non emendati cedant. Et iterum : Libros autem Novi Testamenti, si quid in Latinis varietatibus titubat, Græcis cedere oportere non dubium est. Nonne his sanctissimorum doctorum verbis instruimur, cum multa fuisse et esse vel interpretum varietate, vel imperite emendantium vitio, vel dormitantium librariorum incuria depravata, tum ea corrigi licere atque debere ? Per illam quippe regulam monemur in inquisitione veritatis atque ejus investigatione ad originalem linguam et exemplaria præcedentia recurrendum esse, ac Latinorum librorum varietatem Græcis cedere oportere. Videndum itaque primo, quomodo se habeat in Græca atque originali lingua, hæc, de qua quærimus, Evangelii auctoritas, et an sermo Latinus Græco consentiat ; quod si dissentiat, an id facile potuerit dormitantium librariorum vitio fieri, et an in aliis quoque simile aliquid fieri potuerit factumve sit absque sancti doctoris peritissimique interpretis Hieronymi culpa aut reprehensione. Deinde aliquot rationibus Græca littera comprobanda ac confirmanda est. Postremo rationes ab adversario adductæ solvendæ sunt.

Apud Græcos manifestus est sensus Evangelii, neque aliqua verborum ambiguitate involutus ; aperte namque apud illos ita scribitur, Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σέ ; quod nisi ita interpretatur, ut dicat, *Si eum velim*, vel, *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?* recte interpretatum esse non potest ; Græca enim illa conjunctio ἐὰν nihil aliud quam *si* conditionalem conjunctionem causalemve significat, tantumque interest inter ἐὰν, id est *si*, et, οὕτως, hoc est *sic*, apud Græcos, quantum fere inter duo contraria.

[1] Ezech. IX, 11. [2] Zachar. VI, 12. [3] Gen. IV, 8.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Siquidem ἐὰν ambiguam, οὕτως vero certissimam rem significat, ut nullo modo suspicari quis possit, librarii vitio hoc apud Græcos evenire potuisse. Nulla enim in una duarum dictionum littera est quæ sit in altera; nulla inter eas est penitus similitudo, quippe ἐὰν tribus litteris componitur quod Latine significat *si*, οὕτως vero, quod *sic* a Latinis interpretatur, quinque litteras habet, tanta inter has duas dictiones apud Græcos differentia est. Quomodo igitur se apud Græcos habeat hic, de quo loquimur, Evangelii locus, et quomodo Latinus sermo in hoc a Græco dissentiat, satis ex his quæ diximus apparet. Quod autem in Latina lingua facile talis error evenire potuerit, in promptu est intuenti, quanta sit harum duarum dictionum *si* et *sic* similitudo atque vicinitas. Unica enim littera *c*, dormitantis lectoris vitio addita, illud *si* et *sic* mutare potuit, quemadmodum *tonsuram regis* in *tonsorem gregis*, et *vastationem* in *vaticinationem* mutata fuisse, non nostra, sed antiquorum doctorum sententia supra demonstravimus manifesteque ostendimus. Idem multis quoque aliis in locis factum exstitisse probari potest. Mox in ipso fere initio ejusdem Evangelii Joannis ubi, Οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, *Nec ex voluntate carnis* [1], ait, imperiti quidam *nec ex voluptate carnis* scribunt, *n* in *p* commutantes, quod scilicet ad carnem pertineat ipsa voluptas. Et apud eumdem post verba Christi quibus affatus est Matrem, et eam Joanni, quem diligebat, commendavit, subjunguntur ipsius apostoli verba de se loquentis, Ἔλαβεν ὁ μαθητὴς αὐτὴν εἰς τὰ ἴδια, hoc est, *Accepit eam discipulus ille in sua* [2], id est, in domum suam traduxit, communiter tamen Latini omnes codices habent, *accepit eam in suam*, *m* littera addita; quasi dicatur, in suam matrem, ob Christi scilicet verba, dicentis : *Mulier, ecce filius tuus*, et ad discipulum : *Ecce mater tua*, quod evenire in Græco sermone non potest, ubi nulla est dubitatio vel ambiguitas; εἰς τὰ ἴδια enim, id est, *in sua*, nomen est generis neutri, casus accusativi, numeri pluralis; εἰς ἑαυτοῦ vero, id est *in suam*, pronomen est reciprocum, numeri singularis, casus genitivi; proinde nullus Græcorum librariorum in ea parte fuisse credendus est error. At de *sua* in *suam* facilis lapsus est, unica littera adjuncta. Manifestius autem hunc errorem probat quod in quibusdam emendatioribus Latinorum codicibus non *in suam*, sed *in sua* scriptum animadvertimus. Rursus apud Joannem ita scribitur : Ἄγουσιν οὖν τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τοῦ Καϊάφα εἰς τὸ πραιτώριον, id est, *Adducunt Jesum a Caipha in prætorium* [3]. Imperiti vero homines *ad Caipham in prætorium* scribunt, quo in loco apud Græcos quidem nulla errori occasio datur, cum ἀπὸ præpositio quæ in *ab* transfertur et πρὸς quæ in *ad*, nullam prorsus inter se similitudinem habent; apud Latinos vero facilis est in errorem lapsus, *d* littera *a* præpositioni addita. Ita in prima Epistola ad Corinthios, ubi Græci scribunt, Οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν, id est, *Omnes enim de uno pane participamus* [4], Latini addunt, *et de uno calice*. Et apud Matthæum cap. xxv, Ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμφίου, id est, *Exiverunt obviam sponso* [5], Latini habent, *et sponsæ*, quæ profecto augurari licet in marginibus olim librorum pro expositionibus posita, ab ignaris deinde librariis orationi intexta fuisse. Item in II ad Corinthios, ubi Græci habent, Εἰς πρόσωπον τῶν ἐκκλησιῶν, id est, *In faciem ecclesiarum* [6], Latini scribunt *In faciem ecclesiarum Dei*, addentes *Dei*. Et in I ad Timoth., Ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα, id est, *Incidunt in tentationem et in laqueum*, Latini addunt *diaboli*, quasi volentes supplere quod imperfectum et minus continens videbatur. Multa hujusmodi, per omnes sacrarum litterarum libros addita, diligens investigator inveniet, quæ nos, brevitati studentes, inpræsentiarum omisimus. Per subtractionem etiam itemque per commutationem ejusmodi errores posse fieri, satis, ni fallor, ostendimus, ne amplius in his nobis immorandum foret, paucis multa comprehendere volentibus, nisi quædam adhuc summa addere nos beatissimi doctoris Augustini compelleret auctoritas. Hinc in II *De doctrina Christiana* libro ita inquit : Ex ambiguo linguæ præcedentis plerumque interpres fallitur, cum non bene sententia nota est, et eam significationem transfert, quæ a sensu scriptoris penitus aliena est, sicuti quidam codices habent, *Acuti pedes eorum ad effundendum sanguinem* [7]; ὀξὺς enim et *acutum* et *velocem* apud Græcos significat; ille autem vidit sententiam, qui transtulit, *veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem*. Et alia quidem non obscura, sed falsa sunt, quorum alia conditio est. Hinc est illud quod quia *moschos* Græce *vitulus* dicitur, quidam non intelligentes, plantationes *vitulamina* interpretati sunt, qui error tam multos codices præoccupavit, ut vix inveniatur aliter scriptum. Sed de his satis. Nunc ad comprobandam corroborandamque litteram Græcam nostra vertatur oratio.

Probavimus per sanctorum doctorum auctoritatem, et quidem satis, ut arbitror, Joannem Evangelistam mortem obiisse. Hoc ante omnia Latinæ litteræ manifestissime contradicit in qua dicitur, *Sic eum volo manere;* non enim ita voluit, quandoquidem non ita fuit; nam si ita voluisset, ita profecto fuisset : aut igitur mentientis, aut puerili ter contendentis verba forent, ex illius ore prodeuntia, qui contraria iis quæ loquebatur volebat. Sed hæc de Salvatore cogitare nefarium est. Enimvero igitur quod nolebat, non dixisset; et quoniam eum nolebat in hac vita secundum ejus adventum exspectare, non dixisset, *Sic eum volo manere*. Quid quod sequens et pene continuata

[1] Joan. I, 13. [2] Joan. XIX, 27. [3] Joan. XVIII, 28 [4] I Cor. X, 17. [5] Matth. XXV, 1. [6] II Cor. VIII, 24. [7] Psal. XIII, 3.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

oratio hoc ipsum ostendit; mox eam sanctissimus Evangelista Joannes opinionem condiscipulorum, quam ex Salvatoris sermone conceperant, dicentes discipulum illum non moriturum, his verbis arguit, dicens : *Et non dixit Jesus*, Non *moritur*, sed *Si eum volo manere donec veniam*. Quod perinde est ac si eos errasse diceret, quod in eum sensum verba Christi accepissent. Quod si, *Sic eum volo manere*, dixisset Christus, quidni vera discipulorum opinio fuisset? Nec Joannis verba de falsa discipulorum opinione constarent, sed sibi invicem adversarentur ac contradicerent; dixisse enim Christum, *Sic eum volo manere*, et non dixisse quod non moritur, aperta contradictione, si vera de se Evangelista loquitur, qui et in cæteris magis dilectus, et ut de seipso loquens, apertius mentem voluntatemque Salvatoris intelligebat, profecto, *Si eum manere volo*, non, *Sic eum volo manere*, legendum est, et vero Evangelistæ testimonio fides habenda, qui mox asserit, se illum esse qui scribit et verum testimonium de his perhibere, non modo de Christi actionibus hoc asseverans, sed de omnibus a se in Evangelio scriptis. Hoc ipsum Chrysostomi quoque verba manifestissime comprobant, qui super his verbis quasi vociferabundus : Mirare, inquit, Evangelistæ humilitatem, quomodo aliorum de se non rectam opinionem corrigit, qui non intellexerunt quod de ipso Dominus dixerat, sed putarunt eum non moriturum. Præterea cum e Græca lingua in Latinam translatum esse hunc codicem, nulli sit dubium, constetque apud Græcos sine aliqua ambiguitate legi ἐὰν, hoc est *si*, profecto necesse est ut et Latini quoque *si* legant. Quæ enim cum Græca veritate consentiunt, Hieronymus inquit, illa correcta sunt. Et Augustinus, ad exemplaria præcedentia recurrendum ait, si quam dubitationem Latinorum interpretum infinita varietas attulerit; rursusque libros Novi Testamenti, si quid in Latinis varietatibus titubat, Græcis cedere oportere dijudicat. Taceo quod doctores Græci, Origenes, Chrysostomus, Cyrillus et cæteri omnes hunc locum eo modo exponunt quo et se habere litteram diximus, quibus profecto tanquam summis viris, ac in propria lingua apprime eruditis, et quæ in eadem lingua scripta sunt exponentibus, potius quam quibusvis aliis credendum esse negari non potest. Sed ne recentiores quidem doctores Latinos hæc latuere, præsertimque Thomam Aquinatem, virum ut sanctissimum, ita etiam doctissimum. Hic in ea quam super Evangeliis ex veterum doctorum dictis expositione componit, *si* scriptum esse inquit in Græco. Quod si in Græco *si* scriptum est, ut Thomas asserit, in translationibus vero non vitiosis, teste Hieronymo, non modo verba, sed etiam ordo ipse verborum servandus est, constat sane Latinos codices librariorum vitio depravatos, non recte se habere.

Et hæc quidem ad probandam Græcæ litteræ sinceritatem satis sit in præsentia dixisse, ex quibus adversariorum quoque argumenta solvi et refutari facile possunt. Nam quod principio doctorum Latinorum auctoritatem adducunt, et nos quidem Græcorum auctoritatem opponimus, quibus certe, cum de his quæ in eorum lingua scripta sunt loquantur, et alioquin nec sanctitate vitæ, nec doctrina habeantur inferiores, credendum potius esse fatendum est. Ad hæc dicimus non esse sufficiens veritatis testimonium, quod aliqui doctores ita eum locum exposuerunt, siquidem pleraque alia in hujusmodi translationibus invenies, vel per librarios corrupta, vel per interpretes non recte translata, quæ tamen sancti doctores, litteram quam repererunt, secuti, juxta eamdem litteram conati sunt exponere, et ita exposuerunt, ut aliquando, quamvis litteræ veritatem non fuerint assecuti, veram tamen sententiam cum summa sapientia excerpserint, nonnunquam etiam, si aliam ediderint sententiam, quam auctoris exstiterit, ita tamen acutam et gravem et luculentam ediderint, ut ipsa et non alia videatur esse debere. Equidem fateor Augustinum, virum sublimis ingenii, per *sic* hunc locum exposuisse, et quidem gravissimis acutissimisque rationibus, hoc autem non satis esse ad persuadendum ita debere scribi, ex eodem doctore manifestissime probabo. Is enim locum illum Epistolæ primæ ad Timotheum exponens, ubi apud Græcos scribitur, Πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, hoc est, *Fidelis sermo et omni acceptione dignus*, ita enim Hieronymus quoque hunc locum interpretatus est, *Humanus* inquit, *sermo*. Quid ita? Quia ita tunc scriptum repererat et sic per interpretem fuisse translatum, tantoque acumine et elegantia ac gravitate sententiarum eum locum exponens illustrat atque exornat vir ille sapientissimus atque sanctissimus, ut nemo crederet aliter scribi debuisse, præsertim quid apud Græcos scribatur ignorans. Nulla quippe apud illos vocabuli hujus ambiguitas. Siquidem πιστὸς *fidelis* sine dubitatione significat, quemadmodum et πίστις *fides* dicitur; nec aliqua est similitudo hujus verbi πιστὸς cum ea dictione Græca quæ *humanum* significat; et tamen ita sæpe eo in loco replicat hoc verbum apostolus, ut vehementer admirer quo pacto qui primus hoc in Latinum mutavit eloquium, tantum a Græcæ vocis significatione discesserit. Quid enim commune habet *humanus* cum *fideli*? Hieronymus postea hoc, ut pleraque alia, correxit, et Græcam vocem repræsentans, *fidelis sermo* scripsit, non *humanus*; quo fit ut nec Latino cuiquam dubium esse debeat errasse illum, qui pro *fidelis humanus* antea scripserit contra Hieronymi, qui Græcæ linguæ peritissimus fuit, judicium. Hunc tamen sive imperiti interpretis seu dormitantis errorem librarii, ita scite, graviter ac sapienter exponit summum illud Augustini acutissimumque ingenium, ut, quemadmodum supra diximus, difficile sit existimare aliter dici debuisse, nisi quis ab auctore dictum fuisse

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

perspexerit. Quod ut facilius intelligatur, libet ipsa Augustini verba, quæ in sermone *De verbis Apostoli* scripsit, inserere. « Audimus, inquit, beatum Paulum apostolum, dicentem : *Humanus sermo, et omni acceptione dignus, quia Christus Jesus venit in mundum, peccatores salvos facere, quorum primus ego sum* [1]. Humanus ergo sermo et omni acceptione dignus. Quare humanus et non divinus? Procul dubio nisi iste humanus sermo et divinus esset, dignus omni acceptione non esset. Sed sic est sermo iste humanus et divinus quomodo est ipse Christus et homo et Deus. Si recte intelligimus sermonem istum non solum humanum esse, verum etiam divinum, quare Apostolus humanum dicere maluit quam divinum? Procul dubio enim qui non mentiretur, si diceret divinum, non sine causa maluit dicere humanum. Hoc ergo elegit, per quod Christus in mundum venit. Venit enim per quod homo erat, non per quod Deus erat. Semper hic erat. Ubi enim non est Deus, qui dixit : *Cœlum et terram ego impleo* [2]? Christus certe est sapientia et virtus Dei de qua dicitur, *Attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter* [3]. Ergo in hoc mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. Et hic erat, et venit : hic erat per divinam majestatem, venit per humanam infirmitatem. Quia ergo venit per infirmitatem humanam, ideo prædicans adventum ejus dixit *humanus sermo* [4]. Non liberaretur humanum genus, nisi sermo Dei dignaretur esse humanus. Nam et homo ille dicitur humanus, qui se exhibet homini, et maxime qui hospitio suscipit hominem. Si ergo humanus dicitur, qui in domo sua suscipit hominem, quam humanus est, qui in se suscipit hominem? Ergo *humanus sermo, et omni acceptione dignus.* » Videsne ut locum hunc sanctissimus doctor graviter luculenterque exponit, ubi tamen, Hieronymo teste, non recte *humanus*, sed *fidelis* dicendum esse exploratum? Non est igitur sufficiens veritatis argumentum, ideo sic scribendum asserere quia cum locum Augustinus et nonnulli alii doctores ita exposuerunt. Hieronymum autem ita exponentem non meminimus legisse. Patet hoc idem illius, quem supra memoravimus, Nicolai bibliothecæ suffragancei verbis, qui post multa quæ commemoravit, mendose vel translata vel per librarios scripta, addit postremo, « Quorum mendaciorum nonnulla etiam exposita reperisse me memini. » Ex quibus verbis apparet potuisse aliqua a doctoribus exponi, qui, linguam unde translata fuerant, ignorantes, litteram quam reperiebant necessario sequebantur, et nihilominus esse mendosa. Ad hæc accedit, quod cum sacræ litteræ, sicut supra dictum est, tantæ sint profunditatis, ut varios sensus, multasque et diversas suscipiant expositiones, non est mirabile existimandum, si præter veram alicujus auctoritatis sententiam, alia minus recta diversis rationibus ita defendatur, ut recte videatur ex omni parte consistere. Etenim cum in cæteris disciplinis omnibus voces tantummodo sint, quæ res significent, hoc proprium est ac peculiare Scripturæ sacræ, quod non modo in ea voces res significant, sed etiam res per hujusmodi voces significatæ, res alias significant. Hinc est quod non modo juxta litteram, sed allegorice et moraliter, et anagogice sacram Scripturam exponunt, ita ut quævis ejus particula ad aliquem istorum sensuum reduci possit. At ubi historica seu litteralis expositio prosequenda est, nisi vera sit littera, sensus quoque claudicet necesse est.

Quod vero secundo loco asserunt, nihil prorsus in Scriptura sacra innovandum esse, impiumque esse ex ea imminuere aliquid, vel mutare, an ita sit, Hieronymus ipse respondeat, qui, ut supra retulimus, non solum mutasse, sed emendasse se ac correxisse profitetur, quæ a præcedentibus interpretibus male dicta invenit, vel a præsumptuosis emendata perversius, vel a librariis dormitantibus addita vel commutata. Neque solum Vetus, sed Novum etiam Testamentum, ipsumque Evangelium tanquam antea corruptum emendasse se prædicat, ut posteriores etiam fecisse, Scriptura eamdem jacturam post Hieronymum passa, supra demonstravimus. Si igitur non impium, sed pium, imo vero piissimum fuit, Hieronymum talia emendare, addendo, subtrahendo, mutando; si posterioribus licuit, prout certe licuit, quavis causa ortos errores corrigere, ex quo tot doctorum virorum libri fluxerunt, quibus correctorium Bibliæ nomen est inditum, cur id nostræ ætatis hominibus non liceat? Audeant itaque primo Hieronymum, et cæteros qui eum secuti sunt, Ecclesiæ doctores impios dicere, et tunc nos quoque ejusdem criminis peragant. Sed hæc certe aut rudium hominum verba sunt aut malevolorum maleque dicentium.

Nunc ad illud quod tertio loco posuerunt, argumentum responsuri, *si* conjunctionem ideo conditionalem dici affirmamus, quod nunquam vera sit nisi conditione completa, et regulam hanc quam tradunt, ut novam quidem temereque inventam, minime veram asserimus. Neque enim indicativo, sive præsenti sive præterito, juncta, conditionalis semper vera est, sed aliquando etiam falsa; neque cum subjunctivo posita, falsa semper, sed aliquando vera, prout ex rerum conditione falsitas veritasve colligitur. Quod ut manifestius intelligatur, quid grammatici sentiant, dicemus, deinde quædam ex dialectica subjungemus. Grammatici omnes tam Græci quam Latini, et in primis Priscianus, qui non modo sequitur Græcos, sed id se facere multis in locis gloriatur, *si* conjunctionem conti-

[1] I Tim. I, 15. [2] Jerem. XXIII, 24. [3] Sap. VIII, 1. [4] I Tim. I, 15.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

nuativam esse aiunt; quando enim Græcum significat, eamque sicut et reliquas continuativas, eum a Græcis [1] ab Apollonio Herodiani patre, inter causales connumeratam esse, ordinemque præcedentis rei ad sequentem significare, cum aliqua dubitatione essentiæ rerum, vel, ut Græci dicunt, sine significatione essentiæ, ut, *Si stertit, dormit;* et *Si ægrotat, pallet;* et, *Si febri vexatur, calet;* neque enim converso ordine in his consequentiam sententiæ servat oratio. Non enim qui dormit, omnino stertit, et sic de cæteris. Non irrationabiliter eas causales esse aiunt. Et continuationis, quemadmodum et adjunctionis et effectionis, per has causa ostenditur reddi. Continuationis, ut, *Si ambulat, movetur:* causa enim cur movetur, ipsa est ambulatio. Hujusmodi causales interdum pro approbativis poni commemorant, quoniam scilicet, et id quod dicimus, ita certum apertumque est, ut impossibile sit aliter opinari, tuncque duntaxat indicativo conjungi, ut apud Virgilium, *Si quid usquam Justitiæ est;* et alibi, *Di, si qua cœlo est pietas.* Indubitatum enim et in cœlo pietatem esse, et in mundo justitiæ aliquid. Hinc in facilem errorem inciderunt adversarii mei, putantes quoniam *si* causalis pro approbativa posita cum indicativo conjungitur, ideo et e converso, quoties cum indicativo conjungitur, esse approbativam, quod longe est a veritate; non enim quoties indicativo conjungitur, esse approbativa potest, quamvis quoties approbativa est, indicativo jungatur. Infinita hujus rei exempla sunt, sed nobis hæc modo sufficiant. *Si male locutus sum,* inquit Dominus apud Joannem, *testimonium perhibe de malo; si autem bene, quid me cædis* [2]? Si quis hoc loco asserat ideo approbativam esse *si* conjunctionem, quoniam præsenti indicativo jungitur, certe et male locutum Dominum asserat necesse est. Quod si male locutus est Dominus (quod nefarium est sentire), cur mox addit, *Si autem bene?* Et cum de se diceret Salvator, *Si ego in Beelzebub ejicio dæmonia,* quod in Beelzebub eum ejicere dæmonia fatentur oportet qui *si* indicativo junctam, approbativam vult esse oportere. Verum non nobis, sed hæc nos dicere cogentibus, hujusmodi blasphemias imputari volumus. Similiter apud Virgilium dicitur,

Si datur Italiam, sociis et rege recepto,
Tendere, ut Italiam lœti Latiumque petamus.
Sin absumpta salus, et te, pater optime Teucrum,
Pontus habet Libyæ, et reliqua,

ubi, quanquam indicativo *si* præpositio jungatur, non tamen approbativa est, sed causalis, sive conditionalis; neque enim significat rem certam; unde nunc additur,

Sin absumpta salus.

Sed hæc de præceptis grammaticis satis sint, nunc autem de dialectica referamus. Licet *si* conjunctionem conditionalem esse, etiam dialectici A fateantur, conditionalem tantum ex vi locutionis nihil prorsus affirmare, nullamque suarum partium asserere tradunt, sed tantum inferre consequens antecedente confesso. Nulla etenim propositionis pars, sive indicativo sive subjunctivo *si* conditionalis conjunctio adjungatur, absolute seu categorice ponitur, sed solum consequens propositionem infert, posito tamen antecedente conditionaliter, et non alias; ideo nullius partis veritas ex totius veritate potest inferri. Quis enim sanæ mentis ausit dicere, quoniam veræ sunt hujusmodi propositiones, *Si sol est supra terram, dies est;* et, *Si homo currit, animal currit,* ideirco et antecedentia vera esse, scilicet quod sol sit supra terram, et homo currat? Itaque inter illas propositiones B in quibus *si* indicativo adjungitur, et eas in quibus adjungitur subjunctivo, non hoc interest, quod illæ quidem certitudinem, hæ vero ambiguitatem habeant, sed quod illarum principales partes seorsum acceptæ, atque perfectum, et affirmant negantve aliquid, instar propositionum categoricarum, quæ verum falsumve significant. Etenim ab hac propositione, *Si Socrates febri vexatur,* ablata *si* conjunctione, reliqua pars, quæ est *Socrates febri vexatur,* categorica efficitur propositio, et verum falsumve significat. Illarum vero partibus hoc minime contingit. Nam si ab hac propositione, *Si Socrates curret, si* conjunctionem abstuleris, reliqua pars, quæ est *Socrates curret,* nec categoC rica propositio est, nec aliquid affirmat negative, sed ut falsum vel verum significet, sensumque perficiat, ex aliis dependet partibus. Ex his ergo manifesta ad tertium argumentum adversariorum est responsio. Siquidem hæc propositio, *Si eum volo manere donec veniam,* non ideo certum significat, quia indicativo conjungitur propter eas, quas diximus, rationes. Falsa est igitur adversariorum conclusio, quod scilicet particula illa significet, ac si diceretur, *Sic eum volo manere,* quippe fallacia consequentis est. Nec enim, ut supra dictum est, convertitur, neque vere possumus dicere, quoniam cum approbativa est, si indicativo conjungitur, approbativam esse. Sed ut jam quartum adversariorum argumentum aggrediamur, dicimus minoD rem falsam esse. Etenim satis a nobis supra ostensum est, continuatam adhuc vitam Joannis Evangelistæ, dubii quidem habere plurimum, certi vero nihil, mortem vero ejus plus certi habere quam dubii. Adversarii vero in hoc præcipue fundant argumentum, quod nulla sit de Joannis morte dubitatio. Quod vero ad confirmationem opinionis suæ, exemplum adducunt die Veneris carnes edentis, quid aliud dicendum est, quam quod paulo ante retulimus, veritatem vel falsitatem rei hujusmodi propositionem vel certam facere, vel ambiguam? Enimvero qui tali die carnibus vescitur, si verum fateri velit, et increpanti ita responderit, *Si comedo,*

[1] *Locus obscurus* [2] Joan. xviii, 23.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

quid ad te? comedere se actu affirmat. Quid si idem dicatur non comedenti? Nonne et ille ita respondebit, *Si comedo, quid ad te?* non quidem ut vesci se carnibus fateatur, sed ut falso arguentem irrideat, et injustum accusatorem irritet atque contemnat. Quid si eo die comedens carnes, ab accusatore suo provocatus, ita respondeat, *Si comedo vel non comedo, quid ad te?* recta certe locutio erit, an ideo dicemus, quoniam conditionalis indicativo conjungitur, approbativam esse, verumque esse, quod ille carnes edat, et non edat : id vero ne insani quidem faterentur. An vero dicemus unam quidem partem veram esse, alteram falsam? Falsum igitur erit, quoties *si* indicativo conjungitur, esse approbativam. Quod vero adversarii, velut tacitæ objectioni respondentes, non vim verborum et sensum intellexisse Dominum, sed negare Evangelistam, aiunt, illum hujuscemodi verba protulisse, inepta sane et puerilis Evangelistæ sententia foret, si sciens Dominum velle se in hac vita manere donec veniret, condiscipulos veluti falsa opinantes redarguerit, idque duntaxat prolatione verborum; in quo illi quidem mirifice forent laudandi, nimio acumine ingenii ex ambiguo sermone veram elicientes sententiam. Quos contra Chrysostomus falsæ de se opinionis refert ab Evangelista fuisse correptos; quod cæteri quoque, qui eum vita functum putant, procul dubio dicerent. Dicere præterea per ea verba, *Sic eum volo manere*, voluisse Christum ita manere Joannem, sed Petrum redarguere, minime ad se pertinentia quærentem, puerili potius contentioni vel argutuli sophistæ fallaciis, quam Domini nostri Jesu Christi gravitati et sapientiæ convenit. Sed esto sane ut dicitur; nonne hoc superioribus dictis repugnat? Etenim si verba duntaxat Evangelista negat, ut dictum est, sensum igitur concedit; dixit ergo cum Christus non moriturum; quod si ita est, quomodo hæc duo constabunt, quod et eum non moriturum dixerit Christus, et quod non ideo dixerit, quod ita vellet, sed ut Petrum redargueret arcana quærentem? Demum, quis non videat quartum adversariorum argumentum huic solutioni contrarium esse? Siquidem illic dicunt procul dubio Joannem adhuc se manere, hic vero, non ideo sic dixisse Dominum quod ita vellet, sed ut Petrum increparet. Nam quod postremo addunt, moriendum potius esse quam quidquam de sacra Scriptura commutandum; neque posse esse catholicum, qui hunc Evangelii locum commutare præsumpserit, adduntque eum, qui hoc ausus fuerit, etiam pejora facturum, si ei auctoritas et vires accesserint, etsi talia sint quæ nos ad risum potius moveant, quam ad respondendi laborem suscipiendum, tamen ne hanc quoque partem intactam præterlisse videamur, Hieronymum, Augustinum cæterosque et veteres et novos doctores opponimus, qui cum non modo catholici, verum etiam sanctissimi fuerint atque habeantur, multa tamen et in Veteri ex Hebræo, et in Novo Testamento ex Græco fonte edocti, mutare, demere, addere, corrigere, emendare, resecare, reformare, et, ut eorum verbis utar, readdere non erubuerunt, quemadmodum in superioribus satis superque a nobis ostensum putamus. Verum, ut aliquando dicendi finem faciamus, dissolutis jam atque rescissis adversariorum argumentis, dicimus ingenueque testamur, licere cuivis, tum veritate rei, tum Græcæ atque originalis linguæ concordia freto, absque ullo metu aliquove injustæ calumniæ periculo, cum sancto Evangelista Græcisque doctoribus, *Si eum volo manere donec veniam*, legere atque proferre, muliebribus minis et vanorum hominum jurgiis contemptis ac pro nihilo habitis. Licet autem in calce orationis quasi signum, ut aiunt, imprimere sermoni, et veluti asylum contra omnes oppugnantes nos recipere. Eia igitur eat, progrediaturque in medium egregius sacrarum litterarum interpres, integerrimus vir Hieronymus, et quasi veritatis ac justitiæ propugnator, quomodo ipse hunc locum transtulerit, ostendat. Hic in ea, quam ad Jovinianum *de virginitate* scripsit, elegantissima oratione, rursum, inquit, de Petro loquens, post auditam sententiam; quod ab alio cingendus esset, et ducendus quo nollet, et crucis illi fuisset passio prophetata, et ille diceret : Domine, quid iste? nolens Joannem deserere, cum quo fuerat semper copulatus, dicit ei Dominus : *Quid ad te, si eum volo sic esse?* Quis amplius alios testes citat? quis aliud desiderat testimonium? cum Hieronymum ita audiamus dicentem, *Si enim volo sic manere.* Quid enim aliud est sic esse, nisi manere? Nam ita dicere, *Sic eum volo, sic esse*, nemo auderet, nisi barbarus. Manifestum est igitur, et antiquiores Hieronymo interpretes, qui *sic* pro *si* scripserunt, nisi librariorum menda fuerit, errasse, cum Hieronymus ipse, *si volo*, dixerit, et eos qui Hieronymum sunt secuti, pristino usu corrupti sermonis prævalente, vel imperitorum præsumptione, vel incuria librariorum, pro *si* Hieronymiano, *sic* illud pristinum continuatis temporibus conscripsisse. Sed nos quidem cum Hieronymo, cum sinceritate Græcæ scripturæ, cum Græcis doctoribus, ut fas est, sentientes, *Si eum volo manere*, legamus, ad gloriam ejus qui per sacratissimum Evangelistæ Joannis os Græco sermone scribentis, hæc loquens absque ulla prorsus ambiguitate verborum, *Si eum*, inquit, *volo manere donec veniam, quid ad te? Tu, sequere me.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

CARDINALIS BESSARIONIS

AD PRINCIPES ITALIÆ
DE CHRISTIANORUM CLADE IN CHALCIDE EUBŒÆ,
DE PERICULIS ITALIÆ IMMINENTIBUS EXPUGNATO HYDRUNTO,
DE SEDANDIS DISCORDIIS
ET DECERNENDO BELLO IN TURCAS,

ORATIONES

Quibus subjicitur persuasio ex Demosthenis *Olynthiaca.*

—

Notatu (1) et lectu dignissimæ sunt epistolæ duæ, quæ Orationibus præmissæ leguntur in codice Regio Taurinensi num. 1165, membran. sæc. XV. Cum enim Bessario orationes has Latine a se compositas misisset ad Guilielmum Fichetum, Sabaudum, rectorem Universitatis Parisiensis, sacræ theologiæ doctorem, ac virum, ut habet Rossottus in *Syllabo Scriptorum Sabaudorum*, pag. 250, *magnum doctrina, eruditione et prudentia*, ut res iis contentas Galliarum regi aliisque principibus explicaret, eas Fichetus, in hoc volumen collectas, obtulit Sabaudiæ Ducibus, scripta ad eosdem epistola, qua eos hortatur, ut bellum fortiter capessant, atque aviti splendoris memores pro religione atque Italiæ salute defendenda vires suas operamque præstent. Porro autem Bessarionis epistola est hujusmodi :

Bessario, episcopus Sabinensis, cardinalis Nicænus, patriarcha Constantinopolitanus, reverendo et doctissimo patri magistro Guillermo Fichetto, sacræ theologiæ professori in collegio Sorbonæ Parisii, amico nostro charissimo.

Reverende et doctissime Pater, amice noster charissime, audimus non solum in philosophia et sacrarum litterarum cognitione vos elaborare, sed etiam in eloquentiæ studiis dicendique ratione diu versatos, eaque mirifice delectatos. Quo in genere etsi nihil habemus quod magnopere cupere debeatis, tamen mittere statuimus orationes quasdam hoc tempore a nobis editas pro gravissimis periculis quæ Italiæ Christianisque omnibus imminent : non magis quidem ut vel sermonis puritatem vel A orationis vim ac præstantiam desideretis, quam ut intelligatis quanta malorum procella in Christianæ reipublicæ capita et fortunas impendet, remque et apud serenissimum regem et apud alios qui opem ita maxime ferre debent, ut possunt, explicetis totam ac persuadeatis : quod potius acerbum est, quam obscurum, non exarsuram Italiam tantis malorum incendiis, quin flammarum globos longius evomat. Id ne accidat, cum regnorum omnium causa optare debent, quorum salus in discrimen adducitur, tum propter immortalem Deum cujus religio sanctissima vexatur ac trahitur ad interitum, magna Christianorum omnium clade. Valete.

Ex Urbe die decima tertia Decembris 1470.

Sequitur Ficheti epistola ad Sabaudiæ duces :

Illustrissimis principibus Amadeo Sabaudiæ duci ejusque fratribus, Guillermus Fichetus, Parisiensis theologus doctor, patria vero Sabaudus, salutem plurimam plurimo cum honore mittit.

Si serenissimi principes vestræ desideratis excelsæ familiæ nomen in dies altius extollere, profecto vestram Christianæque reipublicæ causam, quam hujus opusculi suavissima lectio vos docebit, alacres accingemini cognoscere cognitamque tueri. Bessario, Sabinensis episcopus, Constantinopolitanus patriarcha, quem vulgo Nicænum cardinalem appellant, operis sui, quod ipse nunc ad vos mitto, mihi jam pridem exemplar reddi jussit, simulque præcepit ut apud Christianissimum regem et prin- B cipes alios Christianæ defensionem religionis adversus immanissimum Turcum suaderem, quemadmodum illius ad me litteris cognoscetis. Interea, tametsi tantum illius fascem humeri fragiles mei initio recusabant, tamen vicit in primis Christianæ religionis amor et dignitas, in qua non tantum initiatus sum ut cæteri, verum hanc etiam in doctoralis meæ professionis susceptione docturum me defensurumque morte posthabita spopondi. Vicit etiam gravissima Bessarionis patris auctoritas, cui pro singulari sua dignitate sanctissimoque desiderio defore labores meos non patiar, sed ne vitæ quidem in tam opportuno negotio subire recusabo discrimen. Vicit præterea quam inde futuram multo

(1) Pasini, *Codd. mss. Taurin. Lat.*, p. 290.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

majorem ecclesiæ domus vestræ gloriam spero certissimeque conjecto. Tantisper tamen exsequi quæ jubebantur intermisi, dum hic et istic domestici belli rumores compositos certo cognoscerem. Nunc vero in tempore non committam, ut aut parumper defuisse professioni meæ jure coar[illegible]ar, aut Nicæno Patri pro virili mea parte non paruisse, aut quod opus cæteris Galliarum Germaniarumque principibus, et aliis viris præstantibus alias ipse coram exhibui dedique compluribus, alias meis cum litteris misi, aliasve brevi missurus sum, Vestris videar Serenitatibus occuluisse ; præsertim cum bellum quod ab omnibus Christianis monet Bessario perfidis hostibus inferri, nullius quam vestra magis intersit, quippe quibus domestica jactura et illata familiæ contumelia stimulus ad hoc bellum esse debebit. Enimvero non recuperandi solum Cyprici regni, sed Armenici quoque et Hierosolymitani vobis debiti, vobis erepti, reliqua nimirum ista certissima spes est. Quin copiis vestris simulque Christianorum omnium quas Bessario vestros in hostes ciet et armat, haud sane difficile fuerit opulentissima vestra regna perfidis illis prædonibus eripi vobisque restitui. Neque vincendi facultas antehac fuit major aut posthac vobis adfutura est, utpote tot una domo lectissimis fratribus sanguine natis præcelso, ætate florentissima, magnanimis bellatoribus, domi forisque pace fruentibus, summis ducibus, summis regibus, summis imperatoribus fœdere, beneficio stirpeque conjunctis, Ecclesiæ sanctæ Romanæ amicissimis, Pontifice maximo non solum optimo et sanctissimo, sed et conterraneo et vestri generis amantissimo, et in hoc conficiendo bello duce socioque vobiscum adfuturo. Quin si pergitis arma capessere, mox omnem Germaniam, Galliam, Hesperiam, Haliam, omnem denique animum Christianum vestros in hostes incendetis, vestrum in amorem tutelamque rapietis. Optimus bellator quisque signa vestra subibit, tuebitur atque extollet. Crux ista candida per omnem Græciam, unde quondam domum vestram se victricem extulerat, hostes fidei effulminabit, e servitute, situ, squalore, luctu, carceribus Christianos dissolvet quamplurimos. Denuo Macedones Amadeique vestri tropæa imponent sua Græcis limitibus. Vobis siquidem non modo genus antiquissimum a Macedonibus est, verum quoque gentilibus vestris fatale fuit Græciæ dominari. Etenim proavus ille vester Philippus armis sibi suæque familiæ subjecit Græciam omnem. Alexander, ejus filius, qui imperii jus a patre percepit, tum latissimum terrarum orbem Macedonibus bello quæsivit, cujus splendidissima prosapia quoquo postea se contulit semper dominata est. Nam in omni terrarum parte, nedum in Græcia, stirps Macedonica regna pulcherrime gessit. Quin etiam a Græcis posteaquam nomen imperii ad Germanos trajecit Pontifex maximus, Othonibus in Saxonum avita vestra domo longa quippe successione sedem A accepit. Et quod præcellentiori Pontifex merito postea voluit electionis jure mandari, tanquam hæreditaria Saxonibus præcellentia fuisset, multis sæculis assidua imperii electio Saxonicis ædibus hospitata est, imo propemodum hæreditaria potius facta. Quandoquidem non tam a proavis Macedonibus a quibus coeperat eo se recepit, sed ob egregia quoque militiæ facinora splendorem alibi parem postea non invenit. Nam Saxo principibus aliis ad tuendam rempublicam Christianam, nedum privatam se semper exemplo proposuit. Quod etiam postea fuit ad hoc tempus a Sabaudis principibus successionis jure possessum, hoc est, ut imperium justo bello sibi suisque pararent, publica continenter justeque regerent, aliena tuendo domesti- B cas opes augerent, factis famam extenderent longe lateque.

Hæc, Serenissimi Principes, cum legetis vel intente legentem quemplam audieritis, tum primorem quidem illum Sabaudæ caput familiæ Beroldum Saxonem coram oculis ponite, queso. Iste, quem summis digitis ut aiunt tantum attingam, dum Arelatensibus regibus, ut erat bellator egregius, semel et sæpius suppetias tulit, sedes interea futuræ tam amplæ suæ familiæ mucrone clypeoque invenit, inventasque hostili cruore iterum iterumque respersit. Illa Maurianna tantæ fundamentum domus vestræ (quam terrem ferro toties penetravit), Hi Secusani Saluciani marchiones comi- C tesque Pedemontani (quos toties fudit), quid præter Beroldinum ensem acre unquam senserunt ? Nimirum hæc me tacente loquantur illi. Neque silebunt qua gloria militari Beroldi filius Humbertus postea fuerit, aut Amadeus alter, aut pronepotes quos longa serie prætereo : qui bellica quippe laude magnis regibus etiamsi maximis conferantur impares nequaquam fuerunt. Atque nisi tales tantique fuissent, neutiquam istas opes domi haberetis, neutiquam istas urbes opulentissimas, neutiquam ad Helvetios, Allobroges, Ararim, transque Padum ad Insubres et Nicianum æquoris portum vestrum tenderetur imperium ; perpetuam imperii vicariam Sabauda domus non obtineret ; ex comitibus duces, ex ducibus reginas regesque non fu- D dissent. Haudquaquam enim oscitantes (ut plerisque principibus vitio datur), aut domesticis litibus impliciti vitam vixerunt; at vero partim industria, labore, consilio, viribus, opera, diligentia, beneficio, justo imperio, publicæ libertatis custodia, partim dimicationibus, pugnis acerrimis, castra castris, urbibus urbes, imperium imperio brevi conjunxerunt, utpote quibus artibus amori subjectis iisdem hosti terrori semper fuissent. Equidem si Sabauda tellus ista (quam ipsi quotidie conculcatis) imbutum sanguinem exsudare posset, profecto prædonum cruore tota rubesceret totaque redundaret, quos illi cruentos istinc ejecerunt, quosque repugnantes istic ceciderunt. Quin etiam isti si loqui daretur, Ego (diceret), principes Sa-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

baudi, vestris ab istis majoribus opes, libertatem, quietem, splendorem, famam gloriamque accepi, quæ nunc vos præter meum morem principes una septem alo. Vereor ab armis ne desuescatis. Sæpe dum unicum caput habui, victricia longe lateque vexilla tuli. Vereor ne fortassis, dum ipsi domesticum otium pacemque (ne dicam mollitiem) nimium amatis, effeminati, timidi segnesque videamini. Ne si diutius quæ turpiter sunt amissa, repetitum ire cunctamini, quæ tenetis hostibus detis auferendi audaciam. Majoribus vestris sive illis Æacidibus, sive istis Saxonibus, sive mei Beroldi successoribus ne sitis tandem pudori non parum quidem ipsa vereor. Quas quidem ob res aut aliquando dispudeat tam clara sidera vestros majores meminisse, aut quod illi vobis iter ostendunt, in Cyprum, in Armeniam, in Salomonis et Christi regnum ocius præripite. Ensem vestrum Græcia moratur, prædonum hostiumque thesauri opima vobis spolia futura sunt. De vestris hostibus triumphus ducendus; vos posterique vestri ditissima regna perenni tempore possessuri estis. Jamjam a sedibus Græcis tandiu extorres Philippi Alexandrique fato suo reverti domum suam concupiscant, quibus nimirum (si quis modo gentilium suorum sensus est post mortem) regnum Græcorum sibi restitutum iri videbitur, quando vos decus sui generis gloriam reliquam sui nominis eo sentient adventuros. Atque utinam jam nunc alteruter illuc alicunde posset emergere! Haudquaquam illic profecto stirpis suæ nomen, auctoritatem, oblitterari silerive pateretur: quin ad istas vestras usque Alpes iter a Græcia ferro vobis aperiret. Neque vos Philippi aut Alexandri deterreat magnitudo, tanquam nequidquam conari debeatis, quod illi confecerint. Imo vero cum illis longe vobis commodior honestiorque belli gerendi ratio est. Unus Philippus unusque Alexander: alter Græciæ, alter orbis civitates omnes armaque constravit; vos septem, unum aut alterum, aut tres ad summum prædones non exstinguetis? Ab uno Philippo unoque Alexandro regna quidem aliena, imo ab illo per Græciam, nunc ab hoc longe per orbem quæsita sunt. A vobis vestra sine sanguine, sine sudore, sine reclamatione detrahentur? Uni Philippo unique Alexandro, milite Macedonico quidem pauco parvaque sæpe manu, utri Græcia (quæ tunc armis libertatem maxime tuebatur), utri vel externus patuit orbis: vestris et omnium Christianorum armis illa propemodum inermis non parebit? Deprecantibus ac repugnantibus grave servitutis jugum imposuit Philippus, imposuit Alexander. Expetentibus et implorantibus suam Sabaudamque libertatem negabunt Sabaudi? Usque nempe adeo nobilis illa Græca natio (quæ nunc delitescit) servitutem semper exhorruit (præsertim abhorrentem a Christo), ut cum mox suis perfidis tyrannis bellum a vobis aliisque Christianissimis principibus parari conjectura capiet, ad se venturis pristinæ libertatis restauratoribus iter vel ferro vobis recludet, alimenta, naves, portus, impedimenta, stipendia, præsidia sponte sua ministrabit, sese sua sponte quoquoversus signa verteritis, vestrum sub imperium missura parituraque veris piisque dominis. Et eo quidem libentius quo tyrannis invitius diutiusque servivit. Ecquid ego privatus pro vestræ præstantis prosapiæ commoditatibus, pro terreno requirendo imperio, pro repetendis proavorum sedibus vos longius pluribusve cohorter, quandoquidem, vel istis quidem omnibus posthabitis, ipsa quippe Christianæ religionis salus eo vos quo princeps Bessario monet optimo jure traducere debet. Hac nempe in parte nihil opus fore cohortatione mea duxi, ne fortassis aut supervacuo labore rem quæ se vobis abunde persuaserit, nunc ipse intendam, aut quam sibi divinus Bessario provinciam delegerit, optimeque gesserit, inermis ego post hunc gerere tuerique pergam. Nam (ad vos causamque quod attinet) militaria quidem insignia quibus enses, clypei, vexillaque vestra multo magis refulgent, spolia sunt, quæ Christianam causam vobis persuadere verbis facilius omnibus possunt, quippe quæ quartus a Beroldo vestræ domus princeps Amadeus Christi victis ab hostibus domum reportavit. Unde reportavit? Utique reportavit e Græcia. Quod si nunc ore rotundo magnaque Græco more sonaturum Bessarionem attente placet audire, ibitis alacres, victores iterum reversuri. Sed quas huic homunculo vestro suoque mancipiolo litteras ille reddi jusserit, quid et negotii mandarit, jamjam animo propitio benevoloque percipite.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

REVERENDISSIMI CARDINALIS NICÆNI

BESSARIONIS

AD ILLUSTRISSIMOS INCLYTOSQUE ITALIÆ PRINCIPES

CONTRA TURCAS EXHORTATIO.

(Romæ ap. Antonium Bladium MDXXXVII in-4. Biblioth. Mazarin. n. 12,360. Insunt etiam orationes aliæ anti-turcicæ eodem tempore habitæ.)

I.

BESSARIO, *episcopus Sabinus, cardinalis Nicænus illustrissimis atque inclytis Italiæ principibus.*

Cum Nonis Sextilibus, illustrissimi principes, infelicissimum illud novum Euboicæ eversionis ad nos primum allatum fuisset (1), essemque, supra quam dici potest, animo anxius atque sollicitus, ut vix respirandi causam viderer habiturus, accidit forte fortuna ut eo ipso die, dum essem ita affectus, abbatis cujusdam viri optimi Bessarionis litteras a Neapoli, ubi nunc monasterio Sancti Severini, ex consortio beatæ Justinæ, præfectus, acceperim, quibus ad me scribebat majestatem regiam miro quodam animi studio ad propugnationem Christianæ fidei et immanissimi hostis nostri interitum ardentem atque inflammatum esse. Illis mox respondi, et ut litteras meas Celsitudini regiæ ostenderet, monui. Duas præterea orationes pro tantæ rei magnitudine ac periculis Christianæ reipublicæ imminentibus edidi : altera demonstratum est fortunam periculaque ista ad omnes pertinere; altera vos, Italiæ principes, ad concordiam bellumque in hostes decernendum adhortatus sum. Id enim meo convenire officio putavi. At cum facilius auditores persuaderi soleant quo gravior auctoritas et fides dicenti tribuitur, Demosthenis, philosophi nobilissimi summique oratoris, orationem quam in ejus generis causa habuit e Græca lingua in Latinam converti, plane ut omnes intelligant me neque inutilia, neque amplissimorum virorum opinionibus aliena consulere. Ea omnia vobis mittenda censui, ut aut ipsi legatis, cum per publica negotia, quæ multa quidem et gravia sunt, licuerit, aut aliis legenda atque referenda tradatis. Sunt enim cunctis vobis principibus communia, qui, ut feliciter huic nobilissimæ provinciæ præestis, ita in posterum felicius eam regatis, et nos optamus, et vos conari debetis.

II.

BESSARIO *cardinalis* BESSARIONI *monacho atque abbati salutem.*

Deploranti nuper mihi Christianorum hominum calamitates et acerbissimam Chalcidis Euboicæ A eversionem, litteræ abs te redditæ sunt in quibus cum ea legissem quæ de regiæ majestatis animo studioque non mediocri ad sedem Christi tutandam perscripsisti, collegi paululum mentem et respiravi, cœpique optare vehementer ut re præstet quod verbis ipsum promisisse affirmas. Sed, nos infelices! vereor ne criminibus nostris ab immortali Deo deserti, crudeliora præterea et graviora patiamur; demum, percunctando, alter alterum exspectando, culpam in alios rejiciendo, ad ultimam labamur perniciem. O miseros Christianos! o cæcos Italos! Accelerandum, Bessario, ut vel ex hoc sæculo Deo volente migremus in ævum illud sempiternum, vel in aliam aliquam regionem advolemus. Non exspectemus certe Turcum Italiam invadentem. B Illuc spectat, crede mihi, hoc agit, ad hoc se comparat, hoc conatu omni et studio contendit. Et dicam, dicam plane, proh dolor! assequitur quod cupit, nisi a somno capitali, quo paulatim exstinguitur, expergiscatur [sc. Italia], nisi concors atque uno consensu fortiter totisque viribus tanto furori resistat, nisi omissis figmentis, causis quas jactare solet, ut justæ videantur, inani verborum fuco, re ipsa, opera, armis, crucis hostes adoriatur. Versabatur olim in discrimine Byzantium. Nulla Italiæ pars misit subsidia, rem alienam putabant omnes; periculum ad se non pertinere falso credebant. Atqui postea senserunt quot mala experti sunt, quot Christianorum fortunæ, opes, imperia in Tur- C corum dominationem redacta; Trapezuntiorum, Sinopensium, Mitylenorum, Peloponnesiorum, Cariæ, Ciliciæ, Mysiæ, Pannoniæ inferioris, Epirotarum, Illyricorum magna ex parte, postremo Euboicorum. Quid ita? Quia noluerunt quinquaginta millium aureorum sumptu in tempore opitulari Byzantio et ab ea communem hostem propulsare. Inde nimirum hæc omnia ivere perditum, et, tanquam ovilis foribus confractis, lupus in oves impetum fecit; intra earum latera versatur, insultat, cædibus furit, et tum eorum quæ amisimus unumquodque centies millenis millibus non imprudenter emeretur, imo vero numero infinito quinquaginta millia superat. Quid nobis cum Græ-

(1) Anno a mundo condito 6978 (Chr. 1470) sultanus bellum Venetis fecit, terra marique aggressus. Expugnavit Chalcidem Euboeæ, ubi quidquid masculini sexus duodecimum ætatis annum excedens erat, interfecit propter deditionem recusatam. *Turco-Græcia*, p. 25.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cis, quid cum Mysiis, Illyricis, Pannonibus? Pereant, inquiunt, quid nobis? Nobis bene sit, intereant alii. Huc adea, bone vir, ita siquidem libertas tua servari poterit. At non intelligis tuis viribus (tuæ enim Christianorum vires sunt), tuis, inquam, exhaustis viribus tanto te imbecilliorem et inferiorem fore, quanto hostis tuus superior ac potentior evadet, cum quo tandem tibi dimicandum est. Satis enim videberis ab hoste impetrasse, si quod Polyphemus Ulyssi, ut in fabulis dederit, ut ultimus conficiare. Tibi vel invito cedendum erit et servitus subeunda, quæ cum per se turpis sit, tum conditione domini turpissima. Obsessa Chalcis in Eubœa, urbs quondam florentissima, unde Cumas in Campania deducta est colonia, unde homines manarunt qui Neapolim incoluerunt, vi capta, eversa, ferro ignique consumpta. Classis Turcorum amplissima per totum Hellespontum vagatur; fugatus navalis Venetorum exercitus aufugit, cedit loco, latitat. Turci victoriæ furorem superbissimum in omnes insulas illas debacchantur, avertunt omnem ordinem, ætatem, sexum in prædam; vastant agros, depopulantur. Quid ad nos? Venetis curæ sit. Recte cum iis actum. Utile enim esset, si gravioribus incommodis conflictarentur: quietius cæteri et securius viveremus. Tantum otio nostro accedit quantum illis imperii demitur; si quis qui malis istis ingemiscat. is Venetus, Venetorum partibus favet, non audiendus, contemnendus. O turpem hominum ignorantiam, o vecordiam, o insanabile odium, o inimicitias stultas et inauditas quæ in auctorum viscera sæviunt, quamvis in alios susceptæ videantur! Veni, Bessario, fugiamus simul. Proximus tu es periculo: ego proximus. Paulo enim post præsto erit Brundusii navalis Turcorum exercitus, præsto Neapoli, præsto Romæ. Jam ita mari dominatur, Venetis cedentibus, quemadmodum terra. Ita istis consultantibus, trajicient in Apuliam multa militum millia, quibus abundant; ab iis quotidie fient incursiones in agrum Neapolitanum, in Romanum. Cedamus, inquam, tanto turbini, ne nos pariter hic opprimat; infensi illi quidem sunt nomini meo, et tibi propter me, tametsi nullo eos unquam affeci incommodo aut lacessivi, non sane quia noluerim, sed quod non potui. Locutus sum multa, cum alibi, tum in senatu. Nunquam destiti suadere, monere, prædicere, rogare. Non defuit voluntas, quæ inimicissima illis; hanc acriter ulciscentur. Veni, demus locum iræ.

Delirat Bessario, insanit, senex, frigidus, timidus. Profecto, mi Bessario, non insanit Bessario. Tu es mihi testis, cum Bononiæ essemus, et adhuc Paschalis nuncupareris, atque allatus esset infelicissimus ille de urbis Byzantinæ excidio nuntius, ea omnia, quæ postea consecuta sunt, me futura prædixisse, non ea sane de causa, quod vel prudentia excellenti, vel divinationis furore aliquo despicerem quæ alii non cernerent; sed quod omnibus qui privatis studiis et affectibus vacui essent, ea omnia palam erant et in promptu. Tum sibilis vulgi, honestorum moribus explodebar. Judicabant dementem, somniis deditum. Risus de me non parvus, ut scis, excitatus. Sed tamen, proh dolor! evenerunt omnia, ut prædixi. Caveant, qui hæc audiunt, ne idem accidat in posterum. Non timidus Bessario in subeundis periculis: timidus in prospiciendis. Posset adhuc inermis, monachus senex, majorem animum et præ se ferre et præstare, quam isti persuasum habeant, modo Christiani principes vellent facere quod possunt, quod debent. Iret ipse in hostem cum militibus, cum cohortibus armatis, cum propugnatoribus crucis ita quidem instructis, ut vires et copiæ, ut legiones hostiles postulant. Quid! agitamusne ista animo cunctis ad hoc dormientibus, dissidentibus inter sese, altero alterius perniciem optantibus et molientibus? Undene Bessario cum altero, senes ambo, incerta valetudine, viribus fracti, arcebunt tantum Turci impetum potentissimi, sanguinem Christianum anhelantis? Ineptum, stultum, inutile. Veni, migremus alio. Relinquamus principibus Italiæ curam istam. Nam et illi nos reliquerunt, atque obaudiunt jamdiu, tanquam e speculo clamantes, prædicentes, proponentes ante oculos eorum pericula. Optemus tamen adhuc ab immortali Deo Salvatore nostro, ut criminibus nostris ignoscat; et fidem, cujus et lator fuit et auctor, quam ad sæculorum finem nunquam occasuram pollicitus in tantis malis, quæ nobis impendent, tum urgent, tueatur. Non intermittamus hortari et rogare principes nostros, ut ad sacrorum, cæremoniarum, totius principatus ecclesiastici salutem, consilia omnia conferant, laborem, industriam, cogitationem, totum animum atque ingenium. Appellemus Siciliæ regem florentissimum, rogemus ut, imperii sui finibus tutandis, neque cura, neque opibus desit. Res ipsi erit cum hoste vicino et potentissimo. Consulant rebus suis Tusci, Ligures, Insubres, Veneti: cogitent quo pacto ab hostili sævitia tuti sint. Nulla inter oves et lupos gratia. Nullum inter profanos homines et Christianos jus amicitiæ. Non donis, non muneribus pacatur hostis immanis, barbarus. Nulla fœderis religione tenetur perfidus, non movetur misericordia crudelissimus. Dominari, præesse, imperare cupit; cruore et flamma cuncta delere vult. Subjugare sibi cunctos studet. Quis illum a tanto victoriæ cursu retardabit? Peragrabit totum Siciliæ regnum. Romam usque perveniet. Quis erit impedimento? Hyperboreine populi, et gentes remotissimæ? At illis tam nullus harum rerum sensus, quam officio alienum putant pro aliena salute sese in discrimen offerre. Galline, Britanni, Germani, exteræ nationes? At procul sunt a periculo: non putant Italiam in medio periculo, magna rerum perturbatione versantem cessare, aut sopitam esse, quam infinitis pene triumphis et hostium spe-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

liis decoratam esse sciunt. Italine, quibus hostis imminet, quibus cædem, ferrum, servitutem, exsilia denuntiat et ostentat? At nolunt, negligunt, non possunt adduci ut credant sese adeo propinquos esse periculo; suis viribus confidunt nimium, ut plane verendum sit, ne in suis potius, quam in hostis finibus castrametari atque exercitum alere cogantur. Veni jam, Bessarie; petamus solitudinem et deserta loca. Satis ex rerum civilium statu percepimus. Parum nobis vitæ superest, et mihi qui senior sum, et tibi qui imbecillior. Si aliqua in re consiliorum nostrorum, voeis, corporis, reipublicæ Christianæ usus esset, manendum sane adhuc censerem, adhuc laborandum. Ego vero jam tot annis conatus quoad potui, nihil professione mea, nihil hac dignitate profeci. Tu, quamvis tui ordinis hominibus prosis, plus tamen proficies mecum in rebus contemplandis, ubi, si in desidia ista persistant Christiani, soli Deo vivamus, et nobis ipsis. Alat nos, qui cœli volatilia et bestias agri sua clementia satiat. Neque grave aut difficile fore arbitror divinæ liberalitati duos homunciones, perquam brevi tempore, quod nobis reliquum est, suis opibus sustentare.

III.

Bessarionis, *episcopi, Sabini, cardinalis Nicæni, ad illustrissimos inclytosque Italiæ principes, de periculis imminentibus oratio.*

Multa sunt profecto, illustrissimi inclytique Italiæ principes, quæ ad rem, de qua consulimur cogitando, dicenda, ut facienda a nobis sunt. Ea omnia si persequi in præsentia velimus, nec nos servare modum in dicendo, nec vos in audiendo molestia carere poteritis. Reliquis igitur in aliud tempus reservatis, de una tantum particula disseremus, et ea quidem pernecessaria, quæ si satis a nobis explicari possit, ita ut in animis vestris inhæreat, ac veritatem cogitatione attingere valeatis, facilis ad reliqua futura est via, ut nihil amplius arduum videri queat. Id vero facile nos consecuturos arbitramur, si probabilibus documentis et rationibus ostendere poterimus maxima hæc, quæ impendere cernimus pericula, et gravissimos atque acerbissimos casus, non unius aut alterius, non trium esse, sed totius Christianæ reipublicæ, et in primis Italiæ communia. Etsi enim aliis quidem prius, aliis vero posterius tanta calamitas imminet, ad extremum tamen una omnium futura est pernicies, ac hujus hostis nostri tanta animi vastitas (utinam falsi vates simus!) omnibus tandem miserum atque ignominiosum exitum allatura, nisi fortiter magno animo totis viribus resistatur. Qua in re, si omnes in meam sententiam persuadere potuero, ut non aliter atque ego sentio et verum est, ipsi quoque sentiant, magnam profecto rem fecisse, nec dimidium totius, ut ille inquit, sed opus integrum me absolvisse arbitrabor. Quis enim adeo infirmi atque imbecilli animi est, adeo sui negligens et propriæ salutis oblitus, qui, si viderit A Dei immortalis templa, domos, sedes, aras, focos, sepulcra majorum, leges, libertatem, liberos, patriam in periculo versari, non excitetur adversus hostem, et non modo fortunas omnes, quas aut habet aut habiturus est, sed vitam ipsam in discrimen offerat, et cum dignitate cadere malit, quam cum ignominia servire? Itaque perpetua oratione nobis enitendum est, non ut vobis principibus sapientissimis, quibus hæc sunt magis explorata, quam nobis, ista persuadeamus, sed ut ante oculos iis periculum proponamus, qui, dum procul admodum a periculo se abesse putant, futura prospicere nequeunt. Juvat igitur primum omnium de origine et genere ac viribus Turcorum breviter aliquid commemorare, plane ut omnes intelligant. Hæc B Athumanorum familia, minima Turcorum pars, a quam parvo humilique principio, quam brevi tempore, solertia, diligentia ac vigilantia sua in tantum fastigium venerit, ut jam non modo reliquis nationibus, sed ipsi provinciarum nobilissimæ potentissimæque Italiæ, et imperare assuetæ, stupori ac formidini sit. Turcorum natio, cum aliquandiu Persiam, Mediam, Babyloniam, Arabiam, Syriam et nonnullas alias superioris Asiæ partes tenuisset, tandem cum ab incolis sese in libertatem vindicantibus, tum ab aliis hyperboreis populis inde expulsa, ad inferiores Asiæ partes confluxit; atque ibi multis variisque bellis cum Græcorum imperio Marte ancipiti gestis, ita ad C extremum superior evasit, ut Pamphyliam, Ciliciam, Lyciam, Paphlagoniam reliquaque omnia illa loca in ditionem redegerit. Sed pace foris parta, seditio domi orta est. Nam de imperio inter se ferre dimicare cœperunt. Erant inter eos septem nobiliores familiæ, ad quas factionum rerumque omnium summa deferebatur. Hæ, bellorum diuturnitate fessæ, eas, quas diximus, provincias sorte potius quam armis dividere, ac partiri inter se statuerunt. Ita quod perexiguum et tenue admodum erat imperium, in septem partes divisum. Athumanorum familiæ, ex qua octavus jam regnat nostro tempore Turcorum princeps, Cilicia locaque finitima obvenerunt. Hæc Turcorum res, hoc initium, inde tanti terroris origo. Interjecto deinde D tempore hujus, qui nunc regnat, Turci atavus, a quo hic sextus ordine regni sceptrum accepit, non viribus, non divitiis, non militum numero, non imperii magnitudine fretus, sed ob civiles discordias accersitus a Græcis in Europam trajecit, annus nunc ferme agitur centesimus et tricesimus, non tam iis adversus quos provocatus fuerat, quam iis qui accersiverant perniciosus et pestilentissimus. Paulatim enim serpens, ac sibi, non amicis imperium comparans, usque adeo auxit vires, ut volentes postea eum ejicere non potuerint, satis se effecisse arbitrati, si fœdere icto æquis cum eo legibus vivere impetrarent. Atqui res aliter, quam opinati fuerant, evenit. Etenim gens barbara atque inops, simul ac dulcedinem frugum et suavitatem

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

divitiarum gustare cœpit, nullum cupiditatis terminum statuit. Ex parvo itaque ac debili initio usque adeo eorum vires centum et triginta annorum spatio creverunt, ut jam non parva Europæ parte occupata, nec Danubii profundissimus amnis, nec Illyrici asperrimi montes eorum impetum retardare possint quin, flumine transmisso, et locorum difficultatibus superatis, illinc per omnem Pannoniam grassentur, hinc in mediam usque Germaniam, et Istros, et Forum Julii penetrent, depopulantes ac fœdantes omnia, ac flores illos provinciarum ferro igneque vastantes. Quo loco illud in primis a nobis animadvertendum censeo, quamvis hæc omnia eo, quo diximus, temporis spatio fecerint, plura tum postremis quadraginta annis, quam nonaginta illis superioribus fecisse. Ita enim natura comparatum est, ut principia virtute quidem ac viribus majora sint, magnitudine vero copiaque vincantur. Ex his item quadraginta annis longe plura his decem et septem patrasse, quam tribus et viginti prioribus. Plura immanis ista bellua Christianorum sanguinem semper anhelans, post Byzantinum excidium solus gessit, quam pater ejus atque avus per omnem vitam fecere, decem, ut sæpe a nobis explicatum est, interea regnis occupatis, ut palam omnibus sit quo magis ejus vires augentur, eo deinde minore negotio, quoscunque aggredi voluerit, posse superare. Quemadmodum enim in disciplinis atque artibus et omni actionis genere fieri videmus, ut major sit postremo quoque anno, quam omnibus superioribus profectus. Unde illud quoque vulgo dici solet, ditescere homini difficile esse, in immensum vero divitias augere facillimum. Ita in rebus quoque militaribus accidit, ut vincere difficile admodum sit, evagari postea per victorias nullius laboris. Quare persuadere sibi quisque facile potest, quid sceleratus hostis, quo nihil dici deterius, nihil crudelius potest, proximo hoc quinquennio facturus sit, tanta jam decem et septem annis potentia comparata, et priori ejus potentiæ addita. Magnæ incomparabilesque sunt ejus vires, inexhausta cupiditas, immensa dominandi libido, scientia rei militaris, ætas florida, corpus laboribus assuetum. An igitur cum velit, et possit, et sciat, dubitare aliquis potest quin toto animo ac tota mente in nos dies noctesque feratur? An vero armatum præstolamur domi oscitantes, ut tum demum credamus, cum eum ante oculos nostros virus exhalantem videbimus? Non decet profecto, nec Italorum potentiæ fas est dicere : Non putaram. Propria Itali sanguinis est prudentia, propria libertas, proprium imperium. An degenerare nobilissimus animus a majoribus suis, et, quem Deus voluit cæteris imperare, servire genti fœdissimæ sustinebitur? Nihil putat Turcus se facere dignius posse, nihil nomini suo gloriosius, quam si in Italiam exercitum ducat, et imperare solitam provinciam suo addat imperio. Atavi ejus parentem, quem primum trajecisse in Græciam diximus, quamvis paucorum oppidorum regulum, divinis colunt honoribus, et perpetua fama ac sempiterna gloria celebrant. Sanctum eum ac beatum nominant, cœlestibus prædicant locatum sedibus, cum princeps bellum adversus Christianos gesserit, et paucis quibusdam subjugatis, eos impiæ Mahumetanæ sectæ dicaverit. Quid eos tandem erga se facturos existimet, si cum tot aliis Christianis populis, Italos quoque (quod etiam cogitare horret animus) subjugarit? An vero gloriæ avidum dubitare poterimus, cum hoc natura omnibus insit, præsertim principibus, et hic sciat nullum sibi ad immortalitatem ampliorem patere campum? Nam de utilitate ambigere, supervacuum certe videtur. Cum enim ratio hæc bifariam dividatur, et hinc quomodo servari quæ parta sunt, illinc quo pacto augeri queant, consideretur, qua tandem ratione quæ habet facilius ac certius servare poterit, quam augendo principatum, et fines imperii propagando? Solent medici in corporibus curandis ea remedia adhibere, quæ aliquando iisdem morborum generibus utilia experti sunt : hoc idem Turcorum imperator facit, et hoc quasi medicamentum quoddam ad ea, quæ parta sunt, conservanda saluberrimum ratus; eo semper utitur, huic hæret, hoc frequentat. Mutare hoc, ut aliud experiatur, non putat tutum. Cupit (ut par est) omnique conatu nititur conservare imperium. Nullam ad id tutiorem esse viam intelligit, quam cum aliena jactura vires suas augere. Quod si assequi non posset, nulla nobis timoris ratio esset, nulla de rebus nostris dubitatio : sed, me miserum! mentiri in hac parte etiam volens non possum. Nihil unquam alicujus facilius fuit. Ad hæc pecuniæ numerus immensus, multitudo militum inaudita, ut cujus exercitum supra ducenta hominum millia sequuntur. Classem habet, quam superioribus diebus in expugnatione Chalcidis non sine stupore audistis quantam instruere vix omnis simul Italia posset. Erat ante hunc diem duntaxat terrestri exercitu potens. Maris imperium adhuc nostris supererat. Nunc vero (o cogitationem quoque tantæ cladis acerbam!) mare quoque Christianis ablatum illis additum est. Licet ei jam libere vagari quo libet, omnes portus, omnes maritimas stationes liberas habet : Ambracium sinum, portum illum nobilissimum Apolloniam, loca quidem Italiæ finitima; quæ olim Romanis in Græciam, si eadem nunc illi via in Italiam erit, perquam breve fretum, brevissima navigatio est. Terrestre præterea iter usque ad Forum Julii patens atque apertum. Mari terraque cingere Italiam potest. Quid est, quod eum vel non hortari atque impellere debeat ad ea, quæ tandiu animo proposuit, perficienda, vel ab iis deterrere possit atque avertere? Audistis multos, qui illum sæpius Italiam optantem, Italiam sperantem, Italiam ac Romam vociferantem intellexerunt; si et cupit, et posse se sperat. Nihil certe est, quod eum possit ab hoc proposito remorari, præsertim

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

iis decoratam esse sciunt. Italine, quibus hostis imminet, quibus cædem, ferrum, servitutem, exsilia denuntiat et ostentat? At nolunt, negligunt, non possunt adduci ut credant sese adeo propinquos esse periculo; suis viribus confidunt nimium, ut plane verendum sit, ne in suis potius, quam in hostis finibus castrametari atque exercitum alere cogantur. Veni jam, Bessario; petimus solitudinem et deserta loca. Satis ex rerum civilium statu percepimus. Parum nobis vitæ superest, et mihi qui senior sum, et tibi qui imbecillior. Si aliqua in re consiliorum nostrorum, voeis, corporis, reipublicæ Christianæ usus esset, manendum sane adhuc censerem, adhuc laborandum. Ego vero jam tot annis conatus quoad potui, nihil professione mea, nihil hac dignitate profeci. Tu, quamvis tui ordinis hominibus prosis, plus tamen proficies mecum in rebus contemplandis, ubi, si in desidia ista persistant Christiani, soli Deo vivamus, et nobis ipsis. Alat nos, qui cœli volatilia et bestias agri sua clementia satiat. Neque grave aut difficile fore arbitror divinæ liberalitati duos homunciones, perquam brevi tempore, quod nobis reliquum est, suis opibus sustentare.

III.

Bessarionis, *episcopi, Sabini, cardinalis Nicæni, ad illustrissimos inclytosque Italiæ principes, de periculis imminentibus oratio.*

Multa sunt profecto, illustrissimi inclytique Italiæ principes, quæ ad rem, de qua consulimur cogitando, dicenda, ut facienda a nobis sunt. Ea omnia si persequi in præsentia velimus, nec nos servare modum in dicendo, nec vos in audiendo molestia carere poteritis. Reliquis igitur in aliud tempus reservatis, de una tantum particula disseremus, et ea quidem pernecessaria, quæ si satis a nobis explicari possit, ita ut in animis vestris inhæreat, ac veritatem cogitatione attingere valeatis, facilis ad reliqua futura est via, ut nihil amplius arduum videri queat. Id vero facile nos consecuturos arbitramur, si probabilibus documentis et rationibus ostendere poterimus maxima hæc, quæ impendere cernimus pericula, et gravissimos atque acerbissimos casus, non unius aut alterius, non trium esse, sed totius Christianæ reipublicæ, et in primis Italiæ communia. Etsi enim aliis quidem prius, aliis vero posterius tanta calamitas imminet, ad extremum tamen una omnium futura est pernicies, ac hujus hostis nostri tanta animi vastitas (utinam falsi vates simus!) omnibus tandem miserum atque ignominiosum exitum allatura, nisi fortiter magno animo totis viribus resistatur. Qua in re, si omnes in meam sententiam persuadere potuero, ut non aliter atque ego sentio et verum est, ipsi quoque sentiant, magnam profecto rem fecisse, nec dimidium totius, ut ille inquit, sed opus integrum me absolvisse arbitrabor. Quis enim adeo infirmi atque imbecilli animi est, adeo sui negligens et propriæ salutis oblitus, qui, si viderit Dei immortalis templa, domos, sedes, aras, focos, sepulcra majorum, leges, libertatem, liberos, patriam in periculo versari, non excitetur adversus hostem, et non modo fortunas omnes, quas aut habet aut habiturus est, sed vitam ipsam in discrimen offerat, et cum dignitate cadere malit, quam cum ignominia servire? Itaque perpetua oratione nobis enitendum est, non ut vobis principibus sapientissimis, quibus hæc sunt magis explorata, quam nobis, ista persuadeamus, sed ut ante oculos iis periculum proponamus, qui, dum procul admodum a periculo se abesse putant, futura prospicere nequeunt. Juvat igitur primum omnium de origine et genere ac viribus Turcorum breviter aliquid commemorare, plane ut omnes intelligant. Hæc Athumanorum familia, minima Turcorum pars, a quam parvo humilique principio, quam brevi tempore, solertia, diligentia ac vigilantia sua in tantum fastigium venerit, ut jam non modo reliquis nationibus, sed ipsi provinciarum nobilissimæ potentissimæque Italiæ, et imperare assuetæ, stupori ac formidini sit. Turcorum natio, cum aliquandiu Persiam, Mediam, Babyloniam, Arabiam, Syriam et nonnullas alias superioris Asiæ partes tenuisset, tandem cum ab incolis sese in libertatem vindicantibus, tum ab aliis hyperboreis populis inde expulsa, ad inferiores Asiæ partes confluxit; atque ibi multis variisque bellis cum Græcorum imperio Marte ancipiti gestis, ita ad extremum superior evasit, ut Pamphyliam, Ciliciam, Lyciam, Paphlagoniam reliquaque omnia illa loca in ditionem redegerit. Sed pace foris parta, seditio domi orta est. Nam de imperio inter se ferro dimicare cœperunt. Erant inter eos septem nobiliores familiæ, ad quas factionum rerumque omnium summa deferebatur. Hæ, bellorum diuturnitate fessæ, eas, quas diximus, provincias sorte potius quam armis dividere, ac partiri inter se statuerunt. Ita quod perexiguum et tenue admodum erat imperium, in septem partes divisum. Athumanorum familiæ, ex qua octavus jam regnat nostro tempore Turcorum princeps, Cilicia locaque finitima obvenerunt. Hæc Turcorum res, hoc initium, inde tanti terroris origo. Interjecto deinde tempore hujus, qui nunc regnat, Turci atavus, a quo hic sextus ordine regni sceptrum accepit, non viribus, non divitiis, non militum numero, non imperii magnitudine fretus, sed ob civiles discordias accersitus a Græcis in Europam trajecit, annus nunc ferme agitur centesimus et tricesimus, non tam iis adversus quos provocatus fuerat, quam iis qui accersiverant perniciosus et pestilentissimus. Paulatim enim serpens, ac sibi, non amicis imperium comparans, usque adeo auxit vires, ut volentes postea eum ejicere non potuerint, satis se effecisse arbitrati, si fœdere icto æquis cum eo legibus vivere impetrarent. Atqui res aliter, quam opinati fuerant, evenit. Etenim gens barbara atque inops, simul ac dulcedinem frugum et suavitatem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

divitiarum gustare cœpit, nullum cupiditatis terminum statuit. Ex parvo itaque ac debili initio usque adeo eorum vires centum et triginta annorum spatio creverunt, ut jam non parva Europæ parte occupata, nec Danubii profundissimus amnis, nec Illyrici asperrimi montes eorum impetum retardare possint quin, flumine transmisso, et locorum difficultatibus superatis, illinc per omnem Pannoniam grassentur, hinc in mediam usque Germaniam, et Istros, et Forum Julii penetrent, depopulantes ac fœdantes omnia, ac flores illos provinciarum ferro igneque vastantes. Quo loco illud in primis a nobis animadvertendum censeo, quamvis hæc omnia eo, quo diximus, temporis spatio fecerint, plura tum postremis quadraginta annis, quam nonaginta illis superioribus fecisse. Ita enim natura comparatum est, ut principia virtute quidem ac viribus majora sint, magnitudine vero copiaque vincantur. Ex his item quadraginta annis longe plura his decem et septem patrasse, quam tribus et viginti prioribus. Plura immanis ista bellua Christianorum sanguinem semper anhelans, post Byzantinum excidium solus gessit, quam pater ejus atque avus per omnem vitam fecere, decem, ut sæpe a nobis explicatum est, interea regnis occupatis, ut palam omnibus sit quo magis ejus vires augentur, eo deinde minore negotio, quoscunque aggredi voluerit, posse superare. Quemadmodum enim in disciplinis atque artibus et omni actionis genere fieri videmus, ut major sit postremo quoque anno, quam omnibus superioribus profectus. Unde illud quoque vulgo dici solet, ditescere homini difficile esse, in immensum vero divitias augere facillimum. Ita in rebus quoque militaribus accidit, ut vincere difficile admodum sit, evagari postea per victorias nullius laboris. Quare persuadere sibi quisque facile potest, quid sceleratus hostis, quo nihil dici deterius, nihil crudelius potest, proximo hoc quinquennio facturus sit, tanta jam decem et septem annis potentia comparata, et priori ejus potentiæ addita. Magnæ incomparabilesque sunt ejus vires, inexhausta cupiditas, immensa dominandi libido, scientia rei militaris, ætas florida, corpus laboribus assuetum. An igitur cum velit, et possit, et sciat, dubitare aliquis potest quin toto animo ac tota mente in nos dies noctesque feratur? An vero armatum præstolamur domi oscitantes, ut tum demum credamus, cum eum ante oculos nostros virus exhalantem videbimus? Non decet profecto, nec Italorum potentiæ fas est dicere : Non putaram. Propria Itali sanguinis est prudentia, propria libertas, proprium imperium. An degenerare nobilissimus animus a majoribus suis, et, quem Deus voluit cæteris imperare, servire genti fœdissimæ sustinebitur? Nihil putat Turcus se facere dignius posse, nihil nomini suo gloriosius, quam si in Italiam exercitum ducat, et imperare solitam provinciam suo addat imperio. Atavi ejus parentem, quem primum trajecisse in Græciam diximus, quamvis paucorum oppidorum regulum, divinis colunt honoribus, et perpetua fama ac sempiterna gloria celebrant. Sanctum eum ac beatam nominant, cœlestibus prædicant locatum sedibus, cum princeps bellum adversus Christianos gesserit, et paucis quibusdam subjugatis, eos impiæ Mahumetanæ sectæ dicaverit. Quid eos tandem erga se facturos existimet, si cum tot aliis Christianis populis, Italos quoque (quod etiam cogitare horret animus) subjugarit? An vero gloriæ avidum dubitare poterimus, cum hoc natura omnibus insit, præsertim principibus, et hic sciat nullum sibi ad immortalitatem ampliorem patere campum? Nam de utilitate ambigere, supervacuum certe videtur. Cum enim ratio hæc bifariam dividatur, et hinc quomodo servari quæ parta sunt, illinc quo pacto augeri queant, consideretur, qua tandem ratione quæ habet facilius ac certius servare poterit, quam augendo principatum, et fines imperii propagando? Solent medici in corporibus curandis ea remedia adhibere, quæ aliquando iisdem morborum generibus utilia experti sunt : hoc idem Turcorum imperator facit, et hoc quasi medicamentum quoddam ad ea, quæ parta sunt, conservanda saluberrimum ratus; eo semper utitur, huic hæret, hoc frequentat. Mutare hoc, ut aliud experiatur, non putat tutum. Cupit (ut par est) omnique conatu nititur conservare imperium. Nullam ad id tutiorem esse viam intelligit, quam cum aliena jactura vires suas augere. Quod si assequi non posset, nulla nobis timoris ratio esset, nulla de rebus nostris dubitatio : sed, me miserum! mentiri in hac parte etiam volens non possum. Nihil unquam alicujus facilius fuit. Ad hæc pecuniæ numerus immensus, multitudo militum inaudita, ut cujus exercitum supra ducenta hominum millia sequuntur. Classem habet, quam superioribus diebus in expugnatione Chalcidis non sine stupore audistis quantam instruere vix omnis simul Italia posset. Erat ante hunc diem duntaxat terrestri exercitu potens. Maris imperium adhuc nostris supererat. Nunc vero (o cogitationem quoque tantæ cladis acerbam!) mare quoque Christianis ablatum illis additum est. Licet ei jam libere vagari quo libet, omnes portus, omnes maritimas stationes liberas habet : Ambracium sinum, portum illum nobilissimum Apolloniam, loca quidem Italiæ finitima; quæ olim Romanis in Græciam, si eadem nunc illi via in Italiam erit, perquam breve fretum, brevissima navigatio est. Terrestre præterea iter usque ad Forum Julii patens atque apertum. Mari terraque cingere Italiam potest. Quid est, quod eum vel non hortari atque impellere debeat ad ea, quæ tandiu animo proposuit, perficienda, vel ab iis deterrere possit atque avertere? Audistis multos, qui illum sæpius Italiam ostantem, Italiam sperantem, Italiam ac Romam vociferantem intellexerunt; si et cupit, et posse se sperat. Nihil certe est, quod eum possit ab hoc proposito remorari, præsertim

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

dum Italos confidit nunquam uno consensu in se conspiraturos, nunquam adversus se arma sumpturos. His ille contentionibus spem suam confirmat, et quæcunque optat sibi facile pollicetur. Referam, quamvis nota sit vulgo, fabellam, qua nuper usus dicitur, cum ex suis quidam dissuadere ei bellum adversus Christianos conaretur. Nam cum ille formidandum esse diceret ne Christiani bello irritati tandem in unum convenirent, bellumque adversus eum communi consilio et ope gererent; at ridens, Meminisse, tyrannus inquit, illius fabulæ convenit. Cum lupi aliquando magnam canum multitudinem adventare adversus se forte intellexissent, ingensque propterea terror eos occupasset, unus ex iis, qui inter eos senior erat, in propinquum montem profectus, cacumen ejus, ut canum B specularetur adventum, conscendit. Verum cum eos multos quidem, sed diversorum colorum esse conspexisset, lætus gestiensque ad suos reversus, « Bono, » inquit, « este animo. Tanta enim est in hostibus nostris colorum, morum studiorumque diversitas, ut consentire una ac conspirare in aliquod simul omnes non possint; singulos vero, si venerint, absorbere sine difficultate poterimus. » Hæc est tyranni spes, hæc cogitatio, hoc consilium, nisi spe sua frustretur. Frustrabitur autem si volueritis. Nunquam ferocem illum animum mitiorem reddere poteritis. Habet enim in armis militem decretis perpetuisque stipendiis conductum, qui, sive domi quiescat, sive foris bella gerat, idem C accipit ab ærario militare stipendium, nullo principis sui sumptu, atque eo nomine singulis annis ad imperatorem suum accedere jurejurando adactus, et ei operam et laborem polliceri. Habet præterea longo rerum usu plane perspectum et exploratum non alia de causa tantam gloriæ, fortunarum, imperii accessionem sibi factam esse, quam quod perpetuis bellorum laboribus suos exercuit, hostes profligavit: a quo instituto nusquam discedet, nisi quod utile, quod gloriosum, quod necessarium sibi esse intelligit, stulte omittat. Quo pacto, bone Jesu! sperare possumus aut suspicari illum non moliturum servitutem, cædem, fidei nostræ interitum? Nonne ita natura comparatum esse intelligit, ut nihil eodem situ permaneat, D sed cuncta jugi, vario, novo motu agantur? Quod si amplum habet imperium, idque rerum omnium lege moveri oportet, nonne imminuetur, nisi augeatur? Ne putaveris Turcum augendi imperii studiosum et cupidum; at certe est conservandi. Conservare vero non poterit, nisi augeat: siquidem regressurum est quod non progrediatur, lapsurum quod non surgat, ruiturum quod non majus efficiatur. Qua confirmatus opinione exercitum suum auget in dies, quem habet amplissimum. Aliena invadit, ne sua amittat. An vero sumptus ingentes, tot militum pericula et vulnera, tot expeditiones gravissimas atque alienissimo tempore pro Mysiorum exiguo imperio, pro Triballorum A montibus asperrimis, pro Illyrium penuria eum suscepisse putatis? pro Italiæ autem opibus, pro agrorum feracitate, pro suavitate frugum, pro hac ipsa luce in qua versari cupit, non majora facturum? Hic arcem ponere, hic præsidia collocare ad reliquum orbem subjugandum cogitat; atque ita cogitat, ut per hostium suorum dissensionem id se facile consecuturum speret. Eadem animo concipit, quæ Pyrrhus meditabatur. Ille enim, fuso Romanorum exercitu, totum sibi terrarum orbis imperium plane pollicebatur, quem cum Cineas Thessalus, orator summus, virque sapientissimus, ab Italiæ invadendæ consilio abducere conaretur, Egregii, inquit, bello Romani esse dicuntur, magnoque virorum fortium et militum numero imperare. Quod si eos superare nobis dii dederint, quidnam agemus, Pyrrhe? Quid erit, inquam, nobis? Nulla præterea mœnia, neque Græca, neque Latina, Romanis superatis, nostrorum impetum sustinere valebunt. Totam e vestigio Italiam occupabimus: cujus cum amplitudinem, tum virtutem minime ignoras. Occupata vero Italia, quid tum, inquit, rex, faciemus? Proxima, inquit, Sicilia, insula felix et hominum multitudine frequentissima, sese nobis dedet. Ea autem facile capi potest, nam seditionibus, bellis civilibus, magno rerum tumultu fluctuat. Tum Cineas: An tibi erit, rex, bellorum finis Sicilia? Dii, inquit, faveant, Cinea. Nam Libyam proximasque provincias adoriri, et Carthaginem superare facillimum erit, quam Agathocles, exigua classe profectus, parum abfuit quin caperet. Quibus victis, nullus nos amplius bello hostis lacessere audebit; sed cuncti in ditionem venient. Ita est, inquit Cineas. Constat enim te Macedoniam totamque Græciam in potestate habiturum; sed, partis omnibus, quid tandem agemus? At ille ridens, Otio utemur, inquit, conviviis, voluptatibus, litterariis confabulationibus. At quid prohibet, inquit, nunc quoque voluptatibus, otio isto uti et disputationibus? Quid tantis laboribus, molestiis, periculis quærimus, quæ, cum volumus, efficere possumus? His verbis Cineas regem potius offendit, quam a spe et consilio instituto deterruit. Hæc vobis recensui, ut non defuisse cognoscatis qui eadem cupiditate incenderentur qua Turcus inflammatus est. At Pyrrhus non Cineæ auctoritate et verbis, quo chariorem habebat neminem, non paucitate militum, non Romani nominis fama eximia ab Italia deterreri potuit; et Turcus non audebit, qui Pyrrho militum robore, finium magnitudine longe locupletior est; qui Italiam viribus et studiis dissipatam non ignorat; qui Pyrrhi gesta irridere solet, Alexandro suam æquare virtutem? Nam Alexandrum Macedonum regem ad res gerendas, ad æmulationem gloriæ sibi imitandum proposuit, illum ipsum Alexandrum qui, cum Anaxagoram plures mundos esse disputantem audiisset, ingemuisse dicitur, et lacrymas emisisse, quod unum saltem ex iis totum in ditionem redigere nequi-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

visset. Illius gesta legit; in illo totus versatur; neque sane se inferiorem putat, cum jactare plerumque soleat et vocem illam frequentissime usurpare, se decima amplius parte Alexandro superiorem esse : illum enim cum triginta hominum millibus duntaxat et septuaginta talentis arma per terrarum orbem circumtulisse; se vero quanto paratiorem, ditiorem, rebus omnibus abundantiorem! Solent hæ cogitationes, hæc æmulationis studia, solent plerumque res magnas parere, et eo pervenire quo intendunt, præsertim si facultas adsit. At ea profecto Turco non deest, qui se eo quem imitatur locupletiorem existimat. Sic Theseus Herculis, sic Themistocles Miltiadis exemplo ducti, maxima facinora ediderunt. Habet profecto nescio quid fatale Alexandri imitatio, cum ea Julius Cæsar incensus, post res præclarissime gestas, in patriam etiam civilem sanguinem, arma converterit. Quod si illius exemplo agit qui Libyam, Asiam, totum ferme orbem subjugavit; si illius persequitur vestigia; si propagandis imperii finibus laudem non modo æquaturum, sed tanto magis superaturum confidit, quanto majores copias triginta hominum millibus, grandiorem pecuniam septuaginta talentis habet, quo tandem eum spectare et conari existimamus? Quid sibi postulat cupiditas illa pacis cum illustrissimo piissimoque Siciliæ rege componendæ? Quid missi legati? Nam qui nomen Christianum odio habet, omnique crudelitatis genere insectatur et despicit, nullo quidem Christianorum metu, nulla gratia Christiani regis fœdus desiderat, sed ut, oppressis quos universos eodem impetu non everti posse intelligit, tandem quod cupit assequatur. At vero infelicem illum sua fallit spes et opinio, cum superioribus diebus magnifice regeque Christiano digne inclytus rex legatum dimiserit eo responso, ut non solum perniciosam bonis omnibus societatem aspernatus esse, sed et bellum hosti indixisse pro Christi religione facile videatur. Et ne ulla omnino ex parte quid meditetur obscurum sit, cogitate parumper quid illa humanitas sibi vult, quæ immanis barbarus, et ad sævitiam natus, erga nominis nostri negotiatores intra suos fines utitur. Portendit profecto aliud, et omnino prodigium est efferum monstrum in nostros, potissimum mansuetum illic fieri, a crudelissimo hoste amicitiam, a truculentissimo pietatem simulari. Non diu perseverat, quod ab invito exprimitur. Servit temporibus, dum ad optatum finem perveniat. Et quid agat adhuc ignoramus? cum præsertim ita agat, ut nos ambigere nolit. Non continebit domi tantum exercitum; non patietur suorum militum animos effeminari, quos in armis habere ipsi necesse est. Habet enim non paucos Asianos populos infensos et in suam perniciem imminentes; quos in se impetum facturos aperte intelligit, si aut arma deposuerit, aut exercitus famam in contemptum lubibrimque adduci permiserit : quem ut laudibus ornatissimum reddat, ut Asianis hostibus formidolosum efficiat, quo tandem transmittere cogitat? Ubi sui consilii alendi segetem uberiorem videt? ubi magis admiranda conari potest? Non excident gladii; non fluent arma de manibus. Nam socios in officio ac fide continere studet, et eos ipsos quicum quotidie vivit. Maxime est suis omnibus invisus; oderunt socii; non amant familiares; parvo momento ad ipsius excidium ac necem omnes impellerentur. Id quoniam exploratum habet et compertum, bella peregrina suscipere, gerere, conficere statuit, ne domesticam civilemque dissensionem experiatur. Ususque Scipionis consilio foris pugnare utilius arbitratur, quam domo vinci. An extra fines ducturus sit exercitum adhuc dubitas? Non sentis, non plane perspicis? Nonne satis novimus impurissimam illius naturam, turpissimam vitam, sceleratam consuetudinem? Quam facem, bone Deus! quod facinus, quam superbiam? Nihil est quod animo non sorbeat, nihil quod non hauriat cogitatione. Et non putamus illum in nostram calamitatem incumbere, in quorum fortunas fidelissimos socios, antiquissimam religionem, vim, tormenta, cruces, spe, sumptu, labore defixit. Ne illud, quæso, mihi objicias, quod nonnulli nullo rerum usu præditi, nulla vetustatis memoria eruditi jactare solent, peregrinas nationes nunquam Italiam tenuisse, eam sæpenumero tentasse infeliciter. Etenim dum antiqua memoria reputo, dum rerum gestarum seriem ad nostra usque tempora deduco, exteras gentes in Italiam prius arma intulisse, ingentesque invexisse calamitates quam ab Italia accepisse, plane comperio. Nam, ut Gallos omittam, qui vel eo tempore, quo ad Clusium pugnatum est, ut Plutarchus noster tradit, vel ducentis ante annis, ut Livio Romano placet, in Italiam duxerunt exercitum, parva manus Gothorum, ex Thracia Pannoniaque erumpens exercitu collectitio, in Italiam venit, vastatisque Italiæ agris, incensis urbibus, hæc ipsa mœnia ceperunt, incendio, ferro, cæde omnia complentes. Illi parva manu instructi, soliditate quadam gestientes, assequi potuerunt quod Turcus maximis copiis, certo pertinacique consilio, suscipere ac tentare non audeat? Illi per itinera omnium difficillima transgressi sunt : at Turcus maritimo et expedito cursu legiones suas trajicere dubitabit? Illi in Italiam, quæ alter orbis dicitur, irruperunt : Turcus ita Italiæ vires tentavit, ut contemnat, et non audebit? Quid, si antiqua consectari libet, Pyrrhi luctuosum adventum commemorem? Quid Alexandri Molossi? quid Archidami Agesilai filii? quid Annibalis busta? Nimis magna, nimis vetera nomina repeto. Quid ab Attila, Totila, Saracenis illatas clades oratione mea refricem? At Pyrrhus, credo, potuit quod Turcus nequeat. Ille, salvis tot ducibus, tot exercitibus, quos secundum postea Punicum bellum absumpsit, ad Urbis prope mœnia victore exercitu contendit; Turcus, qui Epirum, Macedoniam to-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tamque Græciam, tot imperia subegit, Italiam in tot principatus et studia dissipatam ac dissentientem timebit? non adorietur? non?... Heu me miserum! Nescio quo orationis cursu eo deducor, quod dolor exprimere non sinit. At ne in veteribus tantum versari videar, in quibus quadrata agmina, jurati milites, tanta imperatorum virtus, tanta legionum patientia ac disciplina constabat, ut ad recentiora nostra revertatur oratio, quid Hunnorum ac Vandalorum manus incondita? Inusta sunt, inusta sunt ipsis mœnibus sempiterna illorum injuriæ monumenta. At si post urbem Christiano nomine conditam exempla te movent, Leonis Pontificis Maximi temporibus, Attilas, de quo paulo ante verba feci, subacta tota Gallia Cisalpina, ad Urbem evertendam exercitum admovit. Cujus furorem barbarum et agrestem Pontificis eloquentia retardavit. Quod si post Annibalem et veteres illas victorias, si post nomen Christi pervulgatum, exterorum hominum sentina ad Italiæ gubernacula confluxit, quid tandem tantam hoc tempore procellam non timemus? quæ profecto tantos calamitatum fluctus allatura est, si eruperit, ut ad nullum ita sit perventura, quin in cæterorum capita redundet. Nam ut in tempestate cernimus procellas, cum in scopulum in quem ferebantur sævitiam illiserint, tanto motu referri, ut quam occupaverint, navem, non aliter obruant, quam cum integræ erant; ita nobis omnibus Barbarorum inundationem timendam censeo. Non enim hostis de una aut altera urbe certare vult; de rerum summa sibi decernendum statuit. Qui dominari cupit, neque superiorem ferre potest, neque parem patitur, neque principis nomen amat. Atque ut illud omittam, grave esse ab aliquo aliquid sperare, miserum ex aliena libidine salutem suspensam habere, turpissimum et luctuosum a communi omnium hoste privatam exspectare veniam, quæ pax tibi cum eo esse potest cujus acerbitas in nostros homines ultra mortem progreditur; qui nullo supplicio satiari potest; a quo si tormenta et cruciatus absint in nostrorum morte, mortem in beneficii partem accipias? O crudelitatem inusitatam, inauditam, feram, barbaram! Cum eo pax esse potest? Pace si frui volumus, bellum gerendum est: si bellum omittimus, pace nunquam fruemur. Quare cum a tam parvo initio in tantum creverit fastigii hostis noster, cum sciat, velit et possit adoriri Italiam, cum id sæpenumero factum fuisse audieritis, ita ut ad omnes periculum attineat, propulsate ac propellite hostis impetum, ut incolumitatem nobis, libertatem Italiæ, salutem omnibus conservetis.

IV

Ejusdem ad eosdem de discordiis sedandis, et bello in Turcum decernendo.

Satis, ut arbitror, de periculis toti Italiæ imminentibus hesterna oratione disputatum est, quæ cum et aperta sint et gravissima, reliquum esse video, ut omni conatu communique consilio et ope ea propulsemus, atque in hostium nostrorum capita, dum licet, dum integrum est, retorqueamus. Cum vero id recte fieri non possit, nisi omnibus sedatis discordiis, simultatibus, odiis, denique cunctis suspicionibus de medio sublatis, libero consensu hostem adoriamur, danda in primis opera est, ut Italiæ communi percusso fœdere, idem sentiamus omnes, idem velimus atque optemus. Quod si in eo exponendo versari voluero, quod ad rem nostram maxime attinere videtur, quot commoda, quam utilitatem, quam denique felicitatem concordia et animorum in idem conspiratio cum civitatibus, tum provinciis afferat, scio nonnullos ita me audituros, ut nihil quidem novi, sed plane cognita et pervulgata omnia me narrare arbitrentur, cum nemo illud ignoret, quantam vim in rebus vel parandis vel tuendis concordia habeat. Iis ego non immerito responderim: Cur meam igitur exspectatis orationem? Quin sponte eam amplectimini? quam adeo utilem esse atque necessariam intelligitis, ut, nisi adsit, nihil æquum, nihil honestum, nihil sanctum fieri possit. Concordia parvæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Quidquid in cœlo atque inter mortales optimum est, id omne a concordia proficiscitur et pendet. Non provinciis duntaxat, urbibus, conventiculis, domui, sed privato homini maxime necessaria est. Quid enim homine turpius, qui sibi ipse non constet, et variis repugnantibusque consiliis et contrariis actionibus agitetur? Quis non despicit? quis non deridet? Levem, inconstantem, nullius ordinis hominem censemus. Quidquid conatur et assequitur, calamitate, ignominia, pernicie refertum est. Nam dum sibi ipse dissidet, nihil cum suis commodis aut ornamentis consentaneum habet. In re autem familiari, quod officium esse potest, si uxor, liberi, servi, mutuis odiis conflictentur? Paterfamilias, domesticis dissensionibus labefactatus, nullam ponit in re familiari augenda operam. Lacrymis conficitur, dum per discordiam totam domum ruituram facile prospicit; miser domi, foris ridiculus. Inde nimirum illud est, quod apud poetam sapientissimum Ulysses a Nausicaa, Alcinoi regis filia, maximis affectus beneficiis, nil habuit quod felicius optari posse arbitraretur, quam virum liberosque concordes, quo nihil suavius sit, nihil aut inimicis molestius, aut amicis jucundius accidere posse. At quid miserius, quid humana indignius societate, quam cum civitates aut provinciæ domesticis seditionibus bellisque civilibus conficiuntur? Nam quos necessarios, fratres, parentes natura genuit, hostes et alienos discordia efficit, ubi et vincere luctuosum est, et cadere sceleratum atque nefarium. Bellum domesticum eo gravius externo est, quod externum nonnullam aliquando affert utilitatem, sæpeque ita suscipitur, ut in pace vivamus: civile vero profuit nunquam nemini. De bello externo sæpe consultamus an gerendum sit;

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

civile autem nunquam in deliberationem cadit. Nam quemadmodum non de rebus necessariis, sed de dubiis consilium initur, ita neque de iis, quæ ad utramvis partem exploratæ sunt. Quo in genere seditio est, quam qui amat, nec privatos focos, nec publica libertatis jura chara habere videtur. Tyrannidem invisam bonis omnibus, maximeque perniciosam civitatibus esse, plane omnes persuasum habemus. At tyranni urbes nonnunquam opibus potentiaque amplificarunt, et in magnum auxere imperium. Quod vel in hoste nostro facile cognitum perspicuumque est, qui, cum tyrannorum omnium crudelissimus sit, tamen quascunque vel urbes vel provincias suo adjecit imperio, potentiores effecit. Per seditionem vero civilem, quis mihi unquam demonstraverit, quænam mœnia firmiora sint, vel quæ potius non funditus eversa? Itaque si tyrannis homini libero civique fortissimo fugienda est, an de discordia est cogitandum? et qui tyrannidem vel capitis periculo propulsandam putabit, civile bellum, quod acerbius est et luctuosius, sponte consectabitur? Solemus cum privatis precibus, tum publicis supplicationibus a Deo optimo maximo pacem concordiamque petere, et, quod scimus nobis perniciosum fore, quod deprecamur, quod Dei nostri ope declinare nitimur, id dedita opera libenterque persequemur? Quid tandem hoc aliud est, nisi hostium nostrorum rem agere, et quod illi suis profanis precibus contendunt maxime efficere? Illis enim primæ omnium preces sunt multis quidem notæ, nobis fortasse minime, ut inter suos pax, animorum consensus, quies, inter Christianos odium vigeat, seditio, bella civilia. Volumusne illorum libidini satisfacere? At hoc est hostis utilitati consulere, et illius commodum nostro incommodo parare. Præcepta (ni fallor), ut sæpe vidi et legi, quæ in urbibus regendis bellisque feliciter conficiendis nobis præscripta sunt, aliter statuunt, et docent, ut scilicet exploratis hostium consiliis, contraria efficiatis, si in republica statum retinere, si in bello victoriam consequi velitis. An vero committendum est, ut qui nobis luctum, terrorem, tormenta, cædem denuntiat, nostra lætetur culpa, et exsultet? Excitandus est hoc loco Nestor ille Homericus, qui Agamemnonem Achilli conciliare cupiens, his verbis sapientissimis usus est :

Proh Superi! horrendus Graias festinat in urbes
Luctus, quem magno Priamus, Priamique nepotes
Mercentur, cum vos tanto concurrere motu
Ivarum audierint, duo, qui per castra Pelasgum
Consilio atque armis claros superatis Achivos.
At nobis pareite ambo.

Non dicam, ut ille, quoniam senior vobis sum et plura vidi, sed quod plura sum passus, plures ab hoste calamitates accepi, qui amicos, parentes, patriam, quæ homini in vita jucundissima sunt, per maximos dolores et cruciatus mihi eripuit. Quæ etsi prudentia vestra ac sapientia animo complecti et perspicere potestis, tamen sensus dolorem pluris facit, qui ea, quæ cæteri audiunt, perpessus est. Non ita animo inhærent, quæ aut auribus percipimus, aut cernimus oculis, ut ea imprimuntur, quæ vel sua, vel suorum vulnera, neces, tormenta per summam hostium crudelitatem intulerunt. Credite experto, credite passo. Nihil aliud miseram exstinxit Græciam, nisi discordia : nihil aliud eam orbis partem delevit, nisi bella civilia, neque solum nostra memoria, sed et priscis temporibus. Nam Philippus, Amyntæ filius, Alexandri Magni pater, per Atheniensium, Lacedæmoniorum, Thebanorum aliorumque mutua odia, Græciam evertit. Quandiu communi ope et consilio bella gerebant, fugabant hostem, exuebant castris, superabant! Cum vero alii aliis non fidere, finitimumque invadere instituerunt, hostis ad alteras partes accersitus, non minus a quibus vocabatur, quam adversus quos provocatus erat perniciosus, bello Peloponnesiaco, cum eadem animorum conspiratione devincti essent, neque terra, ubi Lacedæmoniorum vires amplissimæ erant, neque mari quicquam ab hoste incommodi acceperunt; imo vero maximas strages hosti intulerunt, atque ita intulerunt, ut, quod nunquam fando auditum esset, quadringenti amplius Lacedæmoniorum milites, quibus patrius mos et præceptum erat, aut vincere in bello, aut morte hostium manibus sese eripere, captivi Athenas in triumphum ducti sint. Cum vero hostem domi invenire, bellisque civilibus sese conterere cœperunt, eorum classis firmissima atque amplissima in Lacedæmoniorum ditionem redacta est, portus eorum custodia amissa, urbis mœnia solo æquata. Quid vero, cum Xerxes, Persarum rex potentissimus, quinquagies centenis hominum millibus, classe mille ducentisque navibus instructa, Græciam invaderet, eos servavit, victores reddidit, sempiterna fama et laude ornavit, nisi concordia, pax, idem in hostem animus? Quod si communi robore atque exercitu hostem non propulsassent, quid tandem prohibuisset quominus ad unum omnes bello absumpti fuissent? Idem nobis imminere cernitis periculum, idem exitium, eodem modo arcere hostis impetum debetis, cum nullo alio possitis. Eidem morbo idem medicamentum apposite convenit, quod satis quidem validum est. Nam si Græci, quamvis Xerxis viribus longe inferiores essent, tamen, concordia duce, hostem superarunt; quid tandem vos agere, divina favente gratia, poteritis concordes, et communibus viribus, qui hominum numero non pauciores, virtute longe cetis præstantiores hostibus? O si dies ille mihi illucescat, quo, abolctis sepultisque odiis omnibus, pari consensu hostem aggrediamini! Nulla mihi præterea dubitatio relicta est de victoria : jam vicimus. Illud, quæso, animis vestris parumper concipite, principes optimi : quemadmodum in navi seditio orta, perniciosissima est, ita esse in civitate; et, ut in civitate gravis est, ita in provincia multo pe

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

stilentiorem. Nam quo plures sunt, eo latius morbi contagio serpit, eo difficilior est curatio. Ac quemadmodum exercitus ordine militumque obedientia continetur, quæ nisi adsint, ad internecionem omnia pereunt; ita in provincia mutuus consensus et benevolentia necessaria est inter eos præsertim qui potentiores sunt : qua re sublata, prius suis viribus conficiuntur, quam externis. Insidiatur discordia, vires extenuat, et occulta quadam ægritudine imperia absumit; atque ob eam causam discordiam inquit ille venenum esse datum imperiis, ne immortalia forent. Etenim perinde ac phthisis sensim conficit, neque prius desistit quam profligatum corpus everterit. Non est contendendum ut necessarios et eodem cœlo educatos homines perpetuo bello insectemur. Nam qui sapienter suæ saluti consulunt, hostes quidem semper vincere nituntur, suis vero nonnunquam parcunt, maluntque interdum superari quam superare. Neque enim omnis victoria utilis est, aut a Deo profecta. Fugienda est Cadmea victoria, et, ut tragicus ille inquit, Amicis dominabere, si tantum non viceris quantum volueris; amicis, inquam, imperabis, quam ab amicis vinceris. Ac Demosthenes, Tunc, inquit, præclara victoria, cum aut filii parentibus, aut cives civibus libenter cedunt. An vero in urbium obsidionibus perniciosum judicatis, si custodes inter se dissideant? inter cives autem, vel in provinciis seditionem utilem fore putatis? cum in diversas partes itur, cum opinionum varietate contenditur, cum unusquisque suam sententiam pluris facit quam salutem. Contentionis duo genera tradit Hesiodus, alterum optimum cum quispiam alterius imitatione adductus recte agit; alterum inimicitiarum, discordiæ, bellorum seminarium, quam pravam infelicemque appellat, de qua Homerus :

Principio parva est; terram sed protinus imis
Contingens pedibus, caput inter nubila condit.

Prior sequenda est, altera penitus fugienda : illa maxime utilis, hæc admodum perniciosa. Non decet nos profecto pro ingenio, eruditione, sapientia, qua nos Deus ornavit, omissa meliore, sequi pejorem. Abjicienda est, tollenda de medio; pax et concordia publice ineunda. Quod si est contendendum, in eo vobis demum certamen pulcherrimum et gloriosum propositum est, quis vestrum primus se ipsum vincat; quis primus ad concordiam perveniat; quis plura et magis egregia facinora in communem salutem conferat. Hæc est plena laudis contentio; hæc a Deo hominibus data. Quid est, quod cuncta contineat? Harmonia. Quid est, quod cuncta exornet? Concinnitas. Cœlum hoc quodcunque cernimus, sphæræ stellarum, spatia siderum, rerum omnium elementa et initia, nulla alia re nisi concordia constant. Nisi divinæ providentiæ leges ea tuerentur, non consisterent, sed labefactarentur ac ruerent. Res vero humanas, quæ fluxæ caducæque sunt, et motu perpetuo circumaguntur, putas cohærere posse, nisi mensura, pondere, concordia regerentur? Minime : siquidem his etiam remediis adhibitis, effici non potest quin solvantur et intereant. Quemadmodum graviores morbi sunt quæ interiorem corporis partem grassantur et vexant, ita seditio aperto bello acerbior est. Nam in altero hostes nobis ipsi sumus; in altero nos tuemur. Nulli unquam suorum cædes profuit, quibus pereuntibus, ei gravius comparatur periculum. Nam simul ac illorum negligunt salutem, suam hostibus produnt; idemque iis accidit, quod homini evenire solet, cujus membrum dum phagæna conficit, id negligit, speratque reliquum corpus totum fore atque incolume; tandemque sensim totus absumitur : tum demum plane intelligit id non futurum fuisse, si initio morbum curasset. Quid, te obsecro, manus geminas natura nobis tribuit? quid geminos oculos? quid duos pedes? Nimirum ut mutuo constent auxilio. Manus manum lavat; pes pedem sustentat; sinistra dextris levantur, et dextra levantur sinistris : illinc motus principium, hinc onera suscipimus. Plus gemina hæc membra efficiunt; nam altero occupato, ab altero commune præstatur officium. Cur non sequimur naturam, ducem optimam et magistram? ut ille inquit. Nam quod alter perspicere non potest, alteri in mentem veniet, ac mutuo auxilio propositum finem attingent. « Quam bonum et quam jucundum est habitare fratres in unum; » ut Propheta inquit, qui multarum rerum variique eventus peritissimus fuit, qui furore divino concitus, homines ad concordiam provocat. Quod ne temere præceptum videretur, illicait : « Mandavit Dominus benedictionem et vitam usque in sæculum. » Porro ejus filius prudentia præditus, ut nos a discordia deterreat, Cum unus, inquit, ædificat, et alter demolitur, quid aliud agunt, nisi frustra laborent? Cyrus, Persarum rex potentissimus, cum e vita excederet, filiis accersitis, et imperio eis diviso, longiore oratione apud Xenophontem, cunctos ad fidem mutuam, ad charitatem, ad concordiam hortatus est, planeque demonstravit eos dispersos ac dissidentes neque reipublicæ profuturos, neque sibi præsidio esse posse. Id autem usque adeo verum facileque perspectum arbitrabatur vir longo rerum usu, maximis periculis, ingenti fortunæ varietate sapientissimus, ut rationibus apertissimis non contentus, oculis etiam exemplo quodam subjicere tentaverit. Itaque virgarum, ut ferunt, manipulum afferri jussit, ac singulis imperavit ut eum uno impetu confringerent, si possent. Id cum præstare valeret nemo, tum singulas perfringendas dedit; quas cum singuli nullo labore conficeren : An vero cernitis, inquit, idem in vobis futurum, ut mutua pace devinctos nullus expugnare valeat, odiis vero sejunctos superare possit qui velit? Quare qui vos ad concordiam, optimi Italiæ principes, hortatur, vos ad vestram hortatur salutem, ad gloriam, ad triumphos de hostes reportandos. Nam quid vestra exposcit utilitas? Concor-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

diam. Quid vestra laus ac dignitas postulat? Concordiam. Concordiam igitur et pacem amplectimini, suscipite, colite, ut per eam mutuo consensu fortiores, belloque in hostem comparato cervicibus nostris imminentem impetum propulsemus, hostem teterrimum nostrorum sanguine cruentatum ulciscamur, Italiæ amplificemus dignitatem. Hoc enim bello nullum unquam justius, aut magis necessario gestum est, aut faciliorem apertioremque ostendit victoriam. Nam quid æquius, quidve magis pium, quam nostrorum sanguinem per infinitas lacrymas et tormenta effusum ulcisci? Quid nefandi homines in nomen nostrum prætermiserunt ignominiæ, injuriæ, cruciatus, necis? Templa sanctissima per summam impietatem polluerunt: sanctorum, beatæ Virginis, ipsius nostri Dei statuas contemptu, risu, omni contumeliarum genere persecuti sunt. Quid sacras virgines violatas memorem? parentum complexu ereptos impuberes? omni dedecore fœdatum Christianum nomen? Hæc ne persequar, et rei magnitudine et dolore impedior. Quis enim vel dicendo consequi posset, vel sine multis lacrymis audire Christiani nominis socios fidelissimos, equorum ungulis obtritos, ita imperante hoste sceleratissimo atque inspiciente; excoriatos, sublatos in crucem, ut mortem beneficii loco acceperint? Edidit olim sævissimus Turcus omnia crudelitatis exempla in Byzantinos, quorum memoria ut refricaretur, qualis nuper Chalcidis Euboicæ tumultus fuit, cum, effractis portis ac muris, tormentorum impetu dejectis, arce vi capta armatorum cursu, ferro flammaque omnia miscuerunt; unde gemitus illi ad nostras prope aures pervenere. Cunctos militaris ætatis acerbissime trucidat. Nostrorum cadavera, cum mœnia oppugnarentur (at non dicam; incredibile enim est; imo vero dicam, quoniam ita se habet); nostrorum, inquam, cadavera in vasa imposita machinis bellicis intra urbem adversus nostros immittebantur. O crudelitatem ante hunc diem inauditam, o perditam feritatem, o truculentissimum sævitiæ genus! Quid tam commune vivis quam spiritus? At nostri captivi ita vivunt, ut ducere animam de cœlo non queant. Quid tam commune mortuis quam terra? At nostri ita moriuntur, ut eorum ossa per aerem spargantur. Quid tam commune cadaveri quam quies? At nostrorum corpora ita jactantur, ut ne exanimata quidem conquiescant. Romani, quod eorum legati paulo acerbius appellati essent, Corinthum, urbem pulcherrimam, everterunt. Nos vero, sociis crudelissime necatis, contempta et devastata regione nostra, unde morum rectæque vitæ documenta a tam remotis nationibus petuntur, non excitabimur? Fabius Maximus, ut captivos redimeret, agrum vendidit, et nos tot sociorum corpora desiderata negligemus? Theodosius, quod Thessalonicenses, novi vectigalis impositione indignati, Placidiæ statuas per urbem traxissent, frequentem in theatro populum cædi jussit. Nos, oppugnata fide, cæsis Christianis hominibus, Dei nostri majestate violata, non dolebimus? non comparabimus bellum? non sumemus de hoste supplicium? Nunquam profecto, aut publicæ suorum injuriæ, aut privatæ salutis ratio majore æquitate suasit arma in hostem movenda.

Satis dixi de genere belli quam justum sit: dicam statim quam sit necessarium. Neque enim ille liberam quietis rationem relinquet, ingens terra marique bellum molitus. Nam si id permitteret, nemo sane esset qui bellum paci anteponeret. Sed copias instruxit, legiones firmissimas habet in capita nostra comparatas, lacessit, urget, ad certamen provocat. Aut bellum gerendum est, aut acerbissima servitus subeunda. Nullum deliberationi locum reliquit: una nobis fortunarum salutisque spes proposita est, ut viribus nostris, Deo Opt. Max. juvante, libertatem nostram servemus: pro qua bono viro et civi non minus laborandum est, quam pro servorum reique domesticæ incolumitate tutanda. At nemo est qui, vel servo lacessito, vel expilato grege, non graviter ferat, armis ad injuriam ulciscendam non contendat, non repetat sua. Et conjugum, liberorum, patriæ rationem nullam ducemus? Quid inermes exspectamus Turcorum furorem? Arma armis propulsantur. Bellum gerendum est, ut in pace vivamus. Si bellum omittimus, pacem habemus nullam. Quod si Turcus, nobis quiescentibus, maximis opibus auctus est; si languentes otio in gravissima damna prolapsi sumus, quis tandem sperare audebit nos in otio et umbra rem feliciter gesturos? Resipiscendum est, et cum eo pacto in tanta pericula decidimus, contrario itinere ad salutem et securitatem redeundum. Omittenda segnities: bellum suscipiendum. Nam, ut beatus Paulus inquit, « Non coronatur nisi qui legitime certaverit, » et Aristoteles, « Non coronantur qui spectant, sed qui in certamen descendunt, ii enim laude aliquid dignum efficiunt. » Salus domi nobis non exspectanda est, sed in sole et pulvere defendenda. Nemo est vestrum qui, cum a natura tributum habeat ut se, corpus vitamque tueatur, præstolari velit ea quæ nocitura sint. Hostis exercitum habet libertati nostræ imminentem. Vis impetum arcere? Bello id assequi poteris, ut vim vi reprimamus. Nam ut concedam incertos exitus esse belli, Martemque communem, tamen pro libertate, pro vitæ periculo decertandum est; pro Deo ipso pugnandum, pro cujus amplitudine retinenda cadere, in ævum sempiternum vitamque immortalem migrare est. Non enim spiritu vita constat, sed pietate, quæ patriæ, templorum, status divini conservatione maxime continetur. Quid vero, si exploratam victoriæ rationem habemus? Jam enim tempus et aures vestræ postulant ut de facultate gerendi belli, de amplissimo triumpho qui nobis propositus est, aliquid dicamus. Quo in loco illud plane profiteor me de hostium copiis et viribus

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

nihil oratione mea detracturum, sed omnia exposituram magna cum fide. Atque inde exordior. Exercitus ille hostilis, illa hominum multitudo infinita, non tanti roboris est quanti vel nonnulli putant, vel a nobis superari facillime non possit. Magna ejus pars milite tumultuario constat et turba collectitia. Nulla jurisjurandi religione adacti sunt, nulla mercede conducti. Levissima corpora, laboris impatientissima : prædam, non exercitum sequuntur, qua si paulo diutius caruerint, domum velocissime redeunt. Nullam præstant in bello operam, nullum servant ordinem : latrones, sicarii, militaris disciplinæ penitus expertes, et qui facilius vinci possint, quam vincere sciant. Illud sane prorsus comparatum habemus, septuaginta duntaxat esse hominum millia, qui stipendia ex publico ærario faciant. Sed audite me, quæso, parumper æquo animo. Ex eo septuaginta millium hominum numero, præter quindecim vigintive millia, ad summum, qui imperatoris sui latus custodientes, quotidianam mercedem capiunt, reliqui omnes sociorum provincialium tributis in bello sustentantur; quæ sane tributa adeo exigua sunt, adeo suppeditantur tenuiter, ut toto anno vix quatuor mensibus mercedem accipiant. Ex re factum videtis ut nullam expeditionem quadrimestri diuturniorem sustineat, sed eos omnes dimittat, quoniam provinciæ pecuniam amplius non subministrant. Qua rerum penuria coactos Byzantii sæpe vidimus, cum dimitterentur, et equos, et arma, et vestes vendidisse, ut domum pervenire possent. Hoc robur hostilis exercitus, hæc magnitudo, hic mirandus ille peditatus et equitatus. Quod si Christianus exercitus, illius fines populando, eum toto anno exercitum in armis habere coegerit, aut a suis destitutus cum exigua manu ad pugnam impelletur, ubi facillime superari queat, aut illis ipsis pecuniis quæ in ejus privatum ærarium conferuntur, totum exercitum alat necesse erit : quod quidem præstare diu non poterit. Neque enim, ut temere nonnulli jactant, immensa est illi pecunia. Siquidem ex iis qui in illius negotiis gerendis versati sunt, plane cognitum est non amplius quam viesies centena aureorum millia ex omni redditu summa ad eum deferri : unde et viginti illa millia peditum liberaliter sustentat, pro corporis sui custodia, et sumptibus domesticis, qui maximi sunt, satisfacit. Si quid præterea superest, id omne ad arma, machinas, tormenta bellica penitus convertit, ut neque conflandi thesauri, neque conducendi militis ei facultas præbeatur. Quod autem tam effeminata multitudine, tam exiguis viribus, tot imperia subjugaverit, non mirandum magis quam dolendum est. Nullum enim habuit hostem : facile admodum fuit vincere non resistentes. Date signum belli : jam facile perspicietis eorum ignaviam. Ut enim cedentes vehementer insequuntur, ita insequentes celeriter fugiunt. Castra castris conferre non audent; et, ut illud repetam, victoria est in manibus, modo velitis. Nulla enim belli gerendi facultas vobis deest. Adest imperatorum virtus, militum numerus et potentia. Sunt pecuniæ vobis, sunt, Italiæ principes, quas non minus hoc tempore in publicum conferre debetis, quam privatam quisque salutem, leges, patriam charam habet. Debet unusquisque, diligenti rerum suarum ratione habita, tantum erogare quantum potest. Audio Byzantinos a nonnullis accusari, quod in salute communi privatæ pecuniæ parcentes, sua omnia hosti prodiderunt : in quo profecto gravissima culpa digni sunt, meritoque reprehenduntur. Id ne ipsi quoque committamus, cavendum est; ne quod in aliis turpe inutileque fuisse cognovimus et sentimus, imprudentissime sequamur. Comparato a nobis exercitu, quid est, quod victoriam lætaque omnia non portendat ac polliceatur? Aderit Deus Opt. Maximus, pro cujus pietate, gloria, fide amplificanda pugnabimus, cujus injurias ulciscemur. Iratus hosti est, nobis prosper, qui nostram hac in re operam et laborem non solum accipit, sed exigit, sed repetit, sed debitum sibi reddi jubet. « Ne timeas, inquit, a facie eorum, quia ego tecum sum ut eruam te. Ne timeas a facie eorum; nec enim te faciam timere vultum eorum. Bellabunt adversus te, et non prævalebunt, quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te. » Et ad Josue : « Ecce ego dedi in manus tuas Jericho, et regem ejus, omnesque fortes viros. »—« Si Deus pro nobis, ut inquit Apostolus, quis contra nos? » Ipse efficiet ut unus persequatur mille, et duo fugare possint decem millia. At nos longe numerosiorem exercitum in bellum ducere possumus, quam hostis habeat. Quid, si ille plures etiam homines habeat? an victoriæ cursus retardabitur? quasi vero non plerique exercitus multitudine infiniti, parva admodum manu sæpenumero fusi fugatique fuerint et deleti. Xerxis exercitus, Mardonio duce, cum ter centum hominum millibus ab octoginta Græcorum millibus direptus ac trucidatus est. Ducenta Cimbrorum millia Marius delevit octoginta millibus hominum. Rursus cum Catulo centum et quatuor millia necavit. In Thessalia Pompeius cum quadraginta millibus peditum, equitum sexaginta, cum totius Orientis auxiliis, cum omni nobilitate, a Cæsare fugatus est, et exutus castris, qui triginta peditum millia, mille equites habebat. Quid infinitas Tigranis copias commemorem a Lucullo, parvo exercitu, superatas? Hæc nimis vetera, et fabulæ fortasse quam historiæ propiora videntur. Quid nostra memoria? Nonne hostes nostri paucorum virtute sæpius victi, fugati, cæsi fuerunt? Omitto de iis victoriam insignem Laodislai, Pannoniæ regis, qui, ut olim a nobis dictum est, cum quatuordecim hominum millibus (qui enim plus tradunt, decem et octo millia non excedunt) aperto Marte.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

justa acie signis collatis cum hoste dimicavit, exercitum profligavit, ac longe lateque fudit, imperatore vulnerato : ac nisi victoriam avidius persecutus esset, mortique sese objecisset, profecto Christianus orbis Europam omnem retineret. Hæc omitto. Ad recentiora nostra festinat oratio. Quid dicam de insigni triumpho illius Christianæ multitudinis quæ, nullo duce, crucis tantum signo armata, Turcorum exercitum omnem munitissimo Amderalba oppido potitum, intra mœnia stricto ense discurrentem, magna cæde victum ejecit, ipso isto imperatore graviter vulnerato, ac impedimentis omnibus in potestatem redactis? Id autem ne semel accidisse videretur, cum impius sceleratusque hostis Pannoniam omnem inferiorem occupasset, omniaque armis complesset, et, præsidiis inclytus, regiique animi et excelsi, Pannoniæ superioris rex, parva admodum manu expugnato Javicia oppido et natura et arte munitissimo, maximas Turcorum copias fudit, partemque provinciæ suo adjecit imperio.

Cum quo hoste nobis res sit, facile videtis, Italiæ principes. Cum quo? inquies. Qui multitudinem inconditam habet atque imbellem, qui hominum numero nos quidem non superat, virtute vero vincitur; de quo parvi nostrorum exercitus sæpenumero triumpharunt. Id autem minime mirandum est. Longe enim fortius et constantius pugnant, qui pro morte servituteque propulsanda dimicant, quam qui prædam spoliaque sectantur. Nam illi parum amittunt, si victoria non potiuntur : his vero cuncta pereunt, si segnius rem gerant. « Pugnent, inquit Lacedæmonius, ut morituri, et non morientur. » Itaque cum adeo necessaria nobis concordia sit, præstantissimi principes, cum alias, tum hoc tempore in primis, et ad privatas fortunas tutandas, et ad communem defendendam salutem, concordiam amplectamur omni studio et consensu. Bellum justissimum, maxime gloriosum, atque utile ad pacis ornamenta retinenda, et ad Dei Opt. Max. injurias ulciscendas, pietatemque propugnandam, suscipiamus. Ornemus Italiam victoria amplissima et hostium spoliis, quæ in manibus sunt, ut nos nostraque omnia metu in perpetuum ac periculo liberemus.

V.

Ejusdem ad eosdem persuasio ex auctoritate Demosthenis.

Hæc a nobis pro communi omnium salute disputata, utinam eo studio a vobis suscipiantur, illustrissimi Italiæ principes, quo a nobis dicta sunt, et inhærcant animis vestris, atque persuadeant, ut nullis amplius adhortationibus nullisque rationibus opus sit, sed re ipsa et opera ad defensionem nostram et hostium propulsationem exeitemini. Quod nunc facilius fieri posse cogitavi, si consiliis meis vires aliquas adhiberem, et auctoritate alicujus viri excellentis ea plane confirmarem, atque aliquem ex veteribus, et sapientia ornatissimum, et amplissimum auctoritate in medium adducerem, qui plane testaretur sese olim in tali causa qualis nostra est, eadem cum sensisse, tum monuisse suos cives, quæ a nobis, et apud Pontificem Maximum in senatu sæpenumero disputata sunt, et nunc litteris mandata. Venit autem in mentem Demosthenem, philosophum excellentissimum, et oratorem adeo omni laude cumulatum per tot sæcula, ut quem cum eo conferas exstiterit nemo, in eadem incidisse tempora, eamdem perorasse causam, denique nihil habuisse, quod rei nostræ non conveniat, præter nomina hominum sui temporis. Itaque cum hujus et auctoritatem graviorem, et orationem magis appositam ad persuadendum existimarem quam verba mea, constitui ut ipse dicat sententiam. Olynthus Thraciæ urbs opulentissima erat. Philippus, Alexandri Magni Macedonum regis pater, cum in Græciam universam impetum facere decrevisset, statuit ad eam rem attinere ut Olynthum primo in ditionem redigeret. Movet arma in eam; depopulatur agrum. Olynthii legatos mittunt opem imploratum ab Atheniensibus. Demosthenes suadet opitulandum esse, ne Philippus, ad Græciam occupandam animi infiniti et vasti, Olyntho capta, Athenienses ac reliquam Græciam opprimat. Ita enim tunc Græciæ Philippus imminebat, ut nunc Turcus Italiæ. Sustineat igitur Philippus Turci personam, Itali Atheniensium, nos Demosthenis. Jam facile intelliges totam orationem causæ nostræ convenire.

Demosthenis oratio pro ferenda ope Olynthiis adversus Philippum, regem Macedonum.

Grandi pecuniæ vos profecto anteposituros arbitror, Athenienses, si planum fiat, quidnam reipublicæ utile futurum sit; qua de re nunc a vobis deliberatur. Quod cum ita se habeat, vestrum est eos attente audire velle, qui sententiam dicere statuunt. Non solum enim si quis utile aliquid excogitatum in medium attulerit, id, cum audieritis, accipietis; verum etiam quod vestra fortuna accidere existimo, multa opportuna nonnullis ex tempore in mentem venient dicenda, ut ex omnibus optio nobis detur eligendi quod vobis sit usui futurum. Enimvero præsens temporis occasio, voce propemodum emissa, rebus illis opitulandum esse inquit, si quidem earum salus nobis curæ est. Nos vero, nescio quo pacto, ad hæc videmur affecti. Quæ autem ego agenda censeo, hæc sunt : auxilia statim decernenda ac instruenda quam celerrime, ut hinc opem feratis, ne idem quod olim patiamini; legatos mittendos, qui hæc renuntient, et rebus gerendis intersint. Etenim illud maxime verendum est ne, cum Philippus vafer et ad negotia obeunda callidus sit, modo cedendo cum res postulabit, modo interminando (dignus sane fide merito haberetur), modo vos vestramque absentiam calumniis insectando, aliquid de summa rerum pervertat atque convellat. Atqui quod in rebus Philippi

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

permunitum videtur, vix ut oppugnari possit, idem et vobis percommodum est. Nam quod ille rerum omnium, nulla excepta, solus dominus sit, imperator, quæstor, ubique suis copiis præsit, ad res quidem bellicas mature conficiendas, et omnia in tempore gerenda longe superior est. Ad conditiones vero cum Olynthiis ineundas, cui rei mirifice studet, longe aliter se habet. Neque enim Olynthiis obscurum est sese hoc tempore non de gloria aut agri parte certare, sed pro excidio, pro servitute a patriæ cervicibus depellenda; neque ignorant quid in eos Amphipolitas egerit, qui ei patriam prodiderunt, quid in Pydnæos, qui eum terra receperunt. Demum tyrannidem rem infidam et suspectam liberis civitatibus esse existimo; præsertim si agros finitimos habeant. Itaque et hæc non ignorantes, et cuncta alia considerantes, diligenter dico nos oportere incitari velle, belloque gerendo, si unquam, nunc certe maxime incumbere, pecunias haud segniter conferendo, per nosmet exeundo, nihil prorsus omittendo. Neque enim aut ratio, aut excusatio ulla vobis amplius relicta est, quin quæ agenda sunt peragatis. Num quod cuncti fremebatis quondam Olynthiorum animos Philippo infestos reddendos esse, ultro evenit, et sua se sponte obtulit; atque id eo maxime modo quo vobis conducit. Si enim, vobis suadentibus, bellum suscepissent, fidei sane dubiæ habendi essent socii, et ad aliquod usque tempus, non semper, id decrevisse fortasse viderentur. Cum vero injuriis ab illo lacessiti, odio hominem persequantur, constantes eos inimicitias gesturos cum propter metum, tum propter offensas verisimillimum est. Non est igitur oblata occasio prætermittenda, Athenienses, neque patiendum quod superiori tempore sæpenumero passi estis. Num si cum olim rebus Euboicis auxiliati reversi sumus, et ad hæc ipsa subsellia Hierax et Stratocles Amphipolitæ aderant, hortantes ut maritimo apparatu profecti, urbem suam acciperemus, idem pro nobis ipsis studium præstitissemus, quod pro Euboicorum salute, et tunc nimirum Amphipolis in ditionem nostram venisset, et nunc molestia omni careretis, quæ inde consecuta est. Rursus si cum Pydnam, Methonem, Potidæam, Pagasas, reliqua, ne in singulis diutius immorer, obsideri afferebatur, alicui ex iis cito, et, ut res postulabat, opem ferre aggressi essemus, faciliore profecto Philippo et humiliore uteremur. At vero, dum præsentes rerum occasiones abjicimus, dum futura prospere sua sponte eventura putamus, auximus Philippum nos ipsi Athenienses, tantumque ipsum reddidimus, quantus unquam rex Macedonum exstitit nemo. Nunc autem sese exhibet occasio. Quænam? inquies. A rebus Olynthiacis sua sponte vestræ civitati, quæ nulla in re primis illis inferior est. Equidem, si quis res, quæ nobis divinitus datæ sunt; æquitate adhibita, supputare voluerit, quanquam pleraque non satis commode accidisse videntur, tamen eum magnas diis gratias merito habiturum existimo. Quod enim multa bello, jure optimo desidiæ nostræ ascripseris: quod autem et jampridem id nos passi fuerimus, et nuper societas nobis exstiterit, quæ superiora omnia resarcire valeat, modo ea uti velimus, deorum immortalium benevolentiæ erga nos acceptum referendum plane affirmaverim. Verum hoc perinde esse arbitror, atque in pecuniarum possessione contingere solet. Si enim quascunque quis acquisierit, eas servat incolumes, ingentes habet fortunæ gratias. In rebus idem. Qui occasione non recte usi sunt, ne commodi quidem, si quid deorum beneficio sunt consecuti, recordantur. Ex ultimo enim rerum eventu ante acta omnia plerumque pensitari solent. Quamobrem in reliquis valde prospiciendum est, ut eorum emendatione superiorum fastorum labem deleamus. At si hos etiam homines perdiderimus, Athenienses, et Olynthum præterea Philippus occupaverit, demonstret mihi quispiam, quid sit amplius impedimento futurum, quominus quo libido animi tulerit, contendat. Anne vestrum aliquis animadvertit, et rationem videt, qua Philippus cum initio pertenui in statu, repente magnus evasit? Amphipolim primo cepit, deinde Pydnam, iterum Potidæam, rursum Methonem, demum in Thessaliam invasit; deinceps Pheras, Pagasas, Magnesiam. Cunctis vero, ut libuit, constitutis, in Thraciam se contulit. Ibi, aliis ejectis regibus, aliis restitutis, adversa valetudine laboravit. Qua cum paululum levatus esset, non in segnitiem sese dedidit, sed Olynthios statim adortus est. Non dico nunc de illius expeditionibus adversus Illyrios, Paonas, Arymbam, et in quamcunque volueris provinciam. At, quispiam inquiet, quid nobis ista commemoras? Ut et cognoscatis, Athenienses, quantum detrimenti afferat rem semper aliquam singulatim sinere prætilabi. Et plane advertatis Philippi in rebus agendis studium acerrimum, et curam assiduam cum qua pariter vitam ducit, ob quam rebus a se gestis minime contentus, deinceps fieri non poterit, ut in quiete permaneat. Quod si ille majus aliquid semper molliendum decreverit, vos contra nullam rem fortiter obeundam judicaveritis, quem tandem rerum exitum sperare debemus? Prok Deum fidem! quis vestrum adeo tardi ingenii est et inconsulti, qui, si neglexerimus, bellum huc conversum iri nesciat? Quod si evenerit, equidem vehementer timeo ne, veluti fenerati, qui facile ex magnis fœnoribus brevi tempore in rerum copia versati, postremo bona omnia funditus amiserunt; ita nos ignaviæ dediti, et ad libidinem cuncta quærentes, tandem vel inviti multa et gravia subire cogamur, et de iis, quæ nostro in agro sunt, periclitari. Atqui reprehendere, inquies fortasse, et facile, et cujusvis est, sed de præsenti negotio quidnam agendum sit edocere, senatoris. Ego vero, etsi compertum habeo vos, cum præter sententiam et spem aliquid evenerit, non malis auctoribus, sed iis qui sententiam ultimo loco dixerint, irasci solere, non tamen propter privatæ securitatis rationem mihi silentio prætereunda arbitror, quæ vobis profutura existimo. Dico igitur vos bifariam rebus opitulari oportere, partim oppida agrumque Olynthiorum tu-

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

tando, emissis militibus qui id præstent, partim fines Philippi cum terrestri exercitu, tum classe maritima incursionibus depopulando. Nam si alterum utrum neglexeritis, vereor ne tota expeditio frustra temereque a nobis suscepta sit. Sive enim vos illius agrum vastetis, idque interea sustineat, et Olynthum vi capiat, victor in patriam reversus, facile injurias ulciscetur : sive subsidiis duntaxat Olynthio mittatis, ille fines suos periculo carere animadvertens, acrius rem urgebit, temporisque diuturnitate obsessos in potestatem rediget. Itaque et firma et bipartita auxilia mittenda sunt. Hæc in ope ferenda fieri oportere statuo.

De facultate vero pecuniæ inveniendæ sunt nobis pecuniæ militares, sunt nobis pecuniæ, Athenienses, et quidem tot, quot mortalium nemini. Fas autem vos, ut libet, accipiatis. Eas certe si militibus reddetis, nullæ vobis desunt præterea : sin minus, præterea desunt ; imo vero omnes penitus inveniendæ sunt. Quid, inquies, refersne tu ad senatum eas pecunias militares esse debere? Minime, mehercule ! Ego vero milites instruendos esse censeo, et pecunias quæ iis subministrandæ sunt, militares esse ; mutuumque esse oportere præstare operam, et pecuniam accipere. Vos autem, nescio quo pacto, eas per otium ad dies festos accipitis. Quare video reliquum esse ut cuncti pecunias in publicum conferatis, si multis opus est, multas, sin paucis, paucas. Enimvero pecuniis opus est : opus, inquam, est pecuniis, sine quibus nihil opportunum effici potest. Commemorant alii etiam alias comparandæ pecuniæ rationes ; ex quibus eam diligite quam vobis conducere existimetis, atque dum commodum est rem aggredimini. Sed est æquum considerare rationeque colligere, quo in statu res Philippi hoc tempore versentur. Nam neque ut vel videntur, vel quispiam æstimaret, qui eas parum diligenter inspexisset, satis belle se habent, neque eo pacto quo se haberent si optimo in statu essent. Nunquam sane arma movisset Philippus, si manum sibi conserendam putasset. Sed ut initio, ita deinceps facile omnes, prosperosque rerum eventus speravit. At ea deceptus est opinione. Quod cum præter expectationem primum acciderit, valde ipsum perturbat, non mediocremque ejus animo sollicitudinem affert. Accedunt res Thessalorum, quæ cum semper infidæ omnibus natura fuerint, maxime veluti erant, nunc etiam isti sunt. Nam Pagasas ab eo repetere decrevisse dicuntur, et Magnesiam mœnibus cingi prohibuerunt. Equidem ex quibusdam audivi eos non amplius permissuros ut vel portorii vel fori redditus percipiat ; cum scilicet ex iis rempublicam Thessalorum administrari oporteat, non Philippo aliquid provenire. Quibus pecuniis si privatus fuerit, in maximam profecto alendi exercitus difficultatem adducetur. Denique Pæones et Illyrici, ac omnes alii hujuscemodi homines suis legibus uti, in libertate vivere libentius quam servire velle existimandi sunt, quippe qui nunquam alteri parere consueverunt. Ac ille quidem, ut aiunt, valde contumeliosus est, quod sane minime mirandum videtur : nam feliciter agere præter meritum, insaniendi causam dementibus præbet. Quamobrem partas opes tueri, quam initio eas quærere plerumque difficilius judicatur. Vestræ igitur partes sunt, Athenienses, has temporum illius difficultates, vestram ducere occasionem, statimque rem suscipere, et legatos mittendo quo mittendi sunt, et in militiam exeundo, et alios omnes hortando. Illud, quæso, animis vestris parumper concipite. Si Philippus talem adversus nos occasionem arripiat, juxtaque fines vestros bellum geratur, qua tandem cum alacritate eum huc impetum facturum putatis ? At nos non pudet ; et quæ pateremini si ille posset eadem, cum facultas sit, inferre non audebitis ! Neque vos lateat, Athenienses, vobis hodie statuendum esse, utrum illic vos, an ille hic bellum gesturus sit. Si enim res Olynthiorum resistent, vos illic belligerabitis, et illius agrum damno afficietis, simul agri vestri fructus secure percipietis. At si Philippus regionem illam occupaverit, quis eum tandem, quominus huc perveniat, arcebit ? Thebani ? At quod nobis nimis acerbe dictum videri, una etiam ipsi paratissime irrumpent. Phocenses ? scilicet qui se domi tueri nequeunt, nisi vos, aliusve opituletur. At, inquies, nolet fortasse. Absurdissimum sane fuerit, si quæ, quamvis amentiæ arguatur, tamen jactare non desistit, ea ipsa cum demum possit, efficere nolit. Porro quantum intersit bellumne hic an illic geratur, equidem nec verbis opus esse arbitror. Nam si triginta duntaxat diebus vos in castris morari necesse fuerit, et quæcunque ad usum exercitus necessaria sunt ex agro vestro percipere, nullo, inquam, prorsus hoste in agro versante, plus sane detrimenti agrorum dominos inde capturos existimo, quam omnia illa essent, quæ in superioris belli apparatum consumpta fuissent. Quod si bellum aliquod huc ingruerit, quanta, vos obsecro, jactura res vestras affectum iri putatis ? Accedet contumelia et rei turpitudo, quam nemo sapiens ullo damno leviorem duxerit. Itaque, his omnibus consideratis, cuncti opitulari et totam belli molem illuc convertere debent : locupletiores ut pro multis, quæ recte possident, paucis erogatis, reliquis libere et securius fruantur ; juvenes vero, ut rei militaris disciplina in Philippi agro eruditi, ad rem suam familiarem incolumem tutandam formidolosi custodes efficiantur ; denique oratores, ut rerum a se gestarum rationes facilius reddere possint. Qualis etenim fuerit rerum vestrarum conditio, tales in eos judices futuri estis. Omnium vero gratiam vobis bene et feliciter evenire opto.

Hoc est, inclyti Italiæ principes, summi illius ac sapientissimi viri Demosthenis consilium, non alienum a nostro ; hæc illius sententia quam simillima nostræ ; hæc Atheniensibus solum adversus Philippum Macedonem, sed omnibus Italiæ populis, sed universis Christianis adversus Turcorum tyrannum, nostræ religionis truculentissimum hostem, prædicere hæc proponereque videtur. Conditioni præsentis temporis, quæ loquitur, accom-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

modata sunt omnia, et ad hunc quem cernimus rerum statum mirifice quadrant. Sequamur igitur tanti viri consilium, qui cum in omni doctrinæ genere, tum vel maxime in civilis disciplinæ scientia fuit exercitatus, et in communis hostis excidium insurgamus. Commune existimemus imminere periculum; commune bellum aggrediamur non ignave, non lente, non parce, non ut fieri, cum de re aliena certatur, consuevit, quemadmodum hactenus factum est; sed fortiter, sed celeriter, sed liberaliter, sed ut fieri in proprio discrimine mos est. Tantum quisque in hac re conferat, principes Christiani, quantum pro salute imperii sui, quoties res exegit, non dubitavit effundere, et quantum diligenti ratione habita, uniuscujusque vires et facultates patiuntur. Non unius alteriusve hic opus est. Hostem habemus fortissimum, potentissimum, acerrimum, cervicibus vestris imminentem. Satis superque negotii omnibus simul erit. Sed nec exteræ Christianorum gentes nobis deerunt, dum nos viderint nobis ipsis non deesse. Aderunt, favebunt, suppetias ferent. Neque nos deseret Salvator noster Christus Jesus, sed audiet nos atque exaudiet, modo nos viderit digne ea, quæ decent, facientes, opem suam implorare. Nam, ut præclare alibi Demosthenes inquit, non modo Deus, sed ne amicus quidem rogandus est, ut dormitanti cuiquam aut desidi præsidio sit. Enimvero si hæc, quæ diximus, faciemus, non modo tutari quæ supersunt, sed etiam quæ perdita sunt recuperare cœlesti præsidio poterimus. Alioquin magno discrimini res Italicas exponemus. Et ut cum ea disjunctiva orationem terminem, qua superioribus diebus, audita tum primum Chalcidis obsidione in pontificio senatu usus fui, ut omnis Italia, compositis ac pacatis rebus, et omni simultate deposita, omnium viribus in unum collatis, Deo Opt. Max. duce, Turcorum vires conteret atque infringet; aut si quod duodeviginti jam annis post Byzantii excidium experti sumus, inanibus duntaxat verbis ac vanis pollicitationibus vacabimus, brevi tempore universa Italia..... sed compesco labellum, nec id exprimam, quod auditu quoque dirum atque horribile est.

Quare ut gravissima declinemus periçula, atque optatam victoriam consequamur, vos omnes, principes populique Christiani, ut omni ad id studio incumbatis, quantis maximis possum precibus, oro atque obtestor (1).

BESSARIONIS S. R. E. CARDINALIS

EPISTOLÆ.

I.

Bessarionis, episcopi Sabini, cardinalis Nicæni ac patriarchæ Constantinopolitani, ad Paulum pontificem maximum, de errore Paschatis (2).

Non dubium est, beatissime Pater, in resurrectionis Paschate celebrando errorem aliquando committi: nonnunquam octo dierum, quandoque unius mensis et amplius, ut hoc anno 1470 eveniet; hoc tamen raro accidit. Duabus de causis error exsistit; altera ex lunationibus, altera ab æquinoctio. Nam sancti Patres nostri Pascha nostrum celebrari voluerunt primo, post æquinoctium veris, secundo, post quartumdecimum diem primæ lunæ post æquinoctium vernale; tertio, non cum Judæis; quarto, die Dominico post Judæorum Pascha. Quæ omnia ut rite serventur apertaque sint et cognita vel iis qui scientiæ astronomicæ non sunt periti, tabulam quamdam, sive canonem ediderunt, in quo singulis annis reperitur prima post æquinoctium oppositio lunaris, quo tempore debet esse Pascha Judæorum, ac dies septimanæ in quem cadit ejusmodi lunæ oppositio, ac deinceps dies Dominicus, quo Pascha nostrum celebrari oportet, quod usu evenit per calculationem 19 annorum lunarium; veteres nam astronomi lunam 19 annorum spatio ad idem signum circumagi, unde incepit, existimarunt. Nititur præterea hæc tabula opinione illa de æquinoctio, quod scilicet vernale æquinoctium 300 annorum intervallo eodem die mensis Martii fieri contingeret, quorum neutrum verum est. Nec tamen mirandum, si tanti viri in ejuscemodi re lapsi sunt; nam et si astronomi veteres eam scientiam optime tenuerint, tamen non attigerunt veritatem omnem motus cœlestis, non sua quidem ignorantia decepti, sed rerum cœlestium natura superati. Astronomia enim, cum non plane veritatem assequatur, sed propius accedat, ut philosophi affirmant, quo plures obser-

(1) Descriptor hæc addidit.

Lector, judicium meum requiris.
Hic Demosthene non minor, Latinis
Haud est inferior. Quid ipse? Quod tu.
Vivat Nestoreos dies, rogamus.

(2) Zaretti, Catalog. biblioth. S. Marci Venet., p. 196.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

vationes cœlestium motuum complectitur, eo magis per illorum comparationem ad veritatem tendit; qua de causa posteri propius semper accesserunt, cum plures habuerint observationes. Etenim Ptolemæus, astrorum scientia eruditissimus, qui primus eam absolute tradidit, augem solis immobilem esse putavit, quem tamen posteriores moveri sentiunt, veluti sphæra non erratica movetur, quod verum est. Eamdem præterea sphæram Ptolemæus uno gradu moveri ait annis centum ab occidente in orientem; posteriores vero paucioribus. Idem et in re de qua agitur; quamvis antiqui lunam incipientem primo anno, verbi gratia, a primo gradu Arietis, postea expleto 19 anno iterum ad idem signum reverti putaverint; non tamen verum est; nam 76 anno deerit ei una omnino quarta pars diei ad idem principium attingendum, ita ut 303 annis unius diei spatio sit adfutura; inde nimirum error manavit de Paschate nostro per totam nonnunquam septimanam. Facimus nam Pascha una septimana tardius, qua in re error est qui ex aureo numero provenit; nam lunationes istas sequitur. Ad hæc nos agimus annum secundum Romanorum consuetudinem dierum 365 ac unius quarti; ita ut quartus annus semper dies 346 comprehendat; unde bissextus deducitur, et inde solaris annus, ac verus non sit tantus, sed major 300 vel 200 unius diei parte; propterea vel 300 quoque anno, vel 200, ut juniores acutius intellexerunt, æquinoctium uno die retrocedit; ex quo evenit ut in Paschate nostro error sit unius aliquando mensis et amplius, ac mense post celebremus Pascha quam deberemus, quemadmodum hoc anno, id tamen raro accidit. Quare planum est aurei numeri ac lunationum istorum 19 annorum veterem ac perpetuam observationem causam esse hujus inveterati erroris; idcirco ab iis, et eorum via ac regula discedendum. At si quis huic rei apte consulere velit, oportet ut calculet denuo istas lunationes, novamque tabulam conficiat, per quam æque docti atque indocti Pascha reperiant; sed non diu erit utilis. Nam post annum 300 rursus uno die errabit, et eodem modo deinceps. Erit præterea admodum difficile, ut Christianis omnibus cujusque nationis et sectæ hoc sit cognitum, hoc nam tempore cuncti Christiani nationis omnis, sectæ et hæresis, de Paschatis die conveniunt, eodemque die omnes celebrant, quod pulchrum et honestum est. Si vero mutabitur, illi non recipient, et sequetur confusio, ut, aliis Christianis jejunantibus, alii paschalibus gaudiis indulgeant; ac homines, etsi non catholici omnes, tamen a Christo Domini appellati variis diebus Pascha celebrent. Mandare præterea, ut Christiani lunationes sequantur, ac primo die Dominico post primam oppositionem lunæ, factam post æquinoctium vernale, Pascha faciant, difficile erit; præsertim rerum cœlestium ignari. Quisnam in vicis parvisque oppidis, ubi non est doctorum hominum copia, scire posset quando erit novilunium? quando oppositio? Aut quid difficilius est et magis varium quando sit æquinoctium? Errabunt omnes et dissentient. Præterea hic error nihil mali affert; cum enim in Paschate celebrando quatuor sint servanda, ut dictum est: ut fiat post æquinoctium vernale; post primum plenilunium post tale æquinoctium; non cum Judæis; die Dominico post Pascha Judæorum. Omnia hæc, aut certe magis necessaria per hanc tabulam servantur, et quamvis erremus celebrando Paschate, nonnunquam tardius aliquibus diebus; tamen hic error facit nos diligentius servare tertiam conditionem quæ admodum necessaria est, ut scilicet non cum Judæis celebremus. Tanto enim magis ab illis discedimus, quanto tardius agimus. Itaque nihil immutandum videtur, ob eas rationes, quæ supra commemoratæ sunt.

II.

Ad Paulum II Pontificem Maximum in librum de processione Spiritus sancti Proœmium (1).

(Extat supra, col. 319.)

III.

Ad Græcos. Exhortatur eos ad obedientiam sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ et susceptionem synodi Florentinæ. Et de electione sua in patriarcham Cpolitanum (2).

(Vide supra, col. 447.)

IV.

Ad capitulum, canonicos et capellanos ecclesiæ Duodecim apostolorum de Urbe. — Eis statuta et constitutiones mittit.

(Vide supra in Appendice ad Vitam Bessarionis.)

V.

Ad Guillelmum Fichetum, doctorem Sorbonicum — Orationes mittit a se ad principes Italiæ directas de periculis Italiæ imminentibus et decernendo bello contra Turcas.

(Præmittitur orationibus prædictis, col. 641.)

VI.

Ad Pædagogum liberorum Thomæ despotæ.

Εὐγενέστατε ἀνερ καὶ ἡμῶν φίλτατε φίλων, ἐδεξάμην καὶ πρότερον καὶ νῦν διὰ τοῦ Ἑρμητιανοῦ γράμματα τῆς εὐγενείας σου, πρὸς ἃ οὐκ ἀπεκρινάμην, ἀναμένων ἵνα γένηταί τις ἀποκατάστασις εἰς τὴν πρόνοιαν τῶν αὐθεντοπούλων. Ἐπειδὴ οὖν νῦν ἐγένετο, νῦν καὶ γράφω. Παραμυθεῖσθαι

Vir nobilissime et amicissime, accepi tum prius, tum nunc per Hermetianum litteras tuas, ad quas non respondi, quoniam exspectare statueram, donec rebus adolescentum principum consultum foret. Quod cum jam factum sit, nunc ad te scribo. Consolari vos et principes de morte acerbissima beati

(1) Zanetti Catalog., p. 76.

(2) Arcud. *Opusc. aurea.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

illius et sancti despotæ, non est hujus loci : quare A hujus rei veniam a te peto. Scito autem, sanctissimum papam, amicorum quorumdam auctoritate et sua ipsius benevolentia commotum, statuisse, principibus mensibus singulis nummos aureos trecentos pendere, quos hucusque beato despotæ pendebat. Vult autem, ac decrevit sanctissimus papa, ut ducenti nummi singulis mensibus æqualiter distribuantur tribus fratribus, ut impendantur ad alendos ipsos et sex septemve singulorum ministros ; ad emendos et alendos quatuor minimum equos, ad ministrorum stipendia et principum vestimenta, quæ pulchra sint necesse est, et de cujusvis portione aliquantulum comparcitor, ut habeant, quo utantur, si forte in morbum vel alias angustias inciderint. Atque hæc quidem omnino B ita fieri, nec fieri quidpiam aliter, jubet. Reliqui autem centum nummi aurei singulorum mensium, vel mille et ducenti totius anni, impendantur in stipendia procerum aliquot et hominum elegantium, qui cum principibus vivant et consuetudinem habeant, iis serviant et eos custodiant. Certior autem factus sanctissimus papa, quot huc advenerint, miratus est et subirascitur. Si enim beatæ memoriæ principem, talem virum mirati sunt et vituperarunt, quod tot huc ministros adduxisset, quos pecunia et liberalitate aliena sustentaturus esset, quanto magis nunc, cum alii plures huc immigrarint, principibus præsertim pueris et orbis succensendum est, qui nec dignitate, nec titulis, C nec fama nobiles sunt ! nec iis irascuntur solum, sed vetant etiam, vel unum teruncium supra pecuniam decretam impendi, mandarunique mihi monerem, ut accurate hæc fierent neve quidquam immutaretur, quemadmodum alias factum est nonnunquam. Quare necesse est, vir nobilissime, tibi et Critopulo medico V. Cl. nunc quidem curæ sint res principum : atque eligemus nos præterea, qui eas administret et strenue regat. Deinde singulari hic consilio deliberabitur, qui locus domicilio iis assignandus sit. Ac quantum quidem statim discerni potest, maxime opus sunt, quorum deesse nemo poterit, primum medicus, deinde magister Græcus, tum magister Latinus, postremo interpres. Ili igitur plane necessarii sunt, et omnino deesse non D possunt. Præterea opus est uno vel duobus sacerdotibus Latinis, qui perpetuo canant liturgiam Latinam. Etenim pueros Latino more vivere oportet, id quod etiam ipse pater eorum voluit. Itaque qui eos comitabuntur proceres, videant necesse est, ne principes ex Ecclesia secedant propter commemorationem papæ, quemadmodum in itinere factum est. Nam si ex Ecclesia secedant, eos e Francia quoque secedere oportet. Nemo enim hominem tolerat, qui se impium et hæreticum appellet et manifesto fugiat. Quare ii, quos necessarios esse dixi, suum judicanto curare, ut ita fiat. Præterea volo et illis commendo, ut videant, quantum relinquatur de florenis mille et ducentis.

μὲν καὶ ὑμᾶς καὶ τοὺς αὐθεντοπούλους διὰ τὴν ἀφόρητον λύπην τοῦ μακαρίτου ἐκείνου καὶ ἁγίου δεσπότου οὐκ ἔστι τοῦ παρόντος καιροῦ· διὸ παραιτήσομαι τοῦτο τὰ νῦν. Γίνωσκε δὲ ὅτι ὁ ἁγιώτατος πάππας διὰ παρακλήσεως φίλων τινῶν καὶ οἰκείας καλοθελείας ἔταξε νὰ δίδῃ κάθε μῆνα τὰ αὐθεντόπουλα δουκάτα τριακόσια, ὥσπερ ἔδιδε καὶ τῷ ἁγίῳ δεσπότῃ. Θέλει δὲ καὶ ὁρίζει ὁ ἁγιώτατος πάππας ἵνα τὰ μὲν διακόσια κατὰ μῆνα νὰ εἶναι διὰ τὰ τρία ἀδέλφια ἐπίσης ἀνέγκιστα, νὰ ἐξοδιάζωνται εἰς τροφὴν ἐκείνων καὶ ἀνθρώπων ὑποχειρίων αὐτῶν μικρῶν, ἓξ ἢ ἑπτὰ τοῦ καθ' ἑνὸς, καὶ εἰς ἀγορὰν καὶ τροφὴν ἀλόγων τεσσάρων τὸ ὀλιγώτερον, καὶ εἰς ῥόγαν τῶν αὐτῶν ὑποχειρίων, εἰς ἐνδύματα τῶν αὐθεντοπούλων, νὰ εἶναι καλὰ ἐνδύματα, καὶ κάπου νὰ περισσεύῃ καὶ τίποτες τὸν καθ' ἕνα, διὰ νὰ βοηθηθῶσι κάπου εἰς ἀσθένειάν τους ἢ εἰς ἄλλην ἀνάγκην. Καὶ τοῦτο θέλει νὰ γένῃ ἐξ ἅπαντος, καὶ νὰ μηδὲν γένῃ ἀλλέως. Τὰ δὲ λοιπὰ ἑκατὸν δουκάτα τὸν μῆνα ἤγουν χίλια καὶ διακόσια τὸν χρόνον νὰ ἐξοδιάζωνται εἰς τινας ἄρχοντας καὶ καλὰ πρόσωπα, ὁποῦ νὰ εἶναι μετ' αὐτῶν νὰ τὰ δουλεύουν καὶ νὰ τὰ συντροφιάζουν καὶ νὰ τὰ φυλάττουσιν. Ἀκούσας δὲ ὁ ἁγιώτατος πάππας τὸ πόσοι εἶναι αὐτοῦ, ὑπερεθαύμασε καὶ καταγινώσκεταί μας· καὶ γὰρ ἐὰν εἷς τὸν αὐθέντην τὸν μακαρισμένον ἐκεῖνον τοιοῦτον ἄνθρωπον ἐθαύμαζον πῶς εἶχεν ἐδῶ τόσους καὶ ἐκατηγόρουν τὸν ὅτι εἰς τὴν ξενιτείαν νὰ τρέφῃ τόσους μὲ ξένα δουκάτα καὶ ξένας ἐλπίδας, πόσῳ μᾶλλον τώρα, ὁποῦ ἦλθον καὶ ἄλλοι πλειότεροι παρὰ ὁποῦ ἦσαν ἐδῶ, καταγινώσκοντές των καὶ κατηγοροῦσί των, καὶ μάλιστα εἰς αὐθεντόπουλα νέα καὶ ὀρφανὰ, ὁποῦ οὔτε ἀξίωμα οὔτε ὄνομα οὔτε φήμην ἔχουσι; Καὶ οὐ μόνον καταγινώσκουσί τους, ἀλλ' οὐδὲ βούλονται νὰ ἐξοδιάζωσιν ἕνα τορνέσιν πλέον, καὶ ἄμποτες μᾶς ἔταξιν νὰ τὸ φυλάξωσι τελείως καὶ νὰ μηδὲν μεταβληθῶσιν, ὥσπερ ἐποίησαν καὶ ἄλλοτε. Δι' αὐτὸ εἶναι χρεία νὰ φροντίζῃ ἡ εὐγένειά σου μετὰ τοῦ ἀρχόντου τοῦ Κριτοπούλου τοῦ ἰατροῦ τοῦτο, ὁποῦ κατὰ τὸ παρὸν ἔχετε τὴν φροντίδα τῶν αὐθεντοπούλων. Ἐπαναστήσωμεν τίς νὰ τὰ διοικῇ, ἢ τίς εἶναι ἀναγκαῖος νὰ κρατηθῇ. Καὶ μετὰ ταῦτα θέλουσι μερισθῆν μετὰ βουλῆς ἐδικῆς μας εἰς ἐκείνους ὁποῦ θέλουσιν ἀπομένειν. Ἐμένα γοῦν προηγουμένως φαίνεταί με ὡς ἀναγκαιότατον ὁποῦ δὲν ἠμπορεῖ νὰ λείψῃ, πρῶτον ὁ ἰατρὸς, δεύτερον ὁ διδάσκαλος Ἕλλην, τρίτον ὁ διδάσκαλος Λατῖνος, τέταρτον ὁ δραγουμάνος· οὗτοι γοῦν εἰσὶν ἀναγκαιότατοι καὶ δὲν ἠμπορεῖ νὰ λείψωσιν. Ἔτι δὲ καὶ εἷς ἢ δύο παππάδες Λατῖνοι εἶναι ἀναγκαιότατοι διὰ νὰ ψάλλωσι λειτουργίαν Λατινικὴν συνεχῶς. Εἶναι γὰρ χρεία νὰ ζῶσι τὰ παιδία Λατινικῶς, ὥσπερ ἐβούλετο καὶ ὁ μακαρισμένος πατήρ των. Καὶ οἱ ἄρχοντες ὁποῦ θέλουσιν εἶσθαι μετ' ἐκείνους, εἶναι χρεία νὰ προσέχωσιν εἰς τοῦτο, νὰ μηδὲν φεύγωσιν ἀπὸ τὴν ἐκκλησίαν διὰ τὸ μνημόσυνον τοῦ πάππα, ὡσὰν τὸ ἐποίησαν εἰς τὴν στράταν ὁποῦ ἤρχεσθε, διότι ἂν φεύγωσιν ἀπὸ τὴν ἐκκλησίαν, εἶναι χρεία νὰ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

φεύγωσι καὶ ἀπὸ τὴν Φραγγίαν· οὐδὲ τινὰς γὰρ θέ- A
λει ἄνθρωπον ὁποῦ τὸν ὀνομάζει ἄπιστον καὶ αἱρετικὸν, καὶ ἀποστρέφεται τον φανερά. Ἀφ' ὅτου
γοῦν τοῦτοι οἱ ἀναγκαῖοι οὓς εἴπαμεν νὰ καταστα-
θῶσι καὶ στηθῇ τὸ μερτικόν των, τότε θέλει εἶσθαι.
Τοῦτο δὲ θέλω τὸ καὶ τάξειν ἐγὼ ἐδῶ καὶ θέλω τοὺς
καταστήσειν, τότε θέλετε ἰδεῖν τὸ ὑπόλοιπον πόσον
εἶναι καὶ πόσον ἀπομένει ἀπὸ τὰ ,ασ' φλωρία. Καὶ
τότε ἡ εὐγένειά σας ὅλοι ἀντάμα θέλετε ἀποκατα-
στήσειν τίς νὰ ἀπομείνῃ καὶ τί νὰ ἔχῃ ὁ καθεὶς μετὰ
βουλῆς ἡμετέρας. Ἐμένα οὖν φαίνεταί μου, ὅτι
ὅσον εἶναι πλείονες καὶ ἐλαφρώτεροι ὁποῦ μέλλουν
νὰ ἀρκεθοῦν μὲ ὀλίγον ὁ καθεὶς, εἶναι δὲ ἄλλως
χρήσιμοι, τόσον θέλει εἶσθαι κάλλιον, διότι θέλουσιν
ἔχειν τὰ παιδία πλείονα συντροφίαν καὶ πλείονα
δουλοσύνην καὶ πλείονα τιμήν. Ὅμως τοῦτο θέλο- B
μεν τὸ σκέψασθαι ἀντάμα, καὶ θέλομεν ποιήσειν τὸ
κάλλιον. Ἡ εὐγένειά σου εἶναι κατὰ τὸ παρὸν
ὥσπερ διοικητὴς τῶν παιδίων μετὰ τοῦ Κριτοπού-
λου. Εἶναι γοῦν ἀνάγκη πρὸ πάντων νὰ φροντίζετε
τὴν παίδευσίν των καὶ τὰ ἤθη των, νὰ γίνουν καλὰ
καὶ πεπαιδευμένα, ἂν θέλετε νὰ ἔχουν τιμὴν ἐδώ.
Εἰ δὲ μὴ, θέλουν τὰ καταφρονήσειν καὶ αὐτὰ καὶ
ἐσᾶς ἐδῶ, καὶ οὐδὲ στραφεῖν θέλουν νὰ σὰς ἰδοῦν. Μὲ
τὸν μακαρίτην τὸν αὐθέντην τὸν πατέρα τους ἐσυν-
τύχαμεν περὶ τούτου· καὶ ἐκεῖνος ἐβούλετο νὰ τὰ
ἐνδύσῃ καὶ νὰ ποιήσῃ νὰ ζοῦν Φράγγικα παντελῶς,
ἤγουν νὰ ἀκολουθοῦσι τὴν ἐκκλησίαν κατὰ πάντα
ὡσὰν Λατῖνοι καὶ οὐχὶ ἀλλέως, νὰ ἐνδύνωνται Λα-
τινικῶς, νὰ μάθουν, νὰ γονατίζουν τοὺς ὑπερέχον- C
τας καὶ πάππαν καὶ καρδιναλίους καὶ τοὺς ἄλλους
αὐθέντας, νὰ ἀποσκεπάζωνται τὸ κεφάλι τους, νὰ
τιμῶσι τοὺς χαιρετῶντας αὐτοὺς, ὅταν ὑπάγουν νὰ
ἰδοῦν καρδινάλιν ἢ ἄλλον ὅμοιον αὐθέντην, νὰ μηδὲν
καθίσουν ποσῶς, ἀμὴ νὰ γονατίζουν καὶ ἀπέκει
ὅταν τοὺς εἴπῃ ἐκεῖνος νὰ σηκωθοῦσιν. Ὁ δὲ μακα-
ρίτης ἐκεῖνος ἔλεγεν ὅτι καὶ πολλάκις αὐτοὺς τὸ
εἶπε νὰ μηδὲν καθίσωσιν. Αὐτὰ οὖν ὅλα ἐνθυμᾶσθέ
τα νὰ τοὺς νουθετήσετε καὶ νὰ τοὺς παιδεύσετε
καλά. Ἔτι ποιήσετε ὅτι τὸ βάδισμά τους νὰ εἶναι
σεμνὸν καὶ τίμιον, ἡ ὁμιλία τους χρησιμωτάτη καὶ
ἡ φωνή τους νὰ εἶναι μετρία καὶ ἠρέμη, τὸ βλέμμα
τους προσεκτικὸν, νὰ μηδὲν χάσκωσιν ἐδῶθεν κἀκεῖ-
θεν. Ἂς τιμοῦν πάντας, ἂς ἀγαποῦν πάντας, ἂς
συντυχαίνωσι πάντας καὶ τοὺς ἐδικούς των καὶ τοὺς D
ξένους μετὰ τιμῆς. Νὰ μὴν εἶναι ἀλαζονικοὶ, ἂς
εἶναι ταπεινοὶ καὶ ἥρεμοι. Καὶ μηδὲν ἐνθυμοῦνται
ὅτι εἶναι βασιλέως ἀπόγονοι, ἀμὴ ἂς ἐνθυμοῦνται
ὅτι εἶναι διωγμένοι ἀπὸ τὸν τόπον των, ὀρφανοὶ, ξέ-
νοι, ὀλόπτωχοι, ὅτι εἶναι χρεία νὰ ζοῦν ἀπὸ ξένα
χέρια, καὶ ὅτι ἂν δὲν ἔχωσιν ἀρετὴν, ἂν δὲν εἶναι
φρόνιμοι, ἂν δὲν εἶναι ταπεινοὶ, ἂν δὲν τιμῶσι πάν-
τας, οὐδὲ τοὺς θέλουν τιμήσειν οἱ ἄλλοι, ἀμὴ θέλουν
τοὺς ἀποστρέφεσθαι πάντας. Αὐτὰ οὖν ὅλα φροντί-
σετέ τα καλὰ ἡ εὐγένειά σου μετὰ καὶ τοῦ Κριτοπούλου, ἐπειδὴ τὸ γομάρι ἀπάνω σας εἶναι. Πρὸς τού-
τοις ἂς ἐπιμελοῦνται νὰ μάθουν γράμματα, νὰ προ-
κόψουν, νὰ μὴν ἐνθυμοῦνται ὅτι εἶναι εὐγενικοί. Ἡ
εὐγένεια χωρὶς ἀρετῆς δὲν εἶναι τίποτες καὶ εἰς

Hoc autem tu, vir nobilissime, una nobiscum de- A
libera, quis retinendus sit et quid cuique muneris
tribuendum. Ac mihi quidem videtur, quo plures
sint et propter minutos labores minori contenti
stipendio, hoc pulchrius fore, quoniam pueri plus
habebunt comitum, ministrorum et honoris. Sed
hoc una deliberabimus et quam fieri potest pulcher-
rime instituemus. Interim tu nunc quidem cum
Critopulo res puerorum administra. Itaque ne-
cesse est ante omnia, eorum educationi et mori-
bus prospicialis, ut urbani et eruditi fiant, si eos
hic in aliquo honore esse vultis. Quod nisi fiat, et
ipsi et juvenes hic negligemini, nec ulla vestri exi-
stimatio erit. De qua re cum beatæ memoriæ prin-
cipe, illorum patre, collocutus sum, voluitque is, B
ut omnino mores Francorum imitarentur et indue-
rent, hoc est ut Ecclesiæ interessent plane eodem,
quo Latini, modo, ut Latino vestimento uterentur,
reverenter salutarent papam, cardinales et reli-
quos primores, detecto capite, ut honorem exhibe-
rent salutantibus, ut, si adirent cardinalem vel
alium similem principem, non assiderent, sed
flexis genibus procumberent, donec ab illo jube-
rentur surgere. Dixitque beatus ille vir, sæpe se
iis imperasse ut ne considerent. Quæ igitur omnia
vobis commendo, ut moneatis principes et probe
eos educetis. Præterea curæ vobis esto, ut inces-
sus eorum gravis sit et magnificus, sermo consi-
deratus, vox modesta et placida, vultus verecundus
neve huc illuc vagus. Erga omnes comes et offi- C
ciosi sunto, omnibus tum suis tum alienis blandi
et affabiles, minime gloriosi, sed demisso et sedato
animo. Nihil superbiunto, quod imperatoris posteri
sint, sed cogitanto, sese patria ejectos, orbos, ho-
spites, mendicos esse, qui aliorum beneficiis egeant
ad vitam sustentandam, nec, nisi virtutem colant,
prudentes ac modesti sint, omnes honorifice habeant,
ab aliis honorifice habitum iri, sed in omnium ventu-
ros esse invidiam. Quæ omnia tu, vir nobilissime,
cum Critopulo considera, quandoquidem id oneris
tibi impositum est. Præterea operam danto litteris,
ut progressus faciant, neve, quod principes sint, illis
carere se posse existimanto. Nobilitas quæ caret vir-
tute, nihili est in omnibus principibus, etiamsi
magna regna et bona habeant, nedum in illis, qui D
rebus omnibus orbati sunt. Quare necesse est eos
litteras colere, obedientes obtemperantesque esse
tibi, et medico, eorum qui valetudini prospicit, et
magistro dictisque vestris studiose audientes
sunto. Insuper singuli brevem aliquam orationem
memoriæ mandanto, qua papam flexis genibus
et nudo capite salutent, cum huc venerint: quod
cavento ne aliter faciant. Si publice ambulantes
ab hominibus salutantur aperiendis capitibus, ipsi
quoque caput aut plane aut plus minusve pro cu-
jusvis conditione aperiunto. Similiter si alieni ho-
norati homines eos visum veniunt, digne hos exci-
piunto, caput aperiunto et pro sua quemque
dignitate habento. Loquuntor pauca quidem, sed

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

ea laudabilia, gratiosa et placida, nunquam ridento aut cachinnantor, sed vultu severo et composito sermonem cum iis conferunto. In cibis capiendis temperanto sibi, tabulæ modeste et verecunde assidento. Si eos morum cultum coram alienis præstare vultis, necesse est eos coram suis decorum servare doceatis. Ut neminem lædant, assuefacite eos dehinc ad morum elegantiam, modestiam et lenitatem. Discunto jam flexis genibus apte et eleganter salutare; neve pudeat eos facere, quod magni reges et imperatores faciunt. Quando ecclesiam Latinam intrant, flectunto genua et precantor sicut Latini. Ne negligatis eos ad missas et liturgias ducere, et assistunto verecunde et attente, sine risu vel garritu, flexis genibus et apertis capitibus, sicut Latini faciunt, qui omnino iis imitandi sunt. Hæc si fecerint, subsidiis non carebunt, apud omnes in honore erunt, et ipse si quid potero iis operæ præstare, studiose præstabo. Si contraria fecerint, equidem nulla omnino re eos adjuvabo, homines eos negligent nec ullum iis honorem habebunt.

Hæc tam copiose ad te, vir nobilissime, et reliquos scripsi, non ut levia et inania, sed ut moneatis ea perpetuo principes, per magistrum ea perpetuo iis legenda curetis, que accuratius ab iis et intelligantur et fiant. Ad ipsos hæc scribere volebam; sed quia, ut pueri, ea non probe intellecturi erant, ideo ad te, vir nobilissime, scripsi, ut et meo et tuo nomine iis commendares, ut facerent quæ scripsi.

Pestilentia nunc hanc urbem invasit. Quare commodum visum est in consilio principum qui hic sunt, et voluntate papæ sancitum est, ut propter periculum principes huc ne veniant. At nec Anconæ iis commemorandum, quia ea quoque urbs peste infecta est, sed in regionem quam Siciliam vocant, ubi aer saluber est, transeundum, ibique cum principibus ad Septembrem vel Octobrem commorandum. Deliberate vos interim, semperne ibi habitare velitis, id quod iis qui hic sunt principibus placebit. Ego et sanctissimus papa ad legatum comitatus scribemus, ut vobis auxilietur et præsto sit in re quacunque. Ibidem etiam episcopus Comi est mihi subjectus et servus sancti Domini. Hujus diœcesis Sicilia est, ubi pulchras ædes

Εἰδώς σε (1) καὶ αὐτὸν τοῦ Γεμιστοῦ σοφίαν καὶ ἀρετὴν οὐδενὸς ἧττον ἀγάμενον, πέμπω σοι ἔπη τινὰ εἰς ἐπιτάφιον αὐτῷ ὕμνον πεποιημένα, καὶ ἦν ἀπέσταλκα τοῖς αὐτοῦ υἱεῦσιν ἐπιστολὴν, οὐκ αὐτοὺς παραμυθούμενος, οὓς γε χαίρειν, οὐκ ἄχθεσθαι δεῖ, ἀλλ' ἐκεῖνον ἐγκωμιάζων. Ἅπερ ἀναγνοὺς, μὴ νομίσῃς ὑπερβολὴν ἐνεῖναι μηδεμίαν τοῖς λόγοις· ἀνὴρ γὰρ ἐκεῖνος φιλοσοφίας τῷ ὄντι καὶ παντοδαπῆς σοφίας εἰκὼν γέγονεν, οὐ τῆς ἐν λόγοις μόνον, καὶ ὅση περὶ τὴν τῶν ἄστρων φορὰν, καὶ περὶ ἁρμονικοὺς λόγους τάς τε γεωμετρικὰς ἀναλογίας καὶ ἀριθμητικὰς μεσότητας καταγίνεται (2), οὐδ' ὅση μόνον Πλατωνική τε καὶ τῶν τὰ θεῖα ἐρευνησαμένων ἐκείνων ἀνδρῶν, ὅση τε περὶ τὴν τῶν φυσικῶν ἔρευναν καὶ τὰς τούτων αἰτίας τε καὶ ἀρχὰς τὴν πραγματείαν ποιεῖται, ἃ πάντα, ὡς οὐδεὶς· οὐδὲ ἕν, ἐξήσκησεν ἀκριβέστατα· ἀλλὰ καὶ ὅση, περὶ πρᾶξιν σχολάζουσα, τὰ ἤθη καὶ τοὺς τρόπους ἑκάστου κοσμεῖ· ἣ οὕτω τὸν ἴδιον ἐλάμπρυνε βίον, ὡς μηδὲν πρὸς αὐτὸν Διογένην καὶ τοὺς ὁμοίους, μηδὲ τοὺς Στωϊκοὺς ἐκείνους εἶναι. Τὴν γὰρ σεμνότητα καὶ τὸ κόσμιον καὶ τὸ αὐτάρκες αὐτῶν ἀσπασάμενος, τὴν ἀλαζονείαν τε καὶ οἴησιν καὶ ἐπίδειξιν αὐτῶν ἀπεώσατο. Δι' ἃ πάντα τοσοῦτον αὐτὸν τεθαύμακα, ὅσον, εἰρήσθω γὰρ τὸ ἀληθὲς, οὐδέπω οὐδένα ἄν ἐς δεῦρο εἶδόν τε καὶ ὡμίλησα. Οὔτε γὰρ ὃς περὶ ἐλάττονος ἐποιεῖτο τὰ παρόντα πάντα, οὔθ' ὃς μᾶλλον, τῆς σοφιστικῆς ἀπεχόμενος ἀδολεσχίας (3) καὶ πάγης, τῆς περὶ τὰ ἐν φιλοσοφίᾳ δόγματα ἀληθείας ἐρευνητικώτερός τε καὶ εὑρετικώτερος γέγονεν, οὕπω ἐνέτυχον οὐδενὶ, καίτοι πολλοῖς ἐντυχὼν ἀνδράσι σοφοῖς. Ὧν εἵνεκα πολλὰ μὲν καὶ μεγάλα περὶ αὐτοῦ ἐν τοῖς βραχέσιν ἐκείνοις εἰρήκαμεν ῥήμασιν· οὐδέποτε δ' ἂν εἴποιμεν οὐδὲ μακροῖς λόγοις· τά γε εἰκότα, ἀλλ' ἀρκεῖ, ὥς τινα τῶν ὑπὲρ ἡμῶν τε καὶ ἡρωϊκῶν ἐκείνων ἀνδρῶν, θαύματι καὶ σιγῇ μᾶλλον αὐτὸν ἢ λόγῳ κοσμεῖν. Ἔρρωσο.

Cum bene sciam, Gemisti te sapientiam ac singularem virtutem magni æstimasse, versus aliquot funebres in ejus laudem compositos et epistolam tibi mitto quam ad ejusdem filios consolaturus qui læto nedum ægro animo esse debebant, sed illum laudaturusscripseram. Quam ubi legeris, noli credere nimis encomiasticam esse. Fuit enim ille vir philosophiæ et omnimodæ doctrinæ exemplar vivum; non illius quidem quæ de astrorum motu aut de eloquentiæ præceptis aut de geometria arithmeticave inquirit, aut Platonis duntaxat philosophiæ aliorumque theologicis quæstionibus operam dat (quæ omnia ille perbene novit); sed quæ cujuslibet mores et vitæ institutum penetrat, circa quod ipse adeo excellebat ut nec Diogenes nec stoicorum aliquis ei comparandus sit; quorum gravitatem et continentiam imitans, jactantiam et ostentationem longe rejecit. Quam ob causam, ut quæ sentio dicam, neminem æque ac illum admiratus sum ex omnibus quibuscum commercium habui. Nunquam ego quidem, qui cum multis iisque doctis hominibus vixi, vidi, qui aut res præsentes minus æstimaret aut a sophistarum vaniloquentia magis remotus, quod in philosophia veri est, curiosius investigaret. Idcirco paucis verbis magnas ejus laudes celebravi, dum nec longi sermones ad id sufficerent. Quare satis erit ejusmodi viros qui nos in omnibus superant, admiratione taciturna plus quam panegyricis honorare. Vale. C D

(1) Ex iisdem, quibus prior epistola, fontibus.
(2) Apud Allatium et in codd., versus posteriores quatuor a prioribus separati exhibentur, instar alterius epitaphii, et recte quidem.
(3) All. ἀστέρων. Nos metro consuluimus, etsi multa in his versibus horrida supersunt.
(4) All. ἀμφοτέρου, pro quo melius sane Morellius e codice suo ἀμφότερον, cum tamen exspectaveris ἀμφοτέρως.

(1) Ex eodem codice Sancti Marci 333, quem supra Bessarionis autographum esse diximus. In titulo Καρδινάλης, ut apud nos.
(2) Cod. καταγείνεται, solita Græcis orthographia.
(3) Cod. ἀδολεσχείας.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

XII.

Ad Ludovicum XI regem scribit a summo pontifice legatum se electum, ut pacem inter regem ipsum et duces Burgundiæ ac Britanniæ, armis depositis, componere curaret (*a*).

Bessario cardinalis serenissimo principi et illustrissimo domino D. Ludovico Francorum regi Christianissimo, domino mihi colendissimo.

Serenissime princeps et illustrissime domine, domine mihi colendissime, nusquam deflexi ab instituto itinere postea quam sum ex Urbe egressus, ut ad Majestatem Vestram pervenirem. Nam meum legationis obeundæ officium, piissimaque pontificis maximi mandata vix valetudinis curandæ inclinatæque ætatis recreandæ spatium relinquebant, cum præsertim res Gallicæ undique tumultus et cædes parturirent, armatique exercitus, quod sine maximo animi dolore scribere non possum, ad cruentam dimicationem in dies magis compararentur. Hac una cogitatione et cura nec salutis meæ, nec imbecillitatis rationem ullam duxi, cum aut Cinisium montem Alpesque difficillimas superabam, aut reliquum iter asperrimum conficiebam. Nullum enim vehiculi genus, nulli acceleratio tanta esse poterat, quantam sedes apostolica, meaque in Christianum nomen pietas maxime postulabat hac rerum conditione et fortuna. Nam cum pontifex maximus hanc nationem rebus gestis amplissimam, multitudineque pene infinitam, cujus opibus ac virtute Dei Ecclesia et secundis rebus ornata est, et difficillimis temporibus defensa, mutuis seditionibus bellisque laborefactari intelligeret, ingemuit vehementer, ac pro boni pastoris officio deligendum statuit, qui gregem Dominicum dissidentem mutua componeret pace et quiete, ne impetum faciat sævissimus lupus, cui nomen Christianum jamdiu est ludibrio. Multi quidem ingenio et sapientia præstantiores mitti poterant, sed qui me voluntate superarent, et studio conficiendæ, pauci. Nam, ut cætera aliis concedam, religionis amore vinci turpe esset, cum anteactæ vitæ, tum præsenti ætati. Cum autem omni itinere admodum suspensus et sollicitus fuerim, ut prius adessem quam manus conserererentur, nunc maxime angor et crucior, quod me quoque tanta celeritate fesso et pene præsente belli sævitia nulla ex parte conquiescit; utinam uno momento apud Majestatem Tuam, illustrissimosque duces Burgundum et Britannum mihi adesse liceret, diviso etiam hoc corpusculo in tres partes, ut uno ordine armis repressis de communi dignitate, amplitudine, salute ageretur. Id quoniam fieri non potest, molestissimum est. Sum omnes aditurus mandato pontificio; ac instituto ordine legationis primum ad te venio, Christianissime princeps, quoniam tuæ celsitudinis ratio ita poscit; me conferam deinceps ad illustrissimum ducem Britannum cum et proximus sit, et strictis prope gladiis prælium impendeat. Majestatem Tuam rogo per majorum laudem immortalem, per Christianissimi nomen quod domesticum est et hæreditarium, per excellentem pietatis et misericordiæ gloriam, per Christi majestatem, qua tanti regni gubernacula jamdiu tenes, ut prælio abstineas prorogatis induciis, quæ, ut audio, die lunæ insequenti exituræ sunt. Ego paulo post adero, Deo duce, Majestatisque Tuæ consilii religiosissimis, et voluntate optima ea meditari et perficere studebo quæ tibi, reliquis omnibus principibus, communi libertati præsidium, sempiternamque pietatis laudem videntur allatura. Misi nunc reverendum Patrem D. Bartholomæum præsulem Parentinum, virum cum ingenio cum fide non vulgari præditum, qui hæc meo nomine rogabit, exponetque alia nonnulla coram. Oro ut audias hominem, fidemque habeas ac mihi ipsi si adessem, a me enim proficiscitur et loquitur. Felix sit Majestas Vestra, cui me commendo.

Ex Samurro, die decima quinta Augusti, millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo.

Majestatis Vestræ,

Deditissimus B. cardinalis Nicænus, apostolicæ sedis legatus.

XIII.

Ad principem senatumque Venetiarum, Bibliothecam suam omni librorum genere instructissimam eidem senatui defert ac donat (*b*)

(Anno 1469).

Illustrissimo ac invictissimo principi Venetorum Christophoro Moro duci, et inclyto senatui, salutem.

Equidem semper a tenera puerilique ætate omnem meum laborem omnemque operam, studium curamque adhibui, ut quoscunque possem libros in omni disciplinarum genere compararem: propter quod non modo plerosque et puer et adolescens manu propria conscripsi: sed quidquid pecuniæ seponere interdum parca frugalitas potuit, in his coemendis absumpsi. Nullam enim magis dignam atque præclaram supellectilem, nullum utiliorem præstantioremque thesaurum parare mihi posse existimabam. Vocibus plèni, pleni antiquitatis exemplis, pleni moribus, pleni legibus, pleni religione vivunt, conversantur, loquuntur nobiscum. Docent nos, instituunt, consolantur, resque e memoria nostra remotissimas quasi præsentes exhibent, et ante oculos nobis ponunt. Tanta est eorum potestas, tanta dignitas, tanta majestas, tantum denique numen, ut, nisi libri forent, rudes omnes essemus et indocti; nullam fere præteritarum rerum memoriam, nullum exemplum, nullam denique nec humanarum nec divinarum rerum cognitionem haberemus. Eadem urna quæ hominum

(*a*) Ex domni d'Acherii Spicilegio, in fol. tom. III.

(*b*) *Philologicar. Epist.* ed. Melch. Haiminsfeldii Goldasti, post Richardi de Buri, episc. Dunelmensis, *Philobiblion*. Francofurti, 1610, in-12 Biblioth. Mazarin. n. 22910.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

corpora contegit, etiam nomina obrueret. Quamvis autem huic rei toto animo semper incubuerim, ardentiori tamen studio post Græciæ excidium, et deflendam Byzantii captivitatem, in perquirendis libris Græcis omnes meas vires, omnem operam omnemque facultatem industriamque consumpsi. Verebar enim et vehementissime formidabam, ne cum cæteris rebus tot excellentissimi viri, tot summorum virorum sudores atque vigiliæ, tot lumina orbis terræ periclitarentur atque perirent, quemadmodum etiam superiori tempore tantam jacturam fecimus, ut ex ducentis viginti millibus librorum, quos Plutarchus refert in bibliotheca Apamæorum fuisse, vix mille ætate nostra supersint. Conati autem sumus, quantum in nobis fuit, non tam multos quam optimos libros colligere, et singulorum operum singula volumina, sicque cuncta fere sapientum Græcorum opera, præsertim quæ rara erant inventuque difficilia, coegimus. Cæterum cum hoc sæpe mente repeterem, parum desiderio meo satisfecisse videbar, nisi pariter providerem, ut libri, quos tanto studio et labore coegerim, me vivo ita collocarentur, ut etiam defuncto dissipari aut alienari non possent, sed in loco aliquo tuto simul ac commodo ad communem hominum, tam Græcorum quam Latinorum, utilitatem servarentur. Hoc igitur cogitanti mihi, multasque Italiæ urbes animo volventi, sola vestra inclyta atque amplissima civitas occurrit, in qua animus meus omni ex parte conquiesceret. Primo enim non videbam, quem locum eligere possem tutiorem, quam eum qui æquitate regitur, legibus tenetur, in unitate ac sapientia gubernatur, ubi virtus continentiæ, gravitatis, justitiæ, fidei domicilium est ; ubi imperium, ut maximum est atque amplissimum, ita æquabile ac moderatum ; animi in consulendo liberi, nulli libidini, nulli delicto obnoxii ; prudentes imperii clavum tenent, et boni malis præponuntur, ac privatorum commodorum obliti, totum corpus reipublicæ unanimi consensu et summa integritate procurant. Ex quibus speran-

A dum est civitatem vestram, quod optamus, in dies magis et vires et nomen propagaturam. Dehinc intelligebam nullum locum a me eligi posse commodiorem ac nostris præsertim hominibus aptiorem. Cum enim in civitatem vestram omnes fere totius orbis nationes maxime confluant, tum præcipue Græci, qui e suis provinciis navigio venientes, Venetiis primum descendunt : ea propterea vobiscum necessitudine devincti, ut ad vestram appulsi urbem, quasi alterum Byzantium introire videantur. Post hæc quomodo poterit hoc beneficium a nobis honestius locari, quam apud eos homines quibus ego multis eorum in me beneficiis devinctus obstrictusque essem ; et in ea civitate, quam mihi, subjugata Græcia, pro patria elegissem,
B et in quam accitus a vobis atque honorificentissime receptus fuissem. Itaque conscius mortalitatis meæ et ingravescentem jam ætatem diversosque quibus affligimur morbos, et cætera quæ evenire possent considerans, omnes libros meos utriusque linguæ sacratissimæ ædi beati Marci vestræ inclytæ civitatis dono dedi atque dicavi, sentiens talem me animum et excellentiæ vestræ et gratitudini meæ et quam mihi communem esse voluistis, patriæ debuisse, ut vos ac liberi posterique vestri, qui me virtute ac sapientia vestra, multisque in me beneficiis addictum, deditum obstrictumque habetis, hæredes laborum meorum, fructus uberes diuturnosque capiatis ; deinde cæteri qui bonarum disC ciplinarum studiosi erunt, vestra causa capiant. Quapropter et donationem ipsam, et librorum indicem, et pontificis maximi decretum ad vestras excellentias mittimus, precantes Deum ut reipublicæ vestræ omnia bene, feliciter prospereque eveniant, et pacem habeat, tranquillitatem, otium concordiamque perpetuam. Valeant excellentiæ vestræ feliciter.

Viterbii, IV Non. Maias.

BESSARION,
cardinalis, patriarcha Constantinopolitanus,
basilicæ B. Marci Venetiis dicavit.

Catalogum (*a*) bibliothecæ Bessarionis præstantissimus B. Montfauconius dudum exhibuit in sua *Bibliotheca bibliothecarum codicum mss.* Sed cum ipse hunc Catalogum luculentiorem et exactiorem ex Riccardiana bibliotheca erutum, et ipsi, ut videtur, prope Bessarioni σύγχρονον habeam, non ingratam rem eruditis me facturum arbitror, si illum hic iterum publici juris faciam. Est vero qui sequitur.

Tabula librorum, tam Græcorum quam Latinorum, quos reverendissimus in Christo Pater dominus cardinalis Nicænus, ac episcopus Albanensis, dono dedit serenissimo et excellentissimo ducali Venetiarum dominio : qui reconditi (prout Roma transmissi fuerant) in capsis XXX commendati fuere magnificis et generosis dominis procuratoribus ædis Divi Marci, tantisper quoad instruatur et exornetur domus aliqua, bibliothecæ, in qua reponi debent pro communi studentium utilitate, ac decore et ornamento urbis hujus celeberrimæ.

In capsa signata A sunt codices hi, quorum inscriptiones hic infra adnotatæ videntur.

Totus Aristoteles præter logicam, in pergamenis et novus.

Physica ejusdem cum expositione usque ad quartum librum cujusdam alterius. Deinceps Simplicii, in pergamenis, et est liber pulcher.

Physica ejusdem, cum expositione Simplicii, in pergamenis.

Simplicius in prædicamenta Aristotelis : ac cu-

(*a*) Joan. Lami, *Deliciæ Eruditorum*, tom. IX, Florentiæ 1740.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

jusdam alterius expositio in primum et secundum de anima, in pergamenis, pulcher.

Theophrastus de plantis, in pergamenis.

Philoponus in librum de Generatione et corruptione, et Alexander in meteora, in pergamenis.

Logica Aristotelis cum expositionibus ad topicam usque, in papyris.

Physiognomonica, paradoxa, mechanica, et problemata Aristotelis, in papyris.

Rhetorica Aristotelis, et nonnulla parallela Plutarchi, in papyris.

Alexandri quæstiones naturales, morales, et de anima, in pergamenis.

Quædam epigrammata et moralia Aristotelis magna, et Eudemica, partim in papyris, partim in pergamenis.

Sexti Empirici in mathematicos, in papyris.

Interpretatio multorum in logicam, in papyris.

Metaphrasis in logicam, in papyro.

Quæstiones cujusdam Joannis Italici in logicam et topicam, in pergamenis.

Ammonii in prædicamenta Aristotelis.

Simplicii in librum de cœlo et mundo, imperfectus et inordinatus; et erotemata Ptochoprodromi, in papyris, etc.

Chortasmeni in logicam et rhetoricam, in papyris.

In capsa inscripta B, quæ est ponderis librarum 230, *sunt volumina infrascripta.*

Evangelium Matthæi cum expositoribus, in pergamenis.

Olympiodori in quosdam dialogos Platonis, in pergamenis.

Arrianus in Epictetum, in papyris.

Plotini nonnullæ orationes, in pergamenis.

Maximi Platonici orationes, in pergamenis.

Iamblichi in epistolam Porphyrii, in pergamenis.

Porphyrii dialogus in prædicamenta Aristotelis, et dialecticam, et arithmeticam, theologicam, in pergamenis.

Simplicii in tres libros de anima, et Proculi, et Hermæ, in quosdam Dialogos Platonis, in pergamenis.

Herodiani de octo Cæsaribus, et Zosimi historici, in pergamenis.

Heliodori Æthiopica, in pergamenis.

Phocylidis, Theognidis, Pollucis, et alia quædam, in papyris.

Historia Pachymeris, in papyris.

Et Xenophontis Ascensus Cyri, in papyris.

Philonis orationes nonnullæ, in pergamenis.

In capsa signata C, ponderis librarum 220, *sunt libri infrascripti.*

Homeri Ilias, Odyssea, Hymni, Bellum murium et ranarum; Quinti supplementum Iliadis, in pergamenis.

Homeri Ilias, in pergamenis, liber pulcherrimus.

Homeri Odyssea, in papyris.

Eustathii in Odysseam, in pergamenis.

Eustathii in primos novem libros Iliadis, in pergamenis.

Carmina Gregorii Nazianzeni, in pergamenis.

Arati poetæ Lycophronis, in pergamenis, cum expositoribus.

Erotemata antiqua, in pergamenis.

Euripidis, in papyris, tragœdiæ tres.

Aristophanis comœdiæ tres, et Sophoclis tragœdiæ quatuor, in papyris.

Et Nicandri theriaca, in pergamenis.

In capsa signata D, ponderis librarum 225, *sunt volumina infrascripta.*

Omnia opera Platonis in eodem et pulcherrimo volumine, in pergamenis.

Omnia Moralia Plutarchi in eodem volumine, in pergamenis.

Proculi in Parmenidem Platonis, in pergamenis, novus liber et pulcher.

Proculi in theologiam Platonis, et Hieroclis in aurea carmina Pythagoræ, novus liber et pulcher.

Proculi in Timæum Platonis, in pergamenis, novus liber, et pulcher.

Platonis nonnulli dialogi, et de rep., in pergamenis.

Platonis dialogi XXXVIII, in papyris, et Vita ipsius in principio.

Iamblichi, de vita Pythagoræ, in pergamenis.

Plotini opera omnia, in papyris.

Damasceni de principiis in Parmenidem, in pergamenis.

Proculi duo libri de theologia Platonis, et elementalis ejusdem theologia.

Historia de rebus gestis Mauritii Imperatoris libri octo, et Æsculapii Tradani expositio in Arithmeticam, in pergamenis.

Nicephori Gregoræ, in pergamenis.

Xenophontis post Thucydidem, et de dictis et factis Socratis, et aliæ quædam orationes, in papyris.

Josephi de captivitate, in pergamenis.

Josephi de captivitate, in pergamenis, et Zonaræ et Choniatæ historiæ, in papyris.

In capsa signata E ponderis librarum 230, *sunt codices infrascripti.*

Diodori historici a X in XX librum, in papyris.

Diodori ab XI ad XV usque, in pergamenis.

Apiani historiarum Romanarum, et aliarum, in papyris.

Theogenis et Chariclæ, in pergamenis.

Diodori libri V primi, in papyris.

Dionis Romanarum historiarum, in papyris.

Herodoti in papyris, et Juliani quædam orationes.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Chronica cujusdam, in papyris.

Demosthenis orationes omnes, in pergamenis.

Strabonis ab XI usque ad finem, cum adnotationibus Gemisti, in papyris.

Plutarchi parallela omnia, liber pulcherrimus.

Isocratis orationes XXI, et Dionysii de nominum compositione.

Syriani Sophistæ, et aliorum in nonnullas partes Rhetoricæ, in pergamenis.

Libanii declamationes, in papyris.

Lysiæ orationes XXIX ; Dionysii, De charactere Lysiæ; Gorgiæ in laudem Helenæ.

Aladamantis orationes duæ ; Antisthenis orationes duæ ; Demadis oratio una.

Agathiæ historiæ quinque libris, et de nominibus et ordinibus antiquorum.

Theognidis poetæ ; Phocylidis ; Aurei versus Pythagoræ ; Moschi Siculi.

Musæi Hero et Leander, Dionysii Longini de magnitudine orationis, in pergamenis, etc.

Naucratis convivia libri octo, in pergamenis.

Thucydidis historia, in papyris.

In capsa signata F sunt libri infra scripti ponderis librarum 240.

Dionis Chrysostomi orationes octoginta, in pergamenis.

Dionysii Halicarnassei, Demetrii Phalerensis, Alexandri, Menandri, Aristidis, Apsinis, Monita oratorum multa et præclara de ratione dicendi.

Orationes Libanii, in papyris.

Epistolæ cujusdam Michaelis Gabræ, in papyris.

Libanii Declamationes, in pergamenis.

Libanii Epistolæ, in papyris.

Quædam opera Aristidis ; Proculi naturalis elementatio ; legalia quædam Alcinoi de dogmate Platonis, in papyris.

Aristidis orationes, in pergamenis.

Dionis Romanarum historiarum a XLIV ad quinquagesimum usque nonum, in pergamenis.

Aristidis orationes, in papyris.

Rhetorica Hermogenis, Arithmetica Nicomachi, Geometriæ libri sex, et Geodæsia in papyris.

Rhetorica Hermogenis, in papyris.

Demosthenis orationes quinquaginta, et epitaphia Lysiæ, in papyris.

Demosthenis orationes XXII, proœmia concionatoria, vel demegorica, et Epistolæ sex, in pergamenis.

Euclidis Geometria, in papyris.

Cleomedis tabulæ Persicæ ; Erisocinæ Arithmetica, et imagines Philostrati.

Liber in quo sunt judicialia complura, in papyris corio rubeo.

Alter similis, corio nigro.

Tabulæ Persicæ ; et descriptio Astrolabii in papyris.

Ptolemæi Almegisti, in pergamenis.

Ptolemæi Geographia, in pergamenis.

Cleomedis, in papyris, et

Ptolemæi Quadripartita cum expositione, et multa alia in Astronomiam, in pergamenis.

In capsa signata G ponderis librarum 240 *sunt libri infra scripti.*

Geometrica Euclidis, et Data ejusdem, Sphæra Theodosii, Apparentia et Catholica Euclidis, Logica Barlaam, et Almagesti Ptolomæi, in papyris.

Almagestus Ptolemæi cum expositione Theonis, liber pretiosus, in papyris.

Geometria Euclidis, et aliorum multorum auctorum numero XVIII theoremata geometrica, liber pretiosus, in papyris.

Albacus Græce, Geodæsia, tabulæ Persicæ, tabulæ Theonis, Proculi in Astronomiam. Quadripartita Ptolemæi, et alia in Astronomiam, in papyris.

Magni Logothetæ in Astronomiam, in papyro, liber unus.

Musica Ptolemæi cum expositione Laurentii, in papyro.

Tabulæ Ptolemæi in compendium redactæ, in papyro.

Quædam tabulæ Astrologicæ parvo volumine, in pergamenis.

Arithmetica Nicomachi ; Arati Phænomena, Cleomedis, et sex libri Geometriæ, in papyris.

Arithmetica Nicomachi Philosophi, in papyris.

Cleomedis cum expositione, et Arithmetica cum expositione Philoponi, in papyris.

Cleomedis, et Arithmetica Diophanti libri sex in papyro.

Liber legalis compendium Armenopoli, in papyris.

Liber legalis in alphabetum, in pergamenis.

Similis, in pergamenis, et

Similis, in pergamenis.

In capsa signata H ponderis librarum 230 *sunt libri infra scripti.*

Epitoma LX librorum legum per alphabetum, in pergamenis.

Institutiones Græcæ, in pergamenis.

Liber legalis, Compilatio, et collectaneum trium imperatorum, in papyris.

Meletius de natura hominis, in papyris.

De cura equorum multorum auctorum, in pergamenis.

De varietate et virtute elementorum, in papyris.

Dioscorides in medicinam, in pergamenis.

Oribasii in medicinam, in papyris libri quatuor, et de agricultura diversorum auctorum, in papyris.

Actuarii de urinis, in papyris.

Pauli Æginetæ medici, in pergamenis.

Eusebii de Constantini Vita, in papyris.

Legum epitoma, et Canones conciliorum, in pergamenis.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Liber legalis trium imperatorum, in papyris.

Photii narratio eorum quæ legerat, in pergamenis.

Alter similis, in pergamenis.

In capsa signata I ponderis librarum 250 *sunt libri infra scripti.*

Climacus cum expositione, in papyris.

Eusebii Evangelica præparatio, in papyris.

Acta quarti concilii, in papyris.

Acta quinti concilii, in pergamenis.

Acta synodi contra Photium, et alterius pars, in papyris, consumpta in pergamenis.

Acta concilii Florentini.

Sancti Dionysii Areopagitæ omnia opera in pergamenis, liber pulcherrimus.

Philosophia et Theologia Damasceni, in pergamenis.

Alter liber similis, in pergamenis.

Alter liber similis, in papyris.

Sancti Thomæ primus et secundus contra Gentiles Græce, in papyris.

Ejusdem ad Sanctorem Antrocherium, et prima primæ Græce, in papyris.

Acyndini quædam opera; et Prochori de attributis, in pergamenis.

Nicolai Cabasilæ de Vita, in papyris, in x.

Sancti Basilii orationes, in pergameno monastice.

Ejusdem de eadem re, in pergamenis, et

Ejusdem de eadem re, in pergamenis.

Cinoi De processione Spiritus sancti, in pergamenis.

In capsa signata K ponderis librarum 240 *sunt libri infra scripti.*

Zonaræ historici a mundi creatione ad imperium usque Alexii, in papyris. Deest parum, et in principio, et in fine.

Alexandri et Aristotelis problemata, in papyris.

Galeni decem tractatus, in pergamenis.

Theonis in Platonem de mathematicis, in pergamenis.

Aristidis orationes, in papyris.

Moralia Plutarchi, in pergamenis.

Luciani orationes, in papyris.

Acta sexti et septimi concilii, in papyris.

Moralia Plutarchi, et Aristidis orationes, in papyris.

Epistolæ multorum pulchræ in papyris.

Dialogus Planudis in Grammaticos, et Ovidii Metamorphoses Græce, in papyris.

Flores ex diversis auctoribus per quemdam Macarium, in papyris.

Multa in Grammatica, in papyro.

Gregorii Nazianzeni de homine, et Basilii contra Eunomium, in pergamenis.

Basilii Hexaemeron, et contra Eunomium, in pergamenis.

Basilii in Isaiam, in pergamenis.

Epistolæ Pauli Græce, et Latine, et Hebraice.

Dogmatica armatura, in papyris.

Excerpta de sanctis doctoribus, in pergamenis.

Quædam orationes Chrysostomi, in pergamenis.

Liber Monasticus Antiochi, in pergamenis.

Origenis Philocalia, in pergamenis et

Commentaria quædam in orationem Gregorii Nazianzeni, in pergamenis.

In capsa signata O (1), *ponderis librarum* 230, *sunt libri infra scripti.*

Gregorii Nazianzeni sermones cum glossis, in papyris.

Leges in compendium redactæ, et canones conciliorum, in pergamenis.

Leges navales Rhodiorum ex 14 libro Digestorum, et aliæ, in pergamenis.

Orationes Gregorii Nazianzeni, in pergamenis.

Prima pars sancti Thomæ Græce, in pergamenis.

Chrysostomi homiliæ in diversas auctoritates Evangelii pulchræ, in pergamenis.

Ejusdem Margaritæ, in pergamenis.

Ejusdem in Epistolam ad Hebræos, ad Philippenses, in pergamenis.

Ejusdem in Joannem prima pars, in pergamenis, et

Homiliæ Chrysostomi ex ipsius Sermonum floribus compositæ.

In capsa signata N ponderis librarum 230 *sunt libri infra scripti.*

Cyrillus in Joannem, in papyris.

Chrysostomi in primam partem Matthæi, in pergamenis, initium a XV Homilia.

Ejusdem in eumdem, in pergamenis, initium a tertia Homilia.

Sancti Basilii Hexaemeron et moralia, in pergamenis.

Chrysostomi in secundam partem Joannis, in pergamenis. Incipit a LV Homilia.

Sancti Dionysii Areopagitæ omnia opera, in pergamenis.

Sancti Basilii in Isaiam, in pergamenis.

Contra Agarenos per Judæos, in papyris.

Chrysostomi Andriantes, in pergamenis.

Chrysostomi Homiliæ quædam, inter quas sunt quinque in beati Pauli laudes, in pergamenis.

Chrysostomi in Joannem secunda pars, in pergamenis, et

Quædam Gregorii Nysseni, Eusebii, Origenis, Zachariæ, Eneæ, Theophili et Epiphanii, in pergamenis.

(1) Hic est, ut videtur, duarum litterarum hiatus, nam littera N litteræ O postponitur, adeoque duæ litteræ desunt, vel librarii incuria omissæ, vel alia de causa mihi ignota.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

In capsa signata P ponderis librarum 230 *sunt libri infra scripti.*

Orationes multorum doctorum in variis festis. Incipit quinta Septembris. Finit in laudem Josephi, in pergamenis.

Metaphrastæ mensis Novembris a XVII in finem usque.

Vitæ Sanctorum mensis Martii et Aprilis, in pergamenis.

Metaphrastæ secunda pars mensis Januarii, in pergamenis.

Orationes octo ex quibus tres sancti Basilii, et quædam aliæ, in pergamenis.

Metaphrastæ mensis Novembris a XVII in finem usque, in pergamenis.

Multi Sermones beati Gregorii Nazianzeni, in papyris.

Metaphrastæ de mense Decembris, in pergamenis, a medietate, et ultra.

Metaphrastæ de vita Sanctorum, in pergamenis a medietate et ultra de mense Decembris.

Metaphrastæ de mense Octobris, in pergamenis, et

Laudes beatæ Virginis, et multorum Sanctorum, in pergamenis.

In capsa signata Q ponderis librarum 240 *sunt libri infrascripti.*

Sermones panegyrici diversi, in pergamenis.

Expositio in Lucam : Carmina Nazianzeni cum expositione Dionysii Areopagitæ, cum expositione theologica Damasceni. Expositio in Apocalypsim, et alia multa, in papyris.

Metaphrastæ secunda medietas Novembris, in pergamenis.

Metaphrastæ de Vita Sanctorum mense Decembris a prima medietate, in pergamenis.

Metaphrastæ Novembris prima medietas, in pergamenis.

Metaphrastæ Januarius, in pergamenis

Sancti Epiphanii Panaria, in pergamenis, et

Sancti Maximi orationes, in pergamenis, diversæ.

Metaphrastæ mensis Novembris secunda pars, in pergamenis.

In capsa signata R ponderis librarum 230 *sunt libri infra scripti.*

Sancti Cyrilli ad Palladium de Latria in spiritu et veritate, in papyris.

Epistolæ sancti Gregorii Nazianzeni, in pergamenis.

Sermones sancti Gregorii Nazianzeni, in pergamenis.

Sancti Athanasii, in pergamenis.

Sermones sancti Chrysostomi in Epistolam ad Romanos, in pergamenis.

Sermones diversorum doctorum de Vita Sanctorum mensis Julii et Augusti, in pergamenis.

Chrysostomi expositio in Epistolas Pauli ad Corinthios, ad Philemonem, ad Titum, et ad Galatas, in pergamenis.

Sancti Joannis Damasceni parallela, in pergamenis, et

Cyrilli thesauri, in pergamenis.

In capsa signata S ponderis librarum 240 *sunt libri infra scripti.*

Chrysostomi in Acta Apostolorum, in pergamenis.

Chrysostomi in Epistolas ad Ephesios, Philippenses ac Colossenses, in pergamenis.

Sancti Chrysostomi in primam partem sancti Joannis Evangelistæ, in pergamenis.

Expositio Chrysostomi in partem Isaiæ, et multorum dictorum in eumdem Isaiam, vel in quamdam partem, Chrysostomi in partem Jeremiæ.

Theodoreti episcopi Cyri in totum Jeremiam, in pergamenis.

Sermones Magni Athanasii, in papyris.

Epistolæ Isidori Pelusiotæ in papyris.

Chrysostomi in secundam partem Matthæi, in pergamenis.

Sancti Maximi Philosophi, in pergamenis.

Aristobuli Monachi contra Judæos, in papyris.

Expositiones nonnullæ in Evangelia Dominicalia secundum Græcos, in papyris.

Chrysostomi in secundam partem Matthæi, in pergamenis, et

Basilii contra Eunomium, et Gregorii Nazianzeni in Hexaemeron, in pergamenis.

In capsa signata T ponderis librarum 230 *sunt libri infra scripti.*

Chrysostomi pars Margaritarum, in pergamenis.

Chrysostomi Andriantes, in pergamenis.

Chrysostomi Homiliæ in diversas materias, in pergamenis.

Origenis expositio in Matthæum et Joannem, in papyris.

Chrysostomi Hexaemeron secunda pars, in pergamenis.

Sancti Basilii Moralia, in pergamenis.

Chrysostomi Andriantes, in pergamenis.

Auctoritates de attributis, in papyris.

Epistolæ sancti Basilii, in pergamenis.

In capsa signata V ponderis librarum 230 *sunt libri infra scripti.*

Chrysostomi in Psalterium, et aliæ ejus Homiliæ, in pergamenis.

Chrysostomi expositio in Epistolas Pauli ad Colossenses et Thessalonicenses primam et secundam, ad Timotheum primam et secundam, in pergamenis.

Regula sancti Basilii quæ Ascetica inscribitur, in pergamenis.

Andriantes Chrysostomi in pergamenis.

Isaias propheta cum expositionibus, in pergamenis.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Chrysostomi expositio in primam ad Corinthios, in pergamenis.

Sancti Basilii Moralia, in pergamenis.

Gregorii Nazianzeni Orationes diversæ, in pergamenis.

Gregorii Nazianzeni Orationes, in papyris.

Chrysostomi in Psalterium, et ejusdem De virginitate, et aliæ orationes pulchræ, in pergamenis.

Sancti Gregorii Nazianzeni orationes XXVIII cum expositione, in papyris.

In capsa signata AA ponderis librorum 230 *sunt libri infra scripti.*

Chrysostomi Hexaemeron, in pergamenis.

Chrysostomi Hexaemeron prima pars, in pergamenis.

Sanctus Gregorius Nyssenus, in pergamenis.

Gregorii Nysseni contra Eunomium, in papyris.

Metaphrastæ mensis Septembris, in pergamenis.

Sanctorum Dorothei, Isaiæ, Marci, et Dialogi de vita monastica, in pergamenis.

Sancti Nili orationes diversæ et optimæ, in pergamenis.

Sancti Ephrem orationes de monastica vita, in pergamenis

Sanctorum Patrum Vitæ per Theodorum Cyri ad Palladium clausum, et de Brachmanis, in pergamenis.

Erimachi et Isac, in pergamenis.

Sanctorum Patrum memoratu digna, in pergamenis.

Sanctus Marcus, in pergamenis.

In capsa signata 9 *ponderis librarum* 230 *sunt libri infra scripti.*

Psalterium cum expositionibus plurimorum doctorum optimum, in pergamenis.

Vetus Testamentum, Genesis VI, usque ad Esdram, in pergamenis.

A Psalterium cum expositione Theodoreti, in pergamenis.

Vetus Testamentum, Genesis usque ad Esther, in pergamenis.

Quatuor Evangelia cum expositionibus, in pergamenis.

In capsa signata ῆ sunt libri infra scripti ponderis librarum 250.

Procopii expositio super Isaiam, in pergamenis.

Sancti Ephrem multæ Orationes de vita monastica, in pergamenis.

Theodoreti in Epistolas Pauli, in pergamenis.

Expositiones in libros Salomonis et Job, in pergamenis.

B Climacus cum expositione Eliæ Cretensis, in papyris.

Job, Proverbia, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Sapientia Salomonis, Jesus Sirach, Prophetæ, Tobias, Judith, Machabæorum libri tres, et Josephi quod ratio sit moderatrix affectuum animi, in pergamenis.

Ecclesiastes et Cantica cum expositione, in pergamenis.

Proverbia, Ecclesiastes et Cantica cum expositione, et Justini de Fide Catholica, et sancti Basilii quod non sit idem substantia et hypostasis, in pergamenis.

Psalterium cum expositione Zygabeni, in pergamenis.

C Quatuor Evangeliaa pulcherrimo volumine cooperto cum serico, in pergamenis.

Melissa, Cassianus et Maximus, in pergamenis.

Quatuor Evangelia parvo volumine, in pergamenis.

Octateuchus, Regum libri quatuor, Machabæorum libri duo, in pergamenis.

Et ecce Catalogus ille *Bibliothecæ Bessarionis*, qui in Bibliotheca Riccardiana asservatur *Pluteo S. ordine II num.* et quem non alia de causa *luculentiorem et exactiorem*, quam is, quem B. Montfauconius vulgavit, dixi, quam quia et synchronos Bessarioni, ut innui, esse videtur; et is quem dum libros in capsis collocarent concinnarunt illi, qui huic negotio præerant: ita ut non sit dubitandum, quin hi libri, qui recensentur, illi ipsi sint, quos Venetis Bessario donavit. Certe, quem Montfauconius edidit, non hoc simplici et tumultuario adgestu compositus est, sed secundum elementorum ordinem: ex quo forte multo posterior esse intelligatur. Illi autem, quibus vacat, utrumque Catalogum conferre poterunt, atque ita cognoscere an omnes illi ipsi libri servati sint, an alii deinde fuerint additi, an ulla alia differentia inter eos intercedat. Catalogus certe, quem ipse prodo, ab homine minus perito scriptus videtur, et quidem Græco, id quod evincit ipsa Græcarum vocalium pronuntiatio; et minus litterarum Latinarum erudito, quod orthographica menda arguunt; et paulo indoctiori, quod nominum corruptio passiva demonstrat. Nos tamen pleraque menda, quoad fieri potuit, substulimus, et ad emendatiorem scriptionem redegimus, licet multa intacta reliquerimus, ubi sensus ex pravo etiam positu deprehendi aliquatenus poterat. Cæterum in hoc Catalogo perlegendo nonnulla observavi, quæ hic recensere Lectori erudito ingratum non fuerit, et sunt quæ sequuntur.

Capsa A. *Joannes Italicus in Logicam, et Topica Aristotelis.* Phil. Labbeus commemorat tantum hujus commentarium in librum Περὶ ἑρμηνείας; Lambecius vero, alium in Topica. Hic Michaelis Pselli D discipulus fuit, cujus quoque exstat *Methodus synoptica rhetorices.*

Capsa eadem. *Erotemata Ptochoprodomi;* cujus multa alia opera, et quædam alias ignota, com-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

memorantur in Catalogo mss. quorumdam Græcorum librorum, mecum a v. cl. Scipione Maffeio liberaliter communicato.

Capsa B. *Olympiodorus* in quosdam Dialogos Platonis; et Evangelium Matthæi cum Expositionibus. *Plotini* nonnullæ orationes, plurimi quidem faciendæ, si diversæ sunt ab ejus libris qui circumferuntur.

Capsa D. *Proculus* in Parmenidem Platonis. *Damascenus*, scilicet, ut videtur, *Damascius* de Principiis et in Parmenidem. Historia de rebus gestis Mauritii imperatoris, et *Asclepii* seu *Æsculapii* Tralliani, non *Tradani*, expositio in Arithmeticam. Duo codices *Josephi* de captivitate, seu bello Judaico.

Capsa E. *Theogenes* Mathematicus, et *Charicles* Medicus, ut videtur. *Plutarchi* Parallela omnia, liber pulcherrimus. Is esse non potest ille quem Bessarioni commodarunt monachi Benedictini Florentini; ille enim partem tantum Plutarchi Parallelorum continebat; et memoria exstat in alio codice pulcherrimo Parallelorum Plutarchi, qui apud eosdem monachos remansit; ut etiam videre est apud Montfauconium in *Diario Italico*, et in *Bibliotheca Bibliothecarum*. Non *Aladamantis*, sed *Alcidamantis*, legendum est, orationes duæ. *Agathias*, de nominibus et ordinibus acierum. *Naucratis*, hoc est *Athenæi Naucratitæ* Convivia, seu Deipnosophistæ.

Capsa F. *Menander*, qui hic commemoratur, rhetor esse videtur, non comicus. *Minucianus* rhetor. Epistolæ cujusdam *Michaelis Gabræ*. *Cleomedis* Tabulæ Persicæ. Illud *Erisocinæ* Arithmetica, credo corruptum, nec facile a me restitui potest. Num legendum *Chrysococcæ*, cujus etiam Tabulæ in Astronomia memorantur apud Montfauconium?

Capsa G. Apparentia et Catholica *Euclidis*. Logistica *Barlaam*. Almagestum *Ptolemæi* cum expositione Theonis; quæ expositio exstat etiam in bibliotheca Laurentiana, ni fallor. Multorum auctorum numero XLIV Theoremata Geometrica. *Albacus* Græce, forte nomen corruptum; et certe apud Montfauconium legitur *Abacus*. *Proculus* in Astronomiam. Musica *Ptolemæi* cum expositione *Laurentii*. Compendium *Armenopoli*.

Capsa H. Compilatio, et Collectaneum legum trium imperatorum. *Meletius* de Natura hominis.

Capsa I. Acta quintæ synodi. Philosophia et Theologia *Damasceni*. Sancti *Thomæ* primus et secundus contra gentiles, Græce; nam Demetrius Cydonius Græce hoc opus convertit. In sequenti articulo legendum est *ad Cantorem Antiochenum*, et est *Declaratio quorumdam articulorum contra Græcos, Armenos et Saracenos*. Quid illud *Cinoi* sit, ignoro prorsus, nisi forte Cydonii legendum est, ut e Montfauconio colligitur.

Capsa K. Epistolæ multorum. *Ovidii* Metamorphoses Græce. Flores ex diversis auctoribus per quemdam *Macarium*. Epistolæ Pauli Græce, Latine et Hebraice. Dogmatica Armatura. Liber monasticus *Antiochi*.

Capsa O. Prima pars sancti *Thomæ*, Græce.

Capsa P. Laudes B. Virginis multorum sanctorum.

Capsa Q. Sermones panegyrici diversi. Carmina *Nazianzeni* cum Expositione *Dionysii Areopagitæ*. Si vere ita habet inscriptio, hinc multum juvari video illorum opinionem, qui censent Pseudo-Dionysium Areopagitam sæculo demum quinto vixisse. Sed puto locum interpunctione laborare, et legendum esse: *Carmina Nazianzeni cum expositione. Dionysius Areopagita cum Expositione theologica Damasceni.*

Capsa S. Observandum venit illud, *sancti Maximi philosophi*. Illud vero, *Aristobuli monachi contra Judæos*, puto legendum *Christoduli monachi contra Judæos;* et quidem hujus Dialogi IX contra Judæos in bibliotheca D. Marci Venetiis exstant, sicuti Florentiæ in bibliotheca Riccardiana.

Capsa T. *Auctoritates de attributis*, respicere videntur hæresin Palamitarum.

Capsa ϛ. *Procopii* expositio super Isaiam.

Et hæc quidem obiter, dum Catalogum legerem, observabam mihi animadversione digniora, relinquens aliis ea multa seligere in usum suum, quæ hic præstantissima sunt. Etsi vero alius horum omnium librorum Catalogus exactissimus a viris doctissimis concinnatus nuper Venetiis publici juris factus sit, tamen et cur hunc perantiquum et forte archetypum ipse ediderim, eadem in causa fuere, quæ superius, cum de eo, quem Montfauconius edidit, verba facerem, in medium adduxi.

—

Sequentem epistolam cum duabus Gemisti Plethonis ad Bessarionis quæsita responsionibus edidit Franc. Dionysius Camusatus in notis ad Ciaconii Bibliothecam, Paris. 1731 fol., sed adeo mendose, ut vix sensus expiscari possit. De manuscripto quo usus est Camusatus mihil cum Lectore communicavit. Exstare in cod. Matrit. LXXX tradit Joan. Yriarte, qui initia dedit in Catalogo codd. Gr. Matrit., p. 293, omnia adhuc latere inquiens etiam in mss. Cæsareis.

Α'. *Βησσαρίων καρδινάλις τῷ Πλήθωνι.*

Κοινῆς πᾶσιν ἐνεσπαρμένης ἐννοίας καὶ ταύτης ἀληθεστάτης, μηδὲν μηδαμῇ ἀναίτιον εἶναι, πλὴν τοῦ πρώτου καὶ πάντων αἰτίου, οὐκ ὀλίγους τῶν Πλάτωνος ἑταίρων ὡς Πρόκλον, Ἑρμείαν τε καὶ Δαμάσκιον (Δαμάσκειον), τήν τε ψυχὴν, τούς γε (τε) πρὸ αὐτῆς πάντας εἴτε νοητούς τε καὶ νοερούς, εἴτε νοεροὺς θεοὺς αὐθυποστάτους εἶναι τιθεμένους εὑρίσκομεν. Εἴποι δ' ἂν τις μηδ' ἂν μηδὲ Πορφυρίῳ, Ἰαμβλίχῳ, Συριανῷ, καὶ τῷ λοιπῷ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων θιάσῳ, περί γε τοῦ τοσούτου καὶ τοιούτου πράγματος ἄλλως δοκεῖν τούς γε προειρημένους,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὁρῶν συνεχῶς, τὰς τούτων ἀναλεγομένους ἐννοίας, καὶ τὰς αὐτῶν ἑπομένας· ὡς τὰ πολλὰ, δόξας. Ὥσπερ τοίνυν ἐκ μιᾶς γνώμης ἡ τριὰς τῶν προειρημένων ἀνδρῶν αὐθυπόστατα εἶναι τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων ἀποφαίνεται, καὶ οὕτως αὐθυπόστατα ὡς αὐτὰ ἑαυτὰ ὑφιστῶντα καὶ αὐτὰ ἑαυτῶν αἴτια ὄντα καὶ ὅλα ἅμα αἰτιατά τε καὶ αἴτια· ἔν τε γὰρ τῇ θεολογικῇ αὐτοῦ στοιχειώσει, τὸν Πρόκλον περὶ τῶν αὐθυποστάτων πολὺν ἂν εὕροις ποιούμενον λόγον ἔν τε τοῖς εἰς Παρμενίδην αὐτοῦ ὑπομνήμασι, οὐχ ὥσπερ λέγουσί τινες, ὅτι πᾶν τὸ παραγόμενον ὑπ' ἄλλης αἰτίας παράγεται καὶ ἡμῖν ῥητέον, φησὶν, ἀλλ' ὥσπερ εἰώθαμεν αὐτοκίνητα προτάττειν ὡς ἑτεροκινήτων, οὕτω καὶ τὰ αὐθυπόστατα προθετέον τῶν ὑπ' ἄλλου παραγομένων. Εἰ γάρ ἐστι τὸ ἑαυτὸ τελειοῦν, ἔστι καὶ τὸ ἑαυτὸ γεννῶν. Εἰ δὲ ἔστι τὸ αὐθυπόστατον, δῆλον ὅτι τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον καὶ παράγειν ἑαυτὸ καὶ παράγεσθαι ὑφ' ἑαυτοῦ· λέγω γὰρ, φησὶν, αὐθυπόστατον, ὃ ἂν ἑαυτὸ παράγῃ. Τούτοις δὲ ὅμοια κἀν τοῖς εἰς τὴν Πλάτωνος φιλοσοφεῖ θεολογίαν. Τοῖς δ' αὐτοῖς λόγοις ἔν τε τοῖς εἰς τὸν Φαίδρον ὑπομνήμασιν Ἑρμείας, ἔν τε τῇ περὶ ἀρχῶν πραγματείᾳ Δαμάσκιος τὴν ψυχὴν αὐθυπόστατον συμπεραίνουσιν. Οἱ δ' αὐτοὶ τὴν αὐτὴν τά τε θειότερα ταύτης ἄνευ τοῦ πρωτίστου ἑνὸς ἢ τἀγαθοῦ καὶ ὑπὸ τῶν αἰτιῶν (πρωτουργῶν) πάντων παράγεσθαι δογματίζουσιν, τὰ μὲν καὶ ἐκ πλειόνων, τὰ δέ γε ἐξ ἐλαττόνων, ὡς ὑφέσεως ἢ ὑπερθέσεως ἕκαστον ἂν εἶχεν, εἴπερ πάντα τελευτῶντα εἰς μίαν αἰτίαν τὴν πρώτην ἀνάγονται, ἀφ' ἧς καὶ προάγονται. Τοῦτο δὲ ἔκ τε τῆς θεολογικῆς στοιχειώσεως Πρόκλου ἔστιν ἰδεῖν ἔκ τε τῶν εἰς τὸν Παρμενίδην αὐτῷ πονηθέντων, ὅπου τὰ εἴδη διακρινόμενα καὶ πληθυνόμενα ἐν ἑαυτοῖς τὴν τῶν αὐθυποστάτων εἰληχέναι φησὶ δύναμιν, ὑφιστάμενα μὲν ἀπὸ τῶν πρωτουργῶν αἰτιῶν, παραγόμενα δὲ καὶ ὑφ' ἑαυτῶν. Περί γε μὴν ψυχῆς καὶ Ὀλυμπιόδωρος ἐν τοῖς εἰς τὸν Φαίδωνα διιχόθεν φάσκει αὐτὴν ὑποστᾶσαν, ὑφ' ἑαυτῆς, καὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Διιχόθεν καὶ τελειοῦσθαι καὶ αὖθις ἐν τοῖς αὐτοῖς Πλατωνικὸν εἶναί φησι δόγμα τὸ αὐτὸ παράγωγον εἶναι τὴν ψυχήν. Ταῦτα δὴ περὶ τῶν γε τοιούτων ἐοίκασι λέγειν, ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἀθάνατα ἐσόμενα· εἰ μὴ τοιαῦτά γε εἶεν, ὑφ' ἑαυτῶν τε παράγοιντο· ὡς γὰρ διὰ τοῦ αὐτοκινήτους, οὕτω καὶ διὰ τοῦ αὐθυποστάτου κατασκευάζουσι τό γε τῶν τοιούτων οὐσιῶν ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρον. Τοῦτο μὲν οὖν τοιοῦτο καὶ οὕτως ἔχον.

Β'. *Ζήτημα περὶ τοῦ μεθεκτοῦ καὶ ἀμεθέκτου.*

Ἕτερον δὲ ὅτι καὶ πᾶσαν ἑνάδα, τό τε καθ' ἑκάστην σειρὰν ἀρχικὸν αἴτιον ἐν τοῖς προειρημένοις συγγράμμασιν οἱ αὐτοὶ, οὐ ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ πάντων αἴτιον ἓν πῇ μὲν ἀμέθεκτα λέγειν δοκοῦσι, πῇ δὲ μεθεκτά· τοῦτο μὲν τῷ μήτε τὴν τινῶν ἀρχὴν αὐθυποστατεῖν ἐκείνων τινος, ὧν αἰτία λέγεται εἶναι, μήτε τὴν πάντων ἀρχήν τινος ὅλως αὐθυποστατεῖν τῶν ὁπωσοῦν ὑφεστάναι λεγομένων, πάντων αὐτῶν οὖσαν αἰτίαν. Ὅθεν καὶ τὸ πρῶτον τῶν νοητῶν ὄνομα τὸ ἕν ὃν κατὰ μέθεξιν τοῦ πρώτου ἑνὸς, τοῦτό φασι κεκλῆσθαι τῷ ὀνόματι, ἐκεῖνο δὲ, τῷ τὸ μετεχόμενον ἐκείνου δεῖν ὑφ' οὗ μετέχεται. Τούτῳ δὲ ἕπεσθαι τῷ ἑνὸς εἶναι ὧν ἐν τῷ πλήθει, καὶ μὴ πᾶσιν ἅμα περιεῖναι. Ταῦτα οὖν τὰς δοκούσας μὲν ἀντιφάσεις ἥκιστα δέ γε οὔσας οὐ γὰρ ἂν ἔγωγε τοῦτο θαῤῥήσαιμι φάναι· σὺν ἂν εἴη, σοφώτατ' ἀνδρῶν, τοῦ μόνου τανῦν τῆς Πλατωνικῆς ἐποπτείας μυσταγωγοῦ τε καὶ μύστου, ἱκανῶς διαλύσασθαι καί τινα περὶ τούτων ἡμῖν ἐκθεῖναι διδασκαλίαν· ὡς ἐμοίγε σφόδρα προσίσταται καὶ λύσιν πολλὰ σκοπούμενος οὐδεμίαν οὐδέπω ἥτις καὶ ἱκανὴ ἔσται εὑρεῖν ἐδυνήθην· ἃ δ' ἄν τις φαινομένην ἀντίφασιν ἐν τούτοις συνάγων, ἢ πρὸς αὐθυπόστατον ἀπαντῶν, ἀδύνατά τε καὶ ἄτοπα ἐπάγοι τῷ λόγῳ, ἐξέθηκα ἂν εἰ μὴ τὴν πολυλογίαν φεύγων ἅμα καὶ σὲ ἥδειν διαβατικωτάτῳ σου νῷ πάντα περιοψόμενον.

Γ'. *Ζήτημα περὶ τῆς τῶν ὄντων συνωνυμίας ἢ ὁμωνυμίας.*

Πρὸς δὴ τούτοις κἀκεῖνο εἰδέναι χρεὼν, ὡς τὰ ὀνόματα τοῖς αἰσθητοῖς παρὰ τῶν νοητῶν ἐφῆκεν, οὔτε ὁμωνύμως οὔτε καθαρῶς συνωνύμως, ἀλλ' ὡς τὰ ἀφ' ἑνὸς καὶ πρὸς ἓν Πρόκλος δοξάζει, συμφωνῶν, ὡς φησι, Πλάτωνι, κἀκεῖνα μὲν πρώτως εἶναι, ὃ λέγεται, ταῦτα δὲ δευτέρως. Πᾶς γὰρ, φησὶν, ἀριθμὸς εἰς οἰκείαν αὐτῷ καὶ σύστοιχον ἥρτηται μονάδα, ἀφ' ἧς καὶ τὴν ὑπόστασιν ἔχει καὶ τὴν προσηγορίαν οὔτε συνωνύμως οὔτε εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ὡς τὰ ἀφ' ἑνὸς καὶ πρὸς ἕν· ὥστε καὶ τὰ ὄντα καὶ ἐκ μιᾶς ἐστι μονάδος ἡ πρῶτος, καὶ λέγεται ὂν δι' ἣν καὶ ταῦτα κατὰ τὴν ἑαυτῶν τάξιν καὶ ἔστιν καὶ ἐπονομάζεται ὄντα, καὶ ἀπὸ ταύτης πάντα τὰ ὄντα συμπαθῆ εἰσιν ἀλλήλοις, καὶ τὰ αὐτά πως καθ' ὅσον ἐξ ἑνὸς ὄντος ἐστί· καὶ ἀλλαχοῦ· ὃ γάρ ἐστι τὸ ἓν εἶδος πρώτως, φησὶ, τοῦτο τὰ ὑπ' αὐτὸ πολλὰ δευτέρως. Καὶ Ὀλυμπιόδωρος δὲ ἐν τοῖς εἰς τὸν Φαίδωνα, Ὁμώνυμοι, φησὶ, τοῖς παραδείγμασιν αἱ εἰκόνες, ὡς μόνου τοῦ ὀνόματος τὴν ταυτότητα σώζοντος, τοῦ δὲ πράγματος ἑκστάντος ἀπὸ τοῦ παραδείγματος εἰς εἰκόνα.

Δ'. *Ζήτημα περὶ τῆς εἱμαρμένης.*

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ πολυθρύλλητον εἱμαρμένης τε καὶ ἀνάγκης δόγμα κατατεμαχίζειν μοι δοκοῦσι Σιμπλίκιός τε καὶ Ὀλυμπιόδωρος, ὁ μὲν ἐν ταῖς εἰς τὸ *Ἐγχειρίδιον* Ἐπικτήτου ἐπιστασίαις ἀποτρεπόμενος τοὺς πάντα ἀναγκάζοντας τά τε ἐπιχειρήματα αὐτῶν ἐκτιθέμενος καὶ ἀνατρέπων· εἶτ' αὐτὸς ἀποδεικνύς τε καὶ συμπεραίνων τὴν ὑπόληψιν καὶ δρεξιν τῆς ψυχῆς καὶ ὅλως τὴν αἵρεσιν καὶ προαίρεσιν αὐτεξούσιον καὶ οὐδαμῶς ἠναγκασμένην εἶναι· ἄλλως γὰρ οὐδὲ σῴζεσθαι, τὸ αὐτοκινητὸν αὐτῆς σώζεσθαι δύνασθαι, καὶ ὅλως αὐτὴν οὐσίαν, ἀλλ' ἅμα τῇ τοῦ ἐφ' ἡμῖν ἀναιρέσει καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῆς ἀναιρεῖσθαι. Οἶδας δὲ ποίας σχολῆς ὁ Σιμπλίκιος, καὶ ὡς τῆς Ἀκαδημαϊκῆς ἠρύσατο πηγῆς δαψιλέστατα παρ' Ἀμμωνίου καὶ Δαμάσκιον τοὺς Πλάτωνος ὑποφήτας φοιτήσας. Οὐδέ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γε Ὀλυμπιόδωρος, ἐν μὲν τοῖς εἰς τὸν Γοργίαν, Τεθηλυμένης ἐστὶ, φησὶ, προαιρέσεως τὸ οἴεσθαι, πάντα ἐξ ἀνάγκης εἶναι καὶ καθ' εἱμαρμένην, καὶ μηδὲν ἐκ τῆς προαιρέσεως γίνεσθαι τῆς ἡμετέρας· μὴ γὰρ νόμιζε, φησὶν, ὅτι οὐ ζυνατὸν παρ' εἱμαρμένην ἀποθανεῖν. Δυνατὸν γὰρ, εἴ γε ἡ προαίρεσις ἀναγκάσει· καὶ γὰρ καὶ ἡ εἱμαρμένη ἐκ τῆς προνοίας ἤρτηται. Καὶ αὖθις ἐν τοῖς αὐτοῖς Ἀμμώνιον εἰσάγει, τὸ τῆς ψυχῆς αὐτοκίνητον ὑπερισχύειν τοῦ τῆς εἱμαρμένης νόμου τιθέμενον, ἐν τούτοις τοῖς λόγοις· Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, οἶδα ἀνθρώπους τινὰς ὅσον κατὰ τὴν ἀστρολογίαν θέματα μοιχῶν ἔχοντας καὶ σωφρονοῦντας περὶ γενομένου αὐτοκινήτου τῆς ψυχῆς. Ἐν δὲ τοῖς εἰς Ἀλκιβιάδην, Ἐκ τῶν τοῦ Θεοῦ, φησὶν, ἐρωτήσεων ἀνακύπτειν ὡς καθ' αἵρεσιν οἱ βίοι καὶ οὐ κατηναγκασμένοι. Φησὶ γάρ τι βούλει. Οὕτω δὴ καὶ ἐν Πολιτείᾳ, Αἰτία ἑλομένου Θεὸς ἀναίτιος· καὶ αὖθις, Ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθαι, οὐχ ὑμᾶς δαίμων λήξεται· ἐν ἡμῖν γὰρ ἔστιν ἐλέσθαι τοιόνδε βίον· ἑλομένους δὲ πράττειν τὰ ἑπόμενα τῷ βίῳ οὐκ ἐν ἡμῖν, ἀλλ' ἀναγκαίως. Οἶδας δέ γε καὶ Πρόκλον ἀναγκαίως τὰ ἐνδεχόμενα τὸν Θεὸν εἰδέναι φάσκοντα ἐν τῇ *Θεολογικῇ* αὐτοῦ *στοιχειώσει*, κἀντεῦθεν συγχωροῦντα τὸ ἐνδεχόμενον, Ἀμμώνιόν τε τοῖς αὐτοῖς ῥήμασιν ὡς ἀπὸ λημμάτων ἰαμβλιχίων χρώμενον, ἐν οἷς Ἀριστοτέλην περὶ τοῦ ἐνδεχομένου ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας ἑρμηνεύει. Οὓς τοιούτους καὶ τοσούτους ἄνδρας ὄντας εὐχερῶς ἀπώσασθαι οὐ πάνυ τοι ῥάδιον. Εἴ τοι νῦν πρὸς ταῦτα ἐπιδοκιμάσειας οὐ τὸν πόνον, ἀλλὰ τὴν ἐσομένην τοῖς ἐντευξομένοις ὠφέλειαν λογισάμενος χαριῇ τέ μοι τὰ μέγιστα καὶ μεγάλων ἀποριῶν ἀπαλλάξεις.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ ΓΕΜΙΣΤΟΥ ΠΡΟΣ ΒΗΣΣΑΡΙΩΝΑ

Περὶ τοῦ Δημιουργοῦ τοῦ οὐρανοῦ,

14. *Rhetoricorum libros V* (*a*), Basileæ 1522. in-4; et Parisiis 1538, in-8. De illis typographus : *In emendatione hujus operis, et Græcis præcipue restituendis non parum nos adjuverunt Hermogenis rhetorica Græca : et quibus quantum ad status inventionis præcepta, et formas elocutionis attinet, bonam partem in suos libros Trapezuntius transtulit, ubi interim quædam sunt sic Latine reddita, ut propter vocabulorum novitatem vix intelligas, nisi prius Græca legeris. Proinde Græca nonnunquam in marginem ascripsimus.* Fernandus Alphonsus Herrera edidit in eosdem *Rhetoricorum* libros Scholia ex Hermogenis Tarsensis methodo, Compluti anno 1511, cum ejusdem Trapezuntii Vita, in fol., ut adnotatur in *Bibliotheca Hispanica*, pag. 570.

15. *Commentaria in plerasque Ciceronis orationes*, et præcipue *Philippicas* (*b*), Parisiis apud Asensium et Basileæ cum aliis in Ciceronem Commentariis apud Robertum Winter, et apud Oporinum 1553.

16. *Dialecticam* brevem quidem, sed absolutam, Coloniæ apud Gymnicum 1530, quæ postea ab erroribus repurgata, et scholiis Joannis Noviomagi, (*c*) et Bartholomæi Latomi illustrata, edita est ibidem ap. Franc. Gryphium 1544, in 8, et mox Argentorati 1519, in 4.

17. *In Claudii Ptolemæi centum sententias Commentarium.* [V. *Zenum* l. c. p. 14 sq.]

18. *De Antisciis, in quorum rationem fata sua rejicit* (*d*).

19. *Cur astrologorum judicia plerumque falluntur.* Omnia simul Coloniæ 1544. cum Joannis Pontani dialogo, *Quatenus credendum sit astrologis*, in 8. Posteriores duo cum Omar *De Nativitatibus*, Venet. anno 1525 in 8 (*e*). Ex hoc labore iniquiorum invidia Trapezuntium consecuta est. Virum enim litteris etiam datis insectati sunt, ut ex ejus epistola, quisquis ille fuerit, nam nec de nomine quidem illum compellare voluit, adhuc inedita (*f*) conspicere possumus : Ἀνώνυμος Γεωργίῳ τῷ Τραπεζουντίῳ. Ἀνέγνων τοὺς συντεθέντας σοι εἰς Πτολεμαῖον, καὶ τὸ ἐκείνου βιβλίον καρποὶ εὐλόγως ὀνομαζόμενον ὑπομνηματισμούς. Καὶ ἐθαύμασά σου οὐχ ὅπως τὴν τόλμαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀμαθίαν· τί γάρ σοι μαθημάτων καὶ σοφίας μέτεστιν, ἢ πότε σὺ περὶ τῶν τοιούτων ὀρθῶς διήκουσας, ἢ προσεξεῦρες αὐτὸς, ὥστε σε εἰκότως θαρρεῖν, δεῖν ἅπτεσθαι τῶν τοιούτων; Τέρας τῷ ὄντι ἡγοῦμαι, ὅτι σοι μηδὲν εἰδότι τὸ συνειδὸς ὑποβάλλει πάντα ἐπίστασθαι. Πρότερον μὲν γὰρ οὐκ ᾤμην τοιαῦτα τὸν τῦφόν τε, καὶ τὴν οἴησιν ἀλαζονεύεσθαι δύνασθαι. Τὸ γὰρ σκευάζεσθαι ῥήμασι καθ' Ἡρακλῆν τοὺς μηδὲ κατὰ Θερσίτην ἀγωνίζεσθαι δυναμένους πολλοὺς ὁρῶ μὲν καθ' ἡμέραν, γράφειν δὲ τὰ περὶ ὧν ἧττον αἰσθάνεταί τις ἢ λύρας ὄνος οὐδένα. Οὐδένα οὖν τὸ δοκεῖν μὴ ὄντα κωλύει γράφειν, ἵνα μή τις ἐν οἷς ἐπιδείκνυται

(*a*) Editionibus Rhetoricorum Trapezuntii nominatis ab Allatio adde primam Venetam 1478. fol. Basileenses 1520, 4, et 1538 ; Parisiensem apud Christianum Wechelum, 1532, 8; Lugdunensem Seb. Gryphii 1547, 8 ; et Venetam 1560, 4. (*Fabr.*) Add. Georgii Trapez. *Rhetorica*, Venet. ap. Vindel. Spir. (1470) fol. et Mediolani ap. Pachel. 1483 fol. (cui posteriori edit. addita sunt ejusdem *De artificio Ciceronianæ orationis pro Q. Ligario* et aliorum opuscula). V. Maittaire A. T. tom. I, p. 320; tom. IV, part. I, p. 297, et Panzeri A. tom. III, p. 68, n. 18; tom. IV, p. 428, n. 18, atque tom. II, p. 71, n. 416. — Eadem Basil. apud Curionem, 1522, 4. V. Maittaire, l. c. tom. II, part. II, p. 630. — Eadem cum aliis veteribus rhetoricæ auctoribus, Latine, edente Jac. Taurello Fanensi, cujus epistola initio præfigitur. Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ Asulani soceri, 1523 fol. V. Maittaire l. c. tom. V. p. 434. et Ant. Aug. Renouard, *Annales de l'imprimerie des Aldes*. tom. I, Paris. 1803, 8, p. 167 sq. atque biblioth. Maphæi Pinellii, etc. tom. III, p. 31 sq. — Conf. Zeni *Diss. Voss.* II, p. 17 sqq. n. 35, qui ibid. etiam jam memorat Georgii Trapez., *De suavitate dicendi* ad Hieronymum Bragadenum, init. : *Scripsi ad te brevioribus antea verbis*, in cod. *Venet.* bibl. Marc. D. v. Catal. codd. latin. Marc. p. 204. (*Harl.*)

(*b*) Commentaria Trapezuntii in XIII Philippicas et in orationem pro Q. Ligario exstant etiam aliorum commentariis in Ciceronis orationes adjuncta in collectione quæ prodiit Lugd. 1554 fol. Paris. 1561. etc. (*Fabr.*) *De artificio orat. Cic. pro Q. Ligario.* V. ad not. antec. et Zenus l. c. p. 24, memorat quoque edit. cum Q. Asconii Pediani aliorumque commentariis ad Cic. oratt. vetustam sine notis anni, loci et typothetæ in fol. et aliam, cum Asconio, Florent. per Philipp. Juntam, 1519. 8. — Venet. in bibl. Michaelis prope Murianum custoditur Trapez *De artificio orat.* Cic. *pro Ligario*, cum Asconio Pediano, Lusco et Siccone (Xichone aut Xicone) Polentono, curante Hieronymo Squarzafico, ann. 1477 fol. v. Append. ad eamdem bibl. codd. mss. col 457 sq. in primis Panzeri A. tom. III, p. 123 sq. n. 281, ex quo discimus, Venet. per Joann. de Colonia et Jo. Manthem de Gerretzem id opus esse typis expressum. — Item f. l. et anno circa a. 1490. fol. V. Panzeri A. tom. IV, p. 89, n. 123. — Commentarius in Philippicas Ciceronis editus est sine l. et a. fol. (Venetiis, per Nicol. Jenson,) et Venetiis, sine anno, in-4. V. Panzeri A. T. tom. III, p. 486, n. 2720 et p. 499, n. 2827. (*Harl.*)

(*c*) Cum Noviomagi scholiis prodierat Paris. 1537. (*Fabr.*) Ms. Venet. in bibl. Marc. cod. 311. *V.* Cat. codd. Marc. Latin. pag. 135. — Edit. Argentor. ap. Schurer. 1513. 4. — Paris. ap. Sim. Colin. 1528, 1532, 1534, et 1544, 8. — Cum scholiis Jo. Neomagi. Paris. 1535, 8. Ap. Franc. Gryphium. *V.* Maittaire A. T, tom. II, p. 247, tom. III, p. 769, p. 807 ; tom. III, p. 364 ; et tom. II, p. 828, et in ind. p. 435. — Basil. ap. Valentin. Curion. 1522, 8. *V.* Panzer. A. T. vol. VI. p. 235, n. 457. — G. Trapez. *Compendium dialecticæ ex Aristotele*, sine ulla nota, sæc. XV, 4, de qua rarissima ed. v. el. Morell. in bibl. Pinellii, tom. I, p. 268 sq. n. 1556. et Panzer. A. T. vol. IV, p. 203, n. 1235. — Zenus, in *Diss. Voss.* II, p. 24. n. 42, memorat præterea ed. Horat. Toscanell. Venet. ap. J. Barileit. 1567. 4. (*Harl.*)

(*d*) *Romæ* in codd. Vatican. *V.* Montfauc. *Bibl. biblioth. Mss.* p. 58, *C.* 88 *D. Harl.*)

(*e*) Zenus l. c. p. 26, 59, exstare etiam scribit illud opuscul. in Gervas. Marstalleri *Artis divinitricis*, quam astrologiam seu judiciariam vocant, Paris exc. Christi. Wechel. 1549, 4, cap; 148. (*Harl.*)

(*f*) Ms. Paris. in bibl. publ. cod. 817, n. 17, et Mosquæ in bibl. synod. cod. 279, *V.* Matthæi Not. codd. Gr. Mosq. p. 181, n. 27. (*Harl.*)

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ἑαυτὸν ἐν τουτοις ἐκπίπτων συρίττηται. Ἐξέσται γὰρ ὁσημέραι καὶ τοῖς μετέπειτα δοκιμάζειν τὰ μηδενὸς ἄξια. Ὅτι δέ σοι τὸ βιβλίον καὶ ἀμαθίας ἐστὶ μεστὸν, καὶ ἀμβλύν σε εἶναι κηρύττει, πᾶσιν ἔσται δῆλον ταχὺ, εἰ μή τις αὐτὸ κατακαύσειε. Διὰ ταῦτα ἐμοὶ χρησάμενος συμβούλῳ σὺ πρῶτος αὐτὸς τῷ Ἡφαίστῳ παρακατάθου. Ἐνδοξότερον γάρ σοι τὸ σιγᾶσθαί σου τὴν σοφίαν, ἢ τὸ κηρύττεσθαι τὴν ἀμαθίαν. *Incertus Georgio Trapezuntio. Tua in Ptolemæum, et ejus librum, fructum non absque ratione nuncupatum, commentaria perlegi : et non audaciam tantum, sed insciliam quoque admiratus sum. Quid enim tibi aut disciplinarum aut sapientiæ inest, vel quando tu ex illis recte aliquid audisti, vel ipse adinvenisti, ut jure tantum audeas, manumque illis admoveas? Monstrum sane existimo, cum tamen ipse nihil scias, opinione omnium scientiam tibi arrogare. Et prius quidem haud opinabar superbiam, atque existimationem similia divendere, jactareque posse. Et plane multos verbis instrui, atque Herculem, qui nec in certamen, quemadmodum Thersites, descendere possunt, quotidie conspicimus, at ea quæ æque atque asini lyram persentiscit, scribere nullum. Nullus enim ea quæ non sunt scribere impeditur, ne in quibus semetipsum ostentat quis, ad ea non collimans exsibiletur. Licebit namque quotidie et his, qui futuri sunt, res nullius dignationis experiri. Porro librum, inscitiæ plenum, te quoque obtusum esse indicare non multo post omnibus innotescet, ni quis illum prius comburet. Propterea meo consilio utens tu primus illum Vulcano committe. Gloriosius quippe tibi accidet, si sapientia tua taceatur, quam si ignavia inscitiaque deprædicetur.* Ad hæc Trapezuntius pulchre acriterque rescripsit : Γεώργιος τῷ ἀνωνύμῳ. Ἀνέγνων σου τὴν φθόνου πλήθουσαν ἐπιστολὴν, καὶ ἐλέησά σε τοῦ πάθους. Ἀμαθεῖς γὰρ καὶ τολμητὰς ἡμᾶς ἀποφαίνῃ, ὅτι τὰ Πτολεμαίου συνεπτυγμένως εἰρημένα κατὰ σπουδῆς καὶ γυμνασίας, προσθήσω δὲ καὶ τῆς πολλῶν ὠφελείας χάριν ἀνεπτύξαμεν. Εἰ δ' οὐδενὸς ἐν τοῖς τοιούτοις ποτὲ διηκούσαμεν, οὔτε προσεξεύρομεν αὐτοὶ, ἀλλ' ἀρκεῖ νῦν πολλοὺς ἡμῶν καὶ σοφοὺς ἀκούειν, καὶ τὰ γεγραμμένα ἡμῖν διέρχεσθαι, καὶ τόσα ἡμῖν προσεξευρῆσθαι, ὅσα ἐν τῷ βιβλίῳ γεγράφαται, πρὸς ἃ σύ μοι δοκεῖς, ὡς ὄνος ἔχειν πρὸς λύραν. Πῶς γάρ ; ὃς γε τῷ Ἡφαίστῳ συνιστᾷν συμβουλεύεις, ἃ πολλοὶ πολλῷ σου σοφώτεροι θαυμάζουσί τε, καὶ ἐκθειάζουσιν. Ἀλλὰ καὶ συρίττεσθαι ἡμᾶς τῷ ἐκπίπτειν τῆς ἀληθείας φαντάζῃ, καὶ ἀμβλεῖς ὑβρίζων ἀποκαλεῖς. Ἅπερ εἰ ἀληθῆ ἐνόμιζες, οὐκ ἂν ἔγραψας· ἐθεράπευες γὰρ ἄν σου τὸν φθόνον ἡ νομιζομένη περὶ τούτων ἀλήθεια. Νῦν δὲ ἀποπνιγόμενος τῷ πάθει, καὶ οὐχ οἷός τε ὢν, τῶν ὑπερ τῶν συγγραφέντων ἡμῖν ἀδόμενα φέρειν, ὄνου δίκην λακτίζεις, καὶ ἀποῤῥήγνυσαι. Ἀλλ' εἰ θελήσειας συμβούλοις ἡμῖν χρήσασθαι, τῷ φθόνῳ πολλὰ χαίρειν εἰπὼν, καὶ τὸ κακῶς λέγειν ἀφεὶς, εὖ πράξεις, καὶ ἔσῃ ἐνδοξότερος διὰ τὸ σιγᾷν ἢ σοφώτερος διὰ τὸ ληρεῖν, καὶ τὴν λύσσαν, ᾗ πρὸς πάντας ὡσεὶ μαινόμενος φέρῃ. *Georgius incerto. Litteras tuas invidentiæ plenas percurri, et conditionem tuam miseratus sum : ignavos quippe nos et audaces judicas, quod perplexa Ptolemæi dicta studio, exercitatione, multorumque commodo, quid enim vetat hoc addere? exposuimus. Quod si in similibus vel præceptorem non habuimus, neque nos invenimus ipsi, satis tamen id erit, multos, eosque sapientes, audire nos, et scripta nostra percurrere, eaque a nobis adinventa fuisse, quæ in libro tradidimus Ad ea tu æque atque asinus ad lyram te habes. Quidni? cum ea Vulcano committere consulas, quæ multi longe te sapientiores admirantur, et quasi oracula venerantur : quin et exsibilari nos, quod a veritate aberremus, imaginaris : nec sine ludibrio segnes nos compellas; quæ si vera existimasses, nunquam dedisses litteras, sed tuam invidiam de illis existimata veritas mederetur. Nunc vero affectu exectus, nec ferre valens quæ pro scriptionibus nostris decantantur atque circumferuntur, instar asini calcitras et disrumperis. Verumtamen, si nobis consiliariis uti volueris, invidiæ valedicens et maledicentiam ablegans, bene valebis, erisque taciturnitate gloriosior quam garrulitate, ac rabie, qua in omnes veluti insanus inveheris, sapientior.* De versione Ptolemæi, et Commentariis in eumdem Trapezuntii scriptionum non æquus æstimator Nicolaus Perottus (*g*) archiepiscopus Sipontinus hæc habet : *In Commentariis, quos in magnam compositionem Ptolemæi furto a Theone subtractos edidit, tum etiam in margine Problematum Aristotelis, quæ a Græca lingua in Latinam pervertit.* Et : *Mentitur se Ptolemæum, quem jamdiu non Latinum sed barbarum, et multis in locis mendacem fecerat, nondum edidisse, ideoque tam egregium opus ad eum missurum, et nomini ejus se dedicaturum pollicetur una cum Commentariis, quibus sese id opus exposuisse gloriatur, in quibus nihil est alicujus duntaxat momenti; quod non sit a Theone Ptolemæi expositore subtractum. Sed verba ineptissima ponemus; Ptolemæus jampridem in Latinam a nobis traductus linguam est, sed non adhuc editus. Et quoniam ad hunc usque diem non intellectum Almagestum comperimus, Commentariis ipsum nostris exposuimus.*

20. *Comparationem Platonis et Aristotelis*, qua Aristotelem (*h*) Platone longo intervallo superiorem

(*g*) Bessarionis, patroni sui, odio in Trapezuntium obsequens.

(*h*) Dicitur Trapezuntius Aristotelem Platoni prætulisse in gratiam Pauli II Platonicos academiæ Romanæ ægre ferentis. Vide *Diarium Venetum*, tom. XVI, p. 442 et 420 seq. (*Fabr.*) s. Zeni *Diss. Voss.* II, p. 21 sqq. ubi multus est de hac controversia ejusque ortu causaque. — Trapez. in Platonem, in cod. bibl. Escorial. V. Pliier *Itinerar. per Hispan.* p. 170. Et conf. Lambec. VII, p. 269, not. 3. (*Harl.*)

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

esse contendit, Venetiis 1523, per Jac. Pensium de Leuc. in 8. Sed cum in Platonem conviciis ac maledicentia libri essent referti, ubi eos Bessarion perlegit, hominis temeritate permotus, et hominis mentem exsecratus, tacito Trapezuntii nomine in calumniatorem Platonis libris IV, respondit (*i*), quibus primum sapientiam Platonis atque doctrinam, mox scriptorum ejus cum nostris (*k*) similitudinem, tum probitatem morum vitamque integerrimam exponit; et, ut inscitiam hominis magis ac magis propalaret, quintum addidit, in quo Trapezuntii in interpretatione legum Platonis semel atque iterum ab eodem edita, errores ac lapsus collegit, refutavit et emendavit, adeo ut plane ostenderit, non potuisse eum de tali philosopho judicium ferre, quem minime intellexit; et ut accuratior atque absolutior tractatio haberi posset, disputationem suam *De natura et arte*, multis antea annis scriptam in eumdem Trapezuntium, cum ad utrumque philosophum quæstio illa pertineret, adjunxit.

21. Anno 1465, e Creta Constantinopolim navigans *Andreæ Chii martyrium*, quod eodem ferme anno (*l*) in protestationem fidei Christianæ ille subierat, a Byzantinis narrantibus audit, idque postea Romæ post duos annos promissionis debitum persolvens Latine conscripsit. Habes apud Surium, tom. III, 29 Maii (*m*). De fide hujus Historiæ vid. Petrus Canisius, *De B. Virgine* lib. v, cap. 29.

22. Item expositionem illius loci Evangelii Joannis : *Si eum volo manere donec veniam*, cap. 21, ad Sixtum IV pontificem (*n*), quo conatur asserere Joannem evangelistam nondum esse mortuum. Legitur inter orthodoxographa Basileæ impressa, et tom. VI *Bibliothecæ Patrum*, Parisiis 1577, et alibi. In eam sententiam peculiari opusculo Bessarion cardinalis invectus est. *At bonus vir*, addit Possevinus, *aliud diceret, si modo esset superstes.* Nos item syntagmate nostro (*o*), *De fine et vitæ exitu Joannis Evangelistæ*, utramque sententiam examinamus, et quænam earum verior sit, inquirimus. [Conf. *Zenum* l. c. p. 26. nr. 56.]

23. Quæ sequuntur, an edita sint, quærent alii. *Oratio in funere* (*p*) *Michaelis Veneti ad Turcarum imperatorem.*

24. *Isagoge, et Commentaria* (*q*) *in magnam compositionem Ptolemæi.*

25. *Orationes.* [Conf. *Hodium* l. c. p. 119.]

26. *Epistolæ* (*r*).

27. *Exhortatio de recuperanda Terra Sancta.*

28. *Contra Theodorum Gazam.* [Conf. Zenum l. c. p. 20 sq. et Boerner l. c. de Gaza, aliisque Trapezuntii adversariis, in primis Hodium l. c. p. 119 sqq. qui ejus quoque præcones, aut qui mitius de illo judicarunt, producit. (*Harl.*)

29. *Ad Leonellum Estensem* (*s*), *et responsio in invectivam Guarini.*

(*i*) Prodiit opus Bessarionis Venet. 1516 fol., ut jam notavi supra p. 722. ed. vet. ed. nov. p. 71. De ejusdem cardinalis epistola, Græce scripta, ad Theodorum Gazam de Trapezuntii libro pro Aristotele contra Platonem, meminit Lambecius lib. VIII, 163 seq. (*Fabr.*) At Lambec. in hoc vol. VIII, p. 1087 sqq. recenset cod. 61. in quo n. 6, uti in cod. 62 est Bessarionis epistola exhortatoria ad omnes Græcos de præstanda obedientia Rom. Ecclesiæ, etc. Contra in vol. VII, p. 347 sqq. ed. Kollar. n. 5, cod. 90 recenset Bessarionis ad Theodor. Gazam de Georgii Trapez. libro pro Aristotele contra Platonem epistolam, ubi quoque affert epitaphium in Trapez. et Kollar. ablegat lectores ad *Analecta Vindobonensia*, tom. I, p. 1198 sqq. et p. 1206. (*Harl.*)

(*k*) Sacris.

(*l*) 29 Maii a. 1465. [add. Zenum l. c. p. 24. n. 43.]

(*m*) Exstat etiam in Actis sanctor. tom. VII, Mali p. 185.

(*n*) Prodiit et separatim Basileæ a. 1543, 8, apud Robertum Winter. Et in orthodoxographorum utraque editione habetur hoc opusculum a. 1555 et 1569.

(*o*) Hoc syntagma Allatii non vidit lucem.

(*p*) Fantini Michaelis, patricii Veneti [mortui 1434, m. Non.]. Vide *Diarium Venetum* tom. XVI, p. 444 (*Fabr.*) s. Zenum l. c. p. 24, n. 46; ms. Lat. in cod. Taurin. 601, fol. 179. *V.* Cat. codd. Lat. Taur. p. 161. (*Harl.*)

(*q*) Hæc sunt quæ ex Theone sublecta Perottus supra, n. 19, arguebat.

(*r*) Orationes et epistolæ in cod. apud Montfauc. in Bibl. biblioth. mss. p. 107 *C.* — Epistola, *qua mordentem remordet, Paris.* in bibl. publ. cod. 817. n. 18. — Ibidem in cod. 2561, n. 6, exstant G. Trapez. Epistolæ ad Nicolaum duæ, ubi de rebus ad theologiam pertinentibus. — Mansius ad Fabricii *Bibl. mediæ et infimæ Latinit.* tom. III, p. 36 sq. (ubi agitur de Georgio Trapezuntio), addit, epistolas ejus septem in collectione Francisci Barbari satis ampla, quam e Mss. codd fere ex integro erutam dedit cardinalis Angelus Maria Quirinus, Brixiæ 1743, 4. (v. Mansium, ibid. tom. I, p. 171 sq.) isque tom. III, p. 36; præterea : « In epistola, inquit, ejusdem collectionis 104 sermonem habet epistolæ, seu potius, ut ipse appellat, orationis *De fortunis suis* ad Nicol. pontificem scriptæ. Insuper Malatestarum bibliotheca Cæsenæ servat codicem ms. homiliarum S. Chrysostomi in Matthæum ex versione Aniani, continuata a Trapezuntio; simulque habet epistolas mss. ejusdem Georgii ad Franciscum Barbarum, datam ex Urbe V Kal. Mart. a. 1450, quam epistolam in collectione epistolarum Barbari nequaquam legas. » De epistola, ab Hodio publicata v. supra, not. ad n. 3. et de epist. ad Nicolaum ibid. et Hodium l. c. p. 119, Epistolam Latinam *Ad Eugenium*, pontif. max., ex cod. bibl. mss. monasterii S. Michaelis Venetiar. prope Murianum in lucem edidit Mittarellus, in bibl. illius monasterii, col. 1143 sqq. add. Boerner. l. c. p. 106 not. **. et Zenum l. c. p. 25, n. 48. (*Harl.*)

(*s*) Hæc ad Leonellum epistola cum responsione ad Guarinum ms. exstat Venetiis apud Apostolum Zenum, vide *Diarium Venetum*, tom. XVI, p. 459 seq. [s. *Dissert. Voss.* II, p. 20.] ubi etiam [in *Diss.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

30. *Dialogus de Fide* (*t*).

Addit Gesnerus, 31, *De divina substantia secundum Aristotelis doctrinam.*

32. *De veritate fidei Christianæ.*

33. *Epistolas in Psalmum* XLIV *quarum quædam exstant Venetiis ad S. Antonium.* Quæ quamvis Latina habeantur, nullus tamen dubito, potissimam eorum partem Græce etiam ab eodem fuisse conscriptam, ut infra, dum ejus tractatus Græcos enumerabimus, abunde patebit. Eo namque ævo celebres in utraque litteratura viri, et in utriusque eloquentiæ facultate eximii, ut utriusque primis nationibus satisfacerent, gloriamque sibi ex utraque lingua veram captarent, ac solidam, quod Græce prius scripserant, Latine postmodum enuntiabant, vicissimque Græce, quod Latine. Dictum comprobant Trapezuntius, Bessario cardinalis, Theodorus Gaza, Argyropulus, et alii.

34. Carmina etiam Latina non infeliciter composuisse habeo ex Gyraldi dialogo I, de poetis sui temporis. *Docti plerique, Georgium meum, fatentur, versus composuisse, quod vel palam cognoscere potestis ex iis quæ de Orpheo, Musæo, Lino, et aliis pluribus Græcis poetis in Latinum convertit apud Eusebium Pamphili.*

35. Ex iis vero, quæ Græce composuit, *Epistola ad Joannem Palæologum, Romanorum imperatorem*, qua eum cohortatur ut in Italiam ad synodum (*u*) naviget, concilium Basiliense, cum ab auctoritate Romani pontificis desciverit, parvipendat, nec ad illud animum advertat, edita est (*v*) Græce et Latine cum Simocatta, et Phrantza a Jacobo Pontano Ingolstadii apud Adamum Sartorium 1640, in 4. Habetur ms. in bibliotheca regis Gallorum (*x*), Bavarica, Augustana, Vaticana; eratque apud Antonium Augustinum sub hoc titulo, *Georgii Trapezuntii defensio missa ad imperatorem Romanum Joannem Palæologum. De navigatione ejus in Italiam*, cod. 160. Ex dictis tamen error manifeste deprehenditur. Et forte non aliud est, quod in Augustana conservatur. Index manuscriptus *Georgii Trapezuntii autographum, ut videtur de Manuele rege.*

36. Græca vero inedita sunt, Εἰσαγωγὴ εἰς τὴν μεγάλην τοῦ Πτολεμαίου σύνταξιν. *Introductio in magnam Ptolemæi constructionem*, in biblioth. Augustana, et Scoriaci catholica. (*Allat.*) De cod. Escorial. *V.* Plüer. *Itinerar. per Hispan.* p. 170. Indice Gottlob. Kranz in Memorabil. bibl. publ. Elisabethanæ Wratislau. f. Rehdigerianæ, p. 85; sunt in illa bibl. mss. Ptolemæi Almagestum et quadripartitæ constructionis opus, atque Georgii Trapez. in Ptolemæum notæ et Theoricam planetarum. — Add. supra ad n. 8, et Zenum l. c. p. 13. (*Harl.*)

37. Ad Esaiam monachum, *Utrum natura consilio agat*, Εἰ φύσις βουλεύεται, epistola. Mediolani in bibliotheca Ambrosiana. Eam Latine interpretatus est Bessario cardinalis lib. 4 (*y*), adversus calumniatorem Platonis, contra quam et scripsit. P. Ἠτήσω, ὦ φίλε Ἡσαΐα, γράψαι σοι ὡς οἷόν τε διὰ βραχέων. Sed cum nomen auctoris in nonnullis codicibus confundatur, multi namque libelli illius, *Naturam alicujus gratia omnia agere*, parentem Theodorum Gazam, multi Bessarionem faciunt, unde error irrepserit, ex eodem Bessarione lib. VI, cap 3, addiscamus. Cum enim Bessario in hoc argumentum breviter quædam ad Theodorum perscripsisset, Georgius Trapezuntius, illis perlectis, ut odium quod in Bessarionem, ab eo tempore quo ei Theodorum in doctrina præposuerat, conceperat, ali quando pareret, adversus ea scripsit. Sed ut honestius Bessarionem impeteret, finxit se ignorare quisnam ejus libelli auctor esset, et Theodori, non Bessarionis disputationem illam esse, sequeque Theodoro contradicere simulavit. *Ostendit præterea*, scribit Bessario, *Athanasium fuisse, qui hæc scripta ei tradiderat, cum tamen Isaias, non Athanasius fuisset. Solus enim Isaica scripta a nobis habuerat. Hic tamen, quasi nostra interesset, a quo ea accepisset, epistolam ad nos scripsit, qua oblatum sibi ab Athanasio fuisse opusculum significavit.* Plures ergo de eodem argumento Trapezuntius epistolas dederat, quibus Bessarion respondit. p. 19. n. 37.] de Guarini Invectiva in Trapezuntium, quam scripsit sub nomine Andreæ Agasonis. (*Fabr.*) In cod. Lat. Taurin. 601. fol. 38. G. Trapez. Litteræ ad Leonellum Estensem, in quibus de Guarini in se maledictis conqueritur; et fol. 40, ejusd. Rhetoricorum suorum apologia adversus Guarinum, Veronens. *V.* Cat. codd. Lat. Taur. p. 160. (*Harl.*)

(*t*) Hodius l. c. p. 179 : « Orationes, ait, quas commemorat Trithemius, et *Dialogus de fide*, utrum ea Græce aut Latine conscripta sint, non satis liquet. Dialogum autem *De fide*, verisimile est, eumdem esse cum assertione fidei Christianæ contra Turcas. » Zenus l. c. p. 25 sq. n. 52 et 5c, animadvertit, a Comneno Papadopol. de Gymnasio Patavino, tom. II, p. 181; Gesnero duce, citare Georg. Trapez. *De fide et substantia Dei, secundum Aristotelis doctrinam*, atque opusc. *De virtute fidei Christianæ.* Add. paulo post, n. 42, et Zenum l. c. p. 19, n. 27. (*Harl.*)

(*u*) Florentinam a. 1348, post Basileense habitum a. 1431 [vel potius ad concil. Ferrariense, indice Hodio, l. c. p. 118.]

(*v*) Græce exstat ibi p. 317; Latine, p. 325.

(*x*) *Paris.* in bibl. publ. codd. 1316, n. 5, et 2965. — De cod. *Barar.* (qui numeratur 27, et inc. Οὐχ ὅτι σε κατά·) v. cl. *Hardt* in *Aretini Begträgen*, etc. a. 1803, part. IV, p. 16 sq. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. 589, v. Cat. codd. Gr. Marc. p. 309. Add. supra vol. VIII, pag. 76 sq. et Zenum l. c. pag. 15, n. 21, idemque n. 22; suspicatur, ab illa epistola haud diversum esse *Protrepticum ad J. imperat. Græcor.* quem Labbeus, p. 85, exstare scripsit in cod. Paris. Reg. 1213 (*Harl.*)

(*y*) Lib. VI, ed. Ald. teste Boernero l. c. pag. 119 (*Harl.*)

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

rion et Gaza respondit. (*Allat.*) Ms. *Mosquæ* in bibl. synod. cod. 279. V. Matthæi Not. codd. Gr. Mosq. p. 181, n. 27. Conf. Zenum l. c. p. 16, n. 30, qui etiam laudat Saxii Hist. typogr. Mediol. col. CLVII. (*Harl.*)

38. Erat in bibliotheca Lolliana ejusdem ἀντιῤῥητικός, de eademne, an alia materia, mihi non liquet.

39. Vidi præterea ejusdem tractatum Περὶ Ἐλεημοσύνης, *De Eleemosyna.* P. Τῶν εὖ ἐχόντων οἱ ἀκούοντες διδασκαλιῶν.

40. Πρὸς Ἰωάννην τὸν Κουβουκλήσιον κατὰ Γραικῶν. *Ad Joannem Cuboclisium contra Græcos. De processione Spiritus sancti* .(z) P. Ὤκνουν μὲν πρότερον πρὸς σὲ γράφειν. Servatur Scoriaci in bibliotheca regis catholica, et Vaticana, et Ambrosiana Mediolani, et apud Alexandrum Cherubinum elegantissimo charactere (*a*). Hinc noto, alium esse hunc Joannem Cubuclesium, quem Trapezuntius adloquitur a Joanne Cubuclesio pariter cognomento Caminiate, qui sub Leone Sapiente imperatore de obsidione, et excidio Thessalonicensi anno ab orbe condito 6410, a Christo Servatore 902, non ineleganter scribebat.

41. Ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς ἐν Κρήτῃ ἱερομονάχους, καὶ ἱερέας περὶ τῆ, ἐκπορεύσεω; τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ περὶ τῆς μιᾶς, ἁγίας, καὶ καθολικῆς Ἐκκλησίας. *Epistola ad monachos Cretenses et sacerdotes de processione Spiritus sancti et de una, sancta, et catholica Ecclesia* (*b*) P. Σίμων ἱερομόναχος τῆς τῶν χηρ-χων. Legitur manuscripta in bibliotheca Vaticana, Altempsiana et Bavarica cod. 115. (*Allat.*) Codex Bavar. hodie numeratur 27. V. Hardt. in *Aretini Beyträgen*, etc. a. 1803, n. 4, p. 16. — Paris. in bibl. publ. cod. 1316. n. 4. — *Venet.* in bibl. Marc. cod. 589, V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 309. (*Harl.*)

42. Περὶ τῆς ἀληθείας τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως. *De veritate fidei Christianæ* (*c*). Erat in Lolliana.

[43. *De Manuele rege*, αὐτόγραφον, ut videtur, in cod. bibl. *August. Vindel.* V. Reiser. Indic. mss. bibl. August. p. 91; quod opusc. idem esse cum epistola, præfat. ad Jo. Palæologum, suspicatur Allatius. *Harl.*]

[44. *Trapezuntii methodus et ratio ad quam reperiri possint anni totius festa, quæ celebrantur in Ecclesia Græcorum*, Græce, quod op. editum esse Jassii in principatu Valachiæ, 1701, 4, et esse *Paris.* in Cat. bibl. Regiæ part. I, Paris. 1739. fol. inter Liturgicos Orient. D. n. 108. p. 212. observat Zenus l. c. p. 15, n. 24. *Harl.*]

[45. Illustri viro *Jacobo Antonio Marcello, patritio Veneto, de obitu Valerii filii*, scr. 1461, in cod. biblioth. Marcelli, teste Zeno, l. c. p. 25, n. 50. *Harl.*]

[46. *Diodori Siculi librorum quorumdam interpretatio*, in bibl. Paris, cod. 5712 inter ms. latin. teste *Bœrnero* l. c. p. 120 *Harl.*]

In Georgium Trapezuntium, qui Turcas omnibus imperatoribus præstantiores esse voluit (*d*) scripsit Nicolaus Junius de Athenodo episcopus Celegertanus, et in castro Sancti Angeli de Urbe præfectus. At Nicolaus Perottus exstat apud Joannem Perotium episcopum Amerinum. Et primum quidem Nicolaus Perottus ejus eloquentiam taxat: *Sed quid est*, ait, *quo eloquentiæ tuæ tantum tribuis? Fertur quondam Jupiter summo studio quæsivisse, quodnam animantium genus pulchriores filios produceret. Quocirca omne ferarum genus, et squamigeros etiam pisces hominibus permixtos ad eum cum liberis confluxisse. Inter hæc comparuisse etiam simiam, parvum inter ulnas natum gerentem, et quasi omnium pulcherrimum Jovi ostentantem. Quæ res cum Deum ad risum forte movisset, simiam in hoc carmen prorupisse:*

Juppiter hoc norit, maneat victoria si quem,
Judicio præest, omnibus iste meo.

Id mihi contingere in præsentia tibi videtur, cujus oratio cum barbara sit, puerilis, inepta, et ne mediocriter quidem erudito viro conveniens, tamen eloquentiam tuam extollis, et quasi simia Jovi filium suum ostentans, ab eo, atque omni turba irrideris, homo plane rudis, et barbarus. Et: *Non vides, asine, non sentis, non intelligis scripta tua apud omnes contemptui, derisui ac ludibrio esse? Cujus oratio præsertim, ubi eloquentiam tuam extollis, fracta est, humilis, infamis, et plane puerilis. Ubi legisti apud doctos et eloquentes viros,* hac ratione commotus *pro* permotus, *et* impulsus? *Ubi* eloquentiam gratia Dei præ cæteris habes, *pro* eloquentia Deo propitio superior cæteris? *Ubi didicisti eloquentiam ita augeri,* animi atque

(z) Edidit Græce et Latine Allatius tom. I *Græciæ orthodoxæ*, p. 468-536.

(*a*) In bibl. Escorial. V. Plüer. l. c. p. 170; *Contra Græcos de processione Spiritus S.* in codd. bibl. Vatic. et al. V. Montfauc. *Bibl. biblioth.* p. 33 *E*, 64 *C*, et 497 *C*. — *Paris. in* bibl. publ. cod. 1299. Conf. supra, vol. XI, p. 397. et *Zenum* l. c. p. 15 sq. n. 25 et 26. de hac et seq. epistola. (*Harl.*)

(*b*) Etiam hanc vulgavit Allatius Græce et Latine ibid. p. 537-582. Ex ea locum duxerat p. 771, *De consensu*, lib. II. c. 15 § II, et de Simeonibus p. 202.

(*c*) Ad Amramum. [Conf. Zenum l. c. p. 16, III. 17.] Hoc scriptum tomo octavo Συμμίκτων publicare voluit Allatius, ni fato impeditus fuisset. Orationem Trapezuntii *De pace Christianorum* citat Nic. Comnenus, p. 361 *Prænot. mystagog. Grammatica Græca* memoratur a Labbeo, p. 103. *Bibl. novæ mss.*

(*d*) Scripserat hoc Trapezuntius, Oratione in funere Michaelis Veneti memorata supra n. 25.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

corporis dotes, *pro* corporis et animi dotes? *Ubi* conferrem, *pro*, utilis essem, *nullo casu adjuncto*? *Ubi*, æternum illi nomen ad omnes, qui Latine sciunt, afferrem, *pro* æternum illi nomen apud omnes, qui Latina lingua utuntur, *vel*, qui Latinam linguam non ignorant, compararem? *Sed nolo in re manifestissima diutius immorari.* Et postremum quidquid est in orbe maledicentiæ, id totum in unum Trapezuntium cumulavit. Neque enim veretur eum compellare *belluam, putridæ carnis inutile frustum, nostræ ætatis præclarum Nestorem, cujus ex ore felle amarior fluit oratio, asinum, sceleratissimum virum, carnificem, perniciosam pestem, dedecus hominum, turpitudinem sæculi, nostræ reipublicæ sterquilinium, scelestissimum, impurum, impium, infidelem, barbarum, sordidum, proditorem divinæ religionis, hæreticum, tetrum et detestabile monstrum, scelus, flagitium, luem, labem, prodigium, portentum, truculentissimam feram, humani generis infamiam, miserrimum, omnium avarissimum nostræ ætatis, præclarum, immanissimum, tetrum, fœdissimum ac detestabile monstrum, Turcum, imo Turco turciorem, sceleratiorem, imo Turcorum omnium turcissimum, omnium quæ memoravimus turpiorem, et si quid dici tetrius potest.* Addit, *Nimium crevit audacia, et temeritas dominii. Ter intra annos quindecim carcerem est expertus; primo iracundia, secundo libido, tertio perduellionis crimen eum in vincula compulerunt. Auxit semper furorem, et impunitas eum ad quævis flagitia præcipitem fecit.* Præterea: *Nam quia, casu nescio quo, opinione olim quadam doctrinam consecutus in Italia fuerat, primis illis temporibus, quibus revocari in lucem, quæ diu sepulta fuerant, optimarum disciplinarum studia cœpere, postquam adventu doctissimorum virorum quos Nicolaus Quintus pontifex undecunque in Urbem accivit, ignorantia tua detecta est, præsertim interpretatione Problematum Aristotelis, quæ Theodorus Thessalonicensis utriusque linguæ doctissimus edidit: mox te rabies quædam immensi furoris invasit, ac veluti draconis epoto calice insanire, ac palam furere cœpisti instar rabidi canis, huc atque illuc anxius circumferri. Jamque non modo ipsum Theodorum, sed quoscunque Theodoro favere intelligeres, omnes autem ei palmam jure optimo debent, in eum genuinum exercere. Hinc te semper furiæ agitare, hinc superbia, indignatio, invidia præcipitem ferre. Hinc tu maledictis in omnes invehi, non principibus, non cardinalibus, non summis pontificibus parcere.* Et hæc quidem Perottus in Trapezuntium, oblitus, ut ingenue fatear, modestiæ, gravitatis, atque boni viri officii, quæ tantopere laudaverat pro eodemmet Trapezuntio in Bessarione. *Hæc omnia*, aiebat, *et plura potuisset in medium afferre Bessario, si voluisset; sed dedit hoc partim gravitati suæ, ne castas et pudicas aures tanta verborum impuritate, tanta obscœnitate orationis, tam horrenda atque exsecrabili scelerum commemoratione, macularet atque inficeret; partim mansuetudini et lenitate, ne te quamvis atrocissimum hostem, Deo hominibusque invisum redderet, et salutem ac vitam tuam in periculo poneret.* Vides ergo præstantissimos quosque illius ætatis viros acriter dicta Trapezuntii examinasse, reprobasseque, quod non leve est illius doctrinæ argumentum; graves nihilominus Bessarioni cum eo inimicitiæ fuere, et magnæ rei litterariæ controversiæ, lege Bessarionis cap. 4, lib. VI in Calumniatorem Platonis.

Quid autem Angelus Politianus olim de doctrina æstimaverit, ingenioque Georgii Trapezuntii, fuse Miscellan. cap. 90, testatus est. *Illud in Theodoro mirari me fateor, quid ita scripserit in præfatione librorum De animalibus Aristotelis, quibus unis præcipue commendatur, adjutum sese a nullo, nec certare adeo cum cæteris interpretibus, quos, inquit, vincere nullum negotium est, cum libros eosdem, sic Georgius Trapezuntius ante ipsum luculente verterit, ut vel redditis, quæ apud veteres invenerat, vel per se denuo ficiis excogitatisque vocabulis, Latinam prorsus indolem referentibus, vitio factum nostro, primus, opinor, juniorum docuerit, cur ipsi minus multas, quam Græci, rerum appellationes habeamus. Hos igitur si quis libros diligenter legerit, minus profecto Gazam laudabit, pene illius vestigiis insistentem, quin si homo erit ingenuus, credo, stomachabitur sic a Theodoro dissimulatum, per quem maxime profecerat, sic habitum pene contemptui ludibrioque, cujus potissimum laboribus insidiabatur, nobis vero etiam fortasse habebit gratiam, quod ista reddere suis auctoritatibus contendamus. Nam quantum sibi Georgius in eo placuerit opere, vel illa de Præfatione verba significant, quibus sese libros eos Latinis, ait, non minus elegantes emendatosque dare, quam apud Græcos habeantur. Sed et hoc ad se trahere Theodorus conatur, ut item, quæ de mensibus Græce prodidit, ex hujus potissimum, de qua loquimur, interpretationis proœmio sublegantur. At enim fuere, sicut apparet, acerbissimæ inter hos Græcos inimicitiæ, sicut in grammatico quoque suo Commentario Theodorus Georgium vocat hunc Pornoboscon, quod alentem scortum significat, alludens, arbitror, ad Georgium veterem Grammaticum, cui cognomentum Græci Chœroboscon dixere. Cætera porro, quæ Theodorus hic edidit, ubi modo non repetundarum sit accusandus, sicut eruditione diligentiaque non carent, ita, ut mihi quidem videtur, ad examen quoddam strictius curiosiusque revocanda. Nos hoc loco nec doctorum nitida nomina tentamus apud imperitorum decolorare judicia, nec tamen dissimulare, quod in quoque desideremus, aut inhonoratum transire volumus, cui veritas patrocinetur. Ut autem habere stylum, quammaxime ingenuum, paratumque volumus, ita quam minime accusatorium, quam minime licentiosum, et noxium. Nec enim tam vafricium profitemur, quam exhibemus industriam.* Vossius tamen *Institut. orator.* lib. IV, cap. 5, quemadmodum et Bessario Trapezuntium Gazæ postponit. *Minime*, inquit, *profecto conferri meruit cum Theodoro Gaza, cui eum æquiparavit Angelus Politianus. Itaque jure politissi-*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

mi ingenii virum hoc nomine reprehendit Parrhasius in epistolis. Neque ignoro Trapezuntium errores aliquot observasse in translationibus Gazæ, quos hic monitus correxerit, ut et memoriæ prodidit Erasmus Catalogo Lucubrationum suarum. *Verum et illud scio longe plura esse in Trapezuntio, quæ Gaza potuerit culpare. Nam et in eo desiderare potuit fidei plus in transferendis e Græco auctoribus, et majorem linguæ Latinæ peritiam.* Et lib. II *De Histor. Lat.* cap. 8: *Filium reliquit Andream Trapezuntium, qui patris defensionem scripsit adversus Theodorum Gazam; ac præfationem ad Sixtum pontificem præmisit translationi paternæ Ptolemaici operis De magna constructione. Andreæ filia nupsit Fausto Magdalenæ Romano poetæ, qui Leoni pergratus erat, atque anno* 1527 *Roma ab exercitu Caroli V, capta, ac diruta, Jovio teste periit.* Non sum tamen a Vossii sententia, qui ibidem secretarium pontificium, maximæ existimationis ac dignitatis inter ecclesiasticos virum, cum scriba seu amanuensi, servili mancipio, ut ita dicam, confundit. Quis tandem, ut id quoque obiter admoneam, sine stomacho leget Thomam Rivium in Justiniani defensione contra Alemannum, qui Vaticanæ bibliothecæ custodem, munus et dignitate sua, et custodum virtute, atque doctrina amplissimum pulcherrimumque maligne admodum, *de pulverizandis Bibliothecæ Vaticanæ libris operam navare* scribit?

NOTITIA ALTERA.

(Christ. Frid. Boerneras, *De doctis hominibus Græcis litterarum Græcarum in Italia instauratoribus.*)

Georgius, a Trapezunte oriundus, natus est in Creta, anno sæculi quarti decimo sexto et nonagesimo. Relicta patria, in Italiam venit eo circiter tempore, quo Eugenius IV inierat pontificatum. Nam aliquot ibi cum jam moratus esset annos, ad Joannem Palæologum, imperatorem Constantinopolitanum de profectione ad concilium Ferrariense, spreto Basileensi, suscipienda, litteras dedit.

Linguæ Latinæ magistro usus Victorino Feltrensi, scholas compluribus locis aperuit quidem, nusquam gentium autem firmam ac stabilem fortunarum nactus est sedem. Venetiis primum, conatibus ipsius favente illustri senatore Francisco Barbaro, quas Franciscus Philelphus ea in urbe paulo ante docuerat, litteras professus est Græcas.

Quo officio cum aliquot functus esset annos, Venetiis Romam demigravit, ibique, Eugenii IV R. P. auspiciis, doctrinæ suæ copiam fecit aliis, tradendo artem dicendi et philosophandi scientiam idque tam felici laboris successu ut permultos haberet auditores, et ex ejus disciplina viri doctissimi prodirent. Hos Georgii conatus qui ad ingenia doctrinis excolenda referebantur, Eugenii post obitum Nicolaus V pontifex suffectus, stipendio liberaliter constituto, juvit, et ipsum dignitate auctum ab epistolis esse voluit; tum vero id negotium ei dedit ut præstantissimos libros Græcos Latina civitate donaret. Quæ tamen Georgii fortuna parum sibi constitit, et subita rerum conversione defecit, offensa in eum non ita multo post pontificis voluntate. Quod si ipsius testimonio standum foret, pontificis iram in se concitavit, et gratiam quam apud eum inierat effudit omnem eo quod confectas a se Patrum quorumdam et philosophorum Græcorum interpretationes Latinas ad alios quosdam referri noluerit auctores. At enimvero nullo credibile est modo, tale quid postulasse pontificem; quin potius pontifex, ubi Trapezuntium minus dextre libros illos Græcos Latine convertisse, ex idoneis comperit existimationibus, arrogantiæque et livoris plenum ipsius ingenium cognovit, odium in eum concepisse videtur.

Æmulos adversariosque complures Georgius habuit Romæ, nec cum Theodoro Gaza solum, qui humanitate doctrinaque ipsum præstabat, in simultate fuit, sed cum Laurentio Valla etiam, posteaquam is Quintiliani susceperat defensionem, eo nomine contendit. Aliquanto ante quam Urbe cederet, in theatro Pompeii, cum tabulæ pontificiæ recenserentur et scribæ adeo pontificis omnes adessent, ipse et Poggius Florentinus illiberali exemplo inter se decertarunt. Cum Poggius verbis valde contumeliosis lacesseret Trapezuntium, hic verberibus conviciatorem coercendum putavit, illumque colapho semel atque iterum percussit. Miram verborum cum verberibus commutationem memorat Jovius, eamdemque Poggio exprobrat Laur. Valla. At enim Poggius exprobrationem hanc in ludibria vertit, neque solum colaphis, sed calcibus, fustibus, ferro, rem actam fuisse, narrat, et Vallam, tanquam manipulum furum quo vulnera abstergeret, ad certamen tam atrox non accurrisse miratur.

Sæpe multumque Trapezuntius Romæ in ædibus Bessarionis versabatur, et in circulo doctissimorum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

hominum, tam Græcorum quam Latinorum, qui ad hanc musarum sedem quovis die semper conspiciebatur. Verumtamen summi viri, et communis Græcorum exsulum patroni, animum plane rebus suis abalienavit, cum librum edidisset plenum probrorum atque contumeliarum, quibus Platonis famam lacerabat, ut, depressa tanti sapientis auctoritate, Aristoteli, cujus sese asseclam profitebatur, assereret principatum. Cum autem Bessarion philosophum quem in oculis ferebat, conviciis illius proscindi intelligeret, rei metus indignitate, libros aliquot pro vindicanda Platonis gloria adversus calumniatorem ejus quem vocavit Trapezuntium, scripsit. Quos quidem plane egregios et ut in nostra de Bessarione diximus commentatione, omnem Platonis doctrinam, limato commentandi genere, complexos cum omnes, quibus hæc florebat ætas, eruditi collaudarent eximie, et vehementissime comprobarent, graves Trapezuntius temeritatis suæ pœnas dedit, et publicæ invidiæ incendio conflagravit.

Georgius, postquam in odium, offensionem pontificis inciderat, Neapolim sese contulit, perfugium præbente Alphonso, Arragonum Siculorumque rege, qui doctrinæ quam amabat, studio conciliatus exsuli, ejus, in fidem clientelamque recepti, inopiam perbenigne sublevavit, et honesto constituto stipendio ipsum et familiam omnem aluit ac sustentavit. Francisco Philelpho apud Nicolaum pontificem pro ipso intercedente, Romam inde redeundi ei facta est potestas.

Anno sæculi quinti decimi quinto et sexagesimo, Trapezuntius in Cretam indeque Byzantium navi profectus est et trajecto mari Romam revertens, ejus itineris insigne posuit monumentum. Paucis enim mensibus ante quam Novam illam Romam iniret, IV Kalendas Junias in illa urbe juvenis quidam, cui nomen Andreæ erat, patria Chius, acerbissimo cruciatus genere affectus, necabatur, quod a Christiana religione ad Muhammedismum desciscere nollet. Quod ubi Trapezuntius a nautis Byzantinis relatum accepisset, ipsumque postea hominis interfecti corpus integrum adhuc et incorruptum Galatæ conspexisset, cruciatus, quos ille, nihil mutata erga Servatorem optimum fide, summaque constantia, pertulerat, redux factus, in perpetuam rei gestæ memoriam, litteris consignavit.

Ingravescente ætate, accidit Trapezuntio, quod multis clarissimis viris, ex priscis maxime Orbilio, celebri grammatico Messalæ, summo oratori et præstantissimo illi sophistæ, Hermogeni, ut, facta memoriæ jactura, litterarum, ipsiusque nominis sui penitus oblivisceretur. Etsi in mentem venit, subvereri, ne quod Gazæ evenire comperimus, vitio memoriæ, Georgio tribuatur; sunt tamen, qui contendunt, senem nostrum, cum pro ingenii suo monimentis, spe ingentis præmii, summo pontifici nuncupatis, ab hoc solos centum nummos aureos accepisset, ingrato istius animo offensum, illico aurum ex ponte Ælio in Tiberim abjecisse, et simul indignabundum dixisse : Periere labores, pereat et eorum ingrata merces; affectoque eam ob rem animo in miseriam istam incidisse.

Ita vero Trapezuntius, fracto animi robore elanguescens, eo calamitatis redigebatur, ut omnibus repuerascere videretur. Sæpe multumque, cum Romæ ad ædem Minervæ habitaret, solus per urbem sordido et attrito palliolo amictus geniculatoque scipione qui vacillantis gradus sustineret, innixus inambulavit. Tandem vero, multis arduisque perfunctus molestiis et certaminibus, annos nonaginta natus, sexto et octogesimo quinti decimi sæculi anno, acquievit.

Neque ingenium, nec doctrinam, nec studium, industriamque in Trapezuntio desidero; agnosco tamen aliquid quod in Cretensi parum miror. Vetus est verbum quod dixit Epimenides et ab hoc repetiit ipse divinus gentium doctor, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται κ. τ. λ. Etsi Trapezuntius ortu Cretensis dici Cretensis noluit, malam, quod Lil. Gyraldus opinatur et inveteratam patriæ famam non parum veritus; eam nomine tamen, neque ingenium, nec mores deposuit facile; vafer, si quid judico, subdolus, et cum alterius dedecore decoris appetens, lacessendis aliis, iisque summis, promptus, nimius sui, parcus aliorum admirator, cuncta modo summa expertus ultra vires.

Filium reliquit Andream Trapezuntium, sed doctrina patre longe inferiorem. Id quod facile omnibus apparuit cum patris sui existimationem ipso adhuc superstite adversus Theodorum Gazam tuendam suscepisset. Neque enim Gaza, transmarinorum hominum, qui e Græcia profugerant, doctissimus, miseri hujusce adversarii scriptis moveri se passus est, sed illius libidinem criminandi penitus contempsit. Andreæ filia, teste Jovio, collocata est Fausto Magdalenæ, Romano, poetæ lepido, qui elegantia ingenii, Leoni X, R. P. percharus, de Georgii prosoceri doctrina et litium acerbitate multa narrare solitus est, miserum autem vitæ exitum habuit, in expugnatione urbis, anno sæculi sexti decimi septimo et vicesimo contrucidatus.

Ignotus quidam auctor ἐπιταφίου; hos in Trapezuntium versus scripsit, quos Bovius elogio ipsius subjunxit :

Hac urna Trapezuntii quiescunt
Georgii ossa, parum diis amici,
Quod acri et nimium procaci lingua
Platonem, superis parem, petivit.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ΓΕΩΡΓΙΟΥ

ΤΟΥ

ΤΡΑΠΕΖΟΥΝΤΙΟΥ

ΠΡΟΣ ΙΩΑΝΝΗΝ ΤΟΝ ΚΟΥΒΩΚΛΗΣΙΟΝ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΚΠΟΡΕΥΣΕΩΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ.

—

GEORGII TRAPEZUNTII

AD JOANNEM CUBOCLESIUM

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI.

(L. Allatio interprete in *Græcia orthod.*, tom. I.)

—

α'. Ὤκνουν μὲν πρότερον πρὸς σὲ γράφειν, τήν τε σὴν περὶ τὰ θεῖα σπουδὴν εἰδώς, καὶ τὴν ἐμὴν ἐν τοῖς γηΐνοις ἀσχολίαν· νῦν δὲ ὁ ἐμὸς δεῦρο πλεύσας πατὴρ ἀνήγειρέ τε καὶ παρώξυνεν, ἄλλα τε πολλὰ εἰπὼν, καὶ ὅτι σὺ γράψειας ἂν εὐθὺς πρός με περὶ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν διαφορᾶς, εἴ γ' ἐγὼ τοῦτο πρῶτος ποιοῖμι. Πρὸς τούτοις δοκεῖν αὐτῷ, φησὶν, ἂν γράμμασι συνομιλῶ σοι, μεταμαθεῖν τὴν ἀλήθειαν, ἧς ἐμοὶ οὐδὲν τιμιώτερον. Διὸ τῷ τε πατρὶ τῷ ἐμῷ ὅρκῳ συνωμολόγησα, καί σοι νῦν ὀμνυμι, μάρτυρα ἐπικαλούμενος Χριστὸν Ἰησοῦν, ἂν ἄρα τισὶ λόγοις, οἷς αὐτὸς οἶδας, τὰ τῆς τῶν Γραικῶν Ἐκκλησίας δόγματα τῆς ἀληθείας ἔχεσθαι ἀποδείξῃς, ὡς ἔξεις Γεώργιον μετὰ σοῦ, καὶ ἀποδώσεις τῇ Ἐκκλησίᾳ Γραικῶν, ᾗ ἀπετάχθην πιστεύσας καλῶς ποιεῖν, καὶ πιστεύων μέχρι τῆς σήμερον. Μὴ ὀκνήσῃς οὖν γράφειν, καὶ μετακαλεῖσθαι πρὸς ἣν οἶσι ἡμᾶς ἀλήθειαν. Ἤδη γάρ σοι πρότεροι γράφομεν, καὶ προσκαλούμεθα μετ' ἀγάπης πάσης, ποιούμενοι τὸν λόγον χωρὶς πεισμονῆς, χωρὶς φιλοτιμίας, τὸ τοῦ λόγου μέγεθος καὶ γρῖφον ἀφαιρούντες, ὡς οἷόν τε. Οὐ γάρ ἵνα δεινοὶ δόξωμεν ῥήτορες, ἢ πολλοί τινες τοὺς λόγους, ἀλλ' ἵνα ἢ ἡμεῖς τὴν ἀλήθειαν μεταμάθωμεν, ἢ σὺ ταύτην κἂν νῦν γνωρίσαις, δεῖν ᾠήθημεν πρὸς σὲ γράφειν. Γένοιτο δὲ τὸ ἕτερον, Χριστὲ βασιλεῦ, καὶ γένοιτο τὸ σοὶ εὐάρεστον. Ἀλλ' ἵνα μὴ πολὺν ἐν προοιμίοις κατατρίβω χρόνον, ἄρξομαι νῦν, αὐτὸ τὸ πανάγιον Πνεῦμα, περὶ οὗ ὁ λόγος, ἐπικαλεσάμενος εἰς βοήθειαν.

A 1. Pigebat equidem et antea, te crebris obtundere litteris, tum tuum circa res divinas studium plane noscens, tum meam in rebus terrenis occupationem. At nunc pater meus huc adnavigans incitavit, inflammavitque, multa in medium proferens, et inter alia, te statim ad me de Ecclesiarum dissidio rescripturum, si ipse primus id pertentassem: necnon sibi videri, inquiebat, si sæpissime litteris tecum colloquerer, veritatem me, qua nil mihi charius est, agniturum. Quare conceptis verbis jusjurandum patri dedi, et nunc tibi quam sancte juro, testem advocans Christum Jesum, si rationibus, quas ipse calleas, Græcæ Ecclesiæ dogmata veritatem præseferre commonstraveris, rapies una tecum Georgium, Græcorumque Ecclesiæ B restitues, a qua avulsus sum, id optime factum ratus, et in fide, quam amplexus sum, ad hunc diem perdurans. Ne pigrere igitur ad nos scribere, et ad eam, quam tu veritatem esse existimas, revocare. Jam enim nos primi ad te litteras damus, et sermonem absque pertinacia et ambitione digerentes, necnon orationis prolixitatem et argumentationes implicatas pro viribus procul amandantes, cum omni benevolentiæ charitate adhortamur. Neque enim ut oratores vehementes et consummati, aut ut in dicendo valere plurimum videamur, sed ut nos aut veritatem addiscamus, aut tu eam nunc tandem agnoscas, hæc ad te in præsenti scribimus. Ex duobus vero alterum eveniat, rex Christe, eveniatque quod tibi complacitum est. Sed ne in proœmio longiores moras nectem, ordiar nunc orationem, ipso Spiritu sancto, de quo sermo habendus est, in auxilium advocato.

β'. Τὸ ἀπαράλλακτον τῆς θείας φύσεως ὁμολογοῦντες, καὶ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας, τρεῖς ὑπο-

C 2. Divinæ naturæ per omnia simile, et idem essentiæ confitentes, tres hypostases, et tres personas

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

omnes in omnibus, neque eas dividentes, neque confundentes agnoscimus. Earum vero unam, quod principio careat, alteram generatione, tertiam progressione distinguimus ; et asseveramus Filium inenarrabiliter, et ab æterno ex Patre gigni, Spiritum sanctum ex Patre per Filium procedere ; *per* præpositione neque instrumentalem relationem, neque localem, neque ministerialem, neque aliam, quam quispiam excogitaverit, indicante, neque temere prolata, et ad nudam relationem significandam, sed solam naturalem et essentialem, quæ scilicet secundum causam est, commonstrante, et per quam Spiritus unus divinæ Triadis progreditur, ut sit, in propria hypostasi. Aliis ergo communiter, et a nobis inter nos veluti certis suppositis, de quo postremo loco locuti sumus, sermo habeatur. Idque ut recte demonstremus, ante alia ordo in divinis a nobis considerandus est; deinceps ad id conducentia sanctorum dicta; tum demum absurda, quæ ex utraque sententia oriuntur.

A στάσεις, ἤτοι τρία πρόσωπα ὅλα ἐν ὅλοις γνωρίζομεν, οὔτε τέμνοντες, οὔτε συγχέοντες. Ταῦτα δὲ, τὸ μὲν τῷ ἀνάρχῳ, τὸ δὲ τῇ γεννήσει, τὸ δὲ τῇ προόδῳ διακρίνομεν, καὶ ὁμολογοῦμεν, τὸν μὲν Υἱὸν ἀῤῥήστως καὶ αἰωνίως γεννᾶσθαι ἐκ τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ Ἅγιον Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, τῆς *διὰ* οὔτε ὀργανικήν τινα σχέσιν, οὔτε τοπικὴν, οὔτε ὑπουργικὴν, οὔτ' ἄλλην οἱανοῦν οἰηθείη τις σημαινούσης, οὔτε μάτην κειμένης καὶ πρὸς ψιλὴν ἀναφορὰν, ἀλλὰ μόνην παριστώσης τὴν φυσικὴν καὶ οὐσιώδη, τὴν κατ' αἰτίου δηλονότι, δι' ἧς τὸ Πνεῦμα ὁ εἷς τῆς Τριάδος πρόεισιν εἰς τὸ εἶναι ἐν ἰδικῇ ὑποστάσει. Τῶν γοῦν ἄλλων ὑποτεθειμένων κοινῶν ἐμοί τε καὶ σοὶ περὶ τοῦ ὕστερον λεχθέντος ὁ λόγος. Τοῦτο δὲ εἰ μέλλοιμεν καλῶς δεῖξαι, δεῖ πρῶτον μὲν τὴν ἐν B τοῖς θείοις τάξιν σκοπεῖν, εἶτα καὶ τὰς τῶν ἁγίων πρὸς τοῦτο φερούσας ῥήσεις, καὶ τὰ ἐκ τοῦ ἑκατέρου μέρους συναναφαινόμενα ἄτοπα.

3. Et ordinem quidem in divinis esse, patet omnibus, dummodo sani sunt, licet Græci ipsi dirumpantur. Primum quidem, quod omne pulchrum atque bonum in Deo proprie et primario, et secundum seipsum est ; bonorum autem ordo est ; deinde in omni multitudine ; multitudinem autem voco, quod supra unum aut duo est, aut confusionem indiscretam, aut ordinem a ratione non alienum esse necesse est. Supra duas vero hypostases Deus est. Est igitur ordo in Deo his hypostasibus ; neque enim confusio erit in Triade, quæ reliqua omnia in ordinem cogit, ut theologorum voces intonant. Etenim, si *Omne donum perfectum desursum est descendens* [1] ; nec est in creaturis probitatem præseferens, quod non inde emanat, prorsus necessarium est eam quæ et angelorum ordines, et mundi universi dispositionem ordine exornavit Triadem, ordine in seipsa interstinctam esse. Adhæc Triadis ipsius nomen ordinem signat, et fieri nequit, ut Trias vere et reipsa dicatur, nisi relationem tria illa inter se habeant : nam si quis duo supposuerit, quæ relatione inter se non referantur, erunt duo illa prorsus, et non dualitas. Quod si tria sunt, quæ supponuntur, si unumquodque ad reliqua tria relationem habet, erit Trias ; sin minus, tria. Igitur si Pater erga Filium, et erga Spiritum sanctum relationem naturalem, eam nempe, quæ secundum causam est, possidet : Filius vero erga Patrem, quod ex eo est, sed ad Spiritum nullam, neque Spiritus erga Filium, aut dualitas fuerit, aut tres dii, heu rem ineptam atque absurdam ! et non Trinitas Deus ; quam impietatem sedula provisione declinantes doctores optime affirmarunt, et communibus Christianorum opinionibus creditur, divinas hypostases alterum alteri adhærere, quod apud Græcos plane antiquatum est, ut jam versentur in periculo, ne de fide in Trinitate decidant.

γ'. Ὅτι μὲν οὖν τάξις ἐν τοῖς θείοις, παντὶ που δῆλον τῷ νοῦν ἔχοντι, κἂν Γραικοὶ διαῤῥήγνυνται. Πρῶτον μὲν, ὅτι πᾶν καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἐν τῷ Θεῷ κυρίως καὶ πρώτως καὶ καθ' αὑτὸ, τῶν καλῶν δὲ ἡ τάξις· εἶτα ἐν παντὶ πλήθει· πλῆθος δὲ λέγω τὸ ὑπὲρ μονάδα ἢ δυάδα ὄν, ἢ σύγχυσιν ἄλογον, ἢ τάξιν εὔλογον εἶναι ἀναγκαῖον. Ὑπὲρ δυάδα δὲ ὁ Θεὸς ταῖς ὑποστάσεσιν. Ἔστιν ἄρα τάξις ταῖς ὑποστάσεσι τῷ Θεῷ. Οὐ γὰρ σύγχυσις ἔσται ἐν τῇ Τριάδι, τῇ C καὶ τὰ ἄλλα εἰς τάξιν ἀγούσῃ κατὰ τὴν θεολόγων φωνήν. Ἦν γὰρ *Πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον*, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδὲν χρηστὸν ἐν τοῖς κτίσμασιν, ὃ μὴ ἐκεῖθεν ἥκει, ἀνάγκη πᾶσα τὴν καὶ ἀγγέλων τάγματα, καὶ κόσμου παντὸς θέσιν τάξει κοσμήσασαν Τριάδα τετάχθαι ἐν ἑαυτῇ. Πρὸς τούτοις καὶ τὸ τῆς τριάδος ὄνομα τάξιν δηλοῖ, καὶ ἀδύνατον τριάδα λέγειν ἀληθῶς καὶ πραγματικῶς, εἰ μὴ σχέσιν πρὸς ἄλληλα ἔχει τὰ τρία. Εἴ τις γὰρ δύο τινὰ ὑποθείη, μὴ σχέσιν ἔχοντα πρὸς ἄλληλα οἱανοῦν, δύο, οὐ δυάς, ἔσται. Εἰ δὲ τρία εἴη τὰ ὑποκείμενα, εἰ μὲν ἕκαστον πρὸς τὰ λοιπὰ δύο σχέσιν ἔχει, τριὰς ἔσται· εἰ δὲ μὴ, τρία. Εἰ ἄρα ἔχει ὁ Πατὴρ πρὸς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὴν κατ' αἰτίαν φυσικὴν σχέσιν· ὁ δὲ Υἱὸς πρὸς μὲν τὸν Πατέρα ἔχει, D ὅτι ἐξ αὐτοῦ, πρὸς δὲ τὸ Πνεῦμα οὐδεμίαν, οὔτε μὴν τὸ Πνεῦμα πρὸς τὸν Υἱὸν, ἢ δυὰς ἔσται, ἢ τρεῖς ἔσονται Θεοί, φεῦ τῆς ἀτοπίας! καὶ οὐ Τριὰς ὁ Θεός. Ἦν δὴ ἀσέβειαν φεύγουσι τοῖς διδασκάλοις καλῶς λέγεται, καὶ ταῖς κοιναῖς τῶν Χριστιανῶν ἐννοίαις πιστεύεται, ἔχεσθαι ἀλλήλων τὰς θείας ὑποστάσεις. Ὃ τοῖς Γραικοῖς οὐδαμῶς σώζεται. Ὥστε κινδυνεύειν αὐτοὺς τῆς εἰς Τριάδα πίστεως ἀποπίπτειν.

4. Quod si dixerint, Filium consubstantialitate relationem habere erga Spiritum, temere id pro-

δ'. Εἰ δὲ λέγοιεν, ὡς ἔχοι σχέσιν ὁ Υἱὸς πρὸς τὸ Πνεῦμα τῇ ὁμοουσιότητι, οὐκ ἀναγκαῖος ὁ λόγος,

[1] Jac. I, 17.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἵνα μὴ μωρὸς λέγωμεν. Οὐ γὰρ τῷ ὁμοουσίοις εἶναί τισι καὶ σχέσις προσέσται. Ἦν γὰρ καὶ ἀνθρώποις πᾶσι τῆς αὐτῆς οὔσι φύσεως. Τοὐναντίον δὲ, τῷ προσεῖναί τισι φυσικὴν σχέσιν καὶ ὁμοουσίοις εἶναι ἀκολουθεῖ. Πρὸς δὲ παντί που δῆλον ἐν τοῖς θείοις τῇ οὐσίᾳ ἑνοῦσθαι τὰ πρόσωπα, ταῖς δὲ σχέσεσι διακρίνεσθαι. Ἡ γοῦν κατὰ τὴν ὁμοιότητα, καὶ τὸ ταυτὸ τῆς οὐσίας σχέσις οὐ διακρίσεως ἀλλ' ἑνώσεως. Τὸ δὲ Τριάδος ὄνομα, καὶ τὸ ἔχεσθαι ἀλλήλων τὰς ὑποστάσεις σχέσιν ἀπαιτεῖ διακρίνουσαν. Οὐ σώζει ἄρα ἡ κατὰ τὸ ὁμοούσιον σχέσις Υἱοῦ καὶ Πνεύματος τὴν Τριάδα. Τοὐναντίον δ' ἅπαν καὶ συγχεῖ ὡς ἑνοῦν, οὐ διακρίνον. Οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ τάξιν, σύγχυσιν δὲ μᾶλλον τῆς ταυτότητος παρεισάγει ἡ σχέσις. Οὐ γὰρ ἔχομεν ἐξ αὐτῆς, ᾗ ταυτότης, τί τίνος προτάξομεν. Ἢ ἄρα σύγχυσιν ἐν τῇ Τριάδι δώσομεν, καὶ οὕτως οὐδὲ Τριὰς ἔσται, ἢ Υἱοῦ καὶ Πατρὸς τοῖς ἁγίοις ἀκολουθοῦντες τὴν ἐν σχέσει τάξιν ὁμολογήσομεν. præponamus. Vel igitur confusionem in Trinitate Patris, doctrinæ sanctorum insistentes, ordinem ex relatione asseverabimus.

A nuntiant, ne dicamus eos stulte loqui. Neque enim quod aliqua consubstantialia sunt, ideo et relatio intercedet; namque id etiam in cunctis hominibus deprehenderetur, cum omnes ejusdem naturæ sunt, imo vero oppositum, in quibus naturalis relatio intercedit, ea et consubstantialia esse consequitur. Præterea omnibus notum est, in divinis personas essentia uniri, relationibus disjungi. Ergo quæ per similitudinem, et idem naturæ relatio oboritur, unit potius, non disjungit; at Trinitatis nomen, et alteram alteri hypostasim adhærescere, plane quod disjungat, exposcit. Non conservat igitur relatio, quæ ex consubstantialitate est, Filii et Spiritus Trinitatem, sed ferme contra confundit omnia, cum uniat et non disjungat: quin imo non ordinem, B sed confusionem potius ejusdem naturæ relatio introducit. Neque enim ex ea aliquid arripere possumus, ut eamdem naturam infert, quod alteri concedemus, et sic nec Trinitas erit, aut Filii et relatione asseverabimus.

ε'. Εἰ δὲ τὸν μέγαν ἡμῖν ἐπιφέροιεν Γρηγόριον, ὡς *ὅπως μὲν ταῦτα ἔχοι, σχέσεώς τε, καὶ τάξεως, λέγοντα, αὐτῇ μόνῃ τῇ Τριάδι συγχωρεῖν εἰδέναι, καὶ οἷς ἂν ἡ Τριὰς ἀποκαλύψῃ κεκαθαρμένοις*, ἢ νῦν ὕστερον ἑστῶσαν μηδὲν λέγειν. Εἰ γὰρ περὶ τοῦ προκειμένου τῷ ἁγίῳ ὁ λόγος, καὶ οὐκ οἰκονομικῶς εἴρηται· ἀλλ' ὥσπερ οὐ συγκατατίθεται τὴν σχέσιν ταύτην καὶ τάξιν εἰδέναι, οὕτως οὐδ' εἶναι ἀρνεῖται. Μᾶλλον δὲ σαφῶς παρίστησι τὴν οἰκονομίαν ᾗ ἐχρήσατο. Ἐπειδὴ γὰρ τῶν Πνευματομάχων πολλοὶ ἦττον τῇ φύσει τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐβούλοντο, ἵνα μὴ ἀφορμὴν ἐνδῷ αὐτοῖς ὁ ἅγιος, τὴν τάξιν εἰπὼν, καθ' ἣν ἀρχὴ τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱὸς, οὕτως ἐχρήσατο τῷ λόγῳ, κἀκείνους βουλόμενος σῶσαι, καὶ ἡμᾶς τὴν τάξιν καὶ σχέσιν ταύτην δι' ἄλλων ἀνδρῶν διδάξαι. Συγχωρεῖ γὰρ κεκαθαρμένους δύνασθαι ταύτην ἰδεῖν. Τοῦτο δὲ σαφῶς ἐστι λέγοντος, ὡς ἔστι τις καὶ οὐ κατὰ τὸ ὁμοούσιον. Ταύτην γὰρ βοᾷ λέγων, *Μιᾶς φύσεως, ὦ οὗτοι, τὴν Τριάδα ὁμολογήσατε*. Πῶς οὖν ἦν συγχωρεῖ κεκαθαρμένοις ἀποκαλυφθῆναί ποτε, οὐδ' εἶναι τὸ σύνολον οἱ Γραικοὶ λέγουσιν; Εἰ δὲ ταύτην αὐτὸς οὐ λέγει, ἀλλὰ Βασίλειος ἐκεῖνος ὁ μέγας καὶ πάνυ διατείνεται οὕτως φάσκων ἐν τῇ πρὸς κανονικὰς ἐπιστολῇ· *Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Πατρὶ μὲν καὶ Υἱῷ συναριθμεῖται, διότι καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν ἐστὶ. Τέτακται δὲ τρίτον ὡς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις δεδιδάγμεθα, τοῦ Κυρίου εἰπόντος· « Πορευθέντες βαπτίζετε αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Ὁ δὲ προτιθεὶς Υἱοῦ, ἢ πρεσβύτερον λέγων Πατρὸς, οὗτος ἀνθίσταται μὲν τῆς τοῦ Θεοῦ διαταγῆς, ἀλλότριος δὲ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως, μὴ ὃν παρέλαβε τρόπον δοξολογίας φυλάττων*. Καὶ ἐν τῇ πρὸς Εὐστάθιον τὸν ἰατρόν· *Φεύγειν δεῖ καὶ τοὺς τὴν ἀκολουθίαν, ἣν παρέδωκεν ἡμῖν ὁ Κύριος, ἐναμείβοντας, ὡς φανερῶς μαχομένους τῇ εὐσεβείᾳ, καὶ Υἱὸν μὲν προτάσσοντας τοῦ Πατρὸς, Υἱοῦ δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προτιθέντας*. Ἀκούεις, ὅτι δεῖ τοὺς προ-

5. Quod si magnum nobis producunt Gregorium, *Qua hæc relatione et ordine inter sese habeant*, dicentem, *ipsi solummodo Trinitati cognitionem permittere, et quibus Trinitas ipsa animo corporeque expurgatis revelaverit*, vel nunc tandem sciant se frustra obloqui. Nam si de re proposita sanctus œconomice locutus non est, quemadmodum non præbet assensum, hanc relationem et ordinem se tenere, ita eam esse, haud inficias it. Imo plane aperteque proponit œconomiam, qua usus est. Cum C enim plerique ex Pneumatomachis Spiritum Filio imparem esse contenderent, ne illis occasionem sanctus præberet, ordinis mentionem inducens, quo Spiritus principium Filius est, et illis salutem concilians, et nos ordinem et relationem per alios edocens, ita orationem digessit; namque concedit, expurgatos eam posse cognoscere, quod plane idem est ac si diceret, aliquam esse, non tamen eam, quæ ex eadem natura sit: hanc siquidem alta voce insinuat: *Unius naturæ, o vos, Trinitatem fateamini*. Qua ergo ratione, quam concedit expurgatis aliquando revelatam fuisse, prorsus esse Græci pernegant? Quod si eam ipse non exprimit, Basilius tamen ille maximus epistola ad canonicas pugnaciter acerrimeque constabilit illis: *Spiritus autem D sanctus cum Patre et Filio annumeratur, quod supra omnem consistit creaturam, locum vero obtinet tertium, quemadmodum nos docet Dominus in Evangelio dicens: « Euntes baptizate in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. » Qui vero illum præposuerit Filio, vel Patre dixerit antiquiorem esse, resistit iste Dei ordinationi, et a sana fide alienus aberrat, dum non conservat inviolatum illum ordinem glorificationis*. Et epistola ad Eustathium medicum: *Vitandi sunt, qui seriem, quam nobis tradidit Dominus, immutant, tanquam qui palam pietati adversantur, et Filium Patri præponunt, Filio vero Spiritum sanctum*. Audis, fugiendos esse tanquam impios, qui Spiritum sanctum Filio præponunt? Tertius

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

itaque ex Patre cum sit Spiritus, necessario est secundus a Filio.

6. Idque novi Græcorum theologi non abnuentes, o inscitiam! de prolatione in ordine sermonem a sancto factum esse tradunt. At vero hoc impium et prorsus absonum esse, non erit difficile demonstrare. Sed prius ordinem duplicem esse observandum est; alterum, qui in re non est, sed cogitatione considerantis effingitur; alterum, qui reapse est, et verissimus, non ab alio confictus, sed in rebus ipsis esse consideratus. Et de hoc sanctum verba fecisse, patet. Primum, quod ordo, qui ex dispositione hominum fit, pie quoque immutari poterit, cum sit humanæ intelligentiæ commentum: at ille de quo Theologus locutus est, nullam sui mutationem admittit. Nam fugiendi sunt, qui immutant, tanquam apertissimi pietatis hostes. Præterea Trinitatis arcanum, non in simplicibus verbis, et nudis relationibus subsistit, sed reipsa, et vere Trinitas est. Et non quia nos in Trinitatem credimus, propterea Trinitas, sed quia Trinitas est; ideo nos in Trinitatem credidimus, et baptizati sumus. Quare censendum est, in Triade ordinem non esse secundum nostram dispositionem: esset enim omnium absurdissimum in nostræ cogitationis inventa credere. Sed quod ordo in Trinitate est, ideo ille statuendus simul atque credendus est; et ut Græci dicerent, prospici ordinem in Patre et Filio, non propter nominum relationem, sed propter rerum veritatem, præintellecta causa naturali. Item, Quemadmodum Patris erga Spiritum relationem esse credimus, licet nomina inter se non referantur, ita prorsus debet esse et Filii relatio erga Spiritum. Quod si id non est, neque vere tertius erit Spiritus, sed tantum nominum positione collocatus: *Etenim si productorem appellabimus Patrem*, ut inquit Nilus, Trinitatem abrogans, et Græcorum theologus tertius, *Filius veluti per productum e producente; quod si Patrem, tertius erit Spiritus, tanquam per Filium ex Patre.* Vides hunc inter Filium et Spiritum nullam interponere relationem? Hoc modo duæ hæ hypostases confunduntur ab ipso et pietas palam oppugnatur. Est igitur ordo inter hypostases natura, non hominum positione, et Filius non est secundus a Spiritu. Esset enim tertius a Patre, et diceretur dependere ex Spiritu, et Filius Spiritus nuncuparetur, quod nec ipsi dæmones asseveraverint. Totum enim oppositum affirmatur et creditur, Spiritum Spiritum Filii esse, et illi adhærere, ab eoque dependere, et sic verbum Filii, et ex eo progrediens.

7. Hæc cum ita se habeant, sequitur necessario ex Patre et ex Filio, sive per Filium exsistentiam habere Spiritum sanctum. Neque enim modus alius excogitari potest, qui divinis personis aptus, atque accommodus sit. Quo et ordinem rebus in ipsis servabimus, et doctorum dicta sequemur, qui

A τιθέντας Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα φεύγειν ὡς ἀσεβεῖς; Τρίτον ἄρα τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ὄν, δεύτερόν ἐστι τοῦ Υἱοῦ κατ' ἀνάγκην.

ς'. Τοῦτο δὲ οἱ τῶν Γραικῶν ὁμολογοῦντες νέοι θεολόγοι, ὦ τῆς ἀμαθείας! περὶ τῆς ἐν προφορᾷ τάξεως; φασὶ τῷ ἁγίῳ γενέσθαι τὸν λόγον. Τὸ δ' ὅτι ἀσεβὲς καὶ ἀδύνατον οὐ χαλεπὸν δεῖξαι. Ἀλλὰ πρότερον διπλῆν εἶναι τὴν τάξιν εἰδέναι δεῖ, μία μὲν, ἥτις τῷ μὲν πράγματι οὐ πρόσεστι, πλάττεται δὲ διανοίᾳ τοῦ στοχαζομένου, μίαν δὲ πραγματικὴν ἀληθεστάτην, οὐ πλαττομένην παρά τινος, ἀλλ' ἐνθεωρουμένην τοῖς πράγμασιν. Ὅτι δὲ περὶ ταύτης τῷ ἁγίῳ ὁ λόγος δῆλον. Πρῶτον μέν, ὅτι ἡ κατὰ θέσιν τάξις καὶ ἐναλλάττεσθαι δύνητ' ἂν εὐσεβῶς, ἀνθρωπίνης οὖσα διανοίας ἐφεύρημα. Ἐκείνη δὲ, περὶ
B ἧς τῷ θεολόγῳ ὁ λόγος, οὐκ ἐπιδέχεται κίνησιν οἱανοῦν. Φευκταῖοι γὰρ οἱ ἐναλλάττοντες, ὡς φανερῶς τῇ εὐσεβείᾳ μαχόμενοι. Ἔπειτα δὲ καὶ τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον οὐκ ἐν ψιλοῖς ὀνόμασι, καὶ γυμναῖς ἀναφοραῖς ἔχει τὸ εἶναι, ἀλλὰ τῷ πράγματι Τριὰς, ἤτοι ἀληθῶς Τριάς. Οὐδὲ τῷ ἡμᾶς εἰς Τριάδα πιστεύειν, διὰ τοῦτο Τριὰς, ἀλλ' ὅτι Τριὰς πεπιστεύκαμέν τε εἰς Τριάδα, καὶ βεβαπτίσμεθα. Καὶ τὴν ἐν Τριάδι ἄρα τάξιν οὐ κατὰ τὴν ἡμετέραν θέσιν εἶναι πιστευτέον. Πάντων γὰρ ἂν ἦν ἀτοπώτατον, εἰς τὰ τῆς ἡμετέρας διανοίας ἐξευρήματα πιστεύειν. Ἀλλὰ διότι τάξις πρόσεστι τῇ Τριάδι, τούτου χάριν αὐτὴν θετέον ἅμα καὶ πιστευτέον· καὶ ὥσπερ ἂν εἴποιεν Γραικοὶ ἐπιθεωρεῖσθαι τὴν τάξιν ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ οὐ
C δι᾽ τὴν τῶν ὀνομάτων ἀναφορὰν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν, προθεωρουμένου τοῦ αἰτίου φύσει. Καὶ πάλιν· Ὥσπερ τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸ Πνεῦμα σχέσιν εἶναι πιστεύομεν, καίτοι γε τῶν ὀνομάτων οὐκ ἀναφερομένων πρὸς ἄλληλα· οὕτω δεῖ καὶ Υἱοῦ πρὸς τὸ Πνεῦμα σχέσιν εἶναι πάντως. Εἰ δὲ μὴ, οὐ τρίτον ἀληθῶς τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ μόνῃ τῇ τῶν ὀνομάτων θέσει φερόμενον. *Εἰ μὲν γὰρ προβολέα καλέσωμεν τὸν Πατέρα*, ὥς φησι Νεῖλος, ὁ τὴν Τριάδα ἀθετῶν, καὶ ὁ τῶν Γραικῶν θεολόγος τρίτος, *ὁ Υἱὸς ὡς διὰ τοῦ προβλήματος ἐκ τοῦ προβολέως, εἰ δὲ Πατέρα, τρίτον τὸ Πνεῦμα, ὡς δι' Υἱοῦ ἐκ Πατρός.* Βλέπεις; πῶς οὐδεμίαν εἶναι βούλεται σχέσιν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος; Οὕτως αἱ δύο ὑποστάσεις αὐταὶ συγχέονται αὐτῷ φανερῶς μαχομένῳ τῇ εὐσε-
D βείᾳ. Ἔστιν ἄρα τάξις ἀλλήλαις ταῖς ὑποστάσεσι φύσει, οὐ θέσει παροῦσα, καὶ οὐ δευτερεύει ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος. Ἦν γὰρ ἂν τρίτος ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐξηρτῆσθαι ἐλέγετο τοῦ Πνεύματος, καὶ τοῦ Πνεύματος Υἱὸς ὠνομάζετο, ὅπερ οὐδ' ἂν οἱ δαίμονες εἴποιεν· Τοὐναντίον μὲν γὰρ ἅπαν καὶ λέγεται καὶ πιστεύεται τὸ Πνεῦμα Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ καὶ ἔχεσθαι αὐτοῦ καὶ ἐξῆφθαι, καὶ οὕτω ῥῆμα Υἱοῦ, καὶ προῖὸν ἐξ αὐτοῦ.

ζ'. Τούτων οὕτως ἐχόντων, ἀνάγκη πᾶσα ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἤτοι δι' Υἱοῦ ἔχειν τὴν ὕπαρξιν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὐ γὰρ ἔστιν ἐξευρεῖν τρόπον ἄλλον τοῖς θείοις ἁρμόζοντα, ᾧ καὶ τὴν τάξιν πράγμασι προσοῦσαν φυλάξομεν, καὶ ταῖς τῶν διδασκάλων ἀκολουθήσομεν ῥήσεσιν. οἵτινες ἐκ Πατρὸς δι'

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Υἱοῦ φυσικῶς, καὶ οὐσιωδῶς προχεῖσθαι τὸ Πνεῦμα θεολογοῦσιν. Ἀλλὰ τὸ Θεοφάντορος ῥητὸν, ἐν ᾧ διττὴν εἶναι βούλεται τὴν τάξιν, τιθέσθω πρῶτον, ἵν' ἴδοις, ὡς ὁ βασίλειος νοῦς πάντοθεν καταβάλλει τὴν τῶν Γραικῶν ἀσέβειαν. Οὕτω γὰρ αὐτὸς καλεῖ τοὺς ἀθετοῦντας τὴν τάξιν. Ἐν γοῦν τῷ πρὸς Εὐνόμιον πρώτῳ φησίν· *Ἡ μὲν ἔστι φυσικὴ τάξις, ἡ δὲ κατ' ἐπιτήδευσιν·* καὶ μετ' ὀλίγα· *Τούτων τοίνυν τὸ πρότερον ἀποκρυψάμενος ὁ Εὐνόμιος, τοῦ δευτέρου εἴδους τῆς τάξεως ἐπεμνήσθη, καὶ φησὶ, μὴ χρῆναι λέγειν ἐπὶ Θεοῦ τάξιν, ἐπείπερ ἡ τάξις δευτέρα τοῦ τάττοντος. Ἐκεῖνο δὲ οὐ σύνοιδεν, ἢ ἑκὼν ἀπεκρύψατο, ὡς ἔστι τι τῆς τάξεως εἶδος, οὐκ ἐκ τῆς παρ' ἡμῶν θέσεως συνιστάμενον, ἀλλὰ τῇ κατὰ φύσιν ἀκολουθίᾳ συμβαῖνον, ὡς τῷ πυρὶ πρὸς τὸ φῶς ἐστι τὸ ἐξ αὐτοῦ. Ἐν τούτοις γὰρ πρότερον τὸ αἴτιον λέγομεν, δεύτερον τὸ ἀπ' αὐτοῦ, οὐ διαστήματι χωρίζοντες ἀπ' ἀλλήλων ταῦτα, ἀλλὰ τῷ λογισμῷ τοῦ αἰτιατοῦ προεπινοοῦντες τὸ αἴτιον.* Ταῦτα ἐκείνου τοῦ θείου ἀνδρὸς βοῶντος, καὶ μηδεμίαν ἄλλην ἀποδεχομένου τάξιν, εἰ μὴ τὴν κατ' αἰτιον καὶ αἰτιατὸν, καὶ ἀσεβεῖ; ἀποκαλοῦντος τοὺς μὴ πιστεύοντας, τρίτον εἶναι τὸ Πνεῦμα, καὶ μετὰ τὸν Υἱὸν τάττεσθαι, πῶς ὅλως ἀποτολμῶσι λέγειν οἱ Γραικοὶ, ὡς οὐκ ἔστιν ἐξ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα;

η'. Ἀλλ' εἶεν. Τὸ δὲ προχεῖσθαι, καὶ ἐκβλύζειν, καὶ προΐέναι, καὶ πεφηνέναι ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, μὴ οὐκ ἐξ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα βούλεται; Ταῦτα δ' ὅτι πολλοῖς λέλεκται τῶν ἁγίων, οἶδας καλῶς, καὶ διὰ τοῦτο οὐ χρὴ παράγειν τοὺς λέγοντας. Σκοπῶμεν τοιγαροῦν, εἰ ὡς δεῖ ταῦτα Γραικοὶ νοοῦσιν. Ἀρκέσει γὰρ τοῦτό σοι. Τὸ προχεῖσθαι, φασὶ, καὶ ἐκβλύζειν, καὶ προΐέναι, καὶ πεφηνέναι ἐξ ἀμφοῖν, ἤτοι ἐκ Πατρὸς δι Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, δευτέραν τινὰ σημαίνει πρόοδον, καθ' ἣν τῇ κτίσει δωρεῖται τὸ Πνεῦμα, ὃ ἡμῖν δίδοται οὐ παρὰ τοῦ Πατρὸς μόνον, ἀλλὰ δὴ καὶ παρὰ [τοῦ] Υἱοῦ. Διανομὴ οὖν χαρισμάτων αὕτη οὖσα ἡ πρόοδος καὶ χρόνῳ καὶ πρός τί ἐστι καὶ παρ' ἀμφοτέρων· ἡ δὲ ἀΐδιος, καθ' ἣν ἔχει τὸ ὑφεστάναι τὸ Πνεῦμα, ἐκ μόνου ἐστὶ τοῦ Πατρός. Ταῦτα λέγοντες πρὸς τῷ μηδὲν τὴν τάξιν φυλάττειν, ὅπερ ἀσεβὲς ἀποδέδεικται, οὐδὲ Κυρίλλου αἰδοῦνται τὸν θεῖον, οὐτωσί που λέγοντα ἐν τῷ πρὸς Νεστόριον λόγῳ· *Εἰ καὶ ἔστιν ἐν ὑποστάσει τὸ Πνεῦμα ἰδικῇ, καὶ δὴ νοεῖται καθ' ἑαυτὸ, καθὸ Πνεῦμά ἐστι, καὶ οὐχ Υἱὸς, ἀλλ' οὖν ἐστιν οὐκ ἀλλότριον τοῦ Υἱοῦ. Πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ὠνόμασται, καὶ ἔστι Χριστὸς ἡ ἀλήθεια, καὶ προχεῖται παρ' αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός.* Οὐ γὰρ ἔχοιεν λέγειν Γραικοὶ, καίτοι γε δεινοὶ σοφίζεσθαι ὄντες, ὡς ἀποδοτέον τὸ *προχεῖται πρὸς τὸ Ἐν ὑποστάσει ὂν ἰδικῇ Πνεῦμα.* Ἔστιν ἄρα παρὰ τοῦ Υἱοῦ, ὡς καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα. Εἰ δὲ φαίης, ὡς δι' Υἱοῦ θέλων δεῖξαι τὸ Πνεῦμα εἰς τὸ παρὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι ἐνέπεσον, ἐπίσχες νῦν. Μικρῷ δ' ὕστερον τὴν διαφορὰν ἐξετάσωμεν τῶν προθέσεων. Οὐ μὴν ἀλλὰ κἀκεῖνο εὔηθες, ὅ τινές φασιν, ὅτι τὸ καθάπερ ὁμοίωσιν σημαῖνον οὐκ

ex Patre per Filium naturaliter et essentialiter effundi tradunt. Sed ante omnia secreta revelantis Basilii dictum afferatur in medium, quo duplicem ordinem probat, ut inde deprehendas mentem regiam modis omnibus Græcorum impietatem refellere. Sic enim ipse eos nominat, qui ordinem rejiciunt. Prima itaque adversus Eunomium oratione dicit: *Verum est ordo hic quidem naturalis, ille vero artificiosus*, et paucis annexis: *Horum primum cum occultasset Eunomius, secundi ordinis mentionem facit; aitque non oportere dicere ordinem esse in Deo, quoniam ordo in ordinante posterior est. Illud vero aut non animadvertit, aut volens prudensque occuluit, quoddam videlicet ordinis esse genus non nostra constitutum dispositione, sed ipsius naturæ vi consequens, cujusmodi est ignis et lucis, quæ ab ipso est. Nam in iis priorem esse causam dicimus, posterius vero quod ab ipsa est, non intervallo hæc ab invicem dirimentes, sed cogitatione prius quam effectum causam intelligentes.* Hæc et similia divino illo viro exclamante, nullumque alium ordinem acceptante, quam eum qui subsequitur ex effectu et causa, et impios compellante eos, qui non credunt, tertium esse Spiritum, et post Filium collocari, qua ratione audent Græci pronuntiare, Spiritum non esse ex Filio?

8. Sed esto. At effundi, et exsilire, et progredi, et apparere Spiritum ex Patre per Filium, annon ex Filio Spiritum esse sonant? Hæc apud plerosque Patres haberi, tute ipse optime nosti, propterea que asserentes in medium afferendi non sunt. Quare consideremus, an Græci, uti addecet, illa intelligant, quod satis tibi fuerit. Effundi, inquiunt, et exsilire, et progredi, et apparere ab utroque, sive ex Patre per Filium Spiritum, secundum progressum significant, quo Spiritus creaturæ donatur, qui nobis non a Patre solummodo, sed et a Filio quoque exhibetur. Progressus itaque hic, cum donorum dispartitio sit, et tempore, et ad aliquid fiat, ab utroque est: at sempiternus ille quo Spiritus habet, ut subsistat, ex solo Patre est. Hæc asseverantes, ut ordinem prorsus ejiciant, quod impium esse demonstratum est, divinum Cyrillum minime reverentur, ita oratione ad Nestorium scribentem: *Etsi est in hypostasi speciali Spiritus, et jam secundum seipsum intelligitur, ut Spiritus est, et non Filius, attamen non est alienus a Filio: namque Spiritus veritatis appellatur, et est Christus veritas, et effunditur ab ipso eo ipso modo, quo et effunditur a Deo et Patre.* Hic Græci, licet acumine valeant et rebus sint adinveniendis promptissimi, nunquam affirmabunt *effundi* ad illud, *Etsi est in hypostasi speciali Spiritus* referri. Est igitur a Filio sicuti et a Patre Spiritus. Quod si contenderis eum, cum Spiritum vellet ostendere per Filium esse, in illud prolapsum esse, ut eum ex Filio diceret. Continesis te paululum. Non multo post propositionum discrimen examinabimus. Illud quoque stolidum est, quod quidam tradunt, illud *eo ipso modo*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

similitudinem notans nil conducere Latinorum opinioni, qui veluti a primario principio et origine a Patre esse Spiritum asserunt, nec eo ipso modo ex Filio. Similitudo siquidem hoc in loco, ut etiam ea quæ ab aliis dicuntur, hic afferam, non ad notandum modum, sed causam, ex qua est, desumitur. Quod si ad notandum modum, optime dictum est, procedit enim a Patre per Filium, et similitudo exsistentiæ modum respicit, quod ex utroque per modum processionis est, non primum et originarium principium. Non enim alius exsistentiæ modus est, esse per modum principii primarii, alius per illud non esse, sed unus et idem. Id enim innuit illud per modum primarii principii. Quod una cum sit productiva facultas in Patre et Filio, ex Patre acceptam habet Filius, unde et esse accipit. Et quemadmodum si quis divinam naturam ad modum primarii principii in Patre intelligi diceret, rem prorsus necessariam pronuntiaret : inde enim eam habet et Filius et Spiritus sanctus; at differentem propterea naturam concipere, fieri nequit, quin oppositum, absolutam unionem, quod quam habet Pater, eam communicat Filio : pari ratione per modum primarii principii, dum dicitur Spiritus procedere ex Patre, non æque vero ex Filio, nullum discrimen modi exsistentiæ infert, dum utitur illo ad modum primarii principii, sed oppositum, unionem, ut sit idem per omnia modus. Etenim si exhibet productivam facultatem Filio Pater absque principio, ipse eam habens, quod illo per modum primarii principii indicatur, manifestum remanet illam eamdem numero exhibiturum, qua ex ipso Spiritus progreditur. Nullius itaque absurdi reus erit, qui asseruerit ea ratione Spiritum esse ex Filio, qua est ex Patre, cum modus exsistentiæ ille per modum primarii principii nullam differentiam, sed potius unitatem admittat. Idque verum esse, manifestum erit ex oppositione. Nam si primarium principium Filio quoque concedamus, habebit illud ipse absque principio, et non a Patre. Non erit igitur illud ipsum, quod Pater habet. Ergo diversum. Sed primarium principium soli Patri conceditur. Habet igitur, cum omnium paternorum bonorum particeps sit, illud idem Filius, et non diversum. Effundi itaque a Filio Spiritum non dona, sed hypostasim inde esse indicat per modum processionis, quemadmodum et a Patre.

A ἐνέχεται τῇ τῶν Λατίνων δόξῃ, προκαταρκτικῶς λεγόντων τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ οὐχ οὕτως ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Ἡ γὰρ ὁμοίωσις ἐνταῦθα τῷ ἁγίῳ, ἵνα καὶ τὸ παρ' ἄλλων λεγόμενον λέξω, οὐ πρὸς τὸ ὡδὶ εἶναι, ἀλλὰ πρὸς τὸ ὅθεν εἴληπται. Εἰ δὲ καὶ πρὸς τὸ ὡδὶ, καὶ τοῦτο καλῶς. Ἐκπορεύεται γὰρ παρὰ Πατρὸς δι' Υἱοῦ, καὶ ἡ ὁμοίωσις πρὸς τὸν τρόπον τῆς ὑπάρξεως τὸ προκαταρκτικῶς τοῦ μὴ, ἀλλ' εἶς καὶ ὁ αὐτός. Τοῦτο γὰρ μόνον βούλεται τὸ προκαταρκτικῶς, ὅτι μιᾶς οὔσης τῆς προβλητικῆς δυνάμεως ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, ἐκ τοῦ Πατρὸς ἔχει ταύτην λαβὼν ὁ Υἱὸς, ὅθεν καὶ τὸ εἶναι. Καὶ ὥσπερ εἴ τις λέγει τὴν θείαν φύσιν προκαταρκτικῶς καὶ ἀρχοειδῶς νοεῖσθαι ἐν τῷ Πατρὶ, πρᾶγμα λέγει πάντη ἀναγκαῖον. Ἐκεῖθεν γὰρ ἔχει ταύτην ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα. Διαφορὰν

B δὲ φύσεως διὰ τοῦτο νοῆσαι ἀδύνατον, τοὐναντίον δ' ἄπαν ἑνότητα, ὅτι ἣν ἔχει φύσιν ὁ Πατὴρ, ταύτην δίδωσι τῷ Υἱῷ. Οὕτω προκαταρκτικῶς λεγόμενον ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς, μὴ οὕτω δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, οὐδεμίαν διαφορὰν τοῦ τρόπου τῆς ὑπάρξεως δίδωσι νοεῖν τῷ προκαταρκτικῶς, τοὐναντίον δὲ ἑνότητα. Ὥστ' εἶναι τὸν αὐτὸν κατὰ πάντα τρόπον. Εἰ γὰρ δίδωσι τὴν προβλητικὴν δύναμιν ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ ἀνάρχως, αὐτὸς αὐτὴν ἔχων, ὅπερ τῷ προκαταρκτικῶς δηλοῦται, πρόδηλον ὅτι τὴν αὐτὴν ἐκείνην δώσει τῷ ἀριθμῷ, ᾗ ἐξ αὐτοῦ πρόεισι τὸ

C Πνεῦμα. Οὐκ ἐνέχεται ἄρα οὐδεμιᾷ ἀτοπίᾳ ὁ λέγων, οὕτως εἶναι τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ὥσπερ καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς, τοῦ τρόπου τῆς ὑπάρξεως οὐ διιστάμενου, ἀλλ' ἑνουμένου τῷ προκαταρκτικῶς. Τοῦτο δ' ὅτι ἀληθὲς δῆλον καὶ ἐκ τῆς ἀντιφάσεως. Εἰ γὰρ δώσομεν καὶ τῷ Υἱῷ τὸ προκαταρκτικῶς, ἀνάρχως ἕξει τοῦτο καὶ οὐ παρὰ τοῦ Πατρός. Οὐκ ἄρα ἔσται αὐτὸ τοῦτο, ὅπερ ὁ Πατὴρ ἔχει. Διάφορον ἄρα. Ἀλλὰ τὸ προκαταρκτικῶς μόνῳ τῷ Πατρὶ δέδοται. Ἔχει ἄρα, κοινωνὸς ὢν πάντων τῶν τοῦ Πατρὸς ἀγαθῶν, ταυτὸ, καὶ οὐ διάφορος ὁ Υἱός. Τὸ προχεῖσθαι ἄρα παρὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐ τὰ χαρίσματα, ἀλλὰ τὴν ὑπόστασιν ἐκεῖθεν εἶναι δηλοῖ ἐκπορευτῶς, ὥσπερ καὶ παρὰ τοῦ Πατρός.

9. Magnus quoque Basilius ex Deo Spiritum esse plane aperteque asseruit : *Apostolus*, ait, *Spiritum dicens, qui ex Deo est, et per Filium apparere patam facit, Filii Spiritum illum nominans.* Et hunc quoque de Spiritu, qui in hypostasi est, verba facere, inde manifesto evincitur, quod nullus ad hoc ævi ex doctoribus Filii Spiritum dona, aut ad nos, et in tempore progressum secundum appellavit. Ab æterno enim Spiritus Filii Spiritus est. Propterea que lingua prorsus aurea, homilia de Spiritu sancto : *Ipsam*, ait, *intelligi Spiritus hypostasim, cum Spiritus Filii, vel veritatis, vel Christi dicitur.* Illud præterea magis ac magis attendendum est, ideo Spiritum Filii ab Apostolo dictum divinorum arcanorum interpres asserit, quod per Filium com-

D θ'. Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος τὸ μὲν ἐκ τοῦ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα εἶναι τρανῶς ἐκήρυξεν· *Ὁ Ἀπόστολος*, φησὶ, *τὸ Πνεῦμα λέγων τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ δι' Υἱοῦ πεφηνέναι σαφὲς πεποίηκεν, Υἱοῦ Πνεῦμα ὀνομάσας αὐτό.* Ὅτι δὲ περὶ τοῦ ἐν ὑποστάσει καὶ οὗτος λέγει Πνεύματος ἐκεῖθεν δῆλον, ὅτι οὐδεὶς πώποτε μέχρι καὶ σήμερον τῶν διδασκάλων Υἱοῦ Πνεῦμα τὰ χαρίσματα, ἢ τὴν πρὸς ἡμᾶς καὶ ἐν χρόνῳ δευτέραν πρόοδον εἰρηκεν. Ἀϊδίως γὰρ τὸ Πνεῦμα Πνεῦμα Υἱοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ πάγχρυσος γλῶσσα ἐν τῇ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁμιλίᾳ, *Αὐτὴν*, φησὶ, *τοῦ Πνεύματος δηλοῦσθαι τὴν ὑπόστασιν, ὅταν Πνεῦμα Υἱοῦ, ἢ ἀληθείας, ἢ Χριστοῦ λέγηται.* Ἐκεῖνο δὲ καὶ πάνυ προσεκτέον, ὅτι Υἱοῦ Πνεῦμα τούτου χάριν εἰρῆσθαι τῷ Ἀποστόλῳ, φησὶν ὁ θεο-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

φάντωρ, διότι δι' Υἱοῦ πέφηνεν. Εἰ δὲ Υἱοῦ Πνεῦμα λέγεται ἡ ὑπόστασις τοῦ Πνεύματος, καὶ δι' Υἱοῦ ἄρα πέφηνεν αὐτὸ τὸ ἐν ὑποστάσει ἰδικῇ Πνεῦμα, ὁ εἷς τῆς Τριάδος. Εἰ δὲ τὸ πεφηνέναι τὸ πεφανερῶσθαι δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἡμῖν λέγουσί τινες, αἰσχυνέσθωσαν, ὅτι μᾶλλον ὁ Υἱὸς πεφανέρωται διὰ τοῦ Πνεύματος. *Ἐκεῖνος γάρ*, φησίν, *ὑμᾶς διδάξει πάντα, καὶ ὁδηγήσει εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.* Φανεροῦται δὲ καὶ ὁ Πατὴρ δι' Υἱοῦ, *Ἐφανέρωσά σου*, φησί, *τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις.* Ἀλλ' οὔτε ὁ Πατὴρ δι' Υἱοῦ πεφηνέναι, οὔτε ὁ Υἱὸς διὰ τοῦ Πνεύματος λέγεται, τοὐναντίον δ' ἅπαν ἔτι ἡ φανέρωσις αὕτη ἐν χρόνῳ. Τὸ δὲ Πνεῦμα αἰωνίως πέφηνε δι' Υἱοῦ, ἐπεὶ καὶ αἰωνίως Πνεῦμα Υἱοῦ. Οὐκ ἄρα τὴν ἐν χρόνῳ φανέρωσιν, ἀλλ' ἢ αἰωνίως δι Υἱοῦ εἰς τὸ καθ' ἑαυτὸ εἶναι πεφανέρωται τὸ πεφηνέναι βούλεται. Καὶ ταῦτα μὲν οὗτοι. Ὁ δὲ θεῖος Ἀθανάσιος ἐν ᾗ ἐκτίθεται *Διαλέξει Ὀρθοδόξου καὶ Μακεδονιανοῦ* τάδε φησίν· *Ἐὰν οὖν δειχθῇ τῆς αὐτῆς εἶναι θεότητος τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πατρὶ τὸ Πνεῦμα, τὸ ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκχυθὲν, καὶ προσκυνητὸν καὶ λατρευτὸν ἀποδειχθήσεται.* Ἰδοὺ ὧδε πάλιν τὸ *ἐκχυθὲν* πρὸς τὴν ὑπόστασιν φέρεται τοῦ Πνεύματος. Πρῶτον μὲν, ὅτι τῆς αὐτῆς θεότητος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ οὐ λέγετε τὰ χαρίσματα, καίτοι γε ἄκτιστα εἶναι ταῦτα νομίζοντες· ἄλλο γὰρ τῆς θείας οὐσίας τὴν ἐνέργειαν λέγετε· ἔπειτα δὲ, ὅτι προσκυνητὴν, ἢ λατρευτὴν ἐνέργειαν οὐδεὶς νοῦν ἔχων λέγει τῆς οὐσίας διαφέρουσαν. Ἀλλ' ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος, ἔξω γίνομαι ἐμαυτοῦ, τῷ πάθει νικώμενος. Οὐαί μοι τῷ ἀθλίῳ! οὐαί μοι! ὅτι τὸ ἐμὸν γένος τὸ ὀρθοδοξότατόν ποτε καὶ Χριστοῦ φίλον εἰς τοῦτο ἀσεβείας κατῆλθες, ὥστε συνοδικῶς φρονῆσαι τὰ τοῦ Παλαμᾶ, καὶ κατ' ἔτος τῷ ἀναθέματι παραπέμπειν Τριάδα καὶ τοὺς αὐτῆς· οὕτως ἐμάνης κατὰ τῆς ἀληθείας, ὥστ' ἵν' ἀποφύγῃς τοὺς ἀλύτους τῇ ἀληθείᾳ λόγους ἀποτολμῆσαι κηρύττειν, ἀπείρους οὔσας τὰς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ, καὶ κτιστὰς εἶναι, καὶ ἀπειράκις τῆς οὐσίας διαφέρειν, καὶ πιστεύειν ἔξω τῆς Τριάδος εἶναί τι ἄκτιστον, καὶ τοὺς μὴ οὕτω φρονοῦντας ἀποκηρύττειν τῆς Ἐκκλησίας. Δεῦρο, δεῦρο πρὸς τὴν Χριστοῦ Ἐκκλησίαν, ἤτοι τῆς παλαιᾶς· Ῥώμης. Ἐρώτα, καὶ μαθήσῃ. *Κροῦε, καὶ ἀνοιγήσεταί σοι.* Ἀκολούθει τοῖς σοῖς διδασκάλοις Ἀθανασίῳ τῷ πάνυ, Βασιλείῳ, Κυρίλλῳ, τῷ Νύσσης, καὶ τοῖς λοιποῖς. Παράπεμψον τῷ ἀναθέματι Παλαμᾶν, τὸν, ἵνα φύγῃ τὴν τῆς Ῥώμης δόξαν, ἤτοι τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν, εἰς πολυθεΐαν καὶ αὐτῆς τῆς Ἑλληνικῆς πολλῷ χείρω εἰσβαλόντα πᾶσαν τὴν Ἐκκλησίαν Γραικῶν. Τίς τραγῳδὸς ἐκτραγῳδήσει ὡς δεῖ ταῦτα; Τίς ἀρκούντως ἀποκλαύσεται; Ἐμοὶ δὲ, εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς, ὅταν τούτων μνησθῶ, ὥσπερ τινὶ φιλογόῳ γυναικὶ, ὀδυξιν ἐπέρχεται ξύειν τὰς παρειὰς, καὶ τὴν κόμην ξαίνειν, χερσὶ δέρειν εἰς τὴν κεφαλὴν, καὶ τύπτειν παλάμαις τὰ γόνατα, ἐνθυμουμένῳ τὴν τοῦ γένους ἀπώλειαν. Ἀλλ' οὐ καιρὸς νῦν τῶν τοιούτων θρήνων.

paruit. Quod si Filii Spiritus Spiritus hypostasis nuncupatur, ex Filio itaque comparuit Spiritus, qui in propria hypostasi Spiritus est, unus ex divina Triade. Quod si nonnulli comparere, per Filium Spiritum revelatum fuisse, autumant, pudeat ipsos hæc dicere, quod potius Filius per Spiritum revelatus est. *Ille enim*, ait, *vos docebit omnia, et ducet in omnem veritatem*[1]. Revelatur et Pater per Filium, *Revelavi nomen tuum*, inquit, *hominibus*[2]. Sed neque Pater per Filium comparere, neque Filius per Spiritum dicitur, imo prorsus oppositum. Tum, revelatio ipsa tempore fit, sed Spiritus ab æterno comparuit per Filium, cum et ab æterno Spiritus Filii sit. Non ergo revelationem tempore factam, sed eam qua ab æterno per Filium, ut seipso subsisteret, comparuit, apparere illud significat. Et hæc quidem hi. At divinus Athanasius in *Disputatione Orthodoxi et Macedoniani* hæc habet: *Itaque si ostensum fuerit ejusdem esse divinitatis cum Filio et Patre Spiritum, qui ex ipso Patre per Filium effusus est, et adorandus, et colendus esse demonstrabitur.* Ecce nunc iterum *effusum* illud ad hypostasim Spiritus refertur. Primum, quod dona nullo modo dicuntur ejusdem divinitatis esse cum Patre et Filio, licet ea increata esse in opinione hominum est, cum aliud a divina essentia operatio sit. Secundum, quod nullus dummodo pleno pectore sapiat adorandam ac colendam operationem nuncupat; quæ ab essentia diversa sit. Sed cum huc dicendo accesserim, motu animi concitus, extra me fio. Væ mihi misero! væ mihi! quod gens mea, quæ aliquando orthodoxam integerrime fidem sequebatur, et Christi amans in id impietatis prolapsa es, ut synodice ea quæ Palamas, sentias, et singulis annis anathemate devoveas Triadem, illiusque cultores: sic adversus veritatem insanisti, ut, dummodo insolubiles veritatis rationes declinares, ausa fueris, infinitas Dei operationes prædicare, easque increatas, et infinite ab essentia differre, credereque aliquid extra Triadem increatum, et eos qui aliter sentiunt, ab Ecclesia exturbare. Accede, accede ad Christi, sive veteris Romæ Ecclesiam. Quære et disces. *Pulsa, et aperietur tibi.* Sequere tuos præceptores Athanasium Magnum, Basilium, Cyrillum, Nyssenum, et reliquos. Dic anathema Palamæ, qui, ut Romanam sententiam, seu potius veritatem ipsam declinaret, in cultum multorum deorum, et gentilium ipsorum multo perniciosiorum, Græcorum universam Ecclesiam conjecit. Quis tragœdus hæc, uti addecet, tragice prosequetur? Quis abunde deplorabit? Mihi sane, verum enim dicetur, dum hæc in mentem veniunt, veluti cuidam in lacrymas pronæ mulieri subit, unguibus genas laniare, manibus comam evellere, et palmis pulsare genua, gentis meæ exitium reminiscenti. Sed similium lacrymarum nunc tempus non est. Novi enim, quod qui opinione Græcus es,

[1] Joan. xiv, 26. [2] Joan. xvii, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

me veluti mente captum irridebis. At ego quemadmodum vera dico, ita mihi Christus parcat die judicii. Sed valeant hæc quæ vel deorum multitudinem, vel impietatem in Ecclesiam Dei introducunt; et unde egressi sumus oratione, divinus nos Cyrillus reducat, dum secundo *Thesaurorum* libro scribit: *Spiritus sanctus ad nos accedens, conformes nos Dei commonstrat, progreditur vero ex Patre et Filio. Manifestum est eum divinæ esse essentiæ naturaliter, in ipsa et ex ipsa egredientem.* Et hic quoque de hypostasi sermonem esse, satis apparet ex eo quod sanctus cum articulo extulit Spiritum sanctum: neque enim ea ratione dona proferuntur, cum ex Patre et Filio simul et Spiritu dona egrediuntur. Adde præterea, divinæ essentiæ dona esse, minime astruitis, at ex Patre et Filio Spiritus progrediens divinæ essentiæ est. His igitur omnibus credendum est vere, effundi, apparere, progredi, et quidquid aliud de Spiritu dicetur, ad hypostasim pertinere. Quod si quopiam in loco et de donis idem asseritur, ne fallamur eodem nomine: ex illis, quæ ante et post dictionem, de quo sermo est, afferuntur, res ipsa excutienda est. Sit ergo demonstratum a nobis progredi et effundi ex Patre et Filio Triadis unum, Spiritum sanctum scilicet. Hæc autem et similia progressum in exsistentiam Spiritus sancti connotare, ex illis, quæ diximus, non erit difficile deprehendere. Nam alio modo ex Patre et Filio, sive per Filium effundi Spiritum, qui in speciali hypostasi est, intellexerimus?

10. Sed exponantur hæc fusius. Si ab ὑφίστασθαι *substare* nempe ac *subsistere* hypostasis nomen habet, quod progreditur et effunditur in hypostasim, ita progreditur, ut substet subsistetque. Progreditur itaque, et effunditur Spiritus ex Patre et Filio, ad subsistendum, quod in speciali hypostasi esse notat: id vero est procedere. Ex Patre ergo et Filio, vel per Filium procedit Spiritus sanctus, ita ut ab utroque habeat, quod sit. Et hanc esse sententiam doctorum, audi ex Cyrilli Commentario in Joannis Evangelium. Repetatur vero paulo altius testimonium, ut quæ contra nos esse, ut Græcis videretur, nobis potius favere, plane cognoscas: *Proprius Dei et Patris Spiritus est*, scribit, *sed non minus proprius est et Filii, non ut aliud et aliud, aut diviæ in utroque consideratus, aut exsistens. Sed quando ex Patre et in Patre naturaliter est Filius, fructus verus exsistens illius essentiæ, Spiritus, qui proprius est Patris secundum naturam producitur, et effunditur a Patre, et per ipsum Filium creaturæ suppeditatur, non modo aliquo servili, qui in ministris agnoscitur, sed, ut jam dixi, ex ipsa Dei, et Patris essentia exiens, effususque illis, qui eum acceptare digni sunt per Verbum consubstantiale, et ex ipso apparens, per apparitionem nempe in exsistentiam, secundum seipsum, et in ipso permanens immoransque perpetuo adhæse simul atque disjuncte.* Viden' ante omnia, æque Spiritum esse Filii atque est Patris? Esset vero

Οἶδα γὰρ ὅτι καταγελᾷς Γραικὸς τῇ δόξῃ ὡς ἀνοήτου. Ἐγὼ δ' ὥσπερ ἀληθῆ λέγω οὕτω μου ὁ Χριστὸς φείσοιτο ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως. Ἐάσθω γοῦν τὰ περὶ τῆς πολυθεΐας ταύτης, ἢ ἀθεΐας, καὶ πρὸς τὸ πρῶτον αὖθις ὁ θεῖος ἡμᾶς ἐναγέτω Κύριλλος, Ὅ τε τοίνυν, φάσκων ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν *Θησαυρῶν*, τὸ *Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ἡμῖν γενόμενον, συμμόρφους ἡμᾶς ἀποδεικνύει Θεοῦ. Πρόεισι δὲ καὶ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Πρόδηλον ὅτι τῆς θείας ἐστὶν οὐσίας, οὐσιωδῶς ἐν αὐτῇ καὶ ἐξ αὐτῆς προϊόν.* Ὅτι δὲ περὶ τῆς ὑποστάσεως κάνταῦθα ὁ σκοπὸς τῷ ἁγίῳ, δῆλον τῷ τε μετὰ τοῦ ἄρθρου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰπεῖν. Οὐ γὰρ οὕτω λέγεται τὰ χαρίσματα, καὶ τῷ προϊέναι ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ὁμοῦ τε καὶ Πνεύματος προϊόντων τῶν χαρισμάτων. Πρὸς τούτοις οὐ τῆς θείας φύσεώς φατε τὰ χαρίσματα. Τὸ δὲ προϊὸν ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ Πνεῦμα τῆς θείας οὐσίας ἐστίν. Ἐκ τούτων ἄρα πάντων πιστεύειν δεῖ ἀληθῶς, ὅτι τὸ προχεῖσθαί τε, καὶ πεφηνέναι, καὶ προϊέναι, καὶ εἴ τι ὅμοιον περὶ τοῦ Πνεύματος λέγεται, τῇ ὑποστάσει ἁρμόζει. Εἰ δέ που καὶ περὶ τῶν χαρισμάτων εἴρηται, ἀλλ' οὐ χρὴ ἀπατᾶσθαι τῇ ὁμωνυμίᾳ, ἐξετάζειν δὲ μᾶλλον διὰ τῶν πρὸ τῆς λέξεως, καὶ τῶν μετὰ τὴν λέξιν περὶ τίνος ὁ λόγος. Ἔστω γοῦν τοῦτο ἀποδεδειγμένον ἡμῖν, ὅτι πρόεισι καὶ προχεῖται παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ὁ εἷς τῆς Τριάδος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ὅτι δὲ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τὴν εἰς τὸ εἶναι σημαίνει τοῦ Πνεύματος πρόοδον, οὐ χαλεπὸν καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων συνιδεῖν. Τίνι γὰρ ἄλλῳ τρόπῳ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἢ δι' Υἱοῦ προχεῖσθαι τὸ ἐν ὑποστάσει ἰδικῇ νοήσαιμεν Πνεῦμα;

ι'. Λελέχθω δὲ καὶ πλατύτερον· Εἴπερ παρὰ τὸ ὑφίστασθαι ὑπόστασις λέγεται, τὸ προϊὸν, ἢ προχεόμενον εἰς ὑπόστασιν, οὕτω πρόεισιν, ὥστε ὑφίστασθαι. Πρόεισιν ἄρα καὶ προχεῖται τὸ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ πρὸς τὸ ὑφίστασθαι τὸ ἐν ἰδικῇ ὑποστάσει εἶναι σημαίνει. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἐκπορεύεσθαι. Ἐκ Πατρὸς ἄρα καὶ Υἱοῦ, ἢ δι' Υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὥστε ἐξ ἀμφοῖν ἔχειν τὸ εἶναι. Ὅτι δὲ ταῦτα καὶ τοῖς διδασκάλοις δοκεῖ, ἄκουσον Κυρίλλου ἐκ τοῦ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην πονήματος. Εἰρήσθω δὲ τὸ ῥητὸν μικρὸν ἄνωθεν, ἵνα γνῷς καὶ τὰ δοκοῦντα καθ' ἡμῶν εἶναι, ὡς ἂν Γραικοὶ φαῖεν, ὄντα μᾶλλον ὑπὲρ ἡμῶν· *Ἴδιον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ Πνεῦμά ἐστι*, φησίν· *ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἰδιόν ἐστι καὶ τοῦ Υἱοῦ, οὐχ ὡς ἕτερον καὶ ἕτερον, ἢ μεριστῶς ἐν ἑκατέρῳ νοούμενόν τε καὶ ὑπάρχον. Ἀλλ' ἐπείπερ ἐκ Πατρὸς καὶ ἐν Πατρὶ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ Υἱός, καρπὸς ὑπάρχων ἀληθινὸς τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ τοῦ Πατρὸς ἴδιον Πνεῦμα κατὰ φύσιν ἐπάγεται, χεόμενον μὲν ἐκ Πατρὸς, δι' αὐτοῦ δὲ τοῦ Υἱοῦ τῇ κτίσει χορηγούμενον, οὐ κατά τινα τρόπον διακονικὸν, ἤτοι τὸν ἐν ὑπουργίᾳ, ἀλλ' ὥσπερ ἔφην ἀρτίως, ἐξ αὐτῆς μὲν προκύπτον τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, χεόμενον δὲ τοῖς ἐλεῖν ἀξίοις διὰ Λόγου τοῦ ὁμοουσίου, καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνότος, κατ' ἔκφασιν δηλονότι τὴν εἰς τὸ εἶναι καθ' ἑαυτὸ, καὶ ἐν αὐτῷ μένοντός τε καὶ ὄντος ἀεὶ προσεχῶς τε

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

ἄμια καὶ μεμερισμένως. Ὁρᾷς πρῶτον μὲν ὡς οὐδὲν ἧττον ἴδιον τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἢ τοῦ Πατρός; Ἦν δ' ἂν ἧττον ἴδιον, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἴδιον, μὴ ὂν ἐξ αὐτοῦ. Εἰ γὰρ ἰδιόν ἐστι τοῦ Υἱοῦ τὸ ἐν ὑποστάσει Πνεῦμα, ὅπερ ὁμολογεῖν καὶ Γραικοὺς σύνοιδα, ἢ φύσει, ἢ ἐπικτήτως ἐστὶν αὐτοῦ ἴδιον. Λέγω δὲ ἐπικτήτως τὸ ὕστερόν τινι διδόμενον, καὶ ἰδιοποιούμενον, καὶ οὐκ ἀπὸ γεννήσεως τῇ φύσει ἐνὸν τῇ αὐτοῦ, ὅπερ οὐδὲ κυρίως ἴδιον. Ἀλλὰ τοῦτο ἀσεβὲς πολλαχοῦ Κύριλλος δείκνυσι, καὶ οὐχ ἧττον ἐν τῇ εἰρημένῃ περικοπῇ. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Υἱὸς ἔχει πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς, ὡς φύσει Υἱὸς, τὸ τοῦ Πατρὸς ἴδιον Πνεῦμα κατὰ φύσιν ἐπάγεται, οὐκ ἐπακτὸν, οὐδὲ ἔξωθεν. Μανικὸν γὰρ τὸ οὕτω φρονεῖν, ὡς ἐν ἄλλοις φησί. Φύσει δὲ ὂν ἴδιον τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, ὡς ἐπαγομένου φύσει αὐτὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἅμα τῷ γεννᾶσθαι, ἀνάγκη παρ' αὐτοῦ ἔχειν τὸ εἶναι. Οὐ γὰρ διότι ὁμοούσιον, διὰ τοῦτο ἴδιον. Ἦν γὰρ ἂν καὶ ἡ τοῦ Υἱοῦ ὑπόστασις ἰδιόν τι τοῦ Πνεύματος. Ἀλλ' οὐδεὶς εἶπέ ποτε, ὅτι τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς φύσει ἐπάγεται τὸν Λόγον, οὐδ' ὅτι ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαι φύσει δέδοται αὐτῷ ὁ Υἱός· οὐδ' ὅτι τῷ ἔχειν πάντα τὰ τοῦ προβολέως τὸ Πνεῦμα, τούτου χάριν ἔχει καὶ τὸν Υἱὸν ὡς ἴδιον αὐτοῦ. Τοὐναντίον μενοῦν ἅπαν οἶδας τοῖς ἁγίοις θεολογούμενον. Διατί; Διότι τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ᾔδεσαν, τὸν δὲ Υἱὸν ἐκ τοῦ Πνεύματος οὐκ ᾔδεσαν. Φέρε γάρ, εἴ τις εἴποι, ὅτι ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς φύσει ἐπάγεται τὸν Υἱὸν, καὶ ὅτι ἴδιος τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱὸς ἡ ἀποδέξῃ σὺ τοῦτον; οἶδα ὅτι ἐξωθήσεις τοῦ τῶν Χριστιανῶν συστήματος, καὶ νοήσεις εὐθὺς, ὡς ἐκ τοῦ Πνεύματος δοξάζει τὸν Υἱὸν ὁ τοῦτα λέγων. Οὐκ ἄρα διὰ τὸ ὁμοούσιον ἴδιον τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ διότι ἐξ αὐτοῦ πέφηνε κατ' ἔκφανσιν τὴν εἰς τὸ εἶναι καθ' ἑαυτὸ, δηλονότι εἰς τὸ ἐν ἰδικῇ ὑποστάσει εἶναι, καὶ διότι ἴδιον, διὰ τοῦτο καὶ ὁμοούσιον. Ὅτι δὲ τὸ ἴδιον οὕτω λαμβάνεται, καὶ τοῦτο δύναται, ὅρα σαφῶς Κύριλλον λέγοντα ἐν τῷ πρὸς Νεστόριον λόγῳ· *Ὥσπερ γὰρ ἀνθρώπου, καὶ μὴν ἑκάστου τῶν ἑτέρων ζώων τὸ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν γέννημα, οὕτως ἴδιον αὐτοῦ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ νοοῖτ' ἂν εἶναι καὶ λέγοιτο.* Ἀκούεις ὅτι τὸ ἴδιον οὐκ ἐπὶ Θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἀνθρώπων καὶ τῶν ἑτέρων ζώων λέγεται τὸ ἔκ τινος; Ἀλλὰ καὶ Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν λόγῳ, *Ἐπειδὴ γὰρ Λόγος ἐστὶ*, φησὶν, *ἴδιος φύσει τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, ἐξ αὐτοῦ τέ ἐστι, καὶ ἐν αὐτῷ.* Ἰδοὺ πάλιν ἐκ τούτου δείκνυται ὁ Υἱὸς εἶναι ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὅτι Λόγος αὐτοῦ ἴδιος καλεῖται. Ὁ δὲ θεῖος αὖθις Κύριλλος εἰς τὸ, *Κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα*, τάδε φησί· *Τῶν γὰρ Θεοῦ καὶ Πατρὸς φυσικῶν ἀγαθῶν οὐσιωδῶν ὑπάρχων ὁ Υἱὸς κοινωνὸς, ἔχει τὸ Πνεῦμα κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, καθ' ὅπερ ἂν νοοῖτο καὶ ὁ Πατὴρ, οὐκ ἐπακτὸν, οὐδὲ ἔξωθεν· εὐηθὲς γὰρ, μᾶλλον δὲ μανικὸν τὸ οὕτω φρονεῖν· ἀλλ' ὥσπερ καὶ ἡμῶν ἕκαστος τὸ ἴδιον ἐν ἑαυτῷ πνεῦμα συνέχει, καὶ ἐκ τῶν ἐνδοτάτων σπλάγχνων εἰς τὸ ἔξω προχέει.* Ὁρᾷς τὴν ὁμοίωσιν; Πείθῃ τοῖς εἰρημένοις, ἢ ἔτι χρῄζομεν μαρτύρων; Ἴδιον ἄρα τὸ

A minus proprius, imo nec proprius, si ex eo non esset. Etenim si Spiritus, qui in hypostasi est, est proprius Filii, quod et apud Græcos in confesso esse nullus dubito, aut natura, aut ascititie est illius proprius; ascititium vero dico, quod postmodum adjicitur, daturque, applicaturque, et non est a nativitate naturæ propriæ insitum, quod nec stricto modo proprium est. Sed hoc impietatem sapere, pluribus in locis Cyrillus demonstrat, multoque magis in allata pericope. Cum enim Filius possideat omnia Patris, tanquam qui Filius natura est, Patris proprium Spiritum secundum naturam conducit, non ascititium neque extraneum; desipientis enim est, ita sentire, ut alibi scribit. Natura autem cum sit proprius Spiritus Filii, tanquam qui
B illum una secum adducit ex Patre, ipso generationis momento, necesse est ut ex eo habeat esse. Neque enim quia ejusdem naturæ est, ideo et proprius: esset enim et Filii hypostasis aliquid proprium Spiritus. Sed nemo unquam dixit Spiritum ex Patre adducere una secum Verbum; neque cum procedit, natura dari ipsi Filium; neque quod habet Spiritus omnia producentis, ideo habet et Filium, ut sui proprium. Sed hinc contraria omnia sat tenes a Patribus tradita. Quapropter? Quoniam Spiritum et ex Filio sciebant, Filium vero ex Spiritu nullo modo. Agesis enim, si quis dixerit, dum Spiritus ex Patre procedit, natura una simul adducit Filium, et Spiritus Filium esse proprium,
C concederesne tu id quidem? Bene novi te, eum ex Christianorum cœtu repulsurum, statimque animo concipies, similia efferentem, ex Spiritu Filium esse opinari. Non igitur propter eamdem naturam Spiritus est Filii proprius, sed quod ex eo apparuit secundum apparitionem, qua ut seipso subsistat, conducitur, propria nempe hypostasi exsistere, et quia proprius, ideo est et ejusdem naturæ. Proprium vero ita sumi, et id insinuare, discito ex Cyrillo, qui oratione ad Nestorium scribit: *Quemadmodum enim hominis, nec non et aliorum singulorum animantium fetus, qui ex eo est, secundum naturam, sic proprium illius intelligetur esse dicturque, quod ex essentia illius erit.* Audistine, proprium non de Deo solum, sed et de hominibus, et
D de aliis animantibus dici, quod ex aliquo est? Sed et Athanasius, Oratione contra Arianos: *Cum enim Verbum sit*, ait, *proprium natura divinæ essentiæ, est ex eo et in illo.* En ut denuo ex hoc quoque constabiliatur, Filium ex Patre esse, quod Verbum ipsius proprium vocitatur. Divinus rursus Cyrillus in illud: *Et ego rogabo Patrem*, hæc adnotat: *Nam Dei et Patris naturalium bonorum et essentialium cum Filius particeps sit, habet Spiritum eo modo, quo illum habere et Pater intelligetur, non ascititium neque extraneum. Stolidi enim est, imo furiosi ita sentire. Sed veluti nostrum singuli proprium in semetipso spiritum continent, et ex intimis visceribus foras effundunt.* Viden' similitudinem? Suaderis jam dictis? An præterea alios testes ex-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

poscis? Proprius itaque Spiritus Filii est, quod ex ipso est, veluti et apud nos proprius noster spiritus. Nam si ex eo non esset, neque esset proprius ; sed proprius est, ergo et ex ipso, non donum, non operatio, sed ex Triade unus. Apparuit enim ex ipso, ea apparitione ad exsistentiam ductus, qua per se subsisteret, hoc autem est procedere. Procedit igitur et ex Filio, sive per Filium, quemadmodum et divinus Maximus tradit, dum quid aureum candelabrum apud Zachariam prophetam innuit, interpretatur: *Nam Spiritus sanctus*, ait, *veluti natura secundum essentiam est Dei et Patris, ita et Filii secundum essentiam est, uti a Patre essentialiter per Filium genitum inenarrabili quodam modo procedens.* En rursus secundum essentiam esse Filii Spiritum, ex eo procedere commonstratur.

A Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ, ὅτι ἐξ αὐτοῦ, ὡς καὶ παρ' ἡμῶν τὸ ἴδιον ἡμῶν πνεῦμα. Εἰ γὰρ μὴ ἐξ αὐτοῦ, οὐδὲ ἴδιον· ἀλλ' ἴδιον· ἐξ αὐτοῦ ἄρα, οὐ χάρις, οὐκ ἐνέργεια, ἀλλ' ὁ τῆς Τριάδος εἷς. Πέφηνε γὰρ ἐξ αὐτοῦ κατ' ἔκφανσιν τὴν εἰς τὸ εἶναι καθ' ἑαυτό. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἐκπορεύεσθαι. Ἐκπορεύεται ἄρα καὶ ἐξ Υἱοῦ, ἤτοι δι' Υἱοῦ, ὡς καὶ ὁ θεῖός φησι Μάξιμος ἐν οἷς ἑρμηνεύει, τί βούλεται τῷ προφήτῃ Ζαχαρίᾳ ἡ χρυσῆ λυχνία. *Τὸ γὰρ Πνεῦμα τὸ ἅγιον*, φησὶν, *ὥσπερ φύσει κατ' οὐσίαν ὑπάρχει τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὕτω καὶ τοῦ Υἱοῦ κατ' οὐσίαν ἐστὶν, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐσιωδῶς δι' Υἱοῦ γεννηθέντος ἀῤῥάστως ἐκπορευόμενον.* Ἰδοὺ πάλιν τὸ κατ' οὐσίαν εἶναι Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τῷ δι' αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι δείκνυται.

B

11. Quod si dicas, essentialiter ab eo dictum, ut ex essentia illum Filii esse significaret, tolleret vero ex hypostasi, quod ex Græcis nonnulli suspicantur, et eamdem inde naturam notari contendunt, non comprehendentes, si hoc concederetur, Patrem quoque ex essentia Spiritus esse pie admodum dici, quam vocem nemo ad hunc diem misit. Et fraudem, quæ in dicto latet, facili negotio deprehendes. Absurdissime namque loqueretur sapientia præclarissimus Maximus, si ex eodem idem commonstraret; quemadmodum si quis vellet ostendere essentiam esse hominem, id diceret esse : quod essentia homo est. Etenim si quod secundum essentiam Filii Spiritus est, ideo contendit essentialiter esse ex eo, sive ex essentia illius, ut Græci opinantur, plane deridiculus esset sermo, nihil ostendens ejusdem essentiæ Filii Spiritum ideo esse dicens, quod ejusdem essentiæ est. Videsne ridiculorias Græcorum argumentationes, quo sese agunt ? Considera præterea impietatem. Quidquid generatur, proceditque in exsistentiam, aut est ex hypostasi tantum qua hypostasis est, aut ex essentia et natura tantum, et absque hypostasi considerata, aut ex utraque ex natura scilicet aut essentia quæ in hypostasi est, et in hypostasi concipitur. Secundum neque Græci ipsi dixerint; namque absurdum, ut videtur, existimant quod inde sequitur : ejusdem siquidem naturæ Trinitas confunderetur, adeo ut ex tribus unumquodque, et ex seipso et ex aliis esset, propterea que ex hypostasi, qua hypostasis est, existimant esse, et quod procedit, et quod generatur. Heu vesaniam! Etenim si hypostasis, qua hypostasis est, generat, atque producit, erit ex hypostasi hypostasis secundum idem, sicque hæc naturæ non fuerint, sed hypostasis. Quod si communes Christianorum sententias, et doctorum omnium dicta recte consideres, rerumque ipsam naturam, haud fieri posse judicatur, ut cuique patet. Dices, ex hypostasi Patris Filium generari, certis verbis reperitur. Ipse quoque addo et ex natura et ex essentia esse, et naturaliter inde generari multo uberius expresse inveniri. Quod si ex hypostasi na-

C

D

τα'. Εἰ δὲ λέγοις; τὸ οὐσιωδῶς αὐτῷ εἰρῆσθαι, ἵνα τὸ μὲν ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Υἱοῦ δηλώσῃ, τὸ δὲ ἐκ τῆς ὑποστάσεως ἀναιρήσῃ, ὃ τινες τῶν Γραικῶν ὑπειλήφασι, καὶ τὸ ὁμοούσιον ἐντεῦθεν δηλοῦσθαι θέλουσι, μὴ συνορῶντες ὡς τούτου δοθέντος καὶ ὁ Πατὴρ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πνεύματος εἰλέγετ' ἂν εὐσεβῶς, ὅπερ οὐδενὶ λέλεκται, ῥᾴδιον ἰδεῖν τὴν λανθάνουσαν τῷ λόγῳ ἀπάτην. Ἀτοπώτατος γὰρ ἦν ὁ σοφὸς τὰ πάντα Μάξιμος, εἰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐδείκνυε τὸ αὐτό· ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐθέλων δεῖξαι οὐσίαν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τοῦτ' ἔλεγεν εἶναι· διότι οὐσία ὁ ἄνθρωπός ἐστιν. Εἰ γὰρ κατ' οὐσίαν εἶναι τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τούτου χάριν βούλεται, ὅτι οὐσιωδῶς ἐξ αὐτοῦ, ἤτοι τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ὡς δοκεῖ τοῖς Γραικοῖς, γελοῖος ἂν ἦν ὁ λόγος οὐδὲν δεικνύων, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τούτου ἕνεκα λέγων, ὅτι τῆς αὐτῆς οὐσίας. Βλέπεις τὰς γελοιώδεις τῶν Γραικῶν ἐπενθυμήσεις ποῖ φέρονται; Σκόπει καὶ τὴν ἀσέβειαν. Τὸ γεννώμενον πᾶν καὶ ἐκπορευόμενον εἰς ὕπαρξιν, ἢ ἐκ τῆς ὑποστάσεως μόνον καθὸ ὑπόστασις, ἢ ἐκ τῆς οὐσίας καὶ φύσεως, ἢ τοῦτο μόνον καὶ οὐχ ὑπόστασις, ἢ κατ' ἀμφότερον ἐκ τῆς ἐνυποστάτου φύσεως, ἤτοι τῆς ἐν ὑποστάσει θεωρουμένης οὐσίας, ἀλλὰ τὸ δεύτερον οὐδὲ Γραικοὶ λέγουσιν. Ἄτοπον γὰρ, ὡς ἔοικεν, οἴονται τὸ ἑπόμενον, ὅτι τῆς αὐτῆς ἡ Τριὰς οὖσα φύσεως συγχυθήσεται, ὥστε τῶν τριῶν ἕκαστον καὶ ἐξ ἑαυτοῦ καὶ ἐκ τῶν λοιπῶν ἔχειν τὸ εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο ἐκ τῆς ὑποστάσεως, ᾗ ὑπόστασις, νομίζουσι τὸ ἐκπορευόμενον καὶ γεννώμενον. Ὦ τῆς ἀνοίας! Εἰ γὰρ ἡ ὑπόστασις γεννᾷ καὶ προβάλλει, ᾗ ὑπόστασις, ἔσται ἐκ τῆς ὑποστάσεως ὑπόστασις καθ' αὐτὸ, καὶ οὕτως οὐκ ἔσται φύσεως ταῦτα, ἀλλ' ὑποστάσεως· ὅπερ καὶ ταῖς κοιναῖς τῶν Χριστιανῶν ἐννοίαις, καὶ τοῖς διδασκάλοις πᾶσι, καὶ αὐτῇ τῇ τῶν πραγμάτων φύσει, ἀδύνατον εἶναι παντί που δῆλον. Ἀλλὰ φήσαις ἄν, ὅτι ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι τὸν Υἱὸν ῥητῶς εὕρηται. Ἐγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι καὶ ἐκ τῆς φύσεως καὶ οὐσίας εἶναι, καὶ φυσικῶς ἐκεῖθεν γεννᾶσθαι, πολλῷ μᾶλλον ῥητῶς εὕρηται. Εἰ δ' ἐκ τῆς ὑποστάσεως εἴρηται φυσικῶς, πάντως ἐκ τῆς ἐνυποστάτου οὐσίας. Πῶς δὲ καὶ νοήσαις ὑπόστασιν,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

19. Tu porro notato, tenetoque indubie, quot modis dicatur, quod ex aliquo est. Id namque adversus utramque hæresim Græcis vulnus impingit lethale. Primum, naturaliter ex aliquo esse, ex illo est non generationis, sed alio quopiam exsistentiæ modo ; alterum operationis ex divina essentia, et non modo generationis, neque enim est Filius, neque naturæ, cum non sit Spiritus, neque creationis. Ergo si aliud est ab operatione essentia, aut non recte, aut sufficienter tradidit, quot modis in rebus divinis ex aliquo esse dicatur, arcanorum cœlestium mysta Basilius. Sed hoc servetur alio tempore. Nunc primum consideremus. Si itaque circa ea quæ ordinis sunt, impius esse non vis, sanctorumque dicta irrita infectaque declarare, qui Spiritum veritatis audientes, et Spiritum Filii, et ex Filio accipere, proprium esse Filii Spiritum decreverunt, quemadmodum et Patris, fatendum prorsus est, et ex ipso, et per ipsum procedere, uti ex Patre. Quodsi Nysseni dictum afferas, *Hujus enim gratia*, dicentis, *Spiritum oris, dixit David, ut proprietatem procedendi faciendi soli Patri inhærentem constabiliret* : ante omnia minime æquum fuerit, majorem partem testimoniorum, eorumque dilucidiorum negligere. Deinceps stultum est, non percipere saltem ex aliis ejusdem Patris theologicis dictis, dictum hoc esse corruptum. Siquidem dum legit πρὶ, r ex n immutatum irrepsit, et nomen Spiritus πνὶ Pater occupavit, minima inversione. Idque manifestum est, quod nullus ex Patribus processionis proprietatem Patri attribuens reperiatur, at Spiritui plurimi. Namque verbum hoc ἐκπορεύεσθαι, *procedere*, cum non æque se habeat veluti et produco et producor, ut active et passive pronuntiatum, illo quidem modo Patri, hoc vero Spiritui adaptetur, pronuntiatur, ita ut Spiritus tantum proprietatem exprimat. Doctores etiam illa ἐκπορευτῶς, et ἐκπορευτικῶς, *per modum processionis*. Ex eodem uno modo verbo pronuntiato, et quod ad solum Spiritum pertinet, deducta sunt. Depravatus itaque locus est a Græcis. Ad hæc. Si, soli Patri, dixisset, frustra sermonem habuisset, at non frustra habuit, tum enim sapientia, tum sanctitate si quis alius Nyssenus præpollet. Non Patri ergo, sed Spiritui scripsit. Sic enim et oratio recte procedit, et sibi ipsi non contradicit. Idque dilucidius fiet, si ponamus Davidem dixisse : *Et verbum oris*. Rursus enim procedendi faciendi proprietas, ex quo nempe hoc sermone indicata soli Patri inhæreret. Etenim si ex Deo et Patre procedit Spiritus sanctus, est

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vero et Verbum verbum oris, sive procedens ex Deo et Patre, cum duo conspicerentur producta, unus tantum rursus erit productor, et illi soli adhærebit proprietas ex se procedere faciendi. Frustra ergo est Nyssenus cum scribit : *Propterea Davidem non dixisse verbum oris, ut proprietatem ex se procedere faciendi soli Patri constabiliret.* Licet enim et verbum oris dicas, iterum solum Patri facultas alios procedere faciendi, sive producendi inhærebit. Produci vero non esset solius Spiritus sancti. Namque, qui verbum oris dicit, unum productorem, sed duo esse producta indicat, quod David destruens, ut opinatur Nyssenus, non dixit, *Verbum oris, ut procedendi proprietatem Spiritui soli inhærentem confirmaret.* Quapropter paulo infra rem apertius declarans, quod a malitiæ sophistis reticebatur, adducit : *Ut per Verbum, tanquam intellectus Dei et Patris nulli passioni obnoxiam et inenarrabilem Filii generationem acceptaremus, per illud vero quod dixit Spiritum oris sanctificantem, et naturalem facultatem, et vivificam Spiritus hypostasim intelligeremus, procedendi proprietatis nomine scilicet prænotatam.* Viden' proprietatem procedendi dis, atque depravas ?

20. Attamen ego et ex hac ipsa pericope etiam ex Filio Spiritum esse comprehendo. Nam Dei Filius in sacris Litteris os Patris nuncupatur. Quod igitur ex ore Dei procedit, fieri nequit, ut denegetur, a Filio procedere. Qui enim ex his, quæ ipse adversus Eunomium scripsit in Antirrheticis sancti, imo Ecclesiæ opinionem animadvertere non possunt, ubi hæc tradit? *Quo modo præintelligitur hypostasis Patris hypostasi Filii ratione causæ, eodem nec alio de Spiritu philosophandum est, in solo ordine secundum nempe causam et effectum differt. Ut enim conjungitur Patri Filius, et ex eo habens, quod sit, secundum exsistentiam posterior non est, ita rursus, et Unigenito conjungitur Spiritus sanctus cogitatione sola secundum causæ rationem, præintellecto Spiritus exsistentiæ.* Viden', cogitatione sola, quæ tamen ex causa est, Filium præintelligi Spiritui ? Considerastine etiam ex hoc dicto rationem Nili, sive opinionem, sive potius impietatem nullam esse? Causæ ratione, ait, præintelligitur Unigenitus Spiritui, quam ille habet erga Patrem, non erga Spiritum. Quapropter si productorem vocaveris Patrem, præintelligetur Spiritus Unigenito ratione causæ, quam habet ad productorem. Hic contendit, vere nudis relationibus, et nominum ordine quodam mysterium Trinitatis constitui, menteque erga veritatem excæcatus, non percipit sanctum, *Quo pacto*, dicere, *præintelligitur hypostasis Patris hypostasi Filii, eodem et de Spiritu philosophandum est.* Non dixit Pater Filio, ne pravæ Nili opinioni locus daretur, *sed hypostasis hypostasi.* Tum seipsum declarans, subdit : *Ita inhærere Spiritum Unigenito, sicuti Unigenitus Patri.* Et oratio illius ab ipso principio procedit, ut vides, non de nuda nominum,

A σαι· *Ὅτι διὰ τοῦτο οὐκ εἴρηκε λόγον στόματος, ἵνα τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα τῷ Πατρὶ μόνῳ πιστώσηται.* Εἰ γὰρ καὶ λόγον στόματος εἴποις, πάλιν μόνον τῷ Πατρὶ ἡ ἐκπορευτικὴ δύναμις, ἤτοι τὸ προβάλλειν προσέσται. Τὸ δὲ προβάλλεσθαι οὐκ ἔσται μόνῳ τῷ Πνεύματι. Ὁ γὰρ λόγον στόματος λέγων, ἕνα μὲν προβολέα, δύο δὲ προβλήματα λέγει, ὅπερ ἀναιρῶν ὁ Δαυὶδ κατὰ τὸν Νυσσαέα οὐκ εἴρηκε, *Λόγον στόματος, ἵνα τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα τῷ Πνεύματι μόνῳ προσοῦσαν πιστώσηται.* Διόπερ καὶ παρακατιὼν ὥσπερ διασαφηνίζων ἐπάγει τὸ σιωπώμενον παρὰ τοῖς σοφισταῖς τῆς κακίας, *Ἵνα διὰ μὲν τοῦ Λόγου εἰπεῖν τὴν ὡς νοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀπαθεστάτην*
B *καὶ ἄῤῥητον τοῦ Υἱοῦ παραδεξώμεθα γέννησιν, διὰ δὲ τοῦ εἰρηκέναι Πνεῦμα στόματος τὴν ἁγιαστικὴν καὶ οὐσιώδη δύναμιν καὶ ζωαρχικὴν τοῦ Πνεύματος ὑπόστασιν ὑπολάβωμεν, τῷ τῆς ἐκπορευτικῆς ἰδιότητος ὀνόματι δηλονότι παραχαρακτηριζομένην.* Ὁρᾷς ὅτι ἡ ἐκπορευτικὴ ἰδιότης τοῦ Πνεύματός ἐστιν ὁ παραφθείρων σὺ πάντα, καὶ οὐδενὸς φειδόμενος ;

Spiritus esse, tu qui omnia, nulli parcens, rescin-

κ'. Ἐγὼ δὲ καὶ ἐκ τῆς περικοπῆς ταύτης καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα εἶναι νοῶ. Καὶ γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ στόμα τοῦ Πατρὸς παρὰ τῆς Γραφῆς λέγεται. Τὸ γοῦν ἐκ τοῦ στόματος ἐκπορευόμενον τοῦ Θεοῦ ἀμήχανον μὴ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι ὁμολογεῖν.
C Πῶς δὲ οὐδὲ κἂν ἐκ τῶν πρὸς Εὐνόμιον Ἀντιῤῥητικῶν τὴν τοῦ ἁγίου δόξαν, μᾶλλον δὲ τῆς Ἐκκλησίας δύνανται συνορᾶν, ἐν οἷς οὕτω φησὶν ὁ αὐτός ; *Ὃν τρόπον προθεωρεῖται ἡ ὑπόστασις τοῦ Πατρὸς τῆς τοῦ Υἱοῦ ὑποστάσεως τῷ τῆς αἰτίας λόγῳ, ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος ἐν μόνῃ τῇ τάξει τῇ κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν δηλαδὴ τὴν διαφορὰν ἔχει. Ὡς γὰρ συνάπτεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱός, καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχων, οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν, οὕτω πάλιν καὶ τοῦ Μονογενοῦς ἔχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπινοίᾳ μόνῃ*
D *κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως.* Οἶδας ὅτι ἐπινοίᾳ τῇ κατ' αἰτίαν προθεωρεῖται ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος; Ἐνόησας μάταιον καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ῥητοῦ τὸν τοῦ Νείλου λόγον, ἢ δόξαν, μᾶλλον δὲ ἀσέβειαν; Τῷ τῆς αἰτίας λόγῳ, φησί, προθεωρεῖται ὁ Μονογενὴς τοῦ Πνεύματος, ὃν ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα, οὐ πρὸς τὸ Πνεῦμα. Διὸ καὶ εἰ προβολέα καλέσαις τὸν Πατέρα, προθεωρηθήσεται τὸ Πνεῦμα τοῦ Μονογενοῦς τῷ τῆς αἰτίας λόγῳ, ὃν ἔχει πρὸς τὸν προβολέα. Οὕτος βούλεται ἀληθῶς ψιλαῖς ἀναφοραῖς, καὶ ὀνομάτων τάξει τινὶ συνίστασθαι τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον, καὶ λιμώττων πρὸς τὴν ἀλήθειαν, οὐ βλέπει ὅτι ὁ ἅγιος, « *Ὃν τρόπον*, φησὶ, *προθεωρεῖται ἡ ὑπόστασις τοῦ Πατρὸς τῆς τοῦ Υἱοῦ ὑποστάσεως, ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος.* » Οὐκ εἶπεν ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, ἵνα μὴ τόπον ἔχῃ ἡ τοῦ Νείλου κακοδοξία, ἀλλ' ὑπόστασις ὑποστάσεως·

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Εἶτα ἐπεξηγούμενος ἑαυτὸν ἐπάγει, « *Οὕτως ἔχε σθαι τὸ Πνεῦμα τοῦ Μονογενοῦς, ὡς ὁ Μονογενὴς τοῦ Πατρός* · » καὶ ὁ λόγος αὐτῷ ἀπ' ἀρχῆς, ὡς ὁρᾷς, οὐ περὶ ψιλῆς τῶν ὀνομάτων σχέσεως, ἀλλὰ περὶ τῆς τῶν ὑποστάσεων, ἐξ ὧν καὶ τοῖς ὀνόμασι τὸ πρὸς ἄλληλα ἀναφέρεσθαι. Οὐ γὰρ ὅτι τὰ ὀνόματα οὕτως ἔχει, τῶν πρός τί φαμεν τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὴν ἐν τοῖς πράγμασι σχέσιν διὰ τῶν ὀνομάτων σημαίνομεν · καὶ εἰ μὲν τὰ ἀληθῶς ὑποκείμενα πράγματα τῆς τῶν ἀλήθειαν σημαινόντων θέσεως αἰτιά ἐστι, τῶν δὲ πλαστῶν ὀνομάτων, οἷς μὴ ὑπόκειται πράγματα, τὰ φανταστὰ πράγματα, φανταστὴν παραδίδωσι Γραικοῖς ὁ Νεῖλος τὴν Τριάδα, οὐκ ἀληθῆ, ἐκ τῆς τῶν ὀνομάτων σημασίας, οὐκ ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας τὴν τάξιν νοῶν. Διὸ καὶ ποτὲ μὲν προτίθησι τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος, ποτὲ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ.

A sed de hypostasum relatione, per quas etiam nomina ad invicem referuntur. Neque enim quod nomina ita se habeant, res ipsas relatione in sese referri dicimus; sed quæ in rebus est relatio, eam nominibus exprimimus, et si res, quæ vere subsunt, positionis veritatem significantium nominum causa sunt : effictorum vero, quibus res non subduntur, res quæ imaginatione effinguntur, imaginariam Nilus Trinitatem Græcis, et non veram tradit, ex nominum significatu, non ex rerum ipsarum veritate ordinem concipiens : ideoque nunc quidem Spiritui Filium, nunc Filio Spiritum præponit.

κα'. Εἶτα καὶ ποῦ ποτε Νεῖλος μεσιτεύειν τὸ Πνεῦμα πρὸς τὴν τοῦ Μονογενοῦς γέννησιν εὗρεν; ἢ πῶς ἐπαλλάττει ἡ μεσιτεία ἡ ἐν τοῖς πράγμασι, μὴ οὐ πάντες τῷ Υἱῷ τοῦτο ἀποδιδόασιν; Αὐτίκα ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειανῶν τρίτῳ λόγῳ, *Οὐ τὸ Πνεῦμα*, φησὶ, *συνάπτει τὸν Λόγον τῷ Πατρὶ, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ Πνεῦμα παρὰ τοῦ Λόγου τοῦτο λαμβάνει.* Ἀκούεις, ὅτι σύνδεσμος Πατρὸς καὶ Πνεύματος ὁ Λόγος, ὡς μεσιτεύων, οὐ τὸ Πνεῦμα Πατρὸς καὶ Λόγου; Ἀλλ' ἡ ἐν ψιλαῖς ἀναφοραῖς μεσιτεία καὶ τῷ Πνεύματι τοῦτο δίδωσιν, οὐκ ἔστι δὲ καὶ τῷ Πνεύματι. Πράγματι ἄρα ἡ μεσιτεία καὶ τῷ Υἱῷ μόνῳ. Ἔτι ὁ αὐτὸς ἐν ἄλλοις φησὶν, *Ὅτι ἐν τῷ Λόγῳ ὂν τὸ Πνεῦμα, ἐν τῷ Θεῷ δι' αὐτοῦ ἐστι, καὶ ὅτι τὴν αὐτὴν ἔχει πρὸς τὸν Υἱὸν τὸ Πνεῦμα ἑνότητα, ἣν ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα.* Τοῦτο καὶ Βασίλειος βούλεται ἐν οἷς *τὴν θεογνωσίαν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς Πνεύματος διὰ τοῦ ἑνὸς Υἱοῦ ἐπὶ τὸν ἕνα Πατέρα εἶναι* φησι · *καὶ τὸν ἁγιασμὸν ἀνάπαλιν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐπὶ τὸ Πνεῦμα διήκειν.* Καὶ ὁ Δαμασκηνὸς, *Δι' Υἱοῦ*, λέγει, *τὸ Πνεῦμα συνάπτεσθαι τῷ Πατρί.* Καὶ τί δεῖ τἄλλα πρὸς εἰδότα σε καταριθμεῖν; Τῷ γοῦν τὴν ἐκπορευτικὴν ἰδιότητα τῷ Πατρὶ μόνῳ προσεῖναι πιστεύοντι πῶς ὁ Υἱὸς ἀληθῶς μεσιτεύσει; πῶς ἔσται σύνδεσμος; Εἰ δὲ λέγοις μέσον καλεῖσθαί ποτε, καὶ ἄλλην ἡ τοῦ Υἱοῦ ἐν τῇ Τριάδι ὑπόστασιν, ὡς ἔχει τὸ τοῦ Δαμασκηνοῦ, *Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον μέσον ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ* · ἀλλ' ὅρα τὸ ἑξῆς, *Δι' Υἱοῦ τῷ Πατρὶ συναπτόμενον.* Ὥστε σύνδεσμον καὶ οὗτος τὸν Υἱὸν μόνον βούλεται. Εἶτα οὐ μέσον εἶπεν ἁπλῶς, *ἀλλὰ μέσον ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ.* Τὸ γὰρ μέσον ἡ φυσικῇ τινι τάξει μέσον, καὶ οὕτω συνδεῖται τὰ ἄκρα, ὅπερ τῷ Υἱῷ ἀποδίδωσιν ὁ Πατὴρ, ἢ τῇ μεθέξει τῶν ἄκρων, ὡς τὸ φαιὸν λευκοῦ καὶ μέλανος μέσον, ἢ τῇ στερήσει, ᾧ τρόπῳ πείθομαι εἰρῆσθαι τῷ Σύρῳ μέσον τὸ Πνεῦμα, καὶ τοῦτο αὐτὸς ἐδήλωσε λέγων, *μέσον ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ.* Ταῦτα γὰρ καθ' ἕξιν καὶ στέρησιν λέγεται, ὡς μέσον τὸ Πνεῦμα, ὡς μήτε ἀγεννήτως, ἤτοι ἀνάρχως ὄν, μήτε γεννητῶς ὡς ὁ Υἱὸς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς, ὥστε καὶ γεννητῶς εἶναι αὐτὸ, εἰ τὸ γεννητῶς τὸ οὐκ ἀνάρχως δηλοῖ, καὶ ἀγεννήτως · οὐ γὰρ Υἱός, καὶ τούτου χάριν μέσον ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτω.

21. Præterea ubinam Nilus Spiritum medium esse in Unigeniti generatione reperit? et quomodo medium, quod in rebus est, et Filio ab omnibus exhibitum immutatur? Et primo inter alios magno Athanasio oratione contra Arianos tertia dicente : *Non Spiritus conjungit Verbum Patri, sed potius Spiritus a Verbo id accipit.* Audis, Patris et Spiritus conjunctionem esse Filium tanquam medium, non Spiritum Patris et Verbi? Verum medium, quod in nudis relationibus consistit Spiritui quoque exhibet, quod Spiritui non inest. Re itaque medium hoc erit, et Filii tantummodo. Rursus idem ipse alibi dicit : *Spiritum qui in Verbo est, in Deo per ipsum esse.* Et : *eamdem habere unionem Spiritum cum Filio, quam habet Filius cum Patre.* Id et Basilius prædicat, cum asserit : *Dei cognitionem ab uno Spiritu per unum Filium erga unum Patrem esse. Et sanctitatem vice versa, ex Patre per Filium, in Spiritum progredi.* Et Damascenus : *per Filium* tradit *Spiritum uniri Patri.* Et quid opus est reliqua ad te, qui hæc quam optime calles, scribere? Itaque qui procedendi facultatem Patri soli inesse credit, quomodo illi vere Filius medius? quomodo conjunctio erit? Quod si dicas aliquando eum medium nuncupari, et aliam quam Filii in Triade hypostasim, ut Damasceni illa sonant : *Deus Spiritus sanctus, medius inter ingenitum et genitum.* Sed vide quod sequitur : *Per Filium Patri conjunctus.* Ut hic etiam conjunctionem Filium solum velit. Deinde non medium dixit absolute, *sed medium inter genitum ingenitumque.* Medium enim aut naturali aliquo ordine medium est, et sic extrema conjunguntur, quod Filio Pater communicat; aut extremorum participatione, quemadmodum fuscum inter album et nigrum medium est; aut privatione, et ita locutum esse Syrum de Spiritu, ipse etiam indicavit, dicens, *medium inter ingenitum et genitum.* Hæc enim secundum habitudinem et privationem dicuntur, ita medium esse Spiritum, ut neque absque generatione, aut absque principio, neque per modum generationis uti Filius, sed per modum processionis, ut et per modum generationis ipse sit, si per modum generationis esse non absque principio inferat, et absque generatione : neque enim Filius est; ideoque medius inter ingenitum et genitum. Et hæc ita se habent.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

22. Tu porro ut addiscas solere Græcos dicta invertere, neque tantum ea, quæ Nysseni sunt, depravasse, considera Basilianum illud in Antirrheticis adversus Eunomium, in quibus scribit, *posteriorem esse dignitate Filio Spiritum, pietatis rationem tradere*, hi vero *forte* adnectentes, multam sancto amentiæ notam inurunt, tanquam qui nesciat quænam sit pietatis traditio, sed in ea referenda dubius ambigat, quam quilibet etiam e trivio scire debet. At id, *ut illud plane et concedamus*, manifestam prorsus depravationem ostendit. Abnegat enim illico, quod paulo ante in dubio posuerat. Et hac ratione omnia convolvere confundereque, non esse res theologicas pertractantis, sed pueriliter jocantis, quispiam dixerit. Quomodo vero non percipiunt earumdem virium esse et medium esse Filium, ut prædiximus, et Spiritui præintelligi? Et qua ratione dubitanter exposuit, quod ante eum Athanasius oratione prima contra Arianos asseveranter nimis affirmavit: *Discipulis*, inquiens, *Dominus divinitatem, et majestatem suam ostendens, non minorem seipsum Spiritu, sed majorem, æqualem exhibebat Spiritum, dicebatque, Ego illum mittam.* Neque enim in secundum progressum oratio tendit, cum operationem infinitis modis superari a divinis personis dicatis. Filius vero non tantum Spiritu major est, sed æqualis. Reliquum est igitur, ut hypostasis Spiritus intelligatur. Illi enim æqualis est Filius divinitate, et major propter causam. Nam cum majus in Trinitate essentia nihil dici possit, necesse est illud discernentibus attribui. Sola vero causa et effectu divinæ personæ discernuntur. Major ergo Filius Spiritu causa tantummodo. His ergo omnibus manifesto patet, ex Filio, sive per Filium esse Spiritum sanctum. Hoc enim modo et ordo conservatur, et medius esse reipsa Filius apparet, et proprius Filii Spiritus asseritur, et reliqua omnia, a sanctis pronuntiata, sana ac salva sunt, quæ in præsentia in unum congerere, neque tempus postulat, neque necessitas cogit. Horum enim melius ipse tu quam ego cognitionem amplecteris.

23. Quando vero, ut fieri potuit, succincte, et ordo nobis comparuit, et ex Deo Spiritum dictum a Patribus ostensum est, agesis jam, quæ Græcis videntur absurda consequi ex sententia Romanæ Ecclesiæ consideremus, non omnia, sed maxime præcipua aggerentes, ne aut nos inaniter ostentare, aut necessaria præterire hac nostra oratione videamur. Si ex Filio Spiritus, inquiunt, aut hæc duobus communia, non erunt et tribus, aut processionis et ipse Spiritus particeps erit, et hac ratione esset etiam ex se ipso. Quod nemo nisi amens furensque dixerit. At primum falsum est. Quæ enim communia sunt Patri et Filio, communia erunt et Spiritui sancto, ut theologi tradunt. Sequitur igitur secundum, quod furiosum est. Falsum ergo id ex quo sequitur, quod est Italorum propositum. Item si non tantum Pater, sed etiam Filius deitatis causa est, aut erit quoque Spiritus, aut mancus, et solus in Trinitate, si ita dicendum est, in-

A κβ'. Σὺ δ' ἵν' εἰώθεναι μάθῃς παρατρέπειν τὰ ῥητὰ τοὺς Γραικούς, καὶ μὴ μόνον τοῦ Νύσσης παραφθαρῆναι, ὅρα μοι καὶ τὸ Βασιλείου ἐν τοῖς κατ' Εὐνομίου, ἐν οἷς φησιν, *Ἀξιώματι δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα παραδιδόναι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον.* Οἱ δὲ τὸ ἴσως προσθέντες, πολλὴν τῷ ἁγίου ἄνοιαν κατηγοροῦσι, μὴ εἰδότος, ἀλλὰ διστάζοντος τὴν εὐσεβείας παράδοσιν, ἣν καὶ οἱ τυχόντες εἰδέναι ὀφείλουσι. Τὸ δ', *Ἴν' ὅλως καὶ συγχωρήσωμεν*, φανερὰν ὅλως ποιεῖ τὴν παραφθοράν. Ἀρνεῖται γὰρ εὐθὺς τὸ ἀμφίβολον. Οὕτω δὲ συστρέφειν καὶ συγχέειν τὰ πάντα οὐ θεολογοῦντος, ἀλλὰ παίζοντος, εἴποι τις ἄν. Πῶς δὲ καὶ οὐ νοοῦσι τὸ αὐτὸ δύνασθαι τό τε μεσιτεύειν τὸν Υἱὸν, ὡς ἤδη λέλεκται, καὶ τὸ προνοεῖσθαι τοῦ Πνεύματος; Ἢ πῶς B Βασίλειος ἀμφιβόλως ἔθηκεν, ὅπερ πρότερον Ἀθανάσιος ἐν τῷ κατ' Ἀρειανῶν πρώτῳ καὶ μάλα ἐπεβεβαίωσε, *Τοῖς μαθηταῖς*, λέγων, *ὁ Κύριος τὴν θεότητα καὶ μεγαλειότητα δεικνὺς τὴν ἑαυτοῦ, οὐκέτι ἐλάττονα ἑαυτὸν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ μείζονα, καὶ ἴσον, ἐδίδου τὸ Πνεῦμα, καὶ ἔλεγεν Ἐγὼ αὐτὸ ἀποστέλλω.* Οὐδὲ γὰρ πρὸς τὴν δευτέραν φέρεται ὁ λόγος πρόοδον. Ἐπεὶ τῆς ἐνεργείας ἀπειρίκις ἀπείρως τὰ θεῖα πρόσωπα ὑπερέχειν λέγετε. Ὁ δ' Υἱὸς οὐ μόνον μείζων τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ καὶ ἴσος. Λείπεται ἄρα τὴν ὑπόστασιν νοεῖν τοῦ Πνεύματος. Ταύτῃ δὲ ἴσος ὁ Υἱὸς τῇ θεότητι, καὶ μείζων τῷ αἰτίῳ. Τὸ γὰρ μεῖζον οὐ δυνάμενον ἐν τῇ Τριάδι τῇ οὐσίᾳ λέγεσθαι, ἀνάγκη τοῖς διακριτικοῖς ἀποκέμεσθαι. Μόνῳ δὲ τῷ αἰτίῳ, καὶ τῷ αἰτιατῷ τὰ θεῖα C πρόσωπα διακρίνεται. Μείζων ἄρα ὁ Υἱὸς τῷ Πνεύματι μόνῳ τῷ αἰτίῳ. Ἐκ πάντων οὖν τούτων φανερὸν, ὅτι ἐξ Υἱοῦ, ἤτοι δι' Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὕτω γὰρ καὶ ἡ τάξις φυλάττεται, καὶ μεσιτεύειν τῷ πράγματι ὁ Υἱὸς φαίνεται, καὶ ἴδιον τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἀνωμολόγηται, καὶ τἆλλα συντηρεῖται, ὅσα τοῖς ἁγίοις λέλεκται, ἃ νῦν συντάττειν οὔτε καιρὸς, οὔτ' ἀνάγκη. Οἶδας γὰρ κρεῖττον ἐμοῦ σὺ ταῦτα.

κγ'. Ἐπειδὴ δ' ἐν βραχέσιν, ὡς οἷόν τε, ἡ τε τάξις ἡμῖν ἀνεφάνη, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ τεθεολογῆσθαι τοῖς ἁγίοις τὸ Πνεῦμα δέδεικται, φέρε ἤδη τὰ δοκοῦντα τοῖς Γραικοῖς ἄτοπα ἕπεσθαι τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλη- D σίᾳ θεωρῶμεν, οὐ πάντα συνείροντες, ἀλλὰ τὰ ἰσχυρότατα, ἵνα μὴ ἐπιδεικτικῶς λέγειν δοκῶμεν, μήτε μὴν ἐλλιπῶς. Εἰ κἀκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, φασὶν, ἡ τὰ τοῖν δυοῖν κοινὰ ταῦτα οὐκ ἔσται καὶ τοῖς τρισὶν, ἢ κοινωνήσει καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς ἐκπορεύσεως, καὶ οὕτως ἔσται καὶ ἐξ ἑαυτοῦ. Ὅπερ οὐδεὶς μὴ μαινόμενος λέξειεν ἄν. Ψευδὲς δὲ τὸ πρῶτον. Τὰ γὰρ Πατρὶ καὶ Υἱῷ κοινὰ κοινὰ καὶ τῷ Πνεύματι οἱ θεολόγοι φασίν. Ἕπεται ἄρα τὸ δεύτερον μανικὸν ὄν. Ψεῦδος ἄρα τὸ ἐξ οὗ ἕπεται. Τοῦτο δὲ ἡ τῶν Ἰταλῶν θέσις. Ἔτι, εἰ οὐ μόνον ὁ Πατὴρ, ἀλλὰ καὶ ὁ Υἱὸς θεότητος αἴτιος, ἢ ἔσται καὶ τὸ Πνεῦμα, ἢ ἐλλιπὲς ἔσται, καὶ μόνον ἐν τῇ Τριάδι, εἰ δεῖ οὕτως εἰπεῖν, ἄγονον, ὅπερ ἄτοπον. Πρὸς τούτοις, εἰ κἀκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, οὐ μία ἀρχὴ, ἀλλὰ δύο· ἔπα

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ται δέ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα λέγεται, ἔσται ἐξ αὐτῶν, ἢ ὡς ἀπὸ ἑνὸς, ἢ ὡς ἀπὸ δυοῖν. Ἀλλ' εἰ μὲν ὡς ἀπὸ ἑνὸς, ἔσται καὶ ἐξ αὐτοῦ. Ὁ γὰρ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς τῇ θεότητι ἓν, ᾗ καὶ τὸ Πνεῦμα μετ' αὐτῶν ἕν. Ὡς ἐκ δυοῖν ἄρα. Καὶ οὕτω διαρχία πρεσβεύεται Ἰταλοῖς.

qua et Spiritus simul cum iis unum est. Ergo Italos erunt.

secundus, quod est absurdum. Adhæc, si et ex Filio Spiritus, non unum, sed duo principia erunt: et sequitur. Cum enim ex Patre et Filio Spiritus dicitur, erit ex ipsis, aut ut ab uno, aut ut a duobus. Quodsi tanquam ab uno, erit etiam ex semetipso. Nam Pater et Filius divinitate unum sunt, tanquam ex duobus. Et sic duo principia apud

κδ'. Πρὸς μὲν οὖν τὸ πρῶτον εἰπάτωσαν ἡμῖν Γραικοί, τίς τῶν ἁγίων περὶ τῶν διακριτικῶν διαλεγόμενος, εἰπέ ποτε, *ὅτι τὰ δυοῖν κοινὰ κοινὰ τοῖς τρισίν*; Ἀλλ' οὐκ ἔχοιεν. Εἰ δὲ λέγοιεν ὡς ὁ θεῖος Γρηγόριος τὰ τῷ Πατρὶ καὶ Υἱῷ προσόντα τῷ Πνεύματι ἐνεῖναι βούλεται· μανθανέτωσαν ὡς περὶ τῆς θεότητος τῷ ἁγίῳ ὁ λόγος, κατὰ γὰρ τῶν κατὰ τοῦ Πνεύματος μαινομένων. Ἐκεῖνοι δὲ οὐ κατὰ τῶν διακριτικῶν, ἀλλὰ κατὰ τῆς θεότητος τοῦ Πνεύματος ἐμαίνοντο. Ὅτι δὲ ψευδὲς τὸ πρῶτον, διὰ πολλῶν δῆλον· πρῶτον μέν, ὅτι τὸ Πνεῦμα κοινὸν Πατρὶ καὶ Υἱῷ. *Οἷς γὰρ τὸ Πνεῦμα κοινὸν, τούτοις ἔσται πάντως καὶ τὰ τῆς οὐσίας οὐ διῃρημένα*, φησὶ Κύριλλος. Καὶ Πνεῦμα μὲν ὥσπερ Πατρὸς, οὕτω λέγεται καὶ Υἱοῦ. Οὐ λέγεται δὲ Πνεῦμα Πνεύματος. Ὁ γὰρ τοῦτο λέγων δύο Πνεύματα παρεισάγει, οὐ δυνάμενος τὸ ἓν λέγειν καὶ ἑαυτοῦ. Κοινὸν ἄρα τοῖν δυοῖν τὸ Πνεῦμα· ψευδὲς ἄρα τὸ προτεινόμενον. Ἔτι ἐπὶ τῆς μακαρίας Τριάδος τρεῖς θεωροῦνται συνδυασμοὶ, καὶ ἐφ' ἑκάστου κοινόν τι εὑρίσκεται τοῖς δυσί. Τοῦτο δὲ ἔσται φανερὸν, εἰ πρῶτον διασαφῶμεν τὴν λέξιν, ἵνα μὴ τῇ ὁμωνυμίᾳ ταραττώμεθα. Τὸ ἀγέννητον διχῶς λέγεται, τό τε ἀνάρχως εἶναι, ὡς ὅταν λέγωμεν, Ὁ Πατὴρ ἀγέννητος, καὶ τὸ μὴ γεννητῶς ὡς ὁ Υἱὸς, ὡς τὸ Πνεῦμα ἀγέννητον. Καὶ τὸ γεννητὸν ὁμοίως, τό τε ἀρχὴν ἔχον, καὶ τὸ φυσικῶς, ἤτοι κατ' ἐκπόρευσιν ὄν, καὶ τοὐναντίον, τὸ μὴ ἀρχὴν ἔχον, καὶ τὸ μὴ κατ' ἐκπόρευσιν ὄν. Τούτων οὕτως ἐχόντων, τὸ ἀγέννητον κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον Πατρὶ καὶ Πνεύματι κοινόν· οὐδενὶ γὰρ τούτων γεννητῶς τὸ εἶναι. Τὸ δὲ γεννητὸν κατὰ τὸ πρῶτον σημαινόμενον Υἱῷ καὶ Πνεύματι κοινόν· ἄμφω γὰρ ἐξ αἰτίου. Καὶ τὸ ἀνεκπορεύτως εἶναι πάλιν κατὰ τὸν δεύτερον τρόπον Πατρὶ καὶ Υἱῷ κοινόν· οὐδενὶ γὰρ τούτων τοιούτῳ τρόπῳ τὸ εἶναι. Πῶς οὖν πάντα τὰ δυσὶ κοινὰ καὶ τοῖς τρισὶ, φασὶν οἱ Γραικοί; Εἰ μὲν πάντα τῇ φύσει προσόντα λέγουσιν, οἷον τὸν ἁγιασμὸν, τὴν δύναμιν, καὶ τὰ τοιαῦτα, συνομολογήσομεν· εἰ δὲ τὰ διακριτικὰ ὑποστάσεων, οὐδαμῶς. Τούτων γὰρ διχῶς θεωρουμένων κατά τε ἀρχὴν καὶ πέρας, εἶτα καὶ κατ' ἀντίθεσιν, τὸ μὲν πρῶτον, εἰ κοινῶς τις λαμβάνει, καὶ κατ' ἄμφω δυσὶ πρόσεστι καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν δηλονότι καὶ κατὰ πέρας. Κοινότερον γὰρ πάντων τῶν κατὰ τὴν θείαν διάκρισιν λαμβανομένων, καὶ ὥσπερ καθόλου τὸ κατ' αἰτίαν, τοῦτο πρὸς μὲν τὴν ἀρχὴν αἴτιον λέγομεν, πρὸς δὲ τὸ πέρας αἰτιατόν. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἄτοπον τὸ αἰτιατὸν ἐνεῖναι δυσὶν, ἀλλ' ἀληθῶς πρόσεστ ν Υἱῷ καὶ Πνεύματι, οὕτως οὐκ ἄτοπον, μᾶλλον δὲ ἀναγκαῖον τὸ αἴτιον ἐν δυσὶ θεωρεῖσθαι, ἵνα τὸ μέσον γένηται τῷ πρώγ-

24. Ad primum itaque dicant Græci, quis unquam ex sanctis Patribus de discernendi vim habentibus sermonem habens, dixit unquam: *Quæ sunt duobus communia, esse communia et tribus?* At id nunquam suppetet. Si dicant divum Gregorium, quæ Patri et Filio insunt, ea inesse quoque et Spiritui asserere; discant de divinitate sanctum verba facere, cum oratio sit adversus eos, qui in Spiritum insaniebant. Illi vero non de discernendi vim habentibus, sed de Spiritus divinitate maximo furore inflammati tractabant. Et primo loco propositum falsum esse, pluribus patet. Primum quod Spiritus communis est Patri et Filio: *Quibus enim Spiritus communis est, illis prorsus et quæ essentiæ sunt, separata non sunt*, ait Cyrillus. Et Spiritus quidem uti Patris, ita dicitur et Filii. Nec tamen dicitur Spiritus Spiritus. Qui enim hoc modo loqueretur, duos Spiritus insinuaret, cum non posset unum dicere, et sui ipsius. Communis ergo est duobus Spiritus. Falsum igitur, quod proponitur. Item: in sanctissima Trinitate tres considerantur conjunctiones, et in singulis commune quid duobus reperitur. Hoc vero manifestum fuerit, si prius dictionem declarabimus, ne idem nomen nos turbet. Ingenitum duobus modis dicitur, et cum absque principio est, ut cum dicimus Pater ingenitus, et cum non per modum generationis, veluti Filius, ut Spiritus ingenitus. Pari ratione et genitum, et quod principium habet, et quod naturaliter, id est per modum processionis exsistit: et oppositum, quod principium non habet, et per modum processionis non exsistit. Hæc cum ita se habeant, ingenitum secundo suo significatu Patri et Spiritui commune est; nullus enim ex ipsis per generationem est: genitum primo significatu commune est Spiritui et Filio. Uterque enim ex causa est; et per modum processionis non exsistere rursus secundo significatu commune est Patri et Filio. Nulli enim ex his hoc modo esse competit. Quanam igitur ratione Græci asserunt, quæ duobus communia sunt, esse et tribus? Quod si dicant omnia, quæ natura insunt, sanctificationem nempe, virtutem, et similia, de ea re multum illos amamus: quod si ea quæ discernunt hypostases, intelligunt, nunquam nobis cum illis conveniet. Namque cum ista dupliciter considerentur, tum secundum principium et finem, tum secundum oppositionem: primum quidem si communiter quis accipiat, et ut duo, duobus insunt et secundum principium, et secundum finem.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

Omnium enim communissimum est eorum quæ secundum divinam discretionem accipiuntur, et tanquam aliquod universale ex causa esse. Hoc erga principium causam vocamus, erga finem effectum. Et quemadmodum absurdum non est, ex causa esse duobus inesse, quod tamen revera inest Filio et Spiritui; ita absurdum non fuerit, imo necessarium est, causam in duobus considerari, ut medium fiat re ipsa medium, et vera conjunctio, extrema colligans, propterea quod unum causa sit, alterum effectus. Et hac ratione, si quis communiter accipiat, et secundum utraque principium et finem, in duobus considerari communiter, quod discernit, absurdum non est. Si vero secundum oppositionem una oppositionis pars in duobus plane consideratur : sic genitum, et ingenitum, et procedens et non procedens duobus commune apparet. Cum enim Trinitas re ipsa sit Deus, si quo modo una hypostasis a duobus discernitur, id per oppositionem assumptum, necessario duobus inerit. Quod enim ex tribus unum demit, duo prorsus relinquit : idque neque pueri, neque mulieres inficias iverint. Tu porro exactam orationis claritatem considera. Nam absque generatione, sive absque principio esse, Patrem a Filio et Spiritu separat : propterea que commune est Filio et Spiritui per modum generationis, sive ex principio esse. Per modum generationis exsistere, personam Filii constituit, illo a duobus separatam : ideoque illi oppositum Patri et Spiritui inest. Pari ratione per modum processionis exsistere separat Spiritum a Patre et Filio, et ob hoc non per modum processionis exsistere, quod illi opponitur, Filio et Patri necessario commune est. In omnibus itaque discernentibus, sive hypostasim constituentibus, si proprium hypostasis accipias, quo discernitur a duobus, id per oppositionem sumptum, si in duabus reliquis Trinitatis hypostasibus consideratur, proprium est cujus dicitur : sin minus male attributum est hoc proprium. Propterea que cum ingenitum sive absque principio proprium sit Patris, et per generationem esse Filii, et per processionem Spiritus sancti, genitum, et ingenitum, et non procedens reliquis duobus commune fuerit, secundum illum, qui ex oppositione infertur, significatum.

25. His ita se habentibus, qua ratione Græci insulse admodum, ne dicam stolide, audent dicere? Ita est, sed producere quidam ex doctoribus proprium esse Patris asserunt. Quod vero proprium est, non est commune. Vel quomodo fuerit commune, et proprium? Jam sæpius dictum est, repetaturque iterum. Proprium est generari Filii. Hoc enim a Patre et Spiritu discernitur : propterea que absque generatione esse, consideratur in Patre et Spiritu. Et possumus dicere absque generatione, hoc est non per modum generationis, exsistere proprium Patris. Nam si per generationem esse discernitur a duobus Filius : eo quod absque generatione sunt, discernentur duo ab eodem. Et veluti illud vere proprium est Filii, ita et duorum vere hoc erit proprium, imo etiam commune. Qua enim duo illius participes sunt, commune, qua vero unusquisque ex ipsis illo a

A ματι μέσον καὶ ἀληθὴς σύνδεσμος, τὰ ἄκρα συνάπτων, διὰ τοῦ μὲν αἰτιατὸν, τοῦ δὲ αἴτιον εἶναι. Καὶ οὕτω μὲν εἰ κοινῶς τις λαμβάνει, καὶ κατ' ἄμφω κατά τε ἀρχὴν καὶ πέρας ἐν δυσὶ θεωρεῖσθαι κοινῶς τὸ διακρῖνον, οὐκ ἄτοπον. Εἰ δὲ κατ' ἀντίθεσιν τὸ ἓν τῆς ἀντιθέσεως μέρος δυσὶ πάντως ἐπιθεωρεῖται· οὕτω καὶ τὸ γεννητὸν καὶ ἀγέννητον, καὶ ἐκπορευτὸν καὶ ἀνεκπόρευτον δυσὶ κοινὸν ἀνεφαίνετο. Ἐπειδὴ γὰρ Τριὰς ἐστι τῷ πράγματι ὁ Θεὸς, εἴ τινι μία τῶν ὑποστάσεων τοῖν δυοῖν διακρίνεται, τοῦτο ἐξ ἀντιθέσεως λαμβανόμενον ἐξ ἀνάγκης δυσὶ προσέσται. Τὸ γὰρ ἀπὸ τριῶν ἓν ἀφαιροῦν δύο πάντως ἀπολείπειν, καὶ παῖδες, καὶ γυναῖκες ὁμολογήσαιεν ἄν. Σὺ δὲ ὅρα μοι τὴν ἀκρίβειαν τῶν λόγων. Τὸ μὲν γὰρ ἀγεννήτως,

B ἤτοι ἀνάρχως εἶναι Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος τὸν Πατέρα διακρίνει· διὰ τοῦτο κοινὸν Υἱῷ καὶ Πνεύματι τῷ γεννητῶς, ἤτοι ἐξ ἀρχῆς εἶναι· τὸ δὲ γεννητῶς εἶναι τὸ τοῦ Υἱοῦ συνίστησι πρόσωπον τοῖν δυοῖν αὐτῷ διακρίνον· καὶ τούτου χάριν τὸ τούτῳ ἀντικείμενον Πατρὶ καὶ Πνεύματι πρόσεστιν. Ὁμοίως καὶ τὸ ἐκπορευτῶς εἶναι διίστησι τὸ Πνεῦμα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ διὰ τοῦτο τὸ μὴ ἐκπορευτῶς εἶναι, ὅπερ ἐκείνῳ ἀντίκειται, Υἱῷ καὶ Πατρὶ κοινὸν ἐξ ἀνάγκης. Ἐπὶ πάντων γοῦν τῶν διακριτικῶν, ἤτοι ὑποστατικῶν, ἐὰν τὸ ἴδιον τῆς ὑποστάσεως λαμβάνῃς, ᾧ διακρίνεται τοῖς δυσὶ, τοῦτο ἐξ ἀντιθέσεως λαμβανόμενον, εἰ μὲν ἐπιθεωρεῖται ταῖς λοιπαῖς τῆς Τριάδος δυσὶν ὑποστάσεσιν, ἴδιόν ἐστιν οὗ λέγεται. Εἰ δὲ μὴ, κακῶς ἀπεδόθη τὸ τοιοῦτον ἴδιον. Διὰ

C τοῦτο ἰδίου ὄντος τοῦ ἀγεννήτου, ἤτοι ἀνάρχου τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ γεννητῶς εἶναι τοῦ Υἱοῦ, τοῦ δὲ κατ' ἐκπόρευσιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὸ γεννητὸν, καὶ ἀγέννητον, καὶ ἀνεκπόρευτον δυσὶ τοῖς ἀπολειπομένοις κοινὸν κατὰ τὸ αὐτὸ ἐξ ἀντιθέσεως σημαινόμενον.

κε'. Τούτων οὕτως ἐχόντων, πῶς τοιαῦτα λίαν ἀμαθῶς, ἵνα μὴ λέγω σκαιῶς τολμῶσι, λέγειν Γραικοί; Ναὶ, φησὶν, ἀλλὰ τὸ προβάλλειν ἴδιόν τινες τῶν

D διδασκάλων τοῦ Πατρὸς λέγουσι. Τὸ δὲ ἴδιον οὐ κοινόν. Ἢ πῶς ἔσται κοινὸν καὶ ἴδιον; Ἤδη πολλάκις εἴρηται, καὶ πάλιν λεγέσθω. Ἴδιον τὸ γεννᾶσθαι τοῦ Υἱοῦ. Διακρίνεται γὰρ τούτῳ Πατρὸς καὶ Πνεύματος. Διὰ τοῦτο τὸ ἀγεννήτως εἶναι ἐπιθεωρεῖται Πατρὶ καὶ Πνεύματι. Καὶ δυνάμεθα λέγειν, τὸ ἀγεννήτως εἶναι ἤγουν μὴ κατὰ γέννησιν, ἴδιον τοῦ Πατρός. Εἰ γὰρ τῷ γεννητῶς εἶναι διακρίνεται τῶν δύο ὁ Υἱὸς, τῷ ἀγεννήτως εἶναι διακριθήσονται τὰ δύο τοῦ αὐτοῦ· καὶ ὥσπερ ἴδιον ἐκεῖνο τοῦ Υἱοῦ ἀληθῶς, οὕτω τῶν δύο τοῦτο ἴδιον ἀληθῶς. Ἀλλὰ δὴ καὶ κοινόν. Ἧ μὲν γὰρ δύο τούτου κοινωνοῦσι, κοινὸν, ᾗ δ' ἑκάτερος τούτῳ τοῦ Υἱοῦ διακρίνεται, ἴδιον. Ὥστε ὅταν λέγωμεν, τὸ ἀγεννήτως εἶναι κοινὸν Πατρὶ καὶ Πνεύματι, τὴν

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις κοινωνίαν θεωροῦμεν, ἢ ἄμφω κοινῶς διακρίνονται τοῦ Υἱοῦ. Ὅταν δὲ ἴδιον πάλιν τοῦτο Πατρὸς ἢ Πνεύματος λέγωμεν, δηλῶσαι βουλόμεθα, τούτῳ ἑκάτερον διακρίνεσθαι τοῦ Υἱοῦ, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν διὰ τοῦ ἀντικειμένου ἀμφοτέρων τὸν Υἱόν. Οὐκ ἄρα πάντα τὰ δυσὶ κοινὰ ταῦτα καὶ τοῖς τρισί. Πολλὰ γὰρ ἀνεφάνησαν ἡμῖν κοινὰ τοῖς δυσὶν, ἅπερ καὶ ἴδια λέγειν τῶν δύο οὐκ ἄτοπον. Οὗ γὰρ πάντες οὐ κοινωνοῦσι, τοῦτο τοῖς κοινωνοῦσιν ἴδιον. Καὶ τοῦτο οὐκ ἐπὶ τῆς Τριάδος μόνον, ἀλλ' ἐπὶ πάντων. Οἷον ἴδιον τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει τὸ γελαστικὸν, καὶ κοινὸν ἀνθρώποις πᾶσιν ἐξ ἴσου τούτου μετέχουσιν, ἀλλὰ καὶ ἴδιον ἑνὸς ἑκάστου τῶν ἀνθρώπων πρὸς πᾶλλα τῶν ζώων συγκρινομένου. Ὅτι δὲ ταῦτα καὶ τοῖς ἁγίοις δοκεῖ, ἀναγκαῖα γὰρ, ὅρα τὸν Νύσσης, Ἀλλ', ὥσπερ τὸ ἄνευ αἰτίας εἶναι, λέγοντα, *μόνου τοῦ Πατρὸς ὄν, τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πνεύματι ἐφαρμοσθῆναι οὐ δύναται· οὕτω τοῦμπαλιν τὸ ἐξ αἰτίας εἶναι, ὅπερ ἴδιόν ἐστι τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, τῷ Πατρὶ ἐπιθεωρηθῆναι φύσιν οὐκ ἔχει. Κοινοῦ δὲ ὄντος τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πνεύματι τὸ μὴ ἀγεννήτως εἶναι, ὡς ἂν μή τις σύγχυσις περὶ τὸ ὑποκείμενον θεωρηθείη, πάλιν ἐστὶν ἄμικτον τὴν ἐν τοῖς ἰδιώμασιν αὐτῶν διαφορὰν ἐξευρεῖν, ὡς ἂν καὶ τὸ κοινὸν φυλαχθείη, καὶ τὸ ἴδιον μὴ συγχυθείη. Ὁ γὰρ μονογενὴς Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς παρὰ τῆς ἁγίας Γραφῆς ὀνομάζεται, καὶ μέχρι τούτου ὁ λόγος ἵστησιν αὐτῷ τὸ ἰδίωμα. Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς λέγεται, καὶ τοῦ Υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται. « Εἰ γάρ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, φησὶν, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. » Οὐκοῦν τὸ μὲν Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ Πνεῦμά ἐστιν· ὁ δὲ Υἱὸς ἐκ τοῦ Θεοῦ ὤν, οὐκέτι καὶ τοῦ Πνεύματος οὔτε ἔστιν, οὔτε λέγεται. Οὐδὲ ἀντιστρέφει ἡ σχετικὴ ἀπολουθία αὕτη.* Ἐπίστησον οὖν ἀκριβῶς πρῶτον μὲν, τούτου γὰρ χάριν ἐνεφιλοχώρησα τῷ ῥητῷ, ὅτι ἰδίωμα, φησὶν ὁ ἅγιος, τοῦ Πνεύματος τὸ οὐκ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς εἶναι, ὡς ὁ Υἱὸς, ἀλλ' εἶναι καὶ αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ, καὶ μὴ ἀντιστρέφειν τὴν σχέσιν ταύτην. Πῶς οὖν τις διὰ τὸ ὁμοούσιον λέγεσθαι νομίσει; Ἔπειτα δὲ ὅτι κοινὸν Υἱῷ καὶ Πνεύματι αὐτολεξεὶ φάσκει τὸ μὴ ἀγεννήτως, ἤγουν μὴ ἀνάρχως εἶναι· ἀλλὰ δὴ καὶ ἴδιον αὐτῶν τὸ ἐξ αἰτίας εἶναι. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τὸ πρῶτον, ἐξ ὧν πάλιν ἕπεται τὸ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα. Ὥσπερ γὰρ τὸ ἀγεννήτως ὂν ἀνάγκη ἔχει τὸ γεννᾷν, εἰ μὴ προθεωρεῖται τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως, οὕτω καὶ τὸ μὴ ἐκπορευτῶς ὂν ἀνάγκη ἔχει τὸ προβάλλειν, εἰ μὴ προθεωρεῖται τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως. Προθεωρεῖται δὲ ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος, ὡς φασιν οἱ ἅγιοι. Προθεωρεῖται ἄρα καὶ ἡ γέννησις τῆς προβολῆς. Εἰ δὲ τοῦτο, ἄρα καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ προβάλλειν προθεωρεῖται, καὶ ἔχει τὸ εἶναι μὴ ἐκπορευτῶς. Προβάλλει ἄρα. Εἰ δὲ μὴ προβάλλει, ἢ διότι προβλητικῶς αὐτὸς ἔχει τὸ εἶναι, οὐ προβάλλει, ἢ διότι οὐ προθεωρεῖται τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως. Οὐδ' ἕτερον δὲ τούτων ἀληθὲς, ἀλλὰ καὶ ἀδύνατον καὶ ἀσεβές. Προβάλλει ἄρα.

A Filio discernitur, proprium. Adeo ut cum dicimus ingenitum esse commune Patri et Spiritui, communionem, quæ in his duobus est, speculamur, qua uterque a Filio secernitur. Cum vero rursus proprium illud Patris, aut Spiritus dicimus, id innuimus, eo utrumque a Filio discerni, sive etiam potius per oppositum ab utroque Filium. Non ergo omnia, quæ duobus communia sunt, illa sunt et tribus communia. Multa enim comparuere nobis communia duobus, quæ et propria dicere duorum absurdum non reputatur. Cujus enim omnes participes non sunt, illud participantium proprium est. Et hoc non in Trinitate tantummodo, sed in reliquis aliis. Exempli gratia, proprium est humanæ naturæ facultas ridendi B et commune omnibus hominibus ex æquo illud participantibus, sed et proprium uniuscujusque hominis cum aliis animantibus comparati. Hæc eadem sanctis quoque placuisse, cum necessaria judicentur, discito ex Nysseno, *Sed, quemadmodum absque causa esse*, dicente, *solius Patris cum sit, Filio et Spiritui aduptari non potest, sic vice versa ex causa esse, quod est proprium Filii et Spiritus, in Patre reponi, alienum est a natura. Cum vero commune sit Filio et Spiritui non esse absque generatione, ne confusio circa subjectum consideretur, rursus est immistam differentiam, quæ in eorum proprietatibus est, invenire, ut et commune conservetur, et proprium non confundatur. Nam* C *unigenitus Filius ex Patre a divinis Litteris traditur, et huc usque oratio illius proprietatem sistit. Spiritus vero sanctus et ex Patre dicitur, et Filii esse confirmatur. « Si quis enim Spiritum Christi non habet, inquit, hic ipsius non est. » Igitur Spiritus, qui ex Deo est, et Christi Spiritus est. Filius vero ex Deo exsistens, Spiritus neque est, neque dicitur. Nec contra vertitur relationum ista series.* Attento animo accuratoque considera primum quidem, hujus enim gratia libenter in hoc dicto versatus sum, sanctum proprietatem Spiritus dicere non ex solo Patre esse, quemadmodum et Filium, sed esse etiam ipsius Filii, et relationem hanc non contraverti. Quomodo igitur quispiam propter eamdem naturam dictum in- D telliget? Deinceps commune Filio et Spiritui sancto ipsissimis verbis asserit, non exsistere absque principio; imo et proprium ipsorum ex causa esse. Et hæc quidem ad primum, quibus rursus sequitur, et ex Filio Spiritum esse. Sicuti enim quod ingenitum est, necessario generat, nisi præintelligatur sua hypostasi, pari modo quod est absque processione, necessario producit, nisi sua hypostasi præintelligatur. Præintelligitur vero Filius Spiritui, ut sancti tradunt. Præintelligitur ergo et generatio productioni. Idque si est, præintelligitur ergo et Filius antequam producat, habetque quod sit, non per modum processionis. Producit igitur. Quodsi non producit, vel quod per modum productionis ipse habet,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quod sit, non producit, aut quod non præintelligitur Spiritus hypostasi. Sed neutrum horum verum est, quin imo est impium, et fieri nequit. Producit ergo. Sed hæc forte ex subsequentibus manifestius clarescent.

A Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐκ τῶν ἑπομένων ἔσται σαφέστερα.

26. Ad secundum satis admiror, quomodo non percipiunt, qui dicunt, si daretur aliquid, quod uni non inesset, efficeret, ut aliquid deficeret illi, cui non inest. Quod tum non Spiritus solum, sed et Pater, et Filius imperfecti essent. Multa enim numerata sunt a nobis, quæ duobus insunt, et tamen alteri desunt. Quibus nemo dixerit sequi, nisi theologiam Græcorum secutus, aliquam unam ex divinis personis imperfectam esse. Perfectum siquidem atque imperfectum non ex discernentibus, sed naturalibus colligitur. Quæ enim necessario naturæ insita sunt, illa si defuerint, imperfectam naturam efficiunt illius, cui non insunt. B Verum quæ hypostases constituunt, et personas discernunt, nunquam imperfectum quidpiam efficient natura, cum naturas non secernant, sed circa naturam secernantur, ut theologica vox insonat. Ex discernentibus vero est producere. Non ergo imperfectum aliquid naturæ Spiritus inerit, quod non producat; sed nec hypostasi. Secernitur enim sufficienter magis a Filio et Patre non producens, quam secerneretur a Filio, ex Filio non productus.

κς'. Πρὸς δὲ τὸ δεύτερον θαυμάζω, πῶς οὐ συνορῶσιν οἱ λέγοντες, Ὡς εἰ δοθῇ τι μὴ προσὸν τῷ ἑνὶ, ποιήσειεν ἐλλείπειν τι τῷ ᾧ μὴ πρόσεστιν, ὅ·τι οὐ τὸ Πνεῦμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἀτελεῖς. Πολλὰ γὰρ ἀνεφάνη ἡμῖν ἐνεῖναι ταῖς δυσὶ, μὴ προσόντα τῷ ἑνί· ἐξ ὧν οὐδεὶς λέγει ἕπεσθαι, εἰ μή που κατὰ Γραικοὺς εἴη τὴν θεολογίαν, ἀτελές εἶναί τι τῶν θείων προσώπων. Τὸ γὰρ ἀτελὲς καὶ τέλειον οὐ τοῖς διακριτικοῖς, ἀλλὰ τοῖς φυσικοῖς θεωροῦμεν. Ἃ μὲν γὰρ ἀνάγκη προσεῖναι τῇ φύσει, ταῦτα μὴ ὄντα ἀτελὲς ποιεῖ τὴν φύσιν τῷ ᾧ μὴ πρόσεστι· τὰ δὲ ὑποστατικὰ ταῦτα καὶ διακριτικὰ οὐκ ἄν ποτε ἀτελές τι ποιήσοι τῇ φύσει, μὴ ἀφορίζοντα φύσει, ἀλλὰ περὶ τὴν φύσιν ἀφορίζόμενα κατὰ τὴν θεολόγον φωνήν. Τῶν διακριτικῶν δὲ τὸ προβάλλειν· οὐκ ἄρα ἐλλιπές τι προσέσται τῇ φύσει τοῦ Πνεύματος τῷ μὴ προβάλλειν, ἀλλ' οὐδὲ τῇ ὑποστάσει. Διακρίνεται γὰρ ἀρκούντως μᾶλλον Υἱοῦ καὶ Πατρὸς μὴ προβάλλον, ἢ μὴ·ἐξ Υἱοῦ προβαλλόμενον τοῦ Υἱοῦ.

27. Verum hæc satis esse, si ad alium scriberem, viderentur. At enim tibi sublimiorem rem minime occultabo. Generat Filium Pater vere, et cum generat exhibet ipsi quæcunque habet, C præter ea quæ confusionem inferunt, et quæ ante et post hypostasim intelliguntur, et rationi hypostasis adversantur. Quæcunque vero intelliguntur, nec adversantur, non tantum extra omnem confusionem sunt, sed et ordinem constituunt. Cum igitur divina natura semel illud absque principio esse habuerit, in Patris hypostasi, fieri non potuit, ut illud Filio communicaretur. Præintelligitur enim, adversaturque rationi Filii. Filius enim est, qui principium habet, non quod tempore mensuratur, sed id, quod est a Patre. Neque etiam fieri potest, ut vim generandi communicet, ne, ut tradit Basilius, in multitudinem innumeram excrescens nobis Trinitas, filios ex D filiis generaret. Hujusce præterea causa est, quod generatio secundum principium et finem desumitur. Finem nuncupo, in quem progressio finit, principium, unde incipit, non interjecto tempore, sed cogitatione sola ipsius progressionis, quæ in generante ut principium est, ut finis vero in genito. Generatio itaque tanquam principium considerata, ut est in Patre præintelligitur fini, qui in ea est; ideoque præconsiderata Filii hypostasi, non potest illi inesse. Etenim nihil ex iis quæ personis in divina Triade insunt, præintelligitur hypostasi, in qua est. Ne scilicet unum ex his duobus subsequatur, aut ante et post intelligi unum et idem, et ex seipso esse; aut multitudi-

κζ'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀρκούντως ἂν εἶχε πρὸς ἄλλον μοι γράφοντι· σὲ δὲ καὶ ὑψηλότερον οὐκ ἀποκρύψομαι. Γεννᾷ ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν ἀληθῶς, καὶ ἐν τῷ γεννᾷν δίδωσιν αὐτῷ πάντα ὅσα ἔχει, πλὴν τῶν σύγχυσιν, τά τε προθεωρούμενα τῆς ὑποστάσεως, καὶ τὰ ἐπιθεωρούμενα, ἐναντία δὲ τῷ λόγῳ τῆς ὑποστάσεως. Ὅσα δὲ ἐπιθεωρεῖται μὲν, οὐκ ἐναντιοῦται δὲ οὐ μόνον συγχύσεως πάσης ἐκτὸς, ἀλλὰ καὶ συστατικὰ τάξεως. Ἐπειδὴ οὖν τὸ ἀναρχον ἄπαξ ἔσχεν ἡ θεία φύσις ἐν τῇ τοῦ Πατρὸς ὑποστάσει, ἀδύνατον ἦν τοῦτο κοινωνῆσαι τῷ Υἱῷ. Προθεωρεῖται γὰρ, καὶ ἐναντίον τῷ λόγῳ τῷ υἱικῷ. Υἱὸς γὰρ ὁ ἔχων ἀρχὴν, οὐ τὴν ἐν χρόνῳ, λέγω, ἀλλὰ τὴν ἐκ τοῦ Πατρός. Ἀλλ οὔτε μὴν τὸ γεννᾷν δυνατὸν αὐτῷ κοινωνῆσαι, ἵνα μὴ, ὡς φησὶ Βασίλειος, πλῆθος ἄπειρον ἀποκαταστῇ ἡμῖν ἡ Τριὰς, υἱοὺς ἐξ υἱῶν γεννῶσα. Αἴτιον δὲ καὶ τούτου, ὅτι ἡ γέννησις κατά τε ἀρχὴν καὶ πέρας λαμβάνεται. Λέγω δὲ πέρας, εἰς ὃ ἀποπερατοῦται ἡ πρόοδος, ἀρχὴν δὲ ἐξ οὗ ἄρχεται, οὐ μεσιτεύοντος χρόνου, ἀλλ' ἐπινοίᾳ μόνῃ τῆς αὐτῆς προόδου, ἐν μὲν τῷ γεννῶντι ὡς ἀρχῆς οὔσης, ὡς πέρας δὲ ἐν τῷ γεννωμένῳ. Ἡ γέννησις γοῦν ὡς ἀρχὴ θεωρουμένη, καθό ἐστιν ἐν τῷ Πατρὶ, προθεωρεῖται τοῦ ἐν αὐτῇ πέρατος. Καὶ τούτου χάριν προνοουμένη τῆς τοῦ Υἱοῦ ὑποστάσεως οὐ δύναται προσεῖναι αὐτῷ. Οὐδὲν γὰρ τῶν τινι τῶν προσώπων ἐν τῇ θείᾳ Τριάδι προσόντων προθεωρεῖται τῆς ᾗ ἔνεστιν ὑποστάσεως· ἵνα μὴ δυοῖν θάτερον, ἢ προθεωρεῖται, τὸ αὐτὸ ἅμα καὶ ἐπιθεωρεῖται, καὶ ἐξ αὐτοῦ ᾖ, ἢ πλῆθος υἱῶν σχῶμεν. Οὐ γεννᾷ ἄρα ὁ Υἱός. Προβάλλει δὲ καὶ ὁ λόγος κατὰ τὸ ἀκόλουθον οὐτωσί. Προβάλλει ὁ Πατὴρ τὸ Πνεῦμα,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ ἐν τῷ προβάλλειν κοινωνεῖ αὐτῷ πάντα τα μη προυθεωρούμενα τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως; καὶ διὰ τοῦτο οὐ δυνατὸν κοινωνεῖν αὐτῷ τὸ προβάλλειν, ἢ τὸ γεννᾷν, ὥσπερ οὐδὲ τῷ Υἱῷ τὸ γεννᾷν. Προθεωρεῖται γὰρ ταῦτα ἐν τῷ Πατρί. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ γεννᾶσθαι, ὅπερ πέρας ἐλέγετο τῆς γεννήσεως, προσέσται τῷ Πνεύματι. Προθεωρεῖται γὰρ ἡ τοῦ Υἱοῦ ὑπόστασις τῆς τοῦ Πνεύματος. Τὸ μέντοι προβάλλειν οὐ προθεωρούμενον τῆς τοῦ Υἱοῦ ὑποστάσεως, καὶ οὐκ ἐναντίον λόγῳ τινὶ ὑποστάσεως. Οὔτε γὰρ ὁ Πατὴρ διὰ ταῦτα Υἱὸς, ἢ πρόβλημα, οὔτε ὁ Υἱὸς εἰς Πατέρα μεταπίπτει, οὔτε τὸ Πνεῦμα ἐξίσταται τῶν ἰδίων αὐτοῦ. Μηδεμίαν οὖν ἐπεισφέρον σύγχυσιν τὸ προβάλλειν, τοὐναντίον δ' ἅπαν, εἰ τῷ Υἱῷ πρόσεστι, καὶ τὴν τάξιν συντηροῦν, καὶ τὴν τῆς Τριάδος ἀκατάλληλον σχέσιν, κοινωνήσει πάντως τοῦτο τῷ Υἱῷ ὁ Πατήρ. Καὶ οὕτως ἔσται τὸ Πνεῦμα καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ οὐκ ἐλλιπὲς τὸ Πνεῦμα μὴ προβάλλον, ὥσπερ οὐδὲ ὁ Υἱὸς μὴ γεννῶν. Μᾶλλον γὰρ προβάλλον ἦν ἐλλιπές. Ἡ γὰρ ἑαυτὸ προὔβαλεν ἄν, ὅπερ ἀδύνατον, ἢ ἄλλο, καὶ οὕτως εἰς ἄπειρον ἡμῖν ἐξήκει ὁ λόγος, ὅπερ οὐ τελειότητος καὶ αὐτὸς εἴποις ἄν.

nem Filiorum admittere. Non generat ergo Filius, verum producit, et ratio consentanea et consequens est. Producit Pater Spiritum, et cum producit, communicat illi omnia quæ non præintelliguntur illius hypostasi, propterea que fieri nequit, ut ipsi vim producendi aut generandi impertiatur, quemadmodum neque Filio generandi : namque hæc in Patre præintelliguntur. Sed neque generari, quod finis generationis dicebatur, Spiritui inerit. Præintelligitur siquidem hypostasis Filii hypostasi Spiritus. Verum producere cum non præintelligatur Filii hypostasi, neque ratione hypostasis adversetur. Neque enim propterea Pater Filius, aut productio est, neque Filius in Patrem prolabitur, neque Spiritus ex suis propriis excedit. Cum itaque nullam confusionem generet producere, imo totum oppositum, si Filio inest, et ordinem servet, et Triadis mutuam relationem, illud prorsus Filio Pater communicabit. Et sic esset Spiritus et Filii, et non imperfectus, quod non producat, sicuti neque Filius, quod non generet. Imo si produceret, esset imperfectus; nam vel seipsum ipse produceret, quod fieri nequit, vel alium, et sic in infinitum produceretur progressio, quod non esse perfectionis, tute etiam diceres.

κη'. Εἰ δὲ λέγεις ὅτι προθεωρεῖται τὸ αἴτιον τοῦ αἰτιατοῦ· αἰτιατὸς δὲ ὁ Υἱός· τὸ δὲ προβάλλειν τῆς αἰτίας· προθεωρεῖται ἄρα τῆς τοῦ Υἱοῦ ὑποστάσεως· οὐ κοινωνήσει ἄρα τοῦτο τῷ Υἱῷ ὁ Πατὴρ ὡς προθεωρούμενον τοῦ Υἱοῦ, καὶ σύγχυσιν εἰσάγον, εἰ δοθείη αὐτῷ. Σοφιστικὸς ὁ λόγος. Προθεωρεῖται γὰρ ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ τῷ αἰτίῳ, οὐ τῷ κατ' ἐκπόρευσιν. Ἄλλος δὲ τρόπος ὑπάρξεως οὗτος. Τῷ δὲ κατ' ἐκπόρευσιν καὶ προβολὴν αἰτίῳ οὔτε ἐπιθεωρεῖται ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ. Οὐδέτερος γὰρ τούτων πρὸς τὸν ἕτερον ὡς ἀρχὴ ἢ πέρας ταυτησὶ τῆς προόδου, ἵνα μὴ πάντως Πνεῦμα τούτων ἔσται ὁ ἕτερος. Τὸ μέντοι προβάλλεσθαι ἀμφοτέρων ἐπιθεωρεῖται. Ἄμφω γὰρ προθεωροῦνται τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως, φησὶν ὁ Νύσσης, καὶ διὰ τοῦτο ἐξ ἀμφοῖν τὸ Πνεῦμα. Εἰ δ' οὐκ ἐξ ἀμφοῖν, οὐ προθεωροῦνται ἄμφω. Προθεωροῦνται δὲ ἐξ ἀμφοῖν ἄρα. Εἰ δὲ πάλιν λέγεις, ὅτι ἡ ἐν τῷ Πατρὶ θεότης προθεωρεῖται τῆς ἐν τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πνεύματι, καὶ ὅμως κοινωνεῖ ταύτην τοῖς ἀπ' αὐτοῦ ὁ Πατήρ· δόξεις μὲν ἴσως λέγειν τι τοῖς ἀμυήτοις, οὐδὲν δ' ἐπιφέρεις τῇ ἀληθείᾳ. Ἡ γὰρ ἐν τῷ Πατρὶ θεότης, ᾗ θεότης, οὐ προθεωρεῖται τῆς τοῦ Υἱοῦ, ἡ αὐτὴ οὖσα κατὰ πάντα, καὶ μηδεμιασοῦν σχέσεως ἀναμένον θεωρουμένης. Ἀλλὰ προθεωρεῖται μὲν ἡ ἐν τῷ Πατρὶ θεότης, ᾗ γεννᾷ, ἐπιθεωρεῖται δὲ ἐν τῷ Υἱῷ, ᾗ γεννᾶται. Εἰ δὲ προστιθείης, ὅτι ταῦτα οὐδεὶς εἶπε τῶν θεολόγων, δεῖν δὲ τὰς προτάσεις ἢ ἐκ τῶν θεολογικῶν ῥητῶς λαμβάνεσθαι, ἢ ἐκεῖθεν ἕπεσθαι τοῖς συλλογιζομένοις· θαυμάζω, πῶς οὐ βλέπεις ἐκ τῶν διδασκάλων ταῦτα ληφθῆναι. Πάντες γὰρ, ὡς εἰπεῖν, προθεωρεῖσθαι τὴν τοῦ Υἱοῦ ὑπόστασίν φασι τῆς τοῦ Πνεύματος. Ἀλλ' οἶδα ὅτι τοῦτο δώσεις καὶ ἄχων. Τὴν δὲ λέγουσαν πρότασιν, ὅτι τὰ προθεω-

28. Si dicas, causam præintelligi effectui; effectus vero Filius, et producere causæ est. Præintelligitur ergo hypostasi Filii. Non communicabit ergo illud Filio Pater, cum præintelligatur Filio, et confusionem inducat, si ipsi communicaretur. Ratio ista ex penu sophistarum est. Præintelligitur enim Pater Filio causa non ea quæ est secundum processionem; namque hic modus alius exsistentiæ est; causa vero, quæ secundum processionem et productionem est, neque ante neque post intelligitur Pater Filio. Nemo enim ex ipsis erga alium aut veluti principium, aut veluti finis est hujuscemodi progressus : ne prorsus unus ex his Spiritus sit. Produci vero post utrumque intelligitur. Uterque namque præintelligitur Spiritus hypostasi, ut Nyssenus asserit, propterea que ab utroque Spiritus. Quodsi non ab utroque, non ambo præintelliguntur. Sed præintelliguntur, ex utroque igitur. Quodsi rursus dicas deitatem, quæ in Patre est, præintelligi illi quæ est in Filio et in Spiritu, et nihilominus eam communicare Patrem iis quæ ex se sunt, videberis quidem aliquid dicere rerum harum inexpertis : sed ut vere fatear, nihil solidi affers. Deitas enim, quæ in Patre est, qua deitas est, non præintelligitur illi, quæ in Filio est, cum eadem sit secundum omnia, nullaque relatio interjiciatur. Sed præintelligitur quidem, quæ in Patre est, deitas, qua generat, postremum intelligitur in Filio, qua generatur. Quodsi addas hæc a nullo dictata fuisse theologo, et propositiones assumendas esse aut ex theologicis, quæ expresse eas enuntient, aut ex consequentibus argumento demonstrativo elicitis, miror equidem tibi non innotescere ea ex doctoribus esse accepta. Nam omnes, ut ita dicam,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Filii hypostasim hypostasi Spiritus præintelligi prædicant. Sed bene novi te etiam nolentem hoc concessurum. Propositionem vero, quæ asserat, præintellecta alicujus hypostasi non inesse hypostasi, quæ postea intelligitur, negabisne tu, sodes? Sed recidemus ex Triade, si contrarium concedatur. Nil itaque deest Spiritui ex Filio exsistenti, quod et Nyssenus plerisque in locis aperte pronuntiat. Et potissimum Oratione adversus Macedonianos : *In quibus enim*, ait, *quæ secundum bonum operatio est, nullam imminutionem aut immutationem habet, quomodo rationi consentaneum fuerit, ordinem, qui ex numero oritur, imminutionis alicujus, aut secundum naturam immutationis signum esse existimare? Quemadmodum si quis in tribus lampadibus subdivisam flammam conspiciens; causam vero tertii luminis supponamus esse primam flammam, ex communicatione cum medio extremum inflammantem, postmodum astrueret, in prima flamma abundare calorem; eam vero quæ subsequitur, immutari, et paulatim imminui; tertiam nec ignem amplius censendum esse, licet æqua ratione adurat et splendeat, omniaque ignis operetur.* Audis apud se eum non esse, qui ob hæc aliquid defecti inesse Spiritui opinatur? Tu vero præter hæc omnia et illud adnotato, primam flammam extremum inflammantem ex communicatione cum medio, tertiæ causam esse. At ista communicatio non est neque veluti ex canale, neque localis : imo neque nudis relationibus tuus poterit Nilus locum comminisci. Est ergo Spiritus natura per Filium; per medium enim, sive Filii hypostasim Pater producit Spiritum sanctum, neque ideo mancus Spiritus fuerit. Credant itaque Græci Dei Ecclesiæ, nec audiant Nilum dicentem : *Præintelligi Filium Spiritui, si Patrem primum nominaveris, rursumque Spiritum Filio, si productorem antea protuleris.* Mi homo, si id esset, impium non esset, Filii et Spiritus ordinem immutare, planeque mentiretur Basilius, neque adnecteret primum per medium flammæ tertiæ ex communicatione. Tu autem similia asseverans, omnia impie confundis. Et hæc quidem de hoc satis sint. Multaque tu interim ex his principiis elicies.

A δεκάρχους, καὶ οὐκ ἀντιστρέφει ἡ τάξις. Οὐ γὰρ δύναται εἰ μή που τυραννικῶς ἐπισείσαι τὴν χεῖρα τῷ βασιλεῖ κατὰ τὰ ἔθη καὶ τοὺς νόμους ὁ στρατηγὸς, οὐδ' ὁ χιλίαρχος τῷ στρατηγῷ· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. Οὐδ' ὁ Ἱεροσολύμων ἄρα κατὰ τῶ Ἀντιοχείας, ἀλλ' οὗτος κατ' ἐκείνου, οὐδ' ὁ Ἀντιοχείας κατὰ τοῦ Ἀλεξανδρείας, ἀλλ' ὁ Ἀλεξανδρείας κατὰ τῶν ἑπομένων τῇ τάξει δύο. Ὁ μέντοι Κωνσταντινουπόλεως κατὰ τῶν λοιπῶν Ἀνατολικῶν πάντων δύναται. Ἐκεῖνοι δὲ πάντες, καίτοι γε τρεῖς ὄντες, εἰ μή που τυραννικῶς, οὐδὲν δύνανται κατὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας. Ὁ δὲ πάππας κατὰ πάντων ἁπλῶς ὡς πρῶτος. Τὸ δὲ δύνασθαι, ἢ μὴ δύνασθαι ἕτερον καθ' ἑτέρου, οὐ τυραννικῶς νοοῦμεν, οὐδὲ τῷ ἰδίῳ ἑπομένους θελήματι, καθυβρίζειν τοὺς συναρχιερατεύοντας δεῖν νομίζομεν, ἀλλ' ὡς κριτὰς κατ' ἔθη, καὶ κανόνας, καὶ νόμους. Οἱ γὰρ πρότεροι τῇ ἀξιωματικῇ τάξει κριταί εἰσι τῶν ὑστέρων, οὐχ οἱ ὕστεροι τῶν προτέρων, μὴ ψωραθέντων οὐκ ὀρθῶς φρονεῖν, ψωραθεῖσι δὲ, ἐγκαλεῖν χρὴ παρὰ τῷ προέχοντι τῇ τάξει, ἢ καὶ παρὰ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν. Ὥσπερ γὰρ οἱ πρῶτοι κριταί εἰσι τῶν ὑστέρων, οὕτω καὶ ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία, οἶμαι δὲ καὶ πολλῷ μᾶλλον, καὶ κρίνειν καὶ κατακρίνειν τὸν πρώτιστον δύναται.

B

15. Quod vero de patriarchis dictum est, id idem et de Ecclesiis dictum volo. Sicuti enim qui in Oriente tres antecellunt, nihil contra Constantinopolitanum possunt, ita trium illarum eparchiarum episcopi et archiepiscopi, in unum coacti, juste, ut mea fert sententia, contra illum facere, si una cum illis non coierit Ecclesia Constantinopolitana : quod si ex ea assensus fuerit, possunt omnino. Et hoc non præter rationem. Omnis siquidem Ecclesia, illarum, inquam, quinque adversus suum pastorem, si prior ordine non contraiverit, potestatem habet. Et urbes item possunt eum qui non secundum leges et consuetudines res administrat regem deponere, aliumque loco illius designare. Proprie etenim imperium electione aliorum constituitur; namque quod successione acquiritur, tyrannidis principium est. Quare et omnes Ecclesias, de quinque mihi iisque magnis sermo est, adversus suum pastorem potestatem habere manifestum est. Hinecque patet neque quatuor patriarchas juste adversus papam, neque reliquas quatuor Ecclesias magnas et patriarchas adversus Ecclesiam Romanam potestatem habere, ipsam vero solam Romanam Ecclesiam, et in reliquas Ecclesias et in patriarchas, et in papam ipsum habere. Sedenim Ecclesiam Romanam, seu Antiochenam, seu quamcunque aliam ex quinque aut etiam universalem dupliciter dicimus. Etenim cum ut judices constituimus, præsules qui sub ea sunt tantummodo intelligimus, his siquidem solis canonice ferendæ sententiæ potestas facta est, alio vero modo omnes sub ea Christianos.

C ιε'. Ὅπερ δὲ περὶ τῶν πατριαρχῶν εἴρηται, τοῦτο καὶ περὶ τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρῆσθαί μοι βούλομαι. Ὥσπερ γὰρ οἱ τῆς Ἑῴας προέχοντες τρεῖς οὐδὲν κατὰ τῆς Κωνσταντίνου δύνανται, οὕτω οὐδὲ οἱ τῶν τριῶν ἐπαρχιῶν ἐκείνων ἐπίσκοποι καὶ ἀρχιεπίσκοποι συνελθόντες, δικαίως, ὡς οἶμαι, κατ' ἐκείνου δυνηθεῖεν ποιεῖν, μὴ συναινούσης τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίας. Εἰ δὲ ἀπὸ ταύτης ῥοπὴ γένηται, πάντως δύνανται. Καὶ τοῦτ' εὐλόγως. Πᾶσα γὰρ Ἐκκλησία τῶν πέντε λέγω κατὰ τοῦ ποιμένος αὐτῆς δύναται, μὴ ἀντιλέγοντος τοῦ προτέρου τῇ τάξει. Καὶ πόλεις δὲ δύνανται δικαίως τὸν μὴ κατὰ τὰ ἔθη καὶ τοὺς νόμους βασιλεύοντα καθελεῖν, καὶ ἄλλον ἀντ' ἐκείνου αἱρεῖσθαι. Αἱρετὴ δὲ πᾶσα ἡ κυρίως βασιλεία· ἡ γὰρ κατὰ διαδοχὴν τυραννίδος ἐστὶν ἀρχή, ὥστε καὶ Ἐκκλησίαν πᾶσαν τῶν πέντε λέγω καὶ μεγάλων κατὰ τοῦ ποιμένος αὐτῆς δύνασθαι φανερόν. Ὅθεν δηλοῖ μήτε τοὺς τέσσαρας πατριάρχας κατὰ τοῦ πάππα δικαίως δύνασθαι, μήτε τὰς λοιπὰς τέσσαρας μεγάλας καὶ πατριαρχικὰς Ἐκκλησίας κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τῆς Ῥώμης. Αὐτὴν δὲ μόνην τὴν Ἐκκλησίαν τῆς Ῥώμης καὶ κατὰ τῶν λοιπῶν Ἐκκλησιῶν τε καὶ πατριαρχῶν, καὶ κατὰ τοῦ πάππα δύνασθαι. Ἐκκλησίαν δὲ Ῥώμης, ἢ Ἀντιοχείας, ἢ ὁποιασοῦν τῶν πέντε, ἢ καὶ καθολικὴν διχῶς λέγομεν. Καὶ γὰρ ὅταν μὲν ὡς κριτὰς καθίζωμεν, τοὺς ὑπ' αὐτῇ ἀρχιερεῖς μόνον νοοῦμεν· τούτοι, γὰρ μόνοις ἡ ψῆφος κανονικῶς δίδοται· ἀλλοτρόπως δὲ πάντας τοὺς ἐν αὐτῇ Χριστιανούς.

D

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ις'. Εἰδέναι δὲ χρὴ, ὅτι τὰ μὴ ἁπλῶς ὄντα πρῶτα, ἀλλὰ πρός τινα πρῶτα, οὐκ ἔχει τοσαύτην δύναμιν κατὰ τῶν ἑπομένων, ὅσον ἔχει τὸ ἁπλῶς πρῶτον κατὰ τῶν μετ' ἐκεῖνο. Ὁ γὰρ στρατηγὸς ἔν τισι μὲν δύναται κατὰ τῶν χιλιάρχων ζημιοῦν καθ' ὑπόθεσιν, καὶ παιδεύειν αὐτοὺς, ἁπλῶς δὲ τῆς χιλιαρχίας οὐδὲ ἀδικοῦντας ἐξωθεῖν δύναται, εἰ μή που κατ' ἔθος ἢ νόμους ἡ τῶν χιλιάρχων αἵρεσις ἀνήκει αὐτῷ. Ὁ γὰρ αἱρεῖσθαι δυνάμενος καὶ καθαιρεῖν δύναται. Ὁμοίως οὖν καὶ ὁ χιλίαρχος τὸν ἑκατόνταρχον ἔν τισι μὲν νουθετεῖ καὶ παιδεύει, καὶ ζημιοῖ, ἐξωθεῖν δὲ τῆς ἑκατονταρχίας οὐ δύναται. Ἡ γὰρ τῶν τοιούτων κρίσις τε καὶ ἐξέτασις τῷ ὑπερέχοντι, καὶ ᾧ ἡ αἵρεσις ἀποδέδοται, μόνῳ ἀνήκει. Πάντως δὲ μόνῳ τῷ βασιλεῖ, καὶ ᾧ ἐκεῖνος ἐπιτρέψειε. Πάντα γὰρ δύναται ὁ βασιλεὺς, ὅσα ἡ πόλις, εἰ μή τι κατ' αὐτῆς τῆς πόλεως διανοεῖσθαι φωραθείη. Ἐντεῦθεν ἡ τῶν μεγάλων θρόνων ἀξία καὶ δύναμις, ὁπόση λόγῳ γινώσκεται. Τῷ γὰρ πάππᾳ πρώτῳ ὄντι τῆς Ἐκκλησίας; πάντα ἐφεῖται, ὥσπερ βασιλεῖ τὰ τοιαῦτα· καὶ γὰρ ἀφορίζειν καὶ καθαιρεῖν πάντας κατὰ κανόνας ἦτοι δικαίως δύναται. Οἱ δὲ λοιποὶ παιδεύειν μὲν καὶ ζημιοῦν ἔν τισι τοὺς μετ' αὐτοὺς δύνανται, καθαιρεῖν δὲ οὐ δύνανται, μὴ τυραννοῦντες. Οὐ γάρ εἰσι κριταὶ τούτων. Ὁ δὲ πάππας κριτὴς πάντων ἐστίν. Ὥσπερ γὰρ τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα πᾶν καὶ τὴν δύναμιν ὁ αἱρεθεὶς βασιλεὺς ἔχει, οὕτω καὶ ὁ εἰς τὸν τῆς Ῥώμης θρόνον κανονικῶς ἀναβὰς τὸ τῆς Ῥώμης, καὶ τῆς καθόλου Ἐκκλησίας ἀξίωμα, καὶ δύναμιν πνευματικὴν, καὶ χάριν παρὰ τοῦ Σωτῆρος τῇ Ἐκκλησίᾳ δωρηθεῖσαν πᾶσαν κέκτηται. Τὸ μὲν ὅτι Ῥώμης ἀρχιεπίσκοπός ἐστι, τὸ δὲ ὅτι ἄκρος, ἦτοι τῆς καθόλου Ἐκκλησίας ἀρχιερεὺς, καὶ πρῶτος οὐ τῇ ἀπαριθμήσει, ἀλλὰ τῇ ἀξίᾳ. Οὐ γὰρ διότι ἀριθμεῖται πρῶτος, διὰ τοῦτο πρῶτος, ἀλλὰ διότι πρῶτος τῇ ἀξίᾳ, διὰ τοῦτο καὶ τῇ ἀπαριθμήσει πρῶτος. Δῆλον δὲ ὅτι οὐ μεταπίπτει ἡ ἀπαρίθμησις. Ἡ δὲ μὴ μεταπίπτουσα τῇ τῶν πραγμάτων τάξει πάντως ἀκολουθεῖ. Ὁρᾶτε πόσον καὶ τὸ τοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Πάσης γὰρ τῆς οἰκουμένης, ὡς εἰπεῖν, ἐξάρχει, πλὴν τοῦ πάππα καὶ τῆς ἐπαρχίας αὐτοῦ, ὡ, εἶναι αὐτὸν πάντων τῶν τῆς Ἐκκλησίας στρατηγῶν στρατηγὸν ἄριστον, ἀμέσως μετὰ τὸν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας βασιλέα τῇ ἀξίᾳ τεταγμένον, καὶ πάντων τῶν λοιπῶν ὑπερέχοντα. Καὶ ὥσπερ πᾶσα ἀρχὴ βασιλέως φανέντος ἀρχὴ, οὕτω τοῦ πάππα παρόντος, ἢ πράττοντός τι, ἢ λέγοντος κανονικῶς καὶ δικαίως, ἢ θεολογοῦντος κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ τὰ παραδεδομένα ἡμῖν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων, ἠρεμεῖν καὶ σιωπᾷν δεῖ τοὺς λοιποὺς, εἰ μή που φωραυεῖη αἱρέσει τινὶ κατεχόμενος. Οὐ γάρ ἐστι πάππας ὁ ἐν αἱρέσει. Πῶς γὰρ ὁ τῆς ὁμολογίας τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας βουλήσει ἐκπεσών; Οὐδὲ γὰρ ὁ κατὰ τῆς πόλεως διανοούμενος βασιλεὺς βασιλεύς ἐστιν, ἀλλὰ τύραννος.

...ῦ'. Πρὸς τούτοις κἀκεῖνο τῇ τοιαύτῃ κατ' ἀξίαν τάξει ἕπεται, ἀντίστροφόν πως ὂν τῶν εἰρημένων.

16. Sciendum porro est, ea quæ absolute prima non sunt, sed respectu aliorum, non tantam habere potestatem erga ea quæ subsequuntur, quantam habet, quod absolute primum est in ea quæ post se veniunt. Nam exercitui præfectus chiliarchos, ut supponimus, condemnare multareque potest, eos vero muneris illius privare, licet id ob flagitia facta mereantur, non potest, ni pro more, aut legum statutis chiliarchi electio ad ipsum pertineat. In cujus enim manu electio est, in ejusdem est et depositio. Pari itaque ratione et chiliarchus centurionem admonet, et castigat, et multat : at pellere eo munere non potest. Horum siquidem judicium et inquisitio eminentiori, et cujus in manu electio est, soli conceditur. Omnino autem is fuerit rex, vel cui ille demandarit. Nam omnia potest rex quæ et civitas ipsa, ni contra ipsam civitatem aliquid machinari deprehendatur. Hinc magnarum sedium dignitas et potestas quænam sit, non absque ratione dignoscitur. Papæ siquidem, qui primas obtinet in Ecclesia, omnia hæc uti regi concredita sunt; nam omnes e cœtu fidelium separare, pellereque e sedibus, ut canones præscribunt, et juste potest. Reliqui castigare multareque in aliquibus eos qui post se veniunt, possunt, pellere vero ac deponere, nisi tyrannide usi, non possunt : neque enim horum judices sunt, sed papa omnium judex est. Veluti enim rex electus auctoritatem omnem et potestatem civitatis in se assumit, sic et qui thronum Romanum, ut canones jubent, ascenderit, Romanæ ; et universæ Ecclesiæ auctoritatem et potestatem spiritalem, et gratiam a Servatore Ecclesiæ communicatam cunctam possidet : tum quod Romanus archiepiscopus est, tum quod summus, aut catholicæ Ecclesiæ pontifex, et primus non enumeratione, sed dignitate. Neque enim quod primus numeratur, ideo primus est, sed quod primus dignitate, ideo et enumeratione primus est. Manifestum autem est enumerationem non recidere, quæ vero recidit, rerum ordini prorsus inservit. Considerate quanta est et Constantinopolitani dignitas. Universi enim orbis, ut ita dicam, primas est, unum si excipias papam et illius eparchiam, ut sit ipse omnium Ecclesiæ ductorum ductor optimus immediate post universalis Ecclesiæ regem dignitate collocatus, et omnes alios antecellat. Et quemadmodum, cum rex comparet, omne dominium cessat, ita cum papa adest, aut aliquid agit, vel dicit ex canonum jurisque præscripto, ac de rebus divinis edisserit, sacræ Scripturæ vestigiis et traditis nobis a sanctis Patribus insistens, reliquis quiescendum obmutescendumque est, ni ille deprehendatur hæresi aliqua mancipatus; nam qui hæresi favet, papa non est. Quomodo enim, qui ex professione catholicæ Ecclesiæ volens excidit? Sic neque in civitatem moliens rex, rex est, sed tyrannus.

17. Adhæc, illud quoque ordinis secundum dignitatem tanquam proprium sequitur, quodam-

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

modo dictis ex altera parte respondens. Etenim qui secundo loco sunt, si, qui primum obtinebat, defecerit, illius munia curare atque conficere, donec ille non affuerit, potest; namque si rex alio se receperit, vel vita defunctus fuerit, copiarum dux, etsi non per omnia ut rex, sed majori cum auctoritate quam antea res administrat, et duce absente, vel hac brevi vita excedente, qui inter chiliarchos primus est, necessario ad exercitus gubernacula accedit, et centurionum primus ad chiliarchorum munus ascendit, chiliarcho vita defuncto. Hoc itaque modo Hierosolymitanus Antiochenam Ecclesiam gubernabit, ad superiorem vitam Antiocheno patriarcha migrante, quousque alius, ut canones decernunt, ad sedem illam, rectore spoliatam, promoveatur, et Antiochenus Alexandrinam, et hic Constantinopolitanæ moderator erit, dum sedes illa pastore caret. Sic item in interregno Romanæ Ecclesiæ, dum rex Ecclesiæ legibus naturæ paruerit, Constantinopolitanus patriarcha, donec alius ad illam sedem promoveatur, terrarum orbis totius universalis Ecclesiæ curam, gubernacula et administrationem suscipiet (1). Id enim ordinis, qui a dignitate est, conditio et jus sibi poscit et vendicat.

18. Sed cum huc deducta sit oratio, non possum memet continere, quin iriste ejulans et lamentans lacrymis opplear. Quis enim nostras calamitates non deplorabit? Quis nostra infortunia, sive ut aptius, nescio an multum gratum dicam, nostras incogitantias et supplicia meditans in fletum non irrumpet? Actum jam est de Græcorum imperio. Res Ecclesiæ omnes penitus occiderunt, quod nos tandiu in schismate perstitimus. Quis poeta hæc tragice enarrabit? Quis orator commemorabit? Quis scripto tot ac tantos nostros lapsus atque errores posteris commendabit? Quandoque enim propter peccata populi afflictionibus deduntur etiam præsides, licet et fide et vita divinitatem quodammodo videantur assecuti. En enim Constantinopolitanus patriarcha, mens evigilans, pro salute gregis nimium sollicitus, sacer vereque Gregorius, et cum uno solo nostro ævo confessor et martyr, et exsilia, et in iis ingruentes calamitates, pro una unione Ecclesiarum lætis animis amplexans, Romæ degit, non uti secundus

Ὁ γὰρ ἑπόμενος, τοῦ προηγουμένου μὴ ὄντος, τὰ ἐκείνου ποιεῖν καὶ πράττειν δύναται, μέχρις οὗ ἐκεῖνος ἄπεστιν. Βασιλέως γὰρ μὴ ὄντος, ἢ καὶ θανόντος, ὁ στρατηγὸς τὰ τῆς πόλεως οὐ κατὰ πάντων ὡς βασιλεὺς, ἀλλὰ μετὰ μείζονος ἐξουσίας ἢ πρότερον διοικεῖ, καὶ στρατηγοῦ ἀπόντος, ἢ καὶ ἀπὸ τῆς προσκαίρου ζωῆς ταύτης ἀποδημήσαντος, τῶν χιλιάρχων ὁ πρῶτος παντὸς τοῦ στρατοῦ τὴν ἀρχὴν λαμβάνει ἀναγκαίως, καὶ ὁ πρῶτος τῶν ἑκατοντάρχων ὁμοίως. Χιλιαρχεῖ γὰρ θανόντος τοῦ χιλιάρχου. Κατὰ τοῦτον οὖν τὸν τρόπον καὶ ὁ Ἱεροσολύμων διοικήσει τὰ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας, εἰς τὴν ἄνω ζωὴν ἐπανελθόντος τοῦ Ἀντιοχείας πατριάρχου, μέχρις οὗ ἄλλος κατὰ κανόνας εἰς τὸν χηρεύοντα θρόνον ἀναχθῇ. Καὶ ὁ Ἀντιοχείας τὰ τοῦ Ἀλεξανδρέως. Καὶ οὗτος τῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπιλήψεται πραγμάτων, τοῦ θρόνου ἐκείνου ποιμένα μὴ ἔχοντος. Τῆς δὲ Ῥωμαίων Ἐκκλησίας χηρευούσης, τοῦ βασιλέως τῆς Ἐκκλησίας τῷ τῆς φύσεως νόμῳ δουλεύσαντος, ὁ Κωνσταναινουπόλεως πατριάρχης, μέχρις οὗ εἰς τὸν τῆς Ῥώμης θρόνον ἄλλος ἀναχθῇ τῆς καθόλου τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίας τὴν φροντίδα, τὴν κυβέρνησιν, τὴν διοίκησιν λήψεται. Τοῦτο γὰρ ὁ τῆς ἀξιωματικῆς τάξεως θεσμὸς καὶ τὸ δίκαιον ἀπαιτεῖ.

ιη'. Ἀλλ' ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος, οὐ δύναμαι κατέχειν ἐμαυτὸν, ἀλλὰ θερμοῖς δάκρυσι κλαίων καὶ ὀδυρόμενος καταβρέχομαι. Τίς γὰρ οὐ θρηνήσει τὰς ἡμετέρας συμφοράς; Τί οὐκ ἐπιστενάξει ταῖς ἡμετέραις δυστυχίαις, ἢ μᾶλλον, ἢ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, ταῖς ἡμετέραις ἀνοίαις τε καὶ τιμωρίαις; Οἴχεται τὰ τῆς βασιλείας Γραικῶν. Ἀπόλωλε τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἁπλῶς πάντα, διὰ τὸ ἐπιμεῖναι ἡμᾶς πολὺν χρόνον τῷ σχίσματι. Τίς ποιητὴς ἐκτραγῳδήσει ταῦτα; Τίς ῥήτωρ διηγήσεται; Τίς γράμματοις ὕστερον τὰ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα πταίσματα καὶ πτώματα ἡμῶν παραδώσει; Διὰ γὰρ τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ πάσχουσιν ἔστιν ὅτε καὶ οἱ προεστῶτες, κἂν θεῖοι ὦσιν ἄνδρες καὶ τὴν πίστιν καὶ τὸν βίον. Ἰδοὺ γὰρ ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θεῖος πατριάρχης, ὁ γρήγορος νοῦς, ὁ ὑπὲρ τῆς τοῦ ποιμνίου σωτηρίας γρηγορῶν, ὁ φερώνυμος καὶ ἱερὸς Γρηγόριος, ὁ μεθ' ἑνὸς μόνου ἐφ' ἡμῶν ὁμολογητής τε καὶ μάρτυς, ὁ τὴν ἐξορίαν καὶ τὰς ἐν τῇ ἐξορίᾳ δυστυχίας ὑπὲρ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν ἑνώσεως ἀσπασάμενος, ἐν Ῥώμῃ διάγει, οὐχ ὡς δεύτερος μετὰ

(1) *Nova hæc auctoris opinio, et omni memoria inaudita, nunquam est usu recepta. Imo argumentum, quo eam probare nititur, non incommode in eumdem ipsum retorquebitur hoc modo: Ideo patriarcha Constantinopolitanus, totius Ecclesiæ defuncto Romano pontifice, licet infra illum sit, gubernacula suscipiet, quod inferioris gradus homines, defuncto superiori, in illius locum sese inferunt: sic inter patriarchas omnium infimus Hierosolymitanus, demortuo Antiocheno, Antiochenam Ecclesiam gubernat, et Antiochenus Alexandrinum, et Alexandrinus Constantinopolitanam, sed nunquam in simili, neque Hierosolymitanus Antiochenam, neque Antiochenus Alexandrinam, neque Alexandrinus Constantinopolitanam gubernavit. Ergo multo minus Constantinopolitanus Romanam, et universalem Ecclesiam, cujus gubernatio et regimen est superior, et excellentior quædam dignitas, et extra patriarcharum ambitum. Græci episcopi etiam vacantis ad Ecclesiam vacantem transitum, absque synodi, ejusque plenæ consensu omnino prohibent et damnant. Quis non vacans in vacantem, illiusque præstantioris, et universalis Ecclesiæ assensu sese juste et legitime intromittet? Quodsi Trapezuntio ea mens est, patriarcham Constantinopolitanum, cum Romanus nullus est, a plena synodo, cui id opus incumbet, electum, jure in Romani locum vocari, et donec Romanus accesserit, Ecclesiæ universalis administrationem exercere: id vero suo Constantinopolitano nihil confert, cum quilibet sic in illam sedem vocatus, eadem quæ et Constantinopolitanus juste peraget.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τὸν πάππαν ἄρχων τῆς Ἐκκλησίας. Ἀλλὰ τί λέξω ; Σιωπᾷν ἄμεινον τὰ ἑπόμενα παρὰ λόγον ὄντα, καὶ τοῦ μακροῦ σχίσματος καὶ τῆς ἀπονενοημένης ἔριδος ἡμῶν ἄξια. Καὶ διὰ τοῦτο πάλιν οὐ παρὰ λόγον, ὁ μεθ' ἑνὸς μόνου τό γε νῦν εἶναι ἀληθῶς ψάλλειν μετὰ τοῦ μελῳδοῦ καὶ προφήτου Δαυὶδ δυνάμενος· *Ἐξελεξάμην παραρριπτεῖσθαι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μου μᾶλλον, ἢ οἰκεῖν με ἐν σκηνώμασιν ἁμαρτωλῶν.* Μεθ' ἑνὸς δὲ εἶπον μόνου, διότι καὶ ὁ τῷ βίῳ ἀνεπίληπτος καὶ ἄμεμπτος καὶ τῷ λόγῳ πολὺς, καὶ σοφίᾳ οὐ τῇ ἔξω μόνον ὑψηλὸς, ἀλλὰ καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς ἱερὸς ὁ Ῥουσίας θεῖος καρδινάλις, αὐτὰ ταῦτα δύναται λέγειν ἀληθῶς. Πλουσιωτάτης γὰρ μητροπόλεως ὑπὲρ τῆς ἑνώσεως τῶν Ἐκκλησιῶν κατεφρόνησε, καὶ τῇ πατρίδι κατὰ τὸ δυνατὸν βοηθῆσαι σπουδάσας ἐκινδύνευσεν. Ἀσμένως ἐν τούτοις διατρίβω, βλέπων τὸ καταβεβλημένον γένος ἡμῶν τοῖς κατορθώμασι τῶν δύο τούτων μεγάλων ἀνδρῶν ἐπικουφιζόμενον. Οἷον γὰρ ἐστι τὸ τούτων ἔργον ; Πόση ἡ μεγαλοψυχία ; ἡ φιλόξενία ὡς διαβόητος ; Πάντες θαυμάζουσιν, ὅτι πτωχοὶ ὄντες, καὶ μεγάλα οὐκ ἔχοντες βενεφίκια, μᾶλλον δὲ οὐδὲν ὅ γε ἱερώτατος πατριάρχης, ὅμως πάντας ὑπερβάλλουσι ταῖς ἐλεημοσύναις. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν.

ιθ'. Οὗτος οὖν ὁ τοιοῦτος τῆς ἀληθείας ἀθλητὴς, ὁ στῦλος τῆς Ἐκκλησίας, ὁ ἄξιος Κωνσταντινουπόλεως, οὐ τῆς νῦν, ἀλλὰ τῆς πάλαι πατριάρχης, ᾧ ἡ Κρήτη ἀμέσως ὑπόκειται, γράφει ἡμῖν περὶ τῶν τοιούτων, ἀναθέματι ὑποβάλλων πάντας τοὺς μὴ φυλάττοντας τὸν ὅρον τῆς ἐν Φλωρεντίᾳ θείας ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, ἐν ᾗ περὶ τετρακοσίων συναθροισθέντων Πατέρων, περὶ διακόσιοι ἦσαν οἱ Ἀνατολικοὶ, καὶ πλὴν τριῶν, μᾶλλον δὲ πλὴν ἑνὸς τοῦ Ἐφέσου, οἱ γὰρ λοιποὶ δύο οὐδὲ ὀνόματος ἐγένοντο ἄξιοι, πάντες μιᾷ βουλῇ, μιᾷ γνώμῃ, μιᾷ ψυχῇ ὁμονοήσαντες, ὁμοφωνήσαντες, καὶ τῇ τῶν πάλαι Πατέρων καὶ διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας διδασκαλίᾳ, μᾶλλον δὲ τῷ Εὐαγγελίῳ ἀκολουθήσαντες, ὑπέγραψαν τῷ συντεθέντι παρ' αὐτῶν ὅρῳ, ἐν ᾧ δύο τὰ μέγιστα περιέχεται, ὅτι τε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, καὶ ὅτι πρῶτος τῶν ἀρχιερέων πάντων ὁ Ῥώμης. Τοῦ δὲ πρώτου δεῖ μνείαν ποιεῖσθαι τοὺς ὕστερον. Δεῖ ἄρα κατὰ τὸν ὅρον μεγαλοφώνως τε καὶ ἐξαιρέτως, οὕτω γὰρ τοῦ πρώτου δεῖ μνημονεύειν, μνήμην τοῦ πάππα ποιεῖσθαι ἐν ταῖς θείαις εὐχαριστίαις. Ἐπειδὴ οὖν ὁ μὲν θειότατος πατριάρχης μακρὰν τῆς Ἐκκλησίας ἐξωθεῖ, καὶ μετὰ τῶν αἱρετικῶν τάττει· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἔθος τῇ Ἐκκλησίᾳ διὰ τοῦ ἀναθέματος τοὺς μὴ τηροῦντα τὸν ὅρον, καὶ λίαν δικαίως· πάντες γὰρ, δηλοῖ, οἱ μὴ φυλάττοντες τῶν καθολικῶν συνόδων τοὺς ὅρους τῷ ἀναθέματι παραδίδονται· ὁ δὲ πάππας τὸ κυρωθὲν τῇ συνόδῳ, ἤτοι τὸ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκφωνεῖν διορίζεται, καὶ ὑμεῖς οὐχ ὑπακούσετε ; καὶ οὔτε τὸν τοῦ πάππα

post-pontificem Ecclesiæ tenens habenas. Sed quid ipse præterea proferam ? Melius est subsequentia silentio involvere, quæ præter rationem sunt, et longi schismatis, et male sani nostri dissidii digna. Propterea que rursus non præter rationem est, cum uno solo in præsentia vere canere cum melodo et propheta Davide : *Elegi abjectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum*[1]. Dixi vero *cum uno solo*, quod et vita inculpata, atque intaminata, et sermonis doctissimus, et sapientia non externa modo, sed et nostra præclarissimus sacer Russiensis ac divinus cardinalis, hæc eadem vere ipse pronuntiaverit. Pro unione siquidem Ecclesiarum ditissimam Ecclesiam floccifecit, et patriæ pro viribus dum auxilia procurabat, capitis periculum adiit. In his libens moras mihi creo, conspiciens dejectam nostram nationem horum duorum magnorum virorum facinoribus sublevatam. Qualis enim est horum operatio ? quanta munificentia ? ut est eorum apud omnes famosa hospitalitas ? Omnium in admiratione est, quod cum parvis sint opibus ac facultatibus prædi ti, nec beneficia ampla obtineant, imo nullum sanctissimus patriarcha, in erogandis tamen eleemosynis universos superant. Sed unde egressa est oratio redeat.

19. Hic itaque tantus veritatis athleta, Ecclesiæ columna, sedis Constantinopolitanæ, non illius quæ nunc est, sed antiquæ, dignissimus patriarcha, cui Creta immediate subjecta est, de hisce vobis scribit, anathemate feriens cunctos qui sanctæ et œcumenicæ Florentinæ synodi definitionem non acceptant, in qua pene Patribus quadringentis coactis fere ducenti erant Orientales, et tribus exceptis, seu potius uno solo Ephesio, nam duo alii neque nominari digni habiti sunt, omnes unis animis, una mente, unaque voluntate concordes, et antiquorum Patrum atque doctorum Ecclesiæ doctrinæ conformes, quinimo Evangelium sequentes, compositæ ab iisdem definitioni subscripserunt, in qua duo potissima continentur ; alterum est, Spiritum sanctum ex Patre et Filio procedere ; alterum, primum omnium præsulum Romanum esse. Prioris vero a posterioribus commemoratio facienda est. Quare hujus definitionis decreto alta voce, et signanter in divinis officiis papæ commemoratio publice insonanda est. Cum ergo divinissimus patriarcha longe ab Ecclesia pellat et una cum hæreticis collocet : id enim usus Ecclesiæ obtinuit, cum anathemati, qui non servant definitionem, subjiciuntur, et jure merito ; nam omnes generalium synodorum definitionibus non obedientes, anathemati traduntur ; papa vero decretum concilii, sive Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere, voce pronuntiandum mandet, et vos non obsecundabitis ? Et neque papæ jussa, neque patriarchæ præcepta extimescetis ? Neque

[1] Psal. LXXXIII, 11.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

synodi definitionem verebimini? Et quænam vobis apud tremendum Christi tribunal responsio suppetet?

20. Et reor nullum ex vobis ausurum contra opponere, aliud papam, aliud patriarcham præcipere. Hunc siquidem definitionem servandam; illum, et ex Filio Spiritum sanctum procedere, voce enuntiandum esse mandare. Hæc fortasse quispiam dixerit male sentiens, non eadem esse, planum vero est eadem esse. Namque definitio credendum esse determinat, Spiritum sanctum ex Filio esse, sanctissimus autem papa Callixtus, hoc idem voce pronuntiandum imponit. Quæ ergo differentia est? Vel quo pacto necesse non est, ut quod quis credit, voce etiam exprimat? *Corde enim*, inquit Paulus, qui in tertium cœlum ascendit, qui audiit inenarrabilia verba, quæ non licet homini loqui, terrarum orbis magister, Spiritus gladius, vas electionis: *Corde*, inquit, *creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem* [1]. Et Christus, eos qui confitentur ipsum coram hominibus, confessurum se coram Patre promittit. Est vero veritas Christus. Qui igitur veritatem non confitetur in omnibus, sed potissimum in Ecclesiæ dogmatibus, Christum ipsum non confitetur; qui autem Christum non confitetur, Christum pernegat; et qui Christum pernegat, regnum cœlorum non obtinebit. Propterea suevimus omnes, cum ipsum Christum inter divina missarum solemnia, et mysteria videmus, non *Credo, Domine*, solum dicere, sed, *Credo, Domine, et confiteor*. Fides enim, quam quispiam non confitetur, fides non est, sed aptius, dixerit alius, fraus, prius in se errore hausto, alios in errorem adducens. Hinc satis patet, eum, qui corde credit, et ore non confitetur id quod credit, nunquam salutem consecuturum, cujus hæredes nos esse fiat gratia Domini nostri Jesu Christi. Amen.

[1] Rom. x, 10.

A ὁρισμὸν, οὔτε τὴν τοῦ πατριάρχου ἐντολὴν φοβηθήσεσθε; οὔτε τὸν τῆς συνόδου ὅρον αἰδεσθήσεσθε; Καὶ ποία ἡμῖν ἔσται ἀπολογία παρὰ τὸ φοβερὸν τοῦ Χριστοῦ βῆμα;

κ'. Οἶμαι δὲ, ὅτι οὐ τολμήσει τις ἀνθυποφέρειν ἄλλο τὸν πάππαν ἐπιτάττειν, καὶ ἄλλο τὸν πατριάρχην προστάττειν. Τὸν μὲν γὰρ τὸν ὅρον φυλάττειν, τὸν δὲ τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐκφωνεῖν βούλεσθαι. Ταῦτα δ' ἴσως φήσειέ τις οὐκ εἶναι ταυτὰ κακῶς φρονῶν. Φανερὸν γὰρ ὅτι ταυτά ἐστιν. Ὁ μὲν γὰρ ὅρος πιστεύειν διορίζεται, ὅτι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὁ δὲ ἁγιώτατος πάππας Κάλλιστος τοῦτ' αὐτὸ ἐκφωνεῖν παρακελεύεται. Τίς οὖν ἡ διαφορά; Ἢ πῶς οὐκ ἀνάγκη ἐκφωνεῖν, ὃ τις πιστεύει; *Καρδίᾳ μὲν γὰρ*, φησὶ Παῦλος, ὁ εἰς B τρίτον οὐρανὸν ἀναβὰς, ὁ ἀκούσας ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι, ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, ἡ τοῦ Πνεύματος μάχαιρα, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, *Καρδίᾳ*, φησὶ, *πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν*. Ὁ δὲ Χριστὸς τοὺς ὁμολογοῦντας ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων αὐτὸν, τούτους ὁμολογήσειν ἔμπροσθεν τοῦ Πατρὸς ἐπαγγέλλεται. Ἔστι δὲ Χριστὸς ἡ ἀλήθεια. Ὁ γοῦν μὴ ὁμολογῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν πᾶσι μὲν, μάλιστα δὲ ἐν τοῖς τῆς Ἐκκλησίας δόγμασιν, αὐτὸν τὸν Χριστὸν οὐχ ὁμολογεῖ· ὁ δὲ μὴ ὁμολογῶν τὸν Χριστὸν ἀρνεῖται τὸν Χριστόν· ὁ δὲ ἀρνούμενος τὸν Χριστὸν βασιλείαν οὐρανῶν οὐ κληρονομήσει. Διὰ τοῦτο εἰώθαμεν πάντες, ὅταν αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἐν τοῖς θείοις τῆς εὐχαριστίας μυστηρίοις ὁρῶμεν, οὐ, *Πιστεύω, Κύριε*, λέγειν μόνον, ἀλλὰ, *Πιστεύω, Κύριε, καὶ ὁμολογῶ*. Ἡ γὰρ μὴ ὁμολογουμένη πίστις οὐκ ἔστι πίστις, ἀλλὰ δόλος, εἴποι τις ἄν, καὶ πλανῶν καὶ πλανώμενος. Ὅθεν δῆλον, ὅτι ὁ τῇ καρδίᾳ μὲν πιστεύων, τῷ στόματι δὲ μὴ ὁμολογῶν, ὃ πιστεύει, οὐκ ἐπιτάξεται τῆς σωτηρίας, ἢ; κληρονόμους γενέσθαι πάντας ἡμᾶς γένοιτο χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν.

GEORGII TRAPEZUNTII

IN EXPOSITIONEM ILLIUS TEXTUS EVANGELII *:

SIC VOLO EUM MANERE, ETC.

ET QUOD S. JOANNES EVANGELISTA NONDUM SIT MORTUUS

AD SIXTUM IV PONTIFICEM MAXIMUM.

(Monumenta SS. Patrum orthodoxographa. Basileæ 1559. fol. Latine tantum.)

Nuper, sanctissime Pater, cum eam particulam Evangelii Joannis legerem, qua Petrus Dei Filium de illo interrogavit dicens: *Domine, hic autem quid?* audivitque: *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?* primum occurrerunt, quæ alias de *sic* et de *si* particula disserui: deinde utrum mortuus sit an adhuc vivat Tonitrui filius, cœpi cogitare. Nam etsi utrumvis quis dixerit, a sinu Ecclesiæ

* Georgio contradixit cardinalis Bessarion hunc eumdem locum exponens. Vide supra col. 523.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

non recedat. Non enim vel morte vel vita Joannis salvi facti sumus, nec alterum aperte sic in Evangelio dicitur ut alterum credere nefas sit. Habet tamen investigatio rei hujus non parum fructus si non contentione vincendi, sed veritatis amore inquiritur. Cum enim investigari recte non possit nisi per Evangelium, opus est, dum quærimus, Evangelii verba sæpius repetere. Id non solum animum ab aliis cogitationibus abstrahit, sed et ad apicem ipsum sanctarum litterarum impellit. Accedit, ut qui hæc faciliora et in quibus non possumus cum æterna pernicie animi errare, scrutatur, is exercitatione jam ingenii gradu hinc facto ad altiora securior possit conscendere.

Hoc autem et ipsi salutem allaturum est et alios ad sacrarum litterarum studia poterit commovere. Primum, quoniam si quis divinas litteras crebro et cum fide lectitat, huic via salutis in dies magis magisque aperitur ; alterum, quia licet omnia doctorum Ecclesiæ diligentia, hoc est, Spiritus sancti gratia unde omnia dona profluunt satis pateant, tamen et nova quæque delectant et legentes ad frequentiorem ipsa novitate alliciunt lectionem. Crebra autem harum rerum lectio animorum est cibus quo adversus voluptates corroboramur carnis. Adde quod abyssus nec simplex sed duplex, divina Scriptura est, si cui placet illud Psalmistæ ad vetus nonnunquam conferre Testamentum, quod Creatorem magnitudine, multitudine altitudineque rerum admirationem compulsus, exclamavit : « Abyssus abyssum invocat ad vocem cataractarum tuarum. » Veteris enim Testamenti per gratiam Salvatoris abysso patefacta, et velo templi (quo prohibebamur interiora prospicere) per suam passionem scisso, invocata effudit se novi Testamenti abyssus, et excitavit vocem cataractarum Dei, id est evangelistarum, apostolorum doctorumque omnium Ecclesiæ. Si ergo Scripturæ altitudo abyssus est magna, nunquam deerunt cum zelo nobis veritatem rimantibus quæ cum utilitate communi conscribamus. Cujus rei excessum ac magnitudinem Evangelium significasse videtur, ubi dicitur, Nec mundum quidem ipsum, si singula quæ Jesus fecit conscriberentur, videri capturum. Ad sanctitatem autem tuam et quæ nunc in hac perfacili quæstione, auxilio ejus cujus tu in terris vicarius es, et postea quæ dictabimus, merito mittenda putavimus : ne dum volumus et nobis et aliis prodesse, in laqueum dilabamur. Id enim et fuit et est et divina præsente gratia erit semper mihi insitum et propositum, mortem optare potius et exitum hujus vitæ, quam aliquid, non dico scribere aut dicere, sed ne cogitare quidem, quod apostolicæ doctrinæ ac Ecclesiæ Dei, cujus tu princeps es, repugnare videatur. Quare si forte parum advertendo, aliquid hujusmodi, aut etiam ex ignorantia, scripserim, dixerim, cogitaverim, aut in futurum scripsero, dixero, cogitavero, quod aures sanctitatis tuæ quæ regni cœlorum claves his temporibus miseratione divina tenet, posset ostendere id ex nunc sponte totoque animo, revoco, ejicio, respuo, et sicut non dictum haberi supplico. Id modo hic dictum, quasi dictum in omnibus esse velim quæ aut Græce aut Latine attigi ut attingam. In animo enim est, nisi vel senectus retardaverit, vel ægrotatio impedierit, vel tenuium fortunarum conditio revocaverit, nonnullos Scripturæ locos prout Deus aspirabit tractare. Sed alios quidem alias, nunc autem ipsius Joannis de quo dicturi sumus, intercessione freti, quæstiunculam, quæ a verbis Evangelii originem trahere videtur, dilucide, quantum Deus donaverit, tractare conabimur.

Sæpius post resurrectionem diversis Dominus modis apparuit discipulis, et sæpius cum ipsis et comedit et bibit, latus quoque et manus et pedes, non oculis solum, verum etiam tactui obtulit, ut undique eumdem seipsum esse dæmonstraret qui surrexerat, qui crucifixus fuerat, quique ante passionem cum illis conversabatur. Demum secundum Joannis Evangelium apparuit Jesus in littore illis piscantibus, interrogavitque si quidquam pulmentarii haberent. Quibus negantibus jussit in dextram navigii partem rete immittere ; quo facto centum et quinquaginta tres magnos piscati pisces sunt. Quod quidem ad futuram sanctorum quietem sacramentaliter pertinere, perspicuum est. Nam et magnitudo et multitudo et numerus piscium certus et tractio eorum per fluctus maris, tandem ad littora tutior, et ducentorum a littore cubitorum distantia et in dextrum retis demissio et septenarius discipulorum numerus, hæc omnia non absque magno mysterio diligenter narrantur et futuram triumphantis Ecclesiæ cum Domino vitam aperte significare videntur. Erat id certe suum illius qui plus aliis amabatur a Christo qui in Dominicum pectus incubuit et inde hausit profundissima sacramenta cui Matrem orbis dominam ipse Dominus moriens commendavit, ut quemadmodum initium Evangelii sui in æterna generatione Filii Dei fundavit instar tonitrui clamans : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum :* sic culmina per futuram sanctorum vitæ mysticam orationem imponeret, ad quam ut tutius mari jactati et undis, sancti pervenire possent. Petrus autem quando ipsi claves regni cœlorum commendatæ fuerunt, Ecclesiæ totius princeps constitutus, apertius tunc vel restituitur vel confirmatur. Nam ne forte aliquis, quoniam ter Dominum negaverat, amisisse ipsum Ecclesiæ principatum putaret, ter interrogatur an Dominum amaret, qui multo prudentior jam atque sublimior gratia Salvatoris, non effertur præsumptione, ne rursum negatione prosterneretur, ne lacrymis et amaro fletu iterum sibi ad propellendum piaculum opus esset, sed pia confessione amare quidem se tertio respondit, sed quid amaret, ipsum scire ait, cui nihil potest esse occultum. Sic Dominus terna interrogatione, ternaque Petri confessione amandi,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

terne curavit negationis vulnus quod, fletu Petri sanatum ad cicatricem usque productum, credendum est. Tunc enim interrogationis illius vi et confessionis virtute humillimæ, cicatricem quoque ipsam abolitam nemo dubitavit, ac ideo ter sibi ut sano jam et humiliter aperte commendatur Ecclesia, ut pascat oves agnosque Domini, quæ commendatio militantis Ecclesiæ Petro tunc facta, successoribus etiam suis facta cognoscitur. Oportet enim, sicut oves agnique veteres, videlicet in fide, atque novelli, ad diem usque adventus in gloria Domini per successionem duraturi sunt, eodem utique modo illum permanere cui commendatio facta est. Universali ergo Ecclesiæ Petro proposito decenter mors quoque sibi prædicitur, ut hinc vitam etiam Domini exprimendam pro viribus, duabus disceret rationibus, quoniam universalis pastor et vicarius Christi præcipuus fuit constitutus et quoniam crucis patibulo Deum erat glorificaturus, quorum alterum trahitur ex altero. Nam si non est servus domino major, oportet patroni labores clientem subire. Et qui labores domini sumit sui, is mortem non debet similem recusare; quare vitæ quoque totius imitatio pro viribus necessaria est quæ liquido Evangelii verbis exprimitur. Nam morte crucis extensione manuum sub oculis Petri posita, statim ei dicitur, Sequere me, id est, Qui morte me secuturus es, vestigia quoque vivendi in ea sequeris.

Petrus igitur Dominum sequebatur, dumque sequeretur, vidit Joannem (is enim discipulus quem diligebat Jesus) sequentem. Et curiositate mentis humanæ, qua magis aliena quam nostra quærimus, nimium commotus (non enim erat adhuc omnino perfectus), audet a Domino petere, qua morte Joannes moreretur, dicens : *Domine, hic autem quid?* Dominus autem et hanc curiositatem reprehendit nec moriturum Joannem usque ad exitum hujus sæculi (ut ego arbitror) ostendit, dicens : *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?* Hinc quæstiuncula nascitur re facilis, varietate opinionum difficilis. Nam multi jam mortuum esse Joannem contendunt, nonnulli extremis temporibus cum Enoch et Elia moriturum opinantur. Quod nos sequentes, aperte ostendemus, id ipsum et per hunc Evangelii locum significari, et aliis rationibus confirmari et tum ipsius Joannis in Apocalypsi tum Evangelii auctoritate ac testimonio significantius comprobari, atque adeo demonstrari : *Si* (inquit) *eum volo manere donec veniam, quid ad te?* Græce, *si* verbum de verbo exprimitur, non *Sic eum volo manere*, sed, *Si eum volo manere*, scriptum est. Verum quoniam, sicut particula *si* apud nos, sic apud Græcos indicativo quidem verbo conjuncta, affirmative capitur, subjunctivo autem suspensive dubitative que, jungitur autem hic indicativo, idcirco non *si* sed *sic* Patres interpretati sunt, ne scilicet *si* particula Latinæ Græcæque linguæ sciolos propter duplicem potestatem turbaret. *Sic* vero affirmando expresse dixerunt ut nemo ambigeret eam quoque Græcam particulam non aliter quam affirmative ibi positam esse. Sed de duplici potestate *si* particulæ, latius nobis in aliis dictum est et vulgo patet. Quis enim non viderit, aliud significari cum dicitur, *Si amo te, non detraho tibi;* aliud : *Si amarem te, non detraherem tibi?* Alterum enim et amorem affirmat et non detrahendi voluntatem confirmat, alterum e regione amorem quidem vel suspendit, dubiumque facit, vel penitus negat, quantoque (amor) major negatur, tanto detrahendi voluntas asseritur. Item : *Si me audisset, doctior esset :* significant enim non esse doctum, cum non audierit. Contra : *Si multos audivi doctos, si multa legi, si multa scripsi,* cur *me imperitum putas?* Non est opus plura dicere de re manifesta, qua pleni sunt libri, plena priscorum volumina. Ἐάν quoque Græca conjunctio, easdem habet potestates. Testis est Priscianus, grammaticorum omnium excellentissimus, nec minus in Græcis quam in Latinis litteris peritus, quippe qui Græcus natione fuit. Fuit enim ex Cæsarea, Cappadocensis, nec in Italia, sed Athenis et Græce didicit et Latine. Is in libris *De constructione*, ubi de subjungendi modo, et de particula *si*, easdem omnino ait habere ipsam vires quas ἐαν Græca, idque tam Latinis quam Græcis ostendit exemplis. Sed sermo etiam ipse Græcus perspicuum id facit, adeo ut exemplis opus non sit. Dicatur alicui carnes die Sabbati comedenti : *Carnes tu comedis in Sabbato?* respondeat, Ἐὰν φάγω, τί πρὸς σέ; id est, *Si comedo, quid ad te?* Patet quia comedere asserit. Quod si diceret, *Si comederem, quid ad te?* non omnino comedere concederet, sed quasi negando sub conditione poneret. Hoc in Græco sermone non potest liquido percipi. Sed latet adeo, ut peritiores etiam hujus ætatis fugiat, nisi Latinæ linguæ proprietates inspexerint. Cujus rei causa est, quoniam subjicientia verba minuta quadam scribendi ab indicantibus differentia distinguuntur. Prima enim præsentis indicans persona et voce et scriptura eadem est cum subjungendi. Sicut in proposito, *Volo eum manere*, θέλω αὐτὸν μένειν, illud θέλω potest et *volo* et *vellem* dici Latine. Sed *vellem* nullo pacto convenit, omnino enim a rebus alienum. Quare nec ullus unquam id cogitavit. Quas ob res et auctoritate illorum qui traduxerunt et consuetudine multorum sæculorum, et ipsius Græci sermonis proprietate, et quoniam res ipsa disjunctiva dubitandi vocem non patitur, affirmans Dominus dixit : *Ita volo eum manere, donec veniam, quid ad te?* Sed dicet fortasse quispiam neminem unquam ausum fuisse aliter quam affirmative Dominica hæc verba interpretari; sed *Donec veniam* non extremum illum significare adventum Domini : posse namque adventum Domini appellari etiam eum quo unusquisque vocatus, naturæ concedit; ut velle Joannem sic vivere asserat, donec veniat, id est donec ipsum per mortem ad se vocarit.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Hac sententia divisa, primum constat Joannem A vivere donec veniat, Dominum dixisse. Alterum ergo quæratur, an illud, *Donec veniam*, finem sæculi hujus significet, vel terminum vivendi in hoc sæculo monstret. Quod certe, si quis attendat, procul a vero esse videbitur. Nihil enim aliud dicit qui ita dicit, nisi ut planius et sub oculis ponatur, Volo eum vivere donec moriatur; sed absurdum per seipsum totum fuerit si connexa talis expositio fuerit. Connectatur igitur et dicatur : *Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?* id est, Volo eum vivere donec moriatur, quid ad te? Dicam aperte quod modo in mentem incidit. Homo certe, non dico doctus et gravis, sed mediocriter eruditus ac levior, si data sibi potestate hominis alicujus vitæ, atque interrogatus sic respondeat, parum B animadvertisse putabitur : quomodo igitur Deum ore suo sic locutum quispiam crediderit? Sed curiositatis, inquiet, arguere discipulum voluit. Sic arbitror, et Cyrillo, viro doctrina præcipuo, sanctitate magno, prudentia et eloquentia gravi, hoc ipsum placuisse legimus, et illud, *quid ad te?* id aperte ostendit. Sed in reprehendendo Petro sacramentum etiam illud aperire voluit, non morituram Joannem usque ad extrema sæculi hujus. Nam si curiositatis ipsum arguere solummodo voluisset, illud ultimum, *quid ad te*, vel, Cur aliena quæris, dixisse, satis superque erat, sicut omnibus simul quærentibus, si eo anno restiturus esset regnum Israeli, respondit lenissime arguens : *Non est vestrum cognoscere tempora vel momenta*. Nunc C autem non arguit solum cum vehementius intulerit, *quid ad te?* verum etiam ad finem usque vitæ hujus victurum Joannem asseruit dicens : Volo eum manere donec veniam. Ita et conditionem vitæ Joannis aperuit et curiositatem Petri redarguit. *Exivit autem sermo iste in discipulos quod discipulus ille non moritur.* Exivit sermo ad discipulos. A quo exivit? per quem dissipatus fuit? quis discipulis omnibus prædicavit? Duo certe solum sermonem hunc Domini audierunt, Petrus et Joannes, cæteris Dominum ea replicasse, quæ Petrus et Joannes secretius acceperant, minime credendum est. Joannes autem, et virginitate tum corporis tum spiritus apprime præditus et cæteris D virtutibus summus, quod et dilectione Domini et commendatione Matris ejus percipitur, nequaquam id quod ad gloriam suam pertinere videbat, sociis quasi jactabundus prædicasset. Relinquitur ergo a Petro fratribus enarrata fuisse quæ Dominus de Joanne dixit. Petrum autem aliter dixisse quam audierat nefas est dictu. Quid ergo retulit fratribus Petrus? Quod Dominus de Joanne dixit : *Sic eum volo manere donec veniam.* Id a Petro, a cæteris omnibus eodem intellectum modo fuit, quod discipulus ille non moritur. Quare ipse quoque delinquere mihi viderer, si non ita hunc Domini sermonem caperem, sicut omnes discipuli tunc intellexerunt. Facile namque crediderim, quamvis die Pentecostes adventu Paracleti ad perfectionem in hac vita ultimam apostoli pervenerunt, tamen eo die, quo hæc acta fuerunt multo sublimiores omnibus successoribus suis fuisse. Fides enim in Christum crucifixum et e mortuis suscitatum, sua gratia et doctrina Salvatoris confirmata plurimum eos elevabat in dies. Fuit autem dies ille, quo Dominus hæc peregit, tertius apparitionis suæ. Nam etsi sæpius se tam mulieribus quam viris manifestavit, et aliter aliis modo pluribus, modo paucioribus, tamen tertio dicimus die nunc apparuisse, quoniam tribus maxime diebus apertius, expressius, miraculosius apparuit primum in ipso resurrectionis die, deinde in octavo a resurrectione; tertium, quando Petrum præfecit Ecclesiæ, ac de Joannis morte pronuntiavit, duo sacramenta discipulis patefaciens; sed quod sequitur, forsan alio trahitur? Nequaquam. Quid enim sequitur? *Et non dixit ei Jesus, Quod non moritur, sed, Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te?* Putabit aliquis forte, perspicuo hic evangelistam illis contradicere qui arbitrentur non moriturum ipsum usque ad finem sæculi hujus, cum scribat : *Non dixit ei Jesus quod non moritur*, usque ad extrema tempora scilicet (sic enim supplendum semper est), exclamabitque ab eo ipso explanatum esse vobis quod quæritur, atque mutare non oportere. Ego autem pro modestia summa et virginali humilitate qua gloriam humanam Joannes omninò calcavit, ita eum scripsisse crediderim ut et veritatem digito monstrarit, et inanem hujus sæculi gloriam abjecerit. Non enim negat rem, sed sermonem et verba. Subjiciantur oculis omnia. Quid Jesus dixit? *Sic eum volo manere donec veniam*, affirmando Jesus dixit, et quisquam negabit? Quid discipuli? quomodo id cum exisset in publicum, intellexerunt, quod Joannes non moritur? Teneo affirmationem Domini et apostolorum sententiam omnium quod non moritur. Quid postea Joannes? non tam virginali modestia humilitateque præditus quam veritatis amicus, quid ait? *Sed non dixit ei Jesus, quod non moritur.* Non enim hoc verbum protulit Jesus, sed aliis verbis usus est. Quibus? *Sic eum volo manere donec veniam.* Animadverto, quod non stetit Joannes ibi, *Non dixit ei Jesus quod non moritur*; stetisset autem si rem ipsam negare voluisset. Sed addidit, *Sed*, supple, *dixit : Sic eum volo manere, donec veniam.* Sermonis igitur et verborum collationem facit, non rerum. Nam si rerum facere collationem voluisset, illud solum scripsisset : Non dixit ei quod non moritur; hoc enim ita dictum, statim ostendit quod moritur. Sed, *Non dixit quod non moritur*, inquit, *sed* dixit, *Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?* Perspicuum ergo est, verborum ipsum collationem facere, non rerum, quamvis et rerum dicere non dubito. Alter enim sermo mortem omnino negat, quod quoniam falsum est non dixit, Non moritur; alter, quando moriturus est, ostendit; Donec enim

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

terne curavit negationis vulnus quod, fletu Petri sanatum ad cicatricem usque productum, credendum est. Tunc enim interrogationis illius vi et confessionis virtute humillimæ, cicatricem quoque ipsam abolitam nemo dubitavit, ac ideo ter sibi ut sano jam et humiliter aperte commendatur Ecclesia, ut pascat oves agnosque Domini, quæ commendatio militantis Ecclesiæ Petro tunc facta, successoribus etiam suis facta cognoscitur. Oportet enim, sicut oves agnique veteres, videlicet in fide, atque novelli, ad diem usque adventus in gloria Domini per successionem duraturi sunt, eodem utique modo illum permanere cui commendatio facta est. Universali ergo Ecclesiæ Petro proposito decenter mors quoque sibi prædicitur, ut hinc vitam etiam Domini exprimendam pro viribus, duabus disceret rationibus, quoniam universalis pastor et vicarius Christi præcipuus fuit constitutus et quoniam crucis patibulo Deum erat glorificaturus, quorum alterum trahitur ex altero. Nam si non est servus domino major, oportet patroni labores clientem subire. Et qui labores domini summit sui, is mortem non debet similem recusare; quare vitæ quoque totius imitatio pro viribus necessaria est quæ liquido Evangelii verbis exprimitur. Nam morte crucis extensione manuum sub oculis Petri posita, statim ei dicitur, Sequere me, id est, Qui morte me secuturus es, vestigia quoque vivendi in ea sequeris.

Petrus igitur Dominum sequebatur, dumque sequeretur, vidit Joannem (is enim discipulus quem diligebat Jesus) sequentem. Et curiositate mentis humanæ, qua magis aliena quam nostra quærimus, nimium commotus (non enim erat adhuc omnino perfectus), audet a Domino petere, qua morte Joannes moreretur, dicens: *Domine, hic autem quid?* Dominus autem et hanc curiositatem reprehendit nec moriturum Joannem usque ad exitum hujus sæculi (ut ego arbitror) ostendit, dicens: *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?* Hinc quæstiuncula nascitur re facilis, varietate opinionum difficilis. Nam multi jam mortuum esse Joannem contendunt, nonnulli extremis temporibus cum Enoch et Elia moriturum opinantur. Quod nos sequentes, aperte ostendemus, id ipsum et per hunc Evangelii locum significari, et aliis rationibus confirmari et tum ipsius Joannis in Apocalypsi tum Evangelii auctoritate ac testimonio significantius comprobari, atque adeo demonstrari: *Si* (inquit) *eum volo manere donec veniam, quid ad te?* Græce, *si* verbum de verbo exprimitur, non *Sic eum volo manere*, sed, *Si eum volo manere*, scriptum est. Verum quoniam, sicut particula *si* apud nos, sic apud Græcos indicativo quidem verbo conjuncta, affirmative capitur, subjunctivo autem suspensive dubitativeque, jungitur autem hic indicativo, idcirco non *si* sed *sic* Patres interpretati sunt, ne scilicet *si* particula Latinæ Græcæque linguæ sciolos propter duplicem potestatem turbaret. *Sic* vero affirmando expresse dixerunt ut nemo ambigeret eam quoque Græcam particulam non aliter quam affirmative ibi positam esse. Sed de duplici potestate *si* particulæ, latius nobis in aliis dictum est et vulgo patet. Quis enim non viderit, aliud significari cum dicitur, *Si amo te, non detraho tibi*; aliud: *Si amarem te, non detraherem tibi?* Alterum enim et amorem affirmat et non detrahendi voluntatem confirmat, alterum e regione amorem quidem vel suspendit, dubiumque facit, vel penitus negat, quantoque (amor) major negatur, tanto detrahendi voluntas asseritur. Item: *Si me audisset, doctior esset:* significant enim non esse doctum, cum non audierit. Contra: *Si multos audivi doctos, si multa legi, si multa scripsi*, cur *me imperitum putas?* Non est opus plura dicere de re manifesta, qua pleni sunt libri, plena priscorum volumina. Ἐὰν quoque Græca conjunctio, easdem habet potestates. Testis est Priscianus, grammaticorum omnium excellentissimus, nec minus in Græcis quam in Latinis litteris peritus, quippe qui Græcus natione fuit. Fuit enim ex Cæsarea, Cappadocensis, nec in Italia, sed Athenis et Græce didicit et Latine. Is in libris *De constructione*, ubi de subjungendi modo, et de particula *si*, easdem omnino ait habere ipsam vires quas ἐαν Græca, idque tam Latinis quam Græcis ostendit exemplis. Sed sermo etiam ipse Græcus perspicuum id facit, adeo ut exemplis opus non sit. Dicatur alicui carnes die Sabbati comedenti: *Carnes tu comedis in Sabbato?* respondeat, Ἐὰν φάγω, τί πρὸς σέ; id est, *Si comedo, quid ad te?* Patet quia comedere asserit. Quod si diceret, *Si comederem, quid ad te?* non omnino comedere concederet, sed quasi negando sub conditione poneret. Hoc in Græco sermone non potest liquido percipi. Sed latet adeo, ut peritiores etiam hujus ætatis fugiat, nisi Latinæ linguæ proprietates inspexerint. Cujus rei causa est, quoniam subjicientia verba minuta quadam scribendi ab indicantibus differentia distinguuntur. Prima enim præsentis indicans persona et voce et scriptura eadem est cum subjungendi. Sicut in proposito, *Volo eum manere*, θέλω αὐτὸν μένειν, illud θέλω potest et *volo* et *vellem* dici Latine. Sed *vellem* nullo pacto convenit, omnino enim a rebus alienum. Quare nec ullus unquam id cogitavit. Quas ob res et auctoritate illorum qui traduxerunt et consuetudine multorum sæculorum, et ipsius Græci sermonis proprietate, et quoniam res ipsa disjunctiva dubitandi vocem non patitur, affirmans Dominus dixit: *Ita volo eum manere, donec veniam, quid ad te?* Sed dicet fortasse quispiam neminem unquam ausum fuisse aliter quam affirmative Dominica hæc verba interpretari; sed *Donec veniam* non extremum illum significare adventum Domini: posse namque adventum Domini appellari etiam eum quo unusquisque vocatus, naturæ concedit; ut velle Joannem sic vivere asserat, donec veniat, id est donec ipsum per mortem ad se vocarit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

Hac sententia divisa, primum constat Joannem vivere donec veniat, Dominum dixisse. Alterum ergo quæratur, an illud, *Donec veniam*, finem sæculi hujus significet, vel terminum vivendi in hoc sæculo monstret. Quod certe, si quis attendat, procul a vero esse videbitur. Nihil enim aliud dicit qui ita dicit, nisi ut planius et sub oculis ponatur, Volo eum vivere donec moriatur; sed absurdum per scipsum totum fuerit si connexa talis expositio fuerit. Connectatur igitur et dicatur : *Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?* id est, Volo eum vivere donec moriatur, quid ad te? Dicam aperte quod modo in mentem incidit. Homo certe, non dico doctus et gravis, sed mediocriter eruditus ac levior, si data sibi potestate hominis alicujus vitæ, atque interrogatus sic respondeat, parum animadvertisse putabitur : quomodo igitur Deum ore suo sic locutum quispiam crediderit? Sed curiositatis, inquiet, arguere discipulum voluit. Sic arbitror, et Cyrillo, viro doctrina præcipuo, sanctitate magno, prudentia et eloquentia gravi, hoc ipsum placuisse legimus, et illud, *quid ad te?* id aperte ostendit. Sed in reprehendendo Petro sacramentum etiam illud aperire voluit, non morituram Joannem usque ad extrema sæculi hujus. Nam si curiositatis ipsum arguere solummodo voluisset, illud ultimum, *quid ad te*, vel, Cur aliena quæris, dixisse, satis superque erat, sicut omnibus simul quærentibus, si eo anno restiturus esset regnum Israeli, respondit lenissime arguens : *Non est vestrum cognoscere tempora vel momenta.* Nunc autem non arguit solum cum vehementius intulerit, *quid ad te?* verum etiam ad finem usque vitæ hujus victurum Joannem asseruit dicens : Volo eum manere donec veniam. Ita et conditionem vitæ Joannis aperuit et curiositatem Petri redarguit. *Exivit autem sermo iste in discipulos quod discipulus ille non moritur.* Exivit sermo ad discipulos. A quo exivit? per quem dissipatus fuit? quis discipulis omnibus prædicavit? Duo certe solum sermonem hunc Domini audierunt, Petrus et Joannes, cæteris Dominum ea replicasse, quæ Petrus et Joannes secretius acceperant, minime credendum est. Joannes autem, et virginitate tum corporis tum spiritus apprime præditus et cæteris virtutibus summus, quod et dilectione Domini et commendatione Matris ejus percipitur, nequaquam id quod ad gloriam suam pertinere videbat, sociis quasi jactabundus prædicasset. Relinquitur ergo a Petro fratribus enarrata fuisse quæ Dominus de Joanne dixit. Petrum autem aliter dixisse quam audierat nefas est dictu. Quid ergo retulit fratribus Petrus? Quod Dominus de Joanne dixit : *Sic eum volo manere donec veniam.* Id a Petro, a cæteris omnibus eodem intellectum modo fuit, quod discipulus ille non moritur. Quare ipse quoque delinquere mihi viderer, si non ita hunc Domini sermonem caperem, sicut omnes discipuli tunc intellexerunt. Facile namque crediderim, quamvis die Pentecostes adventu Paracleti ad perfectionem in hac vita ultimam apostoli pervenerunt, tamen eo die, quo hæc acta fuerunt multo sublimiores omnibus successoribus suis fuisse. Fides enim in Christum crucifixum et e mortuis suscitatum, sua gratia et doctrina Salvatoris confirmata plurimum eos elevabat in dies. Fuit autem dies ille, quo Dominus hæc peregit, tertius apparitionis suæ Nam etsi sæpius se tam mulieribus quam viris manifestavit, et aliter aliis modo pluribus, modo paucioribus, tamen tertio dicimus die nunc apparuisse, quoniam tribus maxime diebus apertius, expressius, miraculosius apparuit primum in ipso resurrectionis die, deinde in octavo a resurrectione; tertium, quando Petrum præfecit Ecclesiæ, ac de Joannis morte pronuntiavit, duo sacramenta discipulis patefaciens; sed quod sequitur, forsan alio trahitur? Nequaquam. Quid enim sequitur? *Et non dixit ei Jesus, Quod non moritur, sed, Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te?* Putabit aliquis forte, perspicuo hic evangelistam illis contradicere qui arbitrentur non moriturum ipsum usque ad finem sæculi hujus, cum scribat : *Non dixit ei Jesus quod non moritur*, usque ad extrema tempora scilicet (sic enim supplendum semper est), exclamabitque ab eo ipso explanatum esse vobis quod quæritur, atque mutare non oportere. Ego autem pro modestia summa et virginali humilitate qua gloriam humanam Joannes omninò calcavit, ita eum scripsisse crediderim ut et veritatem digito monstrarit, et inanem hujus sæculi gloriam abjecerit. Non enim negat rem, sed sermonem et verba. Subjiciantur oculis omnia. Quid Jesus dixit? *Sic eum volo manere donec veniam*, affirmando Jesus dixit, et quisquam negabit? Quid discipuli? quomodo id cum exisset in publicum, intellexerunt, quod Joannes non moritur? Teneo affirmationem Domini et apostolorum sententiam omnium quod non moritur. Quid postea Joannes? non tam virginali modestia humilitateque præditus quam veritatis amicus, quid ait? *Sed non dixit ei Jesus, quod non moritur.* Non enim hoc verbum protulit Jesus, sed aliis verbis usus est. Quibus? *Sic eum volo manere donec veniam.* Animadverto, quod non stetit Joannes ibi, *Non dixit ei Jesus quod non moritur;* stetisset autem si rem ipsam negare voluisset. Sed addidit, *Sed*, supple, *dixit : Sic eum volo manere, donec veniam.* Sermonis igitur et verborum collationem facit, non rerum. Nam si rerum facere collationem voluisset, illud solum scripsisset : Non dixit ei quod non moritur; hoc enim ita dictum, statim ostendit quod moritur. Sed, *Non dixit quod non moritur*, inquit, *sed* dixit, *Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?* Perspicuum ergo est, verborum ipsum collationem facere, non rerum, quamvis et rerum dicere non dubito. Alter enim sermo mortem omnino negat, quod quoniam falsum est non dixit, Non moritur; alter, quando moriturus est, ostendit; Donec enim

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

veniam (inquit) volo ipsum sic manere, atque vivere scilicet. Quas ob res si quis diligenter Evangelii verba examinet, et assertive dictum esse, *Sic eum volo manere donec veniam*, perpendat, quod frustra aut superflue dictum putare nefas est : videretur autem esse superfluum, si ad singulorum exitum adventum Domini referas ; si prædicta omnes simul discipuli per illa verba non mori Joannem usque ad extrema tempora intellexerunt ; si denique Joannes ipse non rerum, sed verborum et sermonis facit collationem, vel, quod verius est, etiam rerum : quis dubitabit, ipsum Tonitrui filium, quem Dominus maxime omnium discipulorum dilexit, cui Matrem moriens in cruce soli commendavit, adhuc vivere, victurumque vel ad extrema sæculi hujus? vel sicut ille qui longe ante alios ipsum dilexit, ordinavit, instituit, prædestinavit. Verum quantum hic Evangelii locus ad hanc rem conferat, ne nimium crescat et modum excedat oratio, satis jam sit. Nunc ratiunculis quoque nonnullis, idipsum affirmari aperiamus.

Primum igitur dicimus, diligenter in omnibus Scripturis canonicis observari oportere, quod nihil frustra, nihil superflue, nihil sine causa in ipsis scriptum est. Spiritu enim sancto dictante omnes scriptæ sunt, Spiritus vero sanctus omnia scit, omnia prævidet, omnia breviter et ut oportet et quantum oportet et sicut oportet, disponit, dictitat, edit. Non est ergo quidquam in Evangeliis absque magno mysterio dictum. Sed nisi eo prorsus pacto intellexerimus prædicta Domini verba, sic omnes apostoli ac discipuli qui tunc erant, acceperunt, frustra totus ille locus de Joanne conscriptus esse videbitur. Cur enim posteaquam universalis Ecclesiæ præfectura Petro et successoribus collata est, et mors ejus qualis futura esset ad apertum de Joannis morte disseritur? Nam de Petri quidem morte prædicere multis de causis oportuit. Non enim tacenda sunt sacramenta. Sacramentum autem quiddam esse quod vicarius Christi, Ecclesiæ suæ præpositus et pontifex summus immediate post Christum et primus crucis similiter morte moriturus esset non est negandum, præsertim cum huic apertissime vitam quoque Magistri sequendam apprime diceret. Et certe sicut quæ necessaria sunt sæpius repetenda, sic quæ nihil conferunt, nemo scribit, præfectura Petri aliter sæpe atque aliter exprimitur ne quis in posterum audeat mutire vel dicere, Romanos pontifices qui Petro successerunt, Ecclesiæ universalis non esse pastores. Quocirca claves regni cœlorum ei præcipue committuntur, et per hunc Evangelii locum quem modo tractavimus, grex agnorum atque ovium Domini illi commendatur, et ante passionem ad Petrum sermone converso et ad omnes communiter primo dicitur : *Ecce, Simon, Satanas expetivit vos cribrare quasi triticum* atque convol-

A vere et decipere scilicet, ac in errorem demum intrudere ; deinde infertur : Ego *autem oravi pro te, ne deficiat fides tua ; tu vero aliquando conversus confirma fratres tuos* [1]. Ubi duo maxima aperte exprimuntur mysteria : primum quod Petri solius et successorum suorum, id est Ecclesiæ Romanæ, cujus urbis duntaxat episcopum constat fuisse Petrum, non deficiet fides ; alterum, quod cæterorum deficiet aliquando. Quare inquit, *Tu aliquando conversus, confirma fratres tuos. Aliquando* autem dixit, ut ostenderet, neminem apostolorum Spiritus sancti confirmatum gratia erraturum, sed successores, ad confirmationem quorum Petrus, hoc est ipsius successores converti jubentur ; quod reipsa perfectum : sæpe namque cæteræ
B orbis Ecclesiæ a Romana confirmatæ sunt, ipsa ab aliis nunquam. Sed tempora quoque præfecturæ Petri admirationem, si considerantur, adaugent, et fidem rei faciunt firmiorem. Claves promittuntur, cum ipse ante alios Filium Dei vivi confessus esset ; fidei non defecturæ gratiam a proficiscente in crucem quasi testamento accepit, pascendarum ovium simpliciter omnium, atque agnorum auctoritatem, post resurrectionem, parum antequam Dominus in cœlos ascenderet. Quorsum hæc? Ut ostendamus mortem quidem Petri et genus mortis prædicendum fuisse, Joannis autem mortem, nisi quis in extremis hujus sæculi futuram cum apostolis existimet, non fuisse scribendam. Ad quid
C enim moriturum, cum Dominus ad eum venerit in hac conditione communi, scriberetur? Ad reprehensionem curiositatis Petri? At unico verbo redarguitur, ne quærat aliena, ut interroganti Petro satisfieret. At increpatur et quidem vehementer. Quid enim acrius quam quærentem audire : *Quid ad te?* Cur autem affirmando intulit, communem hanc mortalitatis nostræ conditionem omnibus certiorem atque inevitabilem, nisi naturæ ipsius Dominus aliter statuerit? Quapropter si nihil frustra et absque causa Scripturæ referunt, totius autem loci quo de Joanne hic scribitur, nulla potest inveniri causa nisi quod Dominus voluit ad extrema tempora ipsum conservare, patet nondum Joannem mortuum esse.

D Sed dubitabit forte aliquis : Si nihil scriptum sine causa est, neque factum multo magis, cur putandum est, non cessisse adhuc naturæ Joannem, cum etiam hujus causa non afferatur certior, et multa sint in Scripturis quorum causas ignoremus? Multorum ignorare nos causas, nemo ibit inficias. Causa enim mortis in Joanne differendæ, plane percipi, quis poterit ambigere? Profecto nemo. Clamat enim Scriptura, Enoch et Heliam ad alia loca, in vitam scilicet longiorem translatos, cujus translationis causa primo quidem ignorabatur ; credebant tamen, quia expresse dicta. Sic accipienda nobis sunt, ut et firmiter credere debeamus, etiamsi

[1] Luc. xxii, 31.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nullam causam videamus, post incarnationem Verbi, hujus quoque rei, sicut aliarum multarum rerum, ac pene omnium causa nobis innotuit. Diabolus enim licentius in ultimis temporibus propter peccata nostra omnibus suis viribus usurus est, ut etiam electi, si possibile sit, in errorem contrudantur. Nam cum revelatus erit homo iniquitatis (omnes enim liberi arbitrii sumus) præstigiosis ejus miraculis decepti periremus, nisi Dominus dupliciter præcipue providisset: primum Scripturarum præmonitione, quæ magna voce figmenta et impietatem illius prædicant, sugillant; deinde tot sanctorum hominum miraculis, doctrina, prophetiis, quos parvo tempore antequam impietatis illius vis et falsa doctrina missurus est, qui ut etiam auctoritate qua maxime nos moveant, a vetustissimis temporibus et quasi statim a triplici rerum, temporum, ætatum principio, et reservati ad hoc divinitus ministerium sunt et reservatos esse scriptum est, ut prædicationibus ipsis qui sint et cur venerit, sincera integraque fide credamus, Scripturis præmoniti, docti, confirmati, quod Antichristi temporibus venturi sunt. Oportuit autem unum ex illis mittere qui ante legem fuerunt, unum qui sub lege, tertium qui Christum ipsum audiverit, allocutus fuerit, multoque magis necesse adversus Antichristum, qui se Christum Filium esse Dei finget, quam aliquem ex vetustissimis. Reservavit autem ex veteribus duos: reservavit igitur etiam ex apostolis. Tres ergo reservati sunt adversus Antichristum, pro veritate ut in finem tantorum virorum testimonio, miraculis confirmato, ab impietate incredibili atque inaudita homines illius sæculi revocentur. Erit autem testimonium Joannis, ut ego arbitror, multo majoris dignitatis, quod facile percipitur, si quasi controversiam instituamus. Dicant impii Antichristum esse Messiam et Filium Dei; testes vetusti negent, asserantque Tiberii Augusti temporibus Christum venisse, quanquam male poterunt tamen contendentes impii replicare, non fuisse illos tunc Hierosolymis et propterea falso attestari quod non viderunt. At Joannes et vidisse clamabit et audisse illum et tetigisse, et allocutum fuisse et astitisse in cruce pendenti et aspexisse sanguinem et aquam e latere mortui prosilientem, et post resurrectionem comedisse ac bibisse cum illo, et manus atque pedes crucifixi vidisse palpasseque. Miracula quoque narrabit, multo plura quam scripsit, si tamen mundus tunc capere poterit, auribusque suis vocem illam audisse asseverabit, *Lazare, veni foras*[1] et quatriduanum mortuum exsiliisse foras e sepulcro vidisse et institas quibus erat alligatum Lazari corpus manibus suis solvisse. Hæc aliaque hujusmodi miraculis affirmabit. Tres igitur temporibus illis falsitati resistent testes: Enoch ille justus, cujus ante diluvium justitia claruit, quando nullum aliud mandatum exstabat hominibus, quam quod natura in singulorum pectoribus insitum est; Elias propheta, qui vel mortuos in vitam restituit oratione et sub lege coruscavit; Joannes evangelista, quem Dominus plurimum dilexit, apostolorum sanctissimus, quem in universalem Ecclesiæ pastorem Dominus (ut ego arbitror) non præposuit, tum ut illi virgini Matrem virginem commendaret, tum ut Petro tunc (quem velociori martyrio destinavit), Joanni postea in temporibus Antichristi, Ecclesiam committeret, et sic duobus discipulis quorum alter dilexit, alter dilectus Christo maxime omnium fuerat, alteri in ipso Evangelii initio, alteri in fine et utrisque in persecutionibus maximis Ecclesia commendaretur. Accedit, quod omnes apostoli martyrio vitam terminarunt, ut nemo possit ambigere veracissimos illos testes fuisse, qui sicut Dominus morte testimonium suum persanxerunt. Nam Christus Dominus noster, Filius Dei, et pontifex maximus fuit ut homo, sicut Psalmista canit, *Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech*[2]; et rex; dicitur enim in personam ejus: *Ego autem constitutus sum rex ab ipso super Sion montem sanctum ejus*[3]; et Pilatus in titulo, *Jesus Nazarenus rex Judæorum*; et martyr primus, et maximus; nam cum testimonium nec de se ipso suum, quod Filius Dei esset, Judæi acciperent, nec Patris sui qui miraculis inauditis testabatur ipsum esse Filium suum, morte testimonium comprobavit. Scimus certe Judæos recte intellexisse verba Domini, quibus Patrem suum omnipotentem Deum appellabat. Unde dicebant, mori ipsum secundum legem debere, quia Filium Dei seipsum fecit. Nec enim aliter intelligi potest quod Deum Patrem esse suum prædicabat; propterea dicit: *Manifestavi nomen tuum hominibus*[4]. Nam ante adventum in carne Verbi reconditum magno in sacramento tenebant quod Deus ita est Pater, ut Filium habeat ex substantia sua genitum, æqualem natura et consubstantialem; verum, quoniam mors ultimorum terribilium est, nec adduci mentis compos homo potest, ut credat in ipso terrore mortis aliquem vel de se, vel de alio mentiri, hac de causa martyres vere nuncupantur, qui morte propria prædicationem suam veram esse demonstrarunt. Primus vero martyr Christus cum tradere spiritum Deo vellet, magna voce intonuit clamans: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.* Hanc testificationem per sanguinem et mortem apostoli omnes Dominum secuti de prædicatione sua fecerunt. Cur Joannes hac gloria solus privaretur? An quia plus cæteris amabatur? Imo contra, quoniam maxime diligebatur idcirco martyrium quod a Christo initium cepit in eum terminabitur. Et sicut plus diligenti Ecclesia incipiens fuit commissa, ita plus dilecto desinens commendabitur. Ita, quispiam inquiet; sed tamen incredi-

[1] Joan. xi, 43. [2] Psal. cix, 4. [3] Psal. ii, 6. [4] Joan. xvii, 6.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

bile videtur, tanto temporis spatio dilectum discipulum vinculis adhuc corporis teneri, nec liberatum hoc carcere fuisse in Domino resolutum, sed longissimo tempore in hoc resolutionis desiderio jactari. Nec enim credendum est, minus Joannem quam Paulum resolvi desiderasse, qui ait: *Cupio resolvi et esse cum Christo*; quasi vero non possit Dominus et ipsi et Enoch atque Eliæ ante mortem etiam beatitudinem elargiri, quamvis non illi æqualem quam resoluti habebunt, tantam tamen ut audiret atque videret ea quæ nec oculus vidit nec in cogitationem hominis ascenderunt; quod in corpore adhuc animo detento fieri posse, is ipse testatur dicens: *Sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit* [1]. Adde quod in æternum pro hoc brevissimo temporis spatio corona martyrii fulgens, et futura prædicatione promeritus, magis magisque resplendebit. Illud profecto mirum est quod eum quem mortuum contendunt, qua morte dormierit, nequeunt exponere, nec reliquias ejus unquam visas alicubi fatentur. Non est certe verisimile ut multorum non tantæ claritatis sanctorum, qui in eremo latitarunt, et mors narretur et reliquiæ ostendantur, et Joannis apostolorum clarissimi, quem in Asiæ luce versatum fuisse constat, ibique ab hac vita recessisse (ut aiunt), nec mors exponatur nec exanime corpus unquam visum fuerit. Sed operæ pretium est, breviter ac summis (ut aiunt) digitis tangere, quæ feruntur.

Tradunt omnes fere, qui hac de re locuti sunt, postquam Joannes sensit ultimum advenisse diem, jussisse discipulos foveam facere, in quam cum vivus vestitusque descendisset, imperasse illis, ut abirent et sic jacentem in fovea, Dominumque exspectantem relinquerent; obtemperarunt illi, et postero die reversi, non invenerunt ipsum. Quis ex hac historia non intelligat, præ modestia hoc impetrasse ipsum a Domino, ne prædicaretur vivus in cœlum raptus. Nam si moriturum jamjam se prænovit, cur ita vivus perfodi voluit et non exspectavit, corpus exsangue in sepulcro defodi? Dicam aperte quod sentio. Nisi ratione modestiæ, sicut diximus, fecisse ipsum putaverimus, puerile quid videbitur, sic voluisse defodi. Quod autem postero die non fuit inventus, nonne insolubili argumento est, vivum inde alio translatum. Ita prorsus. Quas ob res, si nulla potest inveniri alia causa evangelicis digna sacramentis, cur de vita Joannis et morte Dominus hic dixit et evangelista iteravit; si extrema tempora testibus egebunt, qui testimonium jam diu venisse Christum perhibeant; si apostoli alicujus excellentior est hac de re testificatio; si omnes apostolos obdormiisse martyrio constat, Joannes a nemine conspectus exanimis est; si præterea affirmative dictum est a Domino: *Volo eum manere donec veniam*, nec de propria conditione hoc recte intelligi potest; si omnes apostoli et discipuli Domini verba ejus sic intellexerunt, ut non moriturum Joannem usque ad extrema tempora existimarint; si denique Joannes ipse modestissime sermonem et verba conferens rem non est inficiatus: quis dubitabit, dilectissimum Christi discipulum, alterum virginis Mariæ per affectum propter virginitatem filium, cui ut mater filio commendata fuit, qui generationem Verbi æternam hominibus intonuit, cui Ecclesiæ militantis status fuit revelatus; quis, inquam dubitabit, evangelistam, apostolum, prophetam martyrii quoque corona in extremis temporibus potiturum, ut uterque qui plurimum dilexit, et qui plurimum dilectus a Domino fuit, in maximis persecutionibus, alter incipienti alter desinenti Ecclesiæ præsit. Ita, inquiunt; sed multi doctores Ecclesiæ tam Orientales quam Occidentales jam mortuum esse ipsum scripserunt, quorum auctoritati repugnandum non est. Sit sane. Abyssus enim est Scriptura, incipientes diximus, et aliter alii singula capiunt, et omnes suscipientes divisi aut evangelicæ Scripturæ aut alteri alteris contradicant. In hac vero quæstione si prædictus Evangelii locus et rationes solum considerantur, articulis fidei non contradicitur, contradictio in re sola remanet. Et credo, si quis, omni præoccupatione ac contentione abjecta, integer, res ipsas consideret, nobis affuturum. Certior vero sum cum jam tertium locum tractavero, absque controversia omnes affuturos. Nulla enim aliorum est auctoritas, Scripturæ auctoritati collata. Nec tamen Patres si contra scripserunt, criminari fas, si loci Scripturæ, quos in medium adducemus non occurrerunt, cum scriberent. Nihil enim habemus, quod non accepimus, et Spiritus ubi vult spirat. Quare stultum est si accepisti, gloriari quasi non acceperis. Sed jam Scripturam de re proposita loquentem audiamus.

Hic idem Joannes in calce noni capitis Apocalypsis dictum sibi esse scribit: *Oportet te iterum prophetare populis, gentibus, linguis et multis regibus* [2]. Id certe non potest de Evangelio dici, licet posteaquam Apocalypsis, scriptum ab eo sit. Nam nec Evangelium prophetiam ullus unquam appellabit nec multis scriptum est linguis, sed Græce solum. Nec refert si per traductionem ad multas pervenerit linguas. Traductiones enim non sunt auctorum, sed translatorum. Ipse autem prophetaturus multis populis, gentibus, regibus per multas dicitur linguas. Accedit quod his ei dictis confestim in initio capituli decimi dicitur de duobus testibus Enoch et Elia. Unde patet non simul sibi dictum divinitus fuisse de tribus testibus, sed divisim in calce noni de seipso et actutum in decimo de reliquis, cum omnia sint nota Domino, nec honestis hominum desideriis unquam resistat, sed semper favendo prosequatur non minus quam prævenerit. Prophetavit igitur semel de universo statu Ecclesiæ militantis, in Apocalypsi; sed oportet ipsum iterum multis linguis prophetare regibus multis, populis multis,

[1] II Cor. XII, 3. [2] Apoc X, 11.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gentibus multis. Quare si Evangelium prophetia non est, nec si esset, multis linguis ab ipso editum est, nec multis ipse prædicavit gentibus, sed Græcis ; nec omnibus Græcis, sed Asiaticis solum ; nec regibus multis, Romanis enim Asia tunc subjecta fuit : perspicuum est ante adventum Antichristi prophetaturum, quando veniet homo iniquus qui præstigiis suis multos decipiet, qui vi quoque utetur adversus fideles, cæteraque hujusmodi. Enoch et Elias hoc similiter facient. Quapropter et Scriptura non mortuos, sed alio raptos in corpore dicit, ut fideles illius temporis facilius possint credere, illos ipsos esse qui divinitus ad prædicandum et prophetandum, cum multo fulgore in extremis temporibus reservati fuerunt. Hac ipsa ratione, eademque de causa, tum per explanatum Evangelii locum, tum multo expressius, significantius, clarius per Apocalypsim, Joannis quoque reservatio scribitur. Nec ista sufficerint, sed ab evangelistis Matthæo et Marco ipsorum filiorum Zebedæi martyrium magno præconio conclamatur. Nam cum utrique fratres, æstimantes in hac vita regnum Christi futurum, petiissent ab eo ut alter in dextris ejus alter in sinistris sederent, atque ad hoc preces etiam suæ (ut evangelistarum scriptum alter reliquit) matris adhibuissent, ignorare ipsos quid peterent, primum audierunt, deinde sic interrogati fuerunt: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* responderunt: *Possumus.* Et Dominus de ambobus, *Calicem quidem meum bibetis* [1]. Calicem hic nemo dubitat, violentam mortem, id est mysterium, appellari : sive sic Judæorum lingua et Scripturæ consuetudine fuerit usurpatum, sive aliter, nihil refert. Sic Matthæus; Marcus autem ad hæc addit : *Et baptismo quo ego baptizor, baptizari.* Cumque illi respondissent : *Possumus*, similiter infert : *Calicem quidem meum bibetis et baptismo quo ego baptizor, baptizabimini*, baptismum hic intelligens, effusionem super se proprii sanguinis. Hæc Jacobus et Joannes non intellexerunt, adhuc enim terrena, piscaturam ac retia nimirum, colebant. Ideo de potu et de baptismo aquatico dici putantes, illico se posse responderunt. Et Dominus : *Calicem quidem meum bibetis et baptismo quo ego baptizor baptizabimini*, hoc est, Ego pro vobis cæterisque hominibus sanguinem meum effundam, sed vos quoque pro veritate prædicationis vestræ sanguinem vestrum effundetis. Hunc calicem baptismumque sanguineum Jacobus quidem jam bibit et baptizatus est, ab Herode occisus ; Joannes vero, minime ; bibiturum ergo quis negat ? Christus enim Dominus noster de utrisque fratribus dixit : *Calicem quidem meum bibetis, et baptismo meo baptizabimini*, hoc est, Sanguine vestro infusi pro veritate moriemini. Nec refert si quis dicat, animo illum martyrem fuisse. Non enim dixit Dominus, Calicem quidem meum bibere, et baptismo quo ego baptizor baptizari parati eritis, sed rem ipsam et effusionem sanguinis aperte affirmando, *Bibetis* et *baptizabimini*, inquit. Quod si doctoris alicujus auctoritas nonnullos perturbat, sciant Joanneum Chrysostomum, cujus auctoritas non immerito magna semper fuit et est in Ecclesia, cum illud Matthæi exponat, *Calicem quidem meum bibetis*, his verbis uti : Magna vobis certe bona prædico, martyrii enim corona potiemini et violenta morte, sicut et ego, a vita decedetis. Præterea si licebit quæ plane Scriptura prædicat non sicut dicuntur accipere, sed ad animum atque intentionem referre, vereor ne facile pleraque omnia commota labescant, labefacta ruant, diruta in nihilum redigantur et Antichristo latissimam viam præparent atque aperiant.

Credendum igitur est, Joannem adhuc vivere, et in extremis temporibus martyrio moriturum ; nec credendum solum, verum etiam prædicandum. Scripturarum enim sacramenta qui taciturnus retinet, non evadet impune, præsertim id quod et in dubium apud omnes dicam adhuc vertitur. Et nisi perutilis futura esset Christianis hujus prædicatio, non equidem tanta cura crediderim conscriptum fuisse. Scriptum est ergo ut et sciamus et prædicemus posterisque constans et firmum relinquamus quod et Dominus et per Evangelia et per Apocalypsim nobis tradidit, commendavit, ut hac quoque Scripturæ præmonitione atque doctrina vel moneantur et fidem servent futuri temporis Antichristi fideles, vel inexcusabiles undique facti conticescant.

[1] Matth. xx, 22.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

bile videtur, tanto temporis spatio dilectum discipulum vinculis adhuc corporis teneri, nec liberatum hoc carcere fuisse in Domino resolutum, sed longissimo tempore in hoc resolutionis desiderio jactari. Nec enim credendum est, minus Joannem quam Paulum resolvi desiderasse, qui ait: *Cupio resolvi et esse cum Christo*; quasi vero non possit Dominus et ipsi et Enoch atque Eliæ ante mortem etiam beatitudinem elargiri, quamvis non illi æqualem quam resoluti habebunt, tantam tamen ut audiret atque videret ea quæ nec oculus vidit nec in cogitationem hominis ascenderunt; quod in corpore adhuc animo detento fieri posse, is ipse testatur dicens: *Sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit* [1]. Adde quod in æternum pro hoc brevissimo temporis spatio corona martyrii fulgens, et futura prædicatione promeritus, magis magisque resplendebit. Illud profecto mirum est quod eum quem mortuum contendunt, qua morte dormierit, nequeunt exponere, nec reliquias ejus unquam visas alicubi fatentur. Non est certe verisimile ut multorum non tantæ claritatis sanctorum, qui in eremo latitarunt, et mors narretur et reliquiæ ostendantur, et Joannis apostolorum clarissimi, quem in Asiæ luce versatum fuisse constat, ibique ab hac vita recessisse (ut aiunt), nec mors exponatur nec exanime corpus unquam visum fuerit. Sed operæ pretium est, breviter ac summis (ut aiunt) digitis tangere, quæ feruntur.

Tradunt omnes fere, qui hac de re locuti sunt, postquam Joannes sensit ultimum advenisse diem, jussisse discipulos foveam facere, in quam cum vivus vestitusque descendisset, imperasse illis, ut abirent et sic jacentem in fovea, Dominumque exspectantem relinquerent; obtemperarunt illi, et postero die reversi, non invenerunt ipsum. Quis ex hac historia non intelligat, præ modestia hoc impetrasse ipsum a Domino, ne prædicaretur vivus in cœlum raptus. Nam si moriturum jamjam se præcognovit, cur ita vivus perfodi voluit et non exspectavit, corpus exsangue in sepulcro defodi? Dicam aperte quod sentio. Nisi ratione modestiæ, sicut diximus, fecisse ipsum putaverimus, puerile quid videbitur, sic voluisse defodi. Quod autem postero die non fuit inventus, nonne insolubili argumento est, vivum inde alio translatum. Ita prorsus. Quas ob res, si nulla potest inveniri alia causa evangelicis digna sacramentis, cur de vita Joannis et morte Dominus hic dixit et evangelista iteravit; si extrema tempora testibus egebunt, qui testimonium jam diu venisse Christum perhibeant; si apostoli alicujus excellentior est hac de re testificatio; si omnes apostolos obdormiisse martyrio constat, Joannes a nemine conspectus exanimis est; si præterea affirmative dictum est a Domino: *Volo eum manere donec veniam*, nec de propria conditione hoc recte intelligi potest; si omnes apostoli et discipuli Domini verba ejus sic intellexerunt, ut non moriturum Joannem usque ad extrema tempora existimarint; si denique Joannes ipse modestissime sermonem et verba conferens rem non est inficiatus: quis dubitabit, dilectissimum Christi discipulum, alterum virginis Mariæ per affectum propter virginitatem filium, cui ut mater filio commendata fuit, qui generationem Verbi æternam hominibus intonuit, cui Ecclesiæ militantis status fuit revelatus; quis, inquam dubitabit, evangelistam, apostolum, prophetam martyrii quoque corona in extremis temporibus potiturum, ut uterque qui plurimum dilexit, et qui plurimum dilectus a Domino fuit, in maximis persecutionibus, alter incipienti alter desinenti Ecclesiæ præsit. Ita, inquiunt; sed multi doctores Ecclesiæ tam Orientales quam Occidentales jam mortuum esse ipsum scripserunt, quorum auctoritati repugnandum non est. Sit sane. Abyssus enim est Scriptura, incipientes diximus, et aliter alii singula capiunt, et omnes suscipientes divisi aut evangelicæ Scripturæ aut alteri alteris contradicant. In hac vero quæstione si prædictus Evangelii locus et rationes solum considerantur, articulis fidei non contradicitur, contradictio in re sola remanet. Et credo, si quis, omni præoccupatione ac contentione abjecta, integer, res ipsas consideret, nobis affuturum. Certior vero sum cum jam tertium locum tractavero, absque controversia omnes affuturos. Nulla enim aliorum est auctoritas, Scripturæ auctoritati collata. Nec tamen Patres si contra scripserunt, criminari fas, si loci Scripturæ, quos in medium adducemus non occurrerunt, cum scriberent. Nihil enim habemus, quod non accepimus, et Spiritus ubi vult spirat. Quare stultum est si accepisti, gloriari quasi non acceperis. Sed jam Scripturam de re proposita loquentem audiamus.

Hic idem Joannes in calce noni capitis Apocalypsis dictum sibi esse scribit: *Oportet te iterum prophetare populis, gentibus, linguis et multis regibus* [2]. Id certe non potest de Evangelio dici, licet posteaquam Apocalypsis, scriptum ab eo sit. Nam nec Evangelium prophetiam ullus unquam appellabit nec multis scriptum est linguis, sed Græce solum. Nec refert si per traductionem ad multas pervenerit linguas. Traductiones enim non sunt auctorum, sed translatorum. Ipse autem prophetaturus multis populis, gentibus, regibus per multas dicitur linguas. Accedit quod his ei dictis confestim in initio capituli decimi dicitur de duobus testibus Enoch et Elia. Unde patet non simul sibi dictum divinitus fuisse de tribus testibus, sed divisim in calce noni de seipso et actutum in decimo de reliquis, cum omnia sint nota Domino, nec honestis hominum desideriis unquam resistat, sed semper favendo prosequatur non minus quam prævenerit. Prophetavit igitur semel de universo statu Ecclesiæ militantis, in Apocalypsi; sed oportet ipsum iterum multis linguis prophetare regibus multis, populis multis,

[1] II Cor. XII, 3. [2] Apoc. X, 11.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

gentibus multis. Quare si Evangelium propheticum non est, nec si esset, multis linguis ab ipso editum est, nec multis ipse prædicavit gentibus, sed Græcis; nec omnibus Græcis, sed Asiaticis solum; nec regibus multis, Romanis enim Asia tunc subjecta fuit : perspicuum est ante adventum Antichristi prophetaturum, quando veniet homo iniquus qui præstigiis suis multos decipiet, qui vi quoque utetur adversus fideles, cæteraque hujusmodi. Enoch et Elias hoc similiter facient. Quapropter et Scriptura non mortuos, sed alio raptos in corpore dicit, ut fideles illius temporis facilius possint credere, illos ipsos esse qui divinitus ad prædicandum et prophetandum, cum multo fulgore in extremis temporibus reservati fuerunt. Hac ipsa ratione, eademque de causa, tum per explanatum Evangelii locum, tum multo expressius, significantius, clarius per Apocalypsim, Joannis quoque reservatio scribitur. Nec ista sufficerint, sed ab evangelistis Matthæo et Marco ipsorum filiorum Zebedæi martyrium magno præconio conclamatur. Nam cum utrique fratres, æstimantes in hac vita regnum Christi futurum, petiissent ab eo ut alter in dextris ejus alter in sinistris sederent, atque ad hoc preces etiam suæ (ut evangelistarum scriptum alter reliquit) matris adhibuissent, ignorare ipsos quid peterent, primum audierunt, deinde sic interrogati fuerunt: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* responderunt: *Possumus.* Et Dominus de ambobus, *Calicem quidem meum bibetis* [1]. Calicem hic nemo dubitat, violentam mortem, id est mysterium, appellari: sive sic Judæorum lingua et Scripturæ consuetudine fuerit usurpatum, sive aliter, nihil refert. Sic Matthæus; Marcus autem ad hæc addit: *Et baptismo quo ego baptizor, baptizari.* Cumque illi respondissent: *Possumus*, similiter infert: *Calicem quidem meum bibetis et baptismo quo ego baptizor, baptizabimini*, baptismum hic intelligens, effusionem super se proprii sanguinis. Hæc Jacobus et Joannes non intellexerunt, adhuc enim terrena, piscaturam ac retia nimirum, colebant. Ideo de potu et de baptismo aquatico dici putantes, illico se posse responderunt. Et Dominus: *Calicem quidem meum bibetis et baptismo quo ego baptizor baptizabimini*, hoc est, Ego pro vobis cæterisque hominibus sanguinem meum effundam, sed vos quoque pro veritate prædicationis vestræ sanguinem vestrum effundetis. Hunc calicem baptismumque sanguineum Jacobus quidem jam bibit et baptizatus est, ab Herode occisus; Joannes vero, minime; bibiturum ergo quis negat? Christus enim Dominus noster de utrisque fratribus dixit : *Calicem quidem meum bibetis, et baptismo meo baptizabimini*, hoc est, Sanguine vestro infusi pro veritate moriemini. Nec refert si quis dicat, animo illum martyrem fuisse. Non enim dixit Dominus, Calicem quidem meum bibere, et baptismo quo ego baptizor baptizari parati eritis, sed rem ipsam et effusionem sanguinis aperte affirmando, *Bibetis* et *baptizabimini*, inquit. Quod si doctoris alicujus auctoritas nonnullos perturbat, sciant Joanneum Chrysostomum, cujus auctoritas non immerito magna semper fuit et est in Ecclesia, cum illud Matthæi exponat, *Calicem quidem meum bibetis*, his verbis uti: Magna vobis certe bona prædico, martyrii enim corona potiemini et violenta morte, sicut et ego, a vita decedetis. Præterea si licebit quæ plane Scriptura prædicat non sicut dicuntur accipere, sed ad animum atque intentionem referre, vereor ne facile pleraque omnia commota labescant, labefacta ruant, diruta in nihilum redigantur et Antichristo latissimam viam præparent atque aperiant.

Credendum igitur est, Joannem adhuc vivere, et in extremis temporibus martyrio moriturum; nec credendum solum, verum etiam prædicandum. Scripturarum enim sacramenta qui taciturnus retinet, non evadet impune, præsertim id quod et in dubium apud omnes dicam adhuc vertitur. Et nisi perutilis futura esset Christianis hujus prædicatio, non equidem tanta cura crediderim conscriptum fuisse. Scriptum est ergo ut et sciamus et prædicemus posterisque constans et firmum relinquamus quod et Dominus et per Evangelia et per Apocalypsim nobis tradidit, commendavit, ut hac quoque Scripturæ prænonitione atque doctrina vel moneantur et fidem servent futuri temporis Antichristi fideles, vel inexcusabiles undique facti conticescant.

[1] Matth. xx, 22.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

MARTYRIUM BEATISSIMI MARTYRIS ANDREÆ DE CHIO

QUI CONSTANTINOPOLI OBIIT, ANNO PRIMO PAULI II SUMMI PONTIFICIS

A GEORGIO TRAPEZUNTIO LATINE SCRIPTUM.

(Acta sanctorum 29 Maii.)

I. Quando jam triennio e Creta Constantinopolim navigassem, universam illam urbem cum Galata simul in admiratione atque gaudio reperi non parvo, propter singulare et inauditum multis temporibus Andreæ de Chio, pro Jesu Christi professione martyrium. Fuit enim paulo ante mirabili constantia per gratiam Dei gestum. Nam ego quidem mense Novembri applicui, anno ab incarnatione Domini 1465. Andreas vero martyr Christi præcipuus 29 die mensis Maii, ejusdem anni coronam martyrii misericordia Christi consecutus, in cœlos ascendit ad eum pro quo multos cruciatus sustinuit. Verum quod admirabilius rite consideranti videbitur, illud est, quod nisi Andreæ martyrium divinitus destinatum divina gratia Christianis opem tulisset, et animos eorum firmasset, magna in eos clades ac ærumna ingens ab inimico generis humani, procellæ in morem fuisset effusa. Quidam enim, quem honoris causa non nomino *, ex Trapezuntina ortus urbe, peripateticorum philosophiæ professor, sive sua sponte, ut multi aiunt, sive impulsus, nescio, nec, si sciam, dicere ausim, crucem Domini negavit et Mahumeto adhæsit.

II. Quare Turcarum rex elatus, virum quemdam, cujus nomen me fugit, ipsumque Trapezuntium militiæ peritissimum in carcerem conjecit: dignum ratus, ut philosophum concivem suum volens nolensve imitaretur; cupiebat enim ejus opera uti in re militari. Cumque Christiano non confideret, ad Mahumetum intrudere cupiebat. At ille animo martyr: Philosophus, dicebat, in deliciis educatus, majore spe ipsarum Christi crucem negavit; ego autem, qui pro imperatore meo mortali tot tantosque labores, cum Scythis bella gerens tuli, vulneraque excepi (dixit, et aperto pectore, cicatrices ostendebat) pro imperatore cœlesti mortem timebo? Absit a me tanta insania. Quæ mens præterea esset mea, vel potius, quæ stultitia, veritatem doloris fugiendi causa prodere, ac æterna cœlestiaque regna repudiare, Mahumetoque adhærere, ut bellorum labores subeam, periculo magna pro imperatore mortali suscipiam, gladium in Christianos Christianus ipse natus distringam? et denique in mortem ruere, quam fugiendam censuit philosophus, ut in æternam ac veram mortem deferat præceps? Hæc ille.

III. Verum dum hæc Constantinopoli fierent, Andreas febribus graviter laborabat cœlibemque se perpetuo fore Reginæ misericordiæ Virgini vovit, si evaderet. Sedatis illico febribus, paulo post quasi ex morte surrexit, et albis se vestimentis induit, ut scilicet nunquam oblivisci posset munditiem corporis, quam Creatoris obtulit Matri. Constantinopolim deinde petiit, non ut mercator, aut vagus quidam magnarum urbium visendarum cupiditate; summa enim in juvene viginti et septem annorum gravitas atque constantia illucebat: raro quis inane verbum ab ore ipsius excidisse audivit; a joco enim penitus erat alienus. Cur igitur ivit? A gratia Dei, ut ego arbitror, ad martyrium vocabatur, ut ipse in cœlis Christo cum aliis martyribus assisteret, et omnibus prodesset, qui philosophi sive levitate, sive terrore fuerant conturbati. Statim cum in urbem applicuit, accusatus fuit, quod cum Christianis conversaretur, ecclesiasque viseret, quasi Christianus summa cum religione ac devotione homo, qui crucem Alexandriæ negavit, conculcavit, sputis fœdavit, et demum in stercora projecit. Hæc mercatores Egyptii, qui tunc in urbe aderant, ad judicem detulerunt, seque ipsos vidisse eum negantem, confitentemque quod Mahumeto adhæreret, audivisse attestabantur.

IV. Trahitur in judicium Andreas iniquum, accusationeque recitata, nunquam se a Chio, ubi natus, educatusque fuit, nisi tunc recessisse affirmabat, idque multis testibus approbabat, universamque Chii civitatem hoc ipsum scire siebat. Judex iniquus hac in re non esse audiendos Christianos censebat. Tunc Christianorum multitudo, quæ circumfusa stabat, Si, inquit, Christianorum le-

* Alludit ad Amyrutzen Trapezuntium philosophum qui ex Christiano Agarenus factus est. Ejus epistolam, ad Bessarionem directam, qua Trapezuntem a Turcis expugnatam describit, edidimus supra, col. 723. EDIT.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

stimonium in hujusmodi causa refutandum est, Mahumetistarum quoque similiter non recipiendum. Nam sicut nos Christianum falso accusatum juste defendimus, sic Mahumetistæ accusationem suorum veram esse contendunt. Quare prætermissis testibus, res ipsa quærenda est. Non aliter igitur, quam Judæi secundum Mosaicam legem circumcidi suos propheta vester jussit : quare si genitalia hujus membra simili nota læsa sunt, morte jure plectetur; sin minime, cum ipsa re causa determinetur sua, et nil ambiguitatis hominum animis remanebit. Spoliatur interea miles Christi, nudusque a tanta multitudine aspicitur : nullum in eo indicium, nulla circumcisionis macula, nullum Mahumetistarum apparet vestigium. Exclamant ex lætitia Christiani, confunduntur adversarii, et victi penitus prosternuntur : nisi diabolico astu adjuti, exposuissent moris esse in Ægypto, minoris homines ætatis circumcidi, majoris, si ad Mahumetum Dei prophetam convertantur, circumcidi si volunt : si vero abhorrent circumcisionem, nullo cogi modo posse, quoniam melius sit lucrari animam hominis, ex toto nobis corde adhærentem in cæteris omnibus præter circumcisionem, quam rejicere, quoniam circumcisionem reformidet. His rationibus, vel magis, quia sectæ favebat suæ, confusus judex, nullam pronuntiare sententiam velle in re tanta dixit, nisi regem consuluerit; ita enim moris est in causis ambiguis et arduis.

V. Regem igitur, in carcerem conjecto milite Christi, consultum adiit : cui omnia cum retulisset, interrogatus de ætate ipsius, habituque omni corporis : Juvenis, inquit ipse, animo invictus, atque magna statura, grandibus ossibus atque nervis convallatus. Rex tales homines habere in militia cupit : Vade, inquit, et primum illi, si noster voluerit esse, offerimus centurionatum in militia nostra; deinde, prout in virtute ipsum valere conspexerimus, ad majora provehemus. Quod si beneficiis non commovebitur, minis atque terrore ipsum concutias; et si neutra poteris prævalere via, capite plectas. Altero igitur die, producto ipso, primum regis pollicitationes proponuntur mirabili cum amplificatione : Caput statim eris, Andrea, centum militum, et a privatorum tractus conditione, cum principibus connumeraberis, facileque virtus et diligentia tua extollet te ad majora. Verum cum martyr Christi, nihil respondendo, contemnere oblata videretur, qui circumfusi erant veritatis hostes, alii argentum atque aurum, alii vestes, alii supellectilem variam pollicebantur; cumque in silentio acrius perseveraret : Quid, inquiunt, ne verbis quidem tuis nos dignos putas? Digni quidem, ait, vos estis multo majoribus, quam ego dicere aut excogitare queam : sed res, quas offertis, nulla responsione sunt dignæ. Quid enim caducam hanc vitam atque mortalem putatis magni aliquid habere, quo cœlesti sit præponenda? Erras, ipsi respondent : nam nos et ad illam tibi viam aperire studemus, et hanc insuper tibi felicem reddere conamur. Non cohærent, inquit, caduca æternis, non felicibus misera, non profana beatis. Sed quid opus est verbis? Ego felicitatem hujus sæculi nihili facio : ego crucem, passionem, sepulturamque Christi mei nunquam, auxilio illius fretus, negabo. Statuite in me quidquid malueritis; unum rogo, ne me verbis amplius tentetis.

VI. His dictis, conjectus illico in carcerem, vinculis catenatus, pedibus atque manibus alligatus, ad meridiem sequentis diei, qui fuit 20 Maii, jacuit. Post meridiem statim protrahitur, et in partem urbis quæ orientem spectat, prope mare, ducitur, ubi ad palum nudus alligatus, flagellis atque loris cæditur, acrius quam dici possit : principio flagellorum et verberum contremuisse dicitur, et manibus ad pectus contractis, ac digitis in pugnum compressis, magna exclamasse voce : Virgo Maria, adjuva me. Inde pedibus altero ad alterum adductis, stetit rectus in eisdem vestigiis, mirabile dictu, usque ad solis occasum. Interea dum miles Christi his cruciatibus exercetur, Trapezuntius ille, de quo supra retuli, e fenestra turris, in qua fuerat inclusus, prominens clamabat : O felicem Christianum, o beatam quæ te genuit insulam, o nobilissimum atque omni laude dignum genus, unde ortus es. Utinam isthic essem tecum, ut eadem paterer pro Christo! Hæc aliaque vociferabatur, martyrii coronam, ut arbitror, desiderans. Carnifices autem, Andrea reducto, multis pretiosa membra flagellis, lorisque fœde dilacerata, ungunt unguentis, cibum quoque atque potum ad fulciendam in corpore animam, de medicorum consilio, quorum multi ac peritissimi aderant, obtulerunt, ac aquam, in qua non parum defæcati auri pondus bullierat, conducunt ad bibendum. Id faciebant, quo longior vita ejus aliquid ad negationem crucis afferret, simul et ostenderent, quanti vitam facerent ejus : forte etiam, quoniam cum Christianis enutriti sint, et nonnulli eorum Christiani fuerint. Nec ignorabant, quomodo martyres Christi olim in die cruciabantur, et in nocte convalescebant. Quare, timentes ne id divinitus eveniret, medicamentis suis occultare veritatem studebant.

VII. Vicesima prima ejusdem mensis die rursus producitur, denudatusque ferreis unguibus tergora, quæ pridie ejus diei fuerant flagellata, dilacerantur, nec quidquam aliud fecit dixitque miles Christi, quanquam prius contremuit in principio, manusque ad se adduxit, digitos in pugnos contraxit, pedes in iisdem vestigiis tenuit, magnaque voce clamavit : Virgo Maria, juva me. Sic Trapezuntius etiam eadem, quæ pridie vociferabatur, e turri iterum atque iterum repetebat. Adveniente nocte, unguentis illinitur, similiter et medicamentis atque aquis, in quibus magna virtus auri fuerat infusa, sustentatur, quasi charam crucis hostes salutem ejus ha-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

berent, magnam iis rebus inesse virtutem prædicantes, Spiritus sancti gratiam in medicorum peritiam, cibique ac potus commoditatem derivantes. Illucescente namque die, sanus omnino martyr Christi apparuit, quæ res medicamentis fieri non potest : quæ cum naturaliter agerent, longiore indigent tempore, frequentationeque conveniente, ne digesta in dubium aliquid conferant : quod tamen minime facere possunt, si denuo corpus ac sæpius exagitetur, sive etiam atrocius crucietur. Quæ virtus opem afferre potest præter divinam? Profecto nulla.

VIII. Vicesima secunda ejusdem mensis die, producitur similiter post meridiem, ac manus et pedes sic torquentur, ut ne digitorum quidem articuli, nec cubitus, nec genua in locis suis remanerent, sed locis suis omnia salirent : qui dolor maximus omnium est. Cætera similiter gesta dictaque, non ab ipso solum, qui tamen nihil aliud, nisi : Virgo Maria, juva me, in principio dolorum, idque semel clamabat; verum etiam a Trapezuntio illo, qui martyrium sic expetebat, ut multis, etiam Mahumetistis, audientibus sæpius repeteret, quæ dicta superius sunt. Medicorum quoque diligentia similiter, imo etiam major fuisse dicitur. Vicesima tertia die incolumis sanusque non medicorum arte, sed illius primi martyris, et Domini omnium Jesu Christi productus Andreas, novo genere cruciatus vexatur : humeros carnibus per gladios denudant, studentes semper, ne celerior mors ipsum invaderet. Sperabant enim, si non acerbitate ac magnitudine dolorum, attamen diuturnitate se victuros, sed derisi tandem jacuerunt. Declinato die reducitur, sicuti superioribus diebus, dictis factisque, medicamentis quoque non aliter quam prius adhibitis. Die vicesima quarta ejusdem mensis, eodem modo fiunt omnia, eodemque in loco, quo in die clunes carnibus novaculis spoliantur, non subito, sed cum mora, ut doloris acerbitas magis sentiretur. Cætera omnia similiter acta, ut in superioribus diebus, dictaque eodem modo etiam a Trapezuntio martyre animo atque voluntate, qui illis diebus, quibus Andreas patiebatur, similiter e turri clamitabat. Die vicesima quinta, partes pedum quæ inter genua clunesque sunt, carnibus similiter denudantur; cætera eodem modo dicta gestaque fuerunt. Vicesima sexta die, suræ, id est, carnosæ partes pedum, quæ sunt intra genua et poplites, similiter carnibus denudantur. Cæteraque facta, dicta, procurata similiter fuerunt. Vicesima septima die, femur, quæque circa ipsum sunt, corporis partes excoriantur. Vicesima octava die, totum corpus a capite ad pedes verberibus cæditur, ut doloribus renovatis, tandem moveretur. Maxilla quoque una uno ictu denudata carne fuit, quam Christiani rapientes servarunt, fuitque in monasterio beati Francisci inusitato fragrans odore atque mirabili.

IX. Vicesima nona ejusdem mensis die, anno primo pontificatus papæ Pauli secundi ultimo producitur Andreas de Chio, martyr Christi præcipuus, in locum solitum ad orientalem urbis partem, prope mare, sanus, vivax, vultu læto, decora facie. Mahumetistæ, his rebus moti, medicamentorum virtute sic factum asserebant, et ingratitudinem illius accusantes : Non vides, clamabant, Andrea? Tuæ vitæ cura nobis habita est; nostro studio, imo regis ipsius, incolumis es, et virtute medicamentorum, et Mahumeti gratia, qui te vult deliramenta Christianorum de cruce ac passione Jesu despicere : quæ beneficia quoniam ingratus non sentis, morte morieris. Non est mors, sic mori, ait, sed vita. Quare nolite putare, me verbis vestris terreri posse : nec medicamenta profuerunt, quippe quæ vel in minimis vulneribus vix post multos dies aliquid afferre possunt. Me autem erat Domini nostri Jesu Christi, et Virgo Maria ad hunc diem conservavit atque reservavit. Hic dictis securi caput supposuit, et ad cœlestia regna evolavit.

X. Tunc mortis ejus ministri, ut judex jusserat, caput et truncum corpus trahere velociter ad mare conantur. Exclamant Christiani, qui lacrymis effusis circumstabant, quorum magna erat multitudo, sepeliendum esse mortuum, non in mare projiciendum. Illis resistentibus, regiam aiunt majestatem esse consulendam, sepelirine velit ipsum jam mortuum, an in mare projici? Hoc audito, ipse judex ad regem procurrit (nec enim licet judicibus, quando regem consulendum esse audiunt, quidquam facere ulterius, nisi regi prius referant). Sed Christianorum quoque primates, quam velociter poterant, regem adeunt : qui cum percepisset, quibus cruciatibus, et quandiu vexatus fuit Andreas, efferbuisse ira dicitur, et verbis in judicem sic atrocibus usus fuisse, ut exanimis ne mutiret quidem judex iniquus. Sed ea ira, et illæ ingentes minæ simul cum verbis evanuerunt. Christianis deinde jubet, ut Andream honorifice, sicuti decet virum fortem, sepeliant. Qui apposito capite corpori suo, ad Galatam deportarunt. Aderat autem universus utrarumque urbium, Galatæ atque Constantinopolis, populus, viri simul ac mulieres, pueri atque puellæ, liberi et servi, nec Christianorum solum, verum etiam Mahumetistarum multi admiratione commoti, non pauciores, quam decies decem millia : qui omnes, alii lacrymantes, alii laudes ejus prædicantes, et alii constantiam ac robur animi, alii prudentiam atque gravitatem, alii contemptum humanarum rerum; multi fidem in Jesum Christum, in crucem et passionem ejus, et in immaculatam Virginem devotionem narrantes. Tandem in Galatæ partem extremam versus ortum mari contiguam devenerunt, ubi est ecclesia Virgini Mariæ, si recte memini, dicata, ibi depositus jacet.

XI. Iis ita gestis, magna rex exarsit cupiditate

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Trapezuntii viri illius, de quo supra diximus, liberandi : sed quia honeste id facere, nisi rogatus posse non judicabat, per quasdam, ut dicebatur, mulieres effecit, ut uxor illius pro marito supplicaret suo. Sic mors Andreæ atque martyrium illum quidem palam, sed multos quoque alios a periculo liberavit, multos in fide orthodoxa confirmavit, eos qui ante martyrium suum quavis ratione Mahumeto adhæserunt, pudore confudit, mœstitia affecit, ac inani denique pœnitentia et vexavit et vexat. Iis omnibus ego vehementer commotus, ardebam desiderio videndi corpus ejus, sed nive, frigore glacieque detentus, hiemis marisque tempestate, illic fui vix mense Februario ; eam mihi oranti gratiam Deus intercessione martyris concessit : vidique ipsum jacentem in sepulcro nimium profundo, situ horrido, ea tamen integritate membrorum omnium, eo totius corporis colore, et dignitate formæ, tali vultus splendore et habitu, ut non animum exspirasse, sed dormire mihi leviter sub umbra videretur, ac qui jacebat loco ita humido, ut omnibus jam indumentis, quibus erat involutum corpus, putrefactis, nudum totum conspiceretur, præterquam quod genitales partes fragmento lini obtegebantur : exarsi cupiditate descendendi, tangendi, osculandi, pedes, manus, faciem præcipui martyris, nec tantum loci humiditas, descendendique difficultas, quantum verba presbyteri custodis, et spes posse id alias commodius facere, detinuerunt. Consilium deinde inivi cum presbytero N. furto inde Romam reliquias illas deferre sanctas, resque jam ordinabatur, sed nescio quomodo ille deterritus, sententiam fidemque mutavit suam.

XII. Ego cum inde decimo octavo Martii die solvissem, statim primo die, imo in ipsa solvendi hora, non in parvum incidi periculum nimbis contra flantibus, inque saxa navem depellentibus. Imploravi subito martyris auxilium, promisique, si ad meos Romam incolumis devenirem, martyrium ejus summatim Latina lingua me conscripturum. Evasi maris et latronum pericula, quodque miraculo est, senex ægrotusque hinc recessi, junior sanusque ac multo robustior remeavi, nec maris fluctuatio, nec terrarum itinera nimium aspera, quæ a Brundusio Romam æstatis tempore perducunt, mihi obfuerunt. Huc vero delatus, martyris quidem nunquam fui oblitus, sed nocte ac die cum ipso fui, ejus memoria fruebar, atque oculis aspicere putabam non solum dormiens, verum etiam vigilans jacentem ipsum in sepulcro. Promissionis autem meæ nunquam mihi venit in mentem, nisi post annos duos, dum Georgii martyris memoria celebratur. Nam cum ea die recolerem Georgii dolores, quos ille pro Christo Domino nostro subiit, illico pupugit animum promissionis memoria. Nec enim minora toleravit Andreas, ne dicam multo etiam majora, propter conditionem temporum, in quibus multo juvantur exemplo, qui Christum amant : adeo in tenebris charitas intrusa marcescit. Itaque statim eo ipso die calamum accepi, et promissionis debitum jam solvi. Tu vero, præcipue martyr Christi, precor, intercedas ad Dominum nostrum Jesum Christum pro Ecclesia universali, ac amplificatione ipsius, pro summo pontifice Paulo secundo, cujus tempora martyrio tuo decorasti, perpetuaque fecisti : et sicut in Græcia perfidiam dejecisti, sic insurgentes in Italia Platonicos intercessione tua reprime.

GEORGII TRAPEZUNTII

EPISTOLA

AD EUGENIUM IV PONTIFICEM MAXIMUM

DE UNIONE ECCLESIARUM

(*Bibliotheca codd. mss. monasterii S. Michaelis Venet. prope Murianum*, ed. Joan. Bened. Mittarelli, Venetiis 1779, fol., p. 1145.)

—

Etsi, Beatissime Pater, tua sponte ad uniendos Ecclesiæ tuæ catholicæ Græcos sic ardeas, ut divinitus ad hoc natus esse videaris, non alienum tamen mihi visum est, me quoque hac de re, ad quam Sanctitatem tuam prædestinatam pervideo, cui deditissimus sum, quidquam conscribere. Nam quoniam ex parentibus Græcis natus, non solum errores eorum secutus sum, verum etiam aliquantisper tutatus ; cum decennio jam divina miseri- cordia catholicam veritatem cognoverim, turpissimum mihi facinus committere viderer, cum sperem, quod opto, reductionem totius nationis meæ cito futuram, nihil ea de re ad Beatitudinem tuam scribere, cujus meritis universorum Græcorum generi veritatis cognitionem concessum iri non dubito. Neque id injuria ; nam quingentis jam prope annis, ex quo Græcorum perniciosissimum schisma per Photium concitatum est, audeo dicere,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quod etiam me tacente ipsa res exclamaret, neminem fide tam sanctum, virtute tam probatum, tanta charitate ardentem, tanta spe præditum, pontificem Ecclesiæ gubernacula tenuisse. Quis enim ab adolescentia illico tanta fide, tam singulari prudentia fuit, ut cum sibi undique majores fere opes quam privatæ affluerent, terrestria hæc tamen omnia et caduca esse penitus cognoverit, et cognita omnino despexerit? Quis in ea ætate, in qua maxime natura hominum voluptatibus exagitatur, tam grandem pecuniam pauperibus, Christique deditis erogavit unquam? Quis tot tantosque labores vigiliis et jejuniis perpessus est? Quis denique diurnis orationibus, nocturnis lacrymis et continuis precibus Ecclesiæ unionem tam ardenter a Domino petiit? Profecto nemo. Nam etsi cogitationes Beatitudinis tuæ nescio, rebus tamen tuis impulsus, prædicare ausim, nihil te magis unquam optasse; nihil magis effusis, ut dicitur, lacrymis et precibus a Domino petiisse, quam Ecclesiæ suæ unionem, et infidelium depressionem; etenim optime ipsa experientia magistra scio, beatissime Pater, ante pontificatum tuum sic Græcorum gentem, a veritate catholica abhorruisse, ut omnis hæreseos Romanam Ecclesiam principem assererent. Ad quod scilicet credendum astuti quidam malignique homines in indignationem sui æternam, eloquentia usi, qui in Romanam Ecclesiam scripserunt, rudes cavillationibus suis populos impulerunt; cujus me quoque opinionis fuisse non inficior. Postquam vero universalis habenas Ecclesiæ Sanctitas tua divinitus obtinuit, ita immutatæ Græcorum omnium mentes sunt, ut nullus fere sit, qui non moleste ferat quod tardiuscule ad hujusce unionem celebrandam concilium cogi videatur. Quæ res cum inaudita magnitudine, prodigiique instar sit, nihil enim video humanæ opinionis ad hoc inducantur Græci, nefas mihi videtur, si quis eam loco miraculi non habeat. Quare jam certa oportet hoc signo conjectura credere, te illum esse, quo pontifice omnia membra Christi Christo reddantur. Prædicantem etiam Franciscum Barbarum, virum genere, doctrina, virtute, una omnium voce, principem, qui ex te, cum dubitaretur, ne propter monnullorum contentionem schisma oriretur, Florentiæ hanc vocem audisse asserit, et quidem cum lacrymis: Utinam me potius hac vita Dominus privaret, quam me vivente sua scindatur Ecclesia. O vocem piam, et te solo dignam, qua effectum est, ut et te vita Deus donaverit, et ab Ecclesia, quod omnes pertimuerunt, schisma exterminaretur. Verum hæc, nec si de laudibus Beatitudinis tuæ dicere mihi propositum esset, digna possem oratione complecti. His igitur tuis precibus motus Dominus, his tuis ad Deum occultis clamoribus delinitus, tuo zelo mitigatus, tuæ fidei ardore et charitate adductus, tuis laboribus, lacrymis, gemitibus inflexus, tantam rem parat, tam divinam, tam Christianorum genti utilem, ut nulla unquam ætate hominum major, divinior atque utilior per summum quemvis pontificem aut gesta sit, (placet vaticinari) in futurum geri possit. Non enim, quia Græcorum hoc schisma nominatum est, idcirco de Græciæ solum reductione agetur, verum sub Græcorum nomine, qui excogitaverunt et perpetrarunt schismatis fœdissimum facinus, non parva Europæ pars, et universa Asia, quam solam partem multi, qui de divisione orbis scripserunt, Africæ et Europæ simul æqualem asserunt, Græcorum errores susceperunt. Itaque cum sæpenumero mihi hæc acciderit cogitatio, an in Romana Ecclesia plures gentes atque homines sint, an plures quæ Græcis erroribus agantur, idem semper mihi visum est, illos videlicet minus plures videri numero, sed his doctrina et moribus multo superiores, imo hos vero ut numero plures, ita doctrina jam omni amissa, et infidelibus aut subjectos, aut vicinos moribus effectos esse, illos ut pauciores, ita et doctiores et institutione vivendi ornatiores, sed isti, non dico Græci tantum, sed omnes gentes, quæ Græcorum errores secutæ sunt, divino judicio deprehensi multi servitutis jugum subierunt. Sic omnes pene auctores schismatis, multi ut Servi, Blachi, Hiberes innumerabilesque alii vix resistunt, succumbentque, nisi ei capiti junguntur, unde abscissi sunt. Ut enim ego schisma eorum laborum servitutisque suæ causam puto, sic, si ad veritatem integre sincereque redibunt, libertatem eos consecuturos minime diffido. Verum sicut tot tantasque gentes, quantum se ab universali Ecclesiæ corpore resciderunt, summis cruciari doloribus Deus permisit, ut tandem commoniti in ovile suum regredi cogitent, sic crediderim Romanæ orbem Ecclesiæ sæpius exagitari, quia non eo ardore, quo debuerant, errantes fratres requisiverunt, neque imitati Dominum sunt, qui usque ad assumendam nostram naturam humanam descendit, ut amissam ovem cœlo restitueret. Quas ob res Græcorum unio totius orbis unio est, Europæ stabilimentum, Asiæ salus, Occidentalis Ecclesiæ gloria, Orientalis libertas, universi denique Christiani generis reparatio. Ad hæc si nullus non mente captus negare queat, nihil pejus Græcorum aversione ac infidelium impietate inveniri posse, nemo profecto dubitabit, nihil fuisse aut fore laudabilius gloriosiusque cuidam unquam summo pontifici, quam Beatitudini tuæ, si Græcos reducas, infideles opprimas, quorum primum tanto majus est atque divinius, quanto sic Græcorum schismate amplificata infidelitas est, ita eorum reductione facilius concidet. Nec vero, quia ingentes res semper consequitur magna difficultas, huic quoque adjuncta est, imo pro magnitudine rei vel nulla vel parva, quam tamen hinc magis, quam ex parte Græcorum, remotione locorum et dilatione temporum, proh dolor! humani generis adversarius adiuvenit. Verum Sanctitatis tuæ meritis ipsam cito posse tolli credendum est. Nam sic divina provi-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dentia, quæ Sanctitati tuæ tantam rem commisit, effectum est, ut quamvis multis jam sæculis dejecti ab Ecclesiæ gremio Græci errant, non minus tamen eo redire, unde fuerant digressi, percupiant, quam eos recipere Occidui pontifices parati sunt; non longe profecto aberit tuis ad Dominum intercessionibus, et quidquid obstare videbitur, tanquam fumus evanescet; præsertim si quid pietatis nobis relictum est, et non penitus omnes ea pravitate feramur, ut redeuntibus in Ecclesiam Græcis sedulo non occurratur; ita omnis in hac re difficultas est, ut conveniant; cætera per se ipsa fient, maxime si affectionibus passionibusque suis commoda adhibeantur remedia. Ex quibus licet nonnulla mihi, qui passiones suas novi, quantum huic modo succurrant, silentio tamen ea retinere institui, præsertim quoniam adhuc ipsa longiuscule absunt, præsertim quoniam maxime ipsa celari conducit. Tu vero, Beatissime Pater, qui semper rebus maximis animum adhibuisti, huic rei, quæ non uni civitati et populo, non genti aut regioni uni, sed toti simul orbi terrarum libertatem atque salutem allatura est, incumbe, ut cœpisti, subeasque quæcunque ad hoc propositum ferre videntur, ut facis. Non pigeat cuncta oppugnare, quæ ei adversantur, donec victor de adversario Christiani generis triumphes. Nam si propter unius conversionem hominis gaudium in cœlo fiat, intelligis profecto tot gentibus, tot nationibus, regnis, linguis in veritatem conversis, quanta gloria exsultabunt cœli, et te auctore Domini gloriam enarrabunt. Non dico hæc ut exhorter, quo libenter agas, quæ libentissime suscepisti; verum cupiditatem meam, qua ardeo, ut omnes mihi genere, cognatione, affinitate conjunctos recipiam, non invitus ostendo. Nec enim fugit Beatitudinem tuam, quanta laus, quanta gloria, quæ corona tum a Creatore nostro æterno, tum etiam ab Ecclesia ejus, et universa Christianorum gente perennis tibi hujusce rei principi reposita est. Nam si Athanasius, si Gregorius Nazianzenus, si ambo Cyrilli, sancti viri et pontifices, ac cæteri, qui pro Ecclesiæ unione ingentes labores periculaque aspera perpessi sunt, summe non tantum in terris solum, sed et in cœlis laudantur, quam putas Beatitudini tuæ paratam? tanto illustriorem majoremque, quanto res, quam intendis, et multitudine gentium et diuturnitate temporis major et admirabilior est. Illi suis temporibus incipientem hæresim oppresserunt, tu quingentis jam annis fundatam eradicabis. Illi paucorum hominum iniquam propositionem disseminare passi non sunt; tu Græcorum omnium varias opiniones majori parti orbis jamdiu traditas e medio tolles. Illi vix unquam civitatem unam reduxerunt; tu magnam partem Europæ, totam Asiam, omnes Orientis Ecclesias, quatuor videlicet illas post primam primas, Christo Jesu Domino nostro, et tibi ejus vero vicario conjunges, faciesque ovile unum et corpus unum Ecclesiæ, cujus cum Beatitudo tua post Christum sit caput, membrorum suorum abscissione dolere necesse est. Quam ad rem utinam ego quoque conferre aliquid possem; nam quantum erroribus meorum movear, vel ex hoc, quod feci, qui eas partes simul cum opinione meorum reliqui, neque illuc revertar, nisi aut compulsus, aut unita Ecclesia, vel ex his quæ ad accusantes parentes atque agnatos conscripsi, apertissime patet. Quare, si quid Græcus ad Græcorum rem conducere possum, totum id, neque ipsum Beatitudini tuæ devote atque humiliter offero. Sed ne longior sim, quod opto et spero, universalis Ecclesiæ pacem Deus Christianorum generi per Sanctitatem tuam citius concedat. Amen.

Georgius Trapezuntius, devotissimus ac humillimus Sanctitatis tuæ famulus, totum se ipsi commendat ac tradit (1).

(1) Trapezuntium et hanc ipsius orationem seu epistolam commendavit Ludovico Scarampo cardinali Franciscus Barbarus anno 1435.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

GEORGII TRAPEZUNTII

EPISTOLA

AD JOANNEM PALÆOLOGUM IMP.

UT IN ITALIAM AD SYNODUM PROFICISCATUR.

(Ad calcem Phrantzæ ed. Pontani, Ingolstadii, 1604. In hac epistola Basileense concilium, quatenus auctoritatem ac potestatem Romani Pontificis decretis suis imminuere conatum est, graviter insectatur. Frandem et studium serendæ discordiæ demonstrat. Varia judicia super profectione ista, mentemque imperatoris ostendit, quem ad proficiscendum proposita rei necessitate vehementer urget atque impellit. Ecclesiarum resarciri concordiam ex animo desiderat. Imperatori tamen nimium in eo videtur blandiri, quod ab ipso potissimum non Græcæ tantum sed Latinæ item Ecclesiæ bonum statum et incolumitatem omnem dependere, non obscure significat. Quanquam in hoc ad Patres Basileenses concilii potius respicit, quos de Papa aut Gallo in Gallia aut Germano in Germania introducendo valde suspectos habet ; quorum improba studia imp. adventu suo in Italiam redigere ad nihilum possit.)

Georgii Trapezuntii epistola ad excelsissimum et divinissimum Romæorum imperatorem Joannem Palæologum, de navigatione in Italiam.

Πρὸς τὸν ὑψηλότατον καὶ θειότατον βασιλέα Ῥωμαίων Ἰωάννην τὸν Παλαιολόγον περὶ τῆς εἰς Ἰταλίαν πλοῦν προτροπῆς Γεωργίου Τραπεζουντίου ἐπιστολή.

Non quia te, ut plerique opinantur, imperator optime, penitus hærere ac dubitare existimem, num triremibus a principe episcoporum (1) missis in Italiam transmittas, cohortationem istam instituti ; sed quoniam potentiæ tuæ etiam atque etiam majoremque in modum gratificaturum me judicavi, si illa litteris ad te conscriberem, quæ tibi utpote eadem magnopere sentienti, voluptatem, mihi vero excusationem atque veniam conciliarent ; qui tametsi usum et exercitationem linguæ Græcæ, velut in remotam coloniam deductus, pridem intermiserim nihilominus ad tuam celsitudinem scribere non formidarem. Quemadmodum enim hominis sanæ mentis neutiquam foret, si ejusmodi imperatori, sapientiæ scilicet ac disciplinis deditissimo, conarer dare consilium, et tamen quod ad persuadendum valere posset non haberem, ita candidi hominis fortasse videbitur, ac fidelis et obsequentis, multis interim de voluntate ac sententia tua ambigentibus, tibi placita scribendo persequi existimarique persuadere voluisse jampridem persuaso, imo vero qui ultro ad hoc incumbat, et complures jam in eamdem voluntatem inflexerit. Cæterum principium aliquod orationis constituendum censeo, ut ratione et via procedamus ne idem mihi usu veniat quod illis, qui eum non nisi exiguis oneribus ferendis sint, multa tamen et grandia suscipiunt. Nam si ordinem rerum servaverimus, idipsum nostram in dicendo ruditatem forsitan adjuvabit.

Οὐχ ὅτι σε κατὰ τὴν πολλῶν δόξαν, ἄριστε βασιλεῦ, ἀμφιβαλεῖν ᾠήθην τὸ σύνολον μεθ' ὧν ὁ ἐκ τῶν ἀρχιερέων ἔπεμψε τριήρων εἰς Ἰταλίαν πλεῦσαι, τὴν παράκλησιν ταύτην ἐνεστησάμην, ἀλλ' ὅτι ὡς μάλιστα τῷ σῷ κράτει ἐνόμισα χαρίεσθαι ἐκεῖνα γράψας, ἅπερ σοὶ μὲν ἡδονὴν τῷ σφόδρα τούτοις ἔχεσθαι, ἐμοὶ δὲ παραίτησιν, καὶ συγγνώμην παρέξει πόρρω που ἀπῳκισμένῳ λόγων Ἑλληνικῶν, καὶ ὅμως τολμῶντι πρὸς τὸ σὸν ὖφος γράφειν. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ οὐδ' ἂν ἦν ὅλως νῦν ἔχοντος ἀνθρώπου, εἰ βασιλέα τοιοῦτον, ᾧ σοφίας καὶ λόγων εἰς ἄκρον μέτεστι, πείθειν ἐπιχειροίην, μηδὲν ἔχων τῶν πείθειν δυναμένων· τοῦτο δὲ εὐγνώμονος ἴσως ἂν δόξῃ καὶ πιστοῦ ὑπηκόου, ἀμφιδοξούντων πολλῶν τά τέ σοι ἀρεστὰ γράφειν, καὶ δόξαν σχεῖν τοῦ πεῖσαι πάλαι σου πεπεισμένου, μᾶλλον δὲ ὁρμῶντος πρὸς τοῦτο οἰκείᾳ γνώμῃ, καὶ πολλοὺς ἤδη πείσαντος. Ἀλλ' οἶμαι δεῖν εἰς ἀρχὴν καταστῆσαι τὸν λόγον, ἵνα μοι κατὰ λόγον χωρῇ καὶ μὴ πάθω ταυτὸ τοῖς μικρὰ μὲν καὶ ὀλίγα φέρειν δυναμένοις, πολλὰ δὲ καὶ μεγάλα ἐπιφορτιζομένοις· τῷ γὰρ τῇ τῶν πραγμάτων τάξει προβαίνειν ἴσως ἂν μου βοηθήσοι τῇ τοῦ λέγειν ἀπειρίᾳ.

Basileæ quæ est urbs Germaniæ, congregata synodus, imperator, simul ac congregata est, sanxit, ut si ei, qui nunc Ecclesiæ clavum tenet, e vita excedere pro humana conditione, synodo durante contigisset, soli synodo supremum eligere episcopum fas esset. Quo quidem decreto satis declaravit, se ad Romani pontificis primatum, ad Germanos, aut Gallos transferendum coivisse. Et hodie, quæcunque aut dicit aut facit, hac de causa dicit et

Ἡ ἐν τῇ λεγομένῃ Βασιλείᾳ Γερμανῶν πόλει συναχθεῖσα σύνοδος, ὦ βασιλεῦ, νόμον θεῖσα εὐθὺς κατὰ τὸ συναχθῆναι, εἰ τῷ νῦν προκαθεζομένῳ τῶν Ἐκκλησίας οἰάκων οἷα ἀνθρώπῳ θνητὸν συμβῇ συνισταμένης τῆς συνόδου, αὐτῇ μόνῃ ἐξεῖναι τὸν ἄκρον αἱρεῖσθαι ἀρχιερέα, ἐκδηλον ἐποίησεν, ὡς ἐπὶ τὸ μεταθεῖναι εἰς Γερμανοὺς ἢ Γάλλους συναχθεῖσα τὴν τῆς Ῥώμης ἀρχὴν, καὶ νῦν ὅσα ἂν ποιῇ ἢ λέγῃ πρὸς τοῦτο ποιεῖ καὶ λέγει· οὐ πᾶσα μὲν, καὶ γὰρ οἱ

(1) Eugenio IV.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

κρείττους ἀρετὴν ἐκείνων, καὶ τὴν κατὰ Θεὸν πολι- A
τείαν, συνείδον ἤδη τὰ βελτίω· οἱ δὲ πονηρότεροι οὐ
μᾶλλον φροντίζουσι τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν ἑνώσεως,
Γραικῶν λέγω καὶ Ἰταλῶν, ἢ τοῦ διασπᾶν τὴν
Ἰταλίαν ταύτην καὶ εἰς πολλὰ κατατέμνειν οἱ ἄθλιοι,
οὗ χάριν καὶ τριήρεις λέγεται παρασκευάσαι αὐ-
τοὺς ἐν Ἀβιῶνι αἷς σὲ καὶ τὴν μετὰ σοῦ σύνοδον
ἔξω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν καὶ πέρα Γαδείρων
ἐξάξουσι. Τοῦτο δὲ ἀληθὲς, ὥσπερ ᾄδεται, ὅτι οὐ
πρὸς ἕνωσιν, ἀλλὰ σύγχυσιν ὁρᾷ Ἐκκλησιῶν, παντί
που δῆλον τῷ νοῦν ἔχοντι. Οἶδασι γὰρ καλῶς ὡς οὐχ
οἷόν τε βασιλέα Ῥωμαίων μετὰ τοσούτου πλήθους
ἁγίων Πατέρων πλεῖν εἰς τὰ ἔσχατα τῆς οἰκουμένης.
Ἆρα οὖν εἰς τὸ ἑνῶσαι τὰς Ἐκκλησίας σε προκα-
λοῦνται; Καὶ τί τοὺς εἰς οὓς ῥᾴδιον ἐλθεῖν τόπους
ἀφέντες, τὸν εἰς ὃν σχεδὸν ἀδύνατον προτίθενται; B
Ἀλλὰ πάντως τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνην ἀπο-
δέχονται; Καὶ τί ῥᾴστου ὄντος ἐκείνοις εἰς Ἰταλίαν
ἐλθεῖν, ὅπου καὶ ὁ ἄκρος ἀρχιερεὺς καὶ ἡ μετ' αὐτοῦ
σύνοδος, ὅποι καὶ τὸ σὸν κράτος ῥᾳστοῦ ἅμα καὶ
τάχιστα καταχθήσεται, τοῦτ' ἀφέντες; τῶν δυσκόλων
μὲν σφίσιν αὐτοῖς, ἀδυνάτων δὲ τῷ ἄκρῳ ἀρχιερεῖ
καὶ τῷ σῷ κράτει ἐφίενται; Ἀλλ' ὡς ἔοικεν οὐκ
ἀγνοοῦσιν ὅτι σου εἰς Ἰταλίαν πλεύσαντος, καὶ
τὰς Ἐκκλησίας ἑνώσαντος, ὅπερ ἅρα τῷ μακαριω-
τάτῳ Εὐγενίῳ πάππᾳ καὶ τῇ σῇ θειότητι ἐναπό-
κειται, ὡς οὐδεμία ἔτι μηχανὴ ἔσται τοῦ τὰ Ῥώ-
μης πρωτεῖα εἰς μαρτυρίαν Γαλλίας κινεῖν, καὶ με-
θιστᾶν ὅρια τὰ ἤδη μὲν ὑπὸ τῶν Πατέρων παγέντα,
σαλεύοντα δὲ ὅμως τῇ τε τοῦ κλύδωνος ῥύμῃ, καὶ C
τῷ παλαιὰ εἶναι καὶ δοκοῦντα ὑπείξειν. Ἔχουσι δὲ
τοσοῦτον τοῦ καθήκοντος λογισμὸν, ὡς μηδὲν συνορᾷν
δύνασθαι τῶν δεόντων, ἀλλ' οἴεσθαι ἢ κατακρα-
τῆσαι τῆς σῆς σοφίας καὶ κατακυριεῦσαι τῆς σῆς
βουλῆς καὶ ἀπάξειν βασιλέα Ῥωμαίων εἰς τὰ ἔσχατα
Ὠκεανοῦ, μακρὰν τῆς ἰδίας πόλεως, ἢ κωλῦσαί σου
τὸν εἰς Ἰταλίαν πλοῦν. Ἑκατέρῳ γὰρ τούτων κατα-
τέμνειν αὐτοὶ; ἐξεῖναι τὴν Ἐκκλησίαν δοκεῖ, ἣν
ἤδη κατεσπάραξαν ἂν δυνηθέντες, δυήσονται δὲ μὴ
πλεύσαντός σου εἰς Ἰταλίαν· εἴτε γὰρ ἐκεῖσέ σου
νεύσαντος; ἐξασθενήσει τὰ τοῦ μακαριωτάτου πάππα,
εἴτε κωλυθέντος πρόφασιν εὑρόντες, σχίζειν δια-
νοοῦνται. Οὕτω τριῶν προκειμένων εἰς Γαλλίαν ἢ
εἰς Ἰταλίαν σε πλεῖν, ἢ μήτ' ἐκεῖσε, μήτε δεῦρο,
πλὴν τοῦ εἰς Ἰταλίαν σε πλεῖν, τὰ λοιπὰ δύω δι- D
πλοῦν ἀνθ' ἁπλοῦ παρεισάγει, φεῦ! τὸ τῶν Ἐκκλη-
σιῶν σχίσμα· οὐδὲ γὰρ δυνατὸν ᾗ τῆς Ῥώμης συγ-
χυθήσεται Ἐκκλησία, τούτῳ τὴν τῶν Γραικῶν μετ'
αὐτῆς ἑστασθαι. Εἶτα τίς τὸ ὕποπτον αὐτῶν, καὶ
σκαιὸν καὶ ὕφαλον προτιμήσει τῆς Ἰταλίας; Εἶτα
τίς τῆς Ῥώμης Ἐκκλησίᾳ ἐξὸν ἑνωθῆναι, τοῦτ'
ἀφεὶς τῇ Ἀβιῶνος ἢ Ναρβῶνος, ἢ οὐκ οἶδα τί λέξω,
ἑνωθῆναι σπουδάσει; καὶ οὐ λάθῃ κατὰ νοῦν, εἰ μὴ
τὰ παλαιὰ ἐκεῖνα οἷς οἱ Γάλλοι εὑρόντες; τῆς αὐτῶν
γνώμης Ῥώμης ἀρχιερεῖς, βασιλείαν διέσπασαν
καὶ τὰς Ἐκκλησίας συνεξέσπασαν (συνακολουθεῖ
γὰρ ταῦτα ἀλλήλοις), εἰ μὴ ταῦτα λάθῃ κατὰ νοῦν,
ἀλλά γε τὰ νέα τὰ ἐν Λουγδούνῳ εἰς τὸ μηδὲν προ-
χωρήσαντα; Οὐδὲ γὰρ οἶμαι συναρμόζειν ἐπιτηδείους

facit; non illa sane tota: etenim qui virtute et sanctioris vitæ rationibus inter eos antecedunt mentem meliorem induerunt, perversi autem non magis de Græca Ecclesia cum Latina concordiæ vinculis astringenda, quam de Latina hac distrahenda multasque in partes dissidendæ sunt solliciti. Cujus rei gratia triremes etiam Avenione comparasse dicuntur, quæ te cum synodo tua ultra columnas Herculis et Gadira deportent. Hoc verum est, ut fama canit, et istuc non ad consensionem, sed confusionem potius Ecclesiarum spectare, quilibet cordatus intelligit. Probe enim noverunt, Romanorum imperatorem cum tanta sanctorum Patrum multitudine ad extremos terrarum fines navigare non posse. Ad unionem igitur Ecclesiarum te incitant? Si ita est, cur locis, in quos facilis est aditus relictis, eum proponunt in quem devenire propemodum est impossibile? Quid? cum illis facillimum sit in Italiam ascendere ubi est summus pontifex, et cum eo synodus, quo et majestas tua facillime juxta ac celerrime appelletur, quare ea præterita cum sibiipsis difficiliora, tum pontifici maximo et potentiæ tuæ impossibilia concupiscunt? Verum enimvero, ut apparet, non eos fugit, posteaquam in Italiam prolectus, Ecclesias pacificaris (quod utique in beatissimo papa Eugenio et in majestate tua situm est), non amplius fore ullam machinam, primatum Romæ in Galliam movendi, et transferendi terminos quos Patres posuerunt, quanquam undarum allisu vacillantes et vetustos adeo, ut cedere videantur. Usque eo autem de recto non cogitant, ut eorum quæ expediunt ac decent, nihil intelligant, sed arbitrentur aut sapientiam tuam se posse vincere et consilio tuo dominari Romanorumque imperatorem longe a sede sua ad extremos Oceani fines abducere, aut tuam in Italiam navigationem impedire; utrovis enim horum Ecclesiam se divulsuros opinantur, quam si quirent, jam discerpsissent; quibunt autem, si tu in Italiam trajicere nolueris. Sive enim te illuc inclinante, beatissimi papæ res frixerint; sive ab itinere impedito, opportunitatem adepti, Ecclesiam scindere meditantur. Ita tribus propositis aut in Galliam aut in Italiam navigare, aut neque huc neque illuc, si in Italiam non naveges, reliqua duo geminum schisma pro simplici, heu me! in Ecclesiam importabunt. Nam quo Romana Ecclesia confundetur ac permiscebitur, hoc Græcorum Ecclesia cum ipsa stare qui poterit? Præterea, cum liceat Ecclesiæ Romanæ uniri, quis hoc neglecto aut Avenionensi, aut Narbonensi, aut nescio cui demum alteri uniri studebit? ut non secum reputet, si minus prisca illa quando Galli cum Romanos pontifices secum conspirantes haberent, regnum distraxerunt, et Ecclesias dilacerarunt (quæ duo se mutuo sequuntur), si hæc non reputet, inquam, at saltem recentia, quæ Lugduni tentata ad nihilum reciderant. Haud enim idoneos esse judico ad distantia coaptanda et copulanda, qui copulata

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

semper turbant et salva dirumpunt, et incolumia quantum possunt dilaniant, et hoc tempore in his ipsis elaborant. Sed antiqua e memoria deleamus; quale porro velamentum sumentes (pacem nimirum Ecclesiarum) te ad synodum ipsorum adducere nituntur? cujus ut radices malæ et fundamenta putria, sic ultima quoque erunt infamia. Ego vero talia Basileæ factitantes non synodi populares, absit, sed viros sanguinum et concilium malignantium potius appello. Quis, quæso, synodum illam sanctam dicere ausit, unde abest summus episcopus non corpore solo, sed animo quoque et judicio et voluntate penitus? Nec abest solum, sed insuper a quibusdam de illo numero oppugnatur, ac dira partim passus est, partim patitur, dolens, quod Ecclesiæ navim illorum dementia versari in discrimine conspicit. At enim rerum mirabilium Deus etiam ipso malo curare malum novit, quod summæ illius bonitatis est. Quapropter excitavit, et instigavit multo magis quam prius hunc novum Mosen, Eugenium dico, antistitem episcoporum cum ipso consentientium et quotquot synodum optant, et bonum commune diligunt, ut missis triremibus potentiam tuam in Italiam accerseret. Cum autem varia rumore spargantur, nemo tamen prope dixerim te in triremes Avenionenses propendere credit: tantam temeritatem et incogitantiam navigia ab ipsis comparata habent. Multi porro in ea opinione sunt, te nec in Italiam navigare statuisse: quorum nonnulli fortasse cum id summopere expetant, vix sperant; alii a sententia tua aberrant, quod promptum et alacrem animum tuum ad pacem Ecclesiæ conficiendam perspicere non valent: quidam quod volunt id etiam futurum augurantur. Volunt autem res nostras semper in angusto sitas esse, et erunt angustæ in schismate. Quemadmodum namque diviso imperio diremptа est Ecclesia, ita putant (nec male putant), Ecclesia rursum coalescente, imperium in sublime erecturum caput. Qua enim alia de causa sic sentiunt? Etenim qui synodo intersunt, non omnes in eamdem sententiam eunt, sed optimi pro hac re etiam sanguinem profunderent, quos diligere et venerari eorumque judicium omnium cæterorum judicio præferre, justum est utique. Sunt qui suspicentur, te cum synodicis fœdus iniisse. Quocirca illorum non nemo cum papa facit. Alii nec locum, nec modum servant, partim dum ferme extra orbem nostrum habitabilem expellere majestatem tuam nituntur, partim cum res præsentiam beatissimi papæ flagitet, et hoc in conventis et pactis scriptum sit, neutiquam, nisi Pegasis inequitet, aut Persei alas accipiat, ad locum destinatum pervenire possit. Quod sine controversia ad occasionem inducendi schismatis machinati sunt. Alii affirmant, cum volueris ad synodum proficisci, ad synodum minime venturum. Quid ais? inquiunt, ad synodum œcumenicam jam coactam coactus est imperator? Quis hoc aliquando audivit, idque cum synodi œcumenicæ

A εἶναι τὰ διεστηκότα ἑνοῦν τοὺ ἀεὶ τὰ ἡνωμένα τα-
ράττοντας καὶ διαῤῥηγνύντας τὰ σῶα, τά τε ἀκέ-
ραια σπαράττοντας ὅση δύναμις καὶ νῦν τοῦτ' αὐ-
τὸ σπουδάζοντας. Ἀλλὰ τὰ μὲν παλαιὰ ἐξαλειφθήτω
τῆς μνήμης· ποῖον δὲ πρόσχημα τῆς Ἐκκλησιῶν
εἰρήνης λαβόντες, θαῤῥοῦσί σε προσάξεσθαι τῇ αὐ-
τῶν συνόδῳ ἧς ὥσπερ ἄρα αἱ ῥίζαι κακαὶ καὶ τὰ
θεμέλια σαθρά, οὕτως ἔσται καὶ τὰ τέλη δύσφημα;
Ἐγὼ δὲ ταῦτα πράττοντας τοὺς ἐν Βασιλείᾳ τῇ πό-
λει οὐδὲ συνόδου ἄνδρας καλῶ οὐδ' ἐγγύς, ἀλλ' αἱ-
μάτων μᾶλλον ἄνδρας καὶ πονηρευομένων συνέ-
δριον. Τίς γὰρ σύνοδον ἐκείνην ἁγίαν εἰπεῖν τολ-
μήσῃ, ὅθεν ἄπεστι μὲν ὁ ἄκρος ἀρχιερεὺς οὐ σώματι
μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχῇ καὶ γνώμῃ καὶ βουλῇ πάσῃ;
Καὶ οὐκ ἄπεστι μόνον, ἀλλὰ καὶ πολεμεῖται παρά
B τινων ἐκεῖθεν καὶ δεινὰ τὰ μὲν ἔπαθε, τὰ δὲ πάσχει,
ἀλγῶν ὅτι τὸ τῆς Ἐκκλησίας σκάφος κινδυνεύει
ὁρᾷ τῇ ἐκείνων ἀπονοίᾳ. Ἀλλὰ γὰρ οἶδεν ὁ τῶν
θαυμασίων Θεὸς καὶ διὰ τῆς κακίας αὐτῆς ἰᾶσθαι
τὸ κακὸν, καὶ τοῦτο τῆς ἄκρας αὐτοῦ ἐστιν ἀγαθότη-
τος. Διήγειρε τοιγαροῦν καὶ παρώξυνε πολλῷ μᾶλλον
ἢ πρότερον τὸν νέον τοῦτον Μωσέα, Εὐγένιον λέγω
τὸν ἄκρον ἀρχιερέα, συνευδοκούντων αὐτῷ καὶ τῆς
συνόδου ὅσοι σπουδαῖοι καὶ ἀγαπῶντες τἀγαθὸν,
τριήρεσι μεταπαλεῖσθαι τὸ σὸν κράτος εἰς Ἰταλίαν·
καὶ ἔστιν ἀκοῦσαι γνώμας συχνὰς, οὐδενὸς μὲν, ὡς
εἰπεῖν, εἰς τὰς Ἀβιῶνός σε τριήρεις ῥέπειν νομί-
ζοντος· τοσαύτην ἀλογίαν ἔχει ὁ παρ' ἐκείνων στό-
λος· πολλῶν δὲ μηδ' εἰς Ἰταλίαν ἐθελῆσαι πλεῦσαι,
C ὧν οἱ μὲν ἴσως τῷ λίαν ἐφίεσθαι δυσέλπιδες, οἱ δὲ
τῆς σῆς γνώμης ἁμαρτάνουσι, μὴ δυνάμενοι νοῆσαι
τὸ σὸν εἰς τὴν τῆς Ἐκκλησίας εἰρήνην πρόθυμον·
οἱ δὲ, ὅπερ ἐθέλουσι, τοῦτο καὶ δοξάζουσι· ἐθέλουσι
δὲ μικρὰ εἶναι ἀεὶ τὰ ἡμέτερα· ἔσται δὲ μικρὰ
τῷ σχίσματι. Ὥσπερ γὰρ βασιλείας διαιρεθείσης
διέστη τὰ τῆς Ἐκκλησίας, οὕτως οἴονται, καὶ οὐ
κακῶς οἴονται, συνελθούσης τῆς Ἐκκλησίας, ὑπερ-
αρθῆναι τὰ τῆς βασιλείας. Τί γὰρ ἄλλο τοῦ ταῦτα
νομίζειν αἴτιον; Ὅτι οἱ τῆς συνόδου πάντες οὐ συ-
νευδοκοῦσιν, ἀλλ' οἱ ἄριστοι, καὶ τὴν ψυχὴν ἂν ὑπὲρ
τούτου θεῖεν, οὓς ἀγαπᾷν τε καὶ σέβεσθαι, καὶ τὴν
ἐκείνων γνώμην τῶν πάντων προτιμᾷν δίκαιον δήπου,
ὦ βασιλεῦ. Ἀλλ' ὅτι μετὰ τῶν τῆς συνόδου συνθήκας
πεποίησαι; Οὐκοῦν ἐκείνων οἱ μὲν μετὰ τοῦ πάπα
D ἑστήκασιν, οἱ δὲ οὔτε τόπον, οὔτε τρόπον ἐτήρησαν,
τὸ μὲν ὅτε ἔξω που σχεδὸν τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης
ἐξώσειν τὸ σὸν κράτος σπουδάζουσι, τὸ δὲ ὅτι τῶν
πραγμάτων κατεπειγόντων παρεῖναι τὸν μακαριώ-
τατον πάππαν, καὶ τούτου γεγραμμένου ἐν ταῖς
συνθήκαις, οὐκ ἄν, εἰ μὴ Πηγάσου τινὰς ἱππεύσῃ
ἢ Περσέως λάβῃ πτερὰ, ἀφικέσθαι δυνήσεται. Τοῦτο
δ' ἀτεχνῶς εἰς ἀφορμὴν σχίσματος αὐτοῖ μεμηχά-
νηται. Ἀλλ' ὅτι εἰς σύνοδον βουλομένου σοῦ ἐλθεῖν
οὐκ εἰς σύνοδον ἐλεύσῃ. Τί φῄς; Εἰς συστᾶσαν ἤδη
σύνοδον οἰκουμενικὴν κέκληται βασιλεύς; Τίς ἤκου-
σε τοῦτό ποτε, καὶ ταῦτα πολλῶν γενομένων συνό-
δων οἰκουμενικῶν ὧν τὸ κράτος ἔχει ἀεὶ μετὰ τὸν
ἄκρον ἀρχιερέα ὁ τῶν Ῥωμαίων βασιλεύς; Ἀρίθμει
μοι τὰς συνόδους, καὶ διαδραμὼν πάσας μίαν καὶ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μόνην λέγε μοι οἰκουμενικὴν ἧς οὐ κατῆρξε βασιλεὺς Ῥωμαίων. Ἀλλ' οὐχ ἕξεις λέγειν. Τί δέ; τὰς μὲν ἄλλας βασιλεῖ Ῥωμαίων εἰς ταυτὸ συνελθόντι γνώμῃ; τῷ ἄκρῳ ἀρχιερεῖ συγκροτηθῆναι νομίζεις, ταύτην δὲ τὴν μέλλουσαν Ἀβεῶνάς τινας; ἢ Ναρβῶνας, ἢ Λουγδίνας, ἢ οὕστινας ἂν βούλῃ συγκροτῆσειν δεῖν οἴει; Καὶ τίς ταῦτα νοῦν ἔχων ἀνέξεται; μᾶλλον δὲ τίς οὐ διάρας στόμα μέγα βοήσει, ὡς οὐ σύνοδος αὕτη ἁγία οὐδὲ συνόδου ἴχνος, οὐδ' ἐγγὺς κἂν σκιᾶς συνόδου, ἀλλ' ἀποπλήκτων ἀνθρώπων ἐφευρέματα πονηρὰ τὴν οἰκουμένην ταράττοντα; Διὰ τί; Διότι οὐ κατὰ γνώμην τοῦ Ῥώμης ἀρχιερέως, διότι βασιλεὺς Ῥωμαίων, ᾧ ταῦτα ἐφεῖται ἀνωθεν, οὐκ αὐτὸς συγκροτήσας, ἀλλ' εἰς προσυγκροτηθεῖσαν ὥσπερ τις ἰδιώτης καλεῖται. Σὺ δέ μοι, ἄριστε βασιλεῦ, βλέπε θείους, οὓς ἔθηκαν οἱ πατέρες σου θεσμοὺς, θείᾳ δίκῃ τηρουμένους, καὶ θαύμασον. Ἐκεῖνοι μὲν πολλῶν ἐθνῶν δυναστεύοντες, τῇ τοῦ Ῥώμης ἀρχιερέως γνώμῃ ἤγειραν τὰς συνόδους. Τῆς τύχης δὲ μεταπεσούσης, καὶ τοῦ μὲν ἀξιώματος ὄντος τοῦ αὐτοῦ σοί τε καὶ τοῖς πάλαι, δέον γενέσθαι σύνοδον οἰκουμενικὴν ἐπὶ διορθώσει τῆς Ἐκκλησίας, καὶ πρὸς τὸ συναχθῆναι ταύτην οὐδενὸς κατά γε τὸν τοῦ δικαίου λόγον, πλὴν βασιλέως Ῥωμαίων καὶ χρόνον καὶ τόπον, οἶμαι δὲ καὶ τρόπον ὁρίσαι δυναμένου, ἀδυνάτων ὄντων σοι τῶν τῆς τύχης, συνέκλεισεν ὁ Θεὸς, οἷς οἶδε κρίμασιν, εἰς τοῦτ' ἀνάγκης τὰ πράγματα, ὥστε σὲ μόνον εἶναι ὡς ἔδει κύριον καὶ τόπου, καὶ χρόνου, καὶ τρόπου καὶ τῆς ἑνώσεως αὐτῆς, οὐδενὸς ἢ ὀλίγων πάνυ ἀντιλεγόντων τανῦν, μικρῷ δ' ὕστερον πάντων ἁπλῶς τὴν σὴν θειότητα πάντων τῶν καλῶν αἰτίαν ἀνακηρυξόντων. Καὶ τοῦτο οὐ τοσοῦτον θαυμαστὸν καίτοι ὂν θαυμαστὸν, ὅσον ἐκεῖνο ὅπερ τὸ ἐπιβῆναι μόνον τῆς νηὸς, καὶ πλεῖν εἰς Ἰταλίαν κατορθώσεις, ὦ βασιλεῦ. Τόδ' οἷόν ἐστιν, ἄκουσον, καίτοι γε καὶ παρὰ σαυτοῦ εἰδὼς, καὶ παρ' ἄλλων ἴσως ἀκούσας· οὐ γὰρ κακὸν τὸ τὰ τοιαῦτα πολλάκις καὶ λέγειν τε καὶ ἀκούειν. Σπουδάζεις σὺ βασιλικῶς μάλα, ὦ βασιλεῦ, εἰς μίαν ποίμνην καὶ ποιμένα ἕνα συνάγειν τὸ τῶν Χριστιανῶν γένος. Ἀλγεῖ τοῦτ' αὐτὸ ἐννοῶν ὁ κοσμοκράτωρ διάβολος, καὶ σπουδάζει πρὸς τὸ κωλῦσαι ᾧ σὺ σπουδάζεις, σχίσαι καὶ τὴν νῦν δοκοῦσαν μίαν Ἰταλῶν Ἐκκλησίαν. Τοσοῦτον γὰρ ὁρμῶσι πρὸς τὸ οἰκεῖον ἑφετὸν Γερμανῶν καὶ Γάλλων τινὲς, τὸν μὲν νῦν ὄντα καθελεῖν ἀδίκως βουλόμενοι, ἄλλον δὲ ἀντεισάγειν ἀρχιερέα, Γάλλον, ἢ πάντως βάρβαρον, ὥστ' ἤδη διέρρηξαν ἂν τὴν Ἐκκλησίαν Θεοῦ καὶ συνετάραξαν πάντα, εἰ μὴ ἠδοῦντο μὴ ῥέψαντός σου πρὸς Ἰταλίαν κραταιωθῇ μὲν τὰ τοῦ μακαριωτάτου πάππα, συγχυθῇ δὲ τὰ αὐτῶν· ἐξ ὧν πρόδηλον, ὡς εἰ μὴ πλεύσῃ εἰς Ἰταλίαν, ἑνώσαι βουληθεὶς πολλῷ μᾶλλον σχίσεις, καὶ συνάξαι σπουδάσας Χριστιανοὺς σκορπίσεις καὶ κακώσεις ἀνίατα. Τῷ γοῦν βουληθῆναι καὶ μόνον δεῦρο πλεῖν ἔπαυσας τὴν στάσιν, τὴν ζάλην ἔστησας, ἔσβεσας τὴν ἀγριαινομένην κατὰ τῆς Ἐκκλησίας φλόγα. Καὶ τοῦτο οὐκ ἐμὸς λόγος, ἀλλὰ πάντων ἁπλῶς· οὕτω γὰρ τὰ τῆς Ἐκκλησίας ταράττεται, καὶ τοσοῦτον ἔρωτα καὶ τῶν ὧδε καὶ

complures celebratæ sint? quarum primæ partes post Romanum pontificem semper penes Romanum imperatorem fuerunt. Numera mihi synodos et percurre omnes, unicam duntaxat profer œcumenicam, cui imperator Romanorum non initium fecerit. Nullam proferes. Quid ergo? alias imperatori Romanorum idem cum supremo episcopo sentienti convocare licuisse censes, hanc autem futuram Avenionenses quosdam, aut Narbonenses, aut Lugdunenses aut quoscunque volueris, cogere posse arbitraris? Quis prudens hoc ferat? imo quis non ore aperto clamet, non esse hanc sanctam synodum, nec vestigium synodi, nec similem umbræ synodi, sed insanorum hominum inventa nequam orbem terrarum perturbantia? Quid ita? Quoniam non ex sententia Romani pontificis; quoniam imperator Romanorum, cui hæc desuper mandata sunt, non ipse convocavit, sed ad prius convocatam velut quispiam idiota et privatus arcessitur. Tu vero, imperator optime, leges a patribus tuis latas divinoque jure conservatas considera et admirare. Illi cum multis gentibus imperitarent, Romani episcopi auctoritate synodos cogebant. Fortuna postmodum commutata, eadem nihilominus dignitate tua et antiquorum permanente, cum ad emendationem Ecclesiæ agitandus est conventus, et nemo jure præter imperatorem Romanorum tempus, et locum, et modum definire possit, quia opes tuæ infirmæ sunt, Deus judicio quod ipse novit in hoc necessitatis rem conclusit, ut tu solus non sis, sicuti oportebat, et loci et temporis et modi et unionis ipsius dominus, nemine, aut paucis admodum in præsens contradicentibus, paulo autem post ad unum omnibus majestatem tuam ut bonorum omnium causam et caput prædicaturis. Atque hoc tam mirabile non est, imperator, tametsi est mirabile, quam illud recte factum erit, si tantummodo navi conscensa, in Italiam discesseris. Istuc cujusmodi sit audi, quamvis per te nosti et ab aliis forte accepisti; nihil enim obest talia sæpius dicere et audire. Das tu operam pro officio imperatoris uti Christianorum genus in unum gregem, sub uno pastore colligatur. Hoc ipsum intuens princeps hujus mundi diabolus cruciatur, cœpta tua impedire, Ecclesiamque Latinorum quæ nunc una videtur, discindere molitur. Tantopere enim ad explendam cupiditatem suam Germanorum et Gallorum quidam feruntur, cum scilicet, qui nunc pontificatum maximum gerit gradu movendi, et alium pontificem, Gallum puta, aut omnino barbarum, contra substituendi, ut jam diripuissent Ecclesiam Dei, sursumque ac deorsum miscuissent omnia, nisi vererentur, ne te in Italiam profecto, papæ rationes corroborentur, ipsorumque debilitentur. Ex quibus perspicuum fit, nisi in Italiam ad concordiam resarciendam naviges, amplius te Ecclesiam scissurum, et cum Christianos in unum congregare studueris, dispersurum, et afflicturum plagis insanabilibus. Sola igitur voluntate illuc

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

navigandi seditionem compescuisti, procellam se davisti, flammam adversus Ecclesiam furentem exstinxisti, id quod non ego solus, sed universi loquuntur. Sic enim Ecclesia tumultuatur, tantumque amorem et hic degentium et transalpinorum (ut ex his qui inde veniunt cognoscere licet, si cui curæ est interrogare) erga tuam potentiam cumulavit Deus, ut omnes uno ore et voce clament, Nisi Romanorum imperator Ecclesiam adjuverit (cui sola res ipsa testimonium fert, tantum non voce missa mandatum a Deo, ut et pridem dirupta consuat, et quæ sunt coadunata, illæsa, integra conservet), actum est de Ecclesia, periit imperium, dæmon adversarius noster regnat, et nihil prorsus exspectandum est, quantum judicio humano perspicere possumus, quod Christianos istis miseriis exsolvat. Hæc ego assiduo audiens, imperator (novit Deus, qui te prædestinavit et restituendis in concordiam Ecclesiis ad æternam nominis tui memoriam elegit), lacrymas tenere nequeo, nunc animo prævidens quantum Ecclesiæ periculum impendeat, cum tu non veneris : non quod te non venturum existimem, ut alii quidam, sed quod magnum desiderium timor comitatur; nunc lætitia plane captus et me imperatorem Romanorum cum sua Ecclesia Romanam unientem cernere ratus, quin ipsam Romanam observantem et reconciliantem, et ab adeo manifesto casu custodientem ut dicere nemo possit, non esse Romani imperatoris tam præclarum facinus. Quo enim pacto, ubi in Italiam veneris, quispiam non salvatorem te, bonorumque omnium causam secundum Deum proclamare sustinebit, quem etiam modo, quibuscunque ista cordi sunt, iisdem appellationibus cohonestant? Insignem profecto gloriam tibi, imperator, offerre decrevit Deus, tua nimirum recreatus virtute, et gaudens te amare unionem, ac futurorum tibi et per te generi Romano bonorum summam pelagi tranquillitatem largitur, nisi tu non veniendo prohibeas. Si igitur imperatorium et naturæ tuæ pulchrum est, ne Ecclesia Romanorum dilanietur, solum navigationem in Italiam suscipere, tanta nunc pecunia quasi præter destinatum in adventum potentiæ tuæ feliciter coacta, annon cupide navim conscendes, et primo quoque tempore Ecclesias consensione devincies? Quis autem recte ratiocinans, tantis etiam navigationi difficultatibus propositis, ut pro iis superandis Christianus quilibet mille mortes subiret, eam differret? præsertim cum quanto est gloriosius veniendo scandala tollere, tanto sit probrosius non veniendo Ecclesiam confundere; et cum totam Europam liceat constituere, et bona in pace collocare, contra, proh dolor! ad bellum intestinum exemplo pessimo excitare. Cunctari enim et tergiversari vitio dandum est. Oportet itaque, imperator, istiusmodi occasionem divino munere oblatam non negligere, sed cœles eam providentiam admirari et gratias agere, quoniam tibi cupienti pro simplici duplicem unionem donat. Nec

A τῶν ἐπέκεινα Ἀλπεων κατοικούντων ἀνθρώπων, ὡς ἔστιν ἀκούειν τῶν ἐρχομένων ἐκεῖθεν, εἴπερ τῳ φροντὶς ἐροιτᾶν, πρὸς τὸ σὸν κράτος ἤγειρεν ὁ Θεὸς ὥστ' ἐνὶ στόματι καὶ μιᾷ φωνῇ πάντων βοᾷν, ὡς Εἰ μὴ ὁ τῶν Ῥωμαίων βοηθήσῃ βασιλεὺς τῇ Ἐκκλησίᾳ ᾧ μόνῳ τὰ πράγματα μαρτυρεῖ, μόνον οὐχὶ φωνὴν ἀφιέντα ἐφεῖσθαι παρὰ Θεοῦ τά τε πάλαι διερρωγότα συρράπτειν, καὶ τὰ νῦν ἡνωμένα διατηρεῖν ἀκέραια, οἴχεται τὰ τῆς Ἐκκλησίας, διέφθαρται τὰ τῆς βασιλείας· ὁ ἀντίπαλος πολιτεύεται δαίμων, καὶ οὐδὲν ὅλως ἔστι προσδοκᾶν κατά γε ἀνθρωπίνους λογισμοὺς ὁ Χριστιανοὺς ῥύσεται τῶν τοιούτων κακῶν. Ἐγὼ δὲ ταῦτα ἀκούων καθ' ἡμέραν, ὦ βασιλεῦ, οἶδεν ὁ προορίσας καὶ ἐκλεξάμενός σε εἰς τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν ἕνωσιν εἰς ὄνομα αἰώνιον Θεὸς, οὐχ οἷός τε ὢν κατέχειν τὰ δάκρυα, ποτὲ μὲν συνορῶν οἷος τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπικρέμαται κίνδυνος, μὴ ἐλθόντος σου, οὐχ ὅτι τοῦτο νομίζω ὥς τινες, ἀλλ' ὅτι τῷ λίαν ἐπιθυμεῖν δέος ἕπεται· ποτὲ δὲ τῇ χαρᾷ νικώμενος, καὶ δοκῶν ὁρᾶν βασιλέα Ῥωμαίων οὐ μόνον ἑνοῦντα τῇ ἑαυτοῦ τῆς Ῥώμης, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν Ῥώμης συντηροῦντα, καὶ διαλλάττοντα καὶ ῥυόμενον οὕτω φανεροῦ πτώματος, ὥστε μηδένα εἰπεῖν δύνασθαι ὡ, οὐκ ἄρα τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων τὸ κατόρθωμα. Πῶς γάρ τις μετὰ τὸ ἐλθεῖν σε εἰς Ἰταλίαν τολμήσει μὴ σωτῆρά σε καὶ πάντων τῶν καλῶν μετὰ Θεὸν αἴτιον ἀνακηρύττειν, ὃν ἔτι καὶ νῦν ὅσοις τῶν τοιούτων μέλει, τοῖς αὐτοῖς ἀποσεμνύνουσιν ὀνόμασιν; Μέγα τοι κῦδος ὀρέξαι Θεὸς βούλεται, ὦ βασιλεῦ, τῇ σῇ παρακληθεὶς ἀρετῇ καὶ τῷ ἐρᾶν σε τῆς ἑνώσεως χαίρων, ὥσπερ τι προοίμιον τῶν μελλόντων σοι καὶ τῷ γένει Ῥωμαίων διὰ σοῦ ἀγαθῶν, χαρίζεται τὴν γαλήνην τῆς γενησομένης τρικυμίας πάντως, εἰ μὴ σὺ τῷ ἐλθεῖν κωλύσῃς. Εἰ γοῦν βασιλικὸν καὶ τῇ σῇ φύσει πρέπον, ἵνα μὴ διασπασθῇ ἡ τῆς Ῥώμης Ἐκκλησία, καὶ μόνον τὸν εἰς Ἰταλίαν πλοῦν ὑποστῆναι, τοσοῦτον νῦν χρήματος ὥσπερ ἐκ παρέργου κατορθουμένου τῇ παρουσίᾳ τοῦ κράτους σου, οὐκ ἐπιβήσῃ ἀσμένως τῆς νηὸς, καὶ ὅτι τάχιστα συνθήσεις τὰς Ἐκκλησίας; Καὶ τίς ὀρθῶς λογιζόμενος τοιούτων προκειμένων ἔργων τῷ πλεῖν, ὑπὲρ ὧν πᾶς Χριστιανὸς μυρίους θανάτους ὑπέμεινεν ἄν, τὸ πλεῖν ἀναβάλλοιτο; καὶ μάλισθ' ὅτι ὅσον μεγάλη ἡ δόξα τῷ ἐλθεῖν παῦσαι τὰ σκάνδαλα, ὦ βασιλεῦ, τοσοῦτον μείζων ἡ δυσφημία τῷ μὴ ἐλθεῖν συγχέαι τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πᾶσαν, φεῦ! τὴν Εὐρώπην, ἐξὸν καταστῆσαι καὶ εἰρηνοποιῆσαι καλῶς, ἐκπολεμῶσαι κάκιστα; Τὸ γὰρ ὀκνεῖν κατηγορεῖ. Οὐ δεῖ δὴ τοιοῦτον ἀφεῖναι καιρὸν, ὦ βασιλεῦ, συμπεσόντα θεόθεν, ἀλλὰ δεῖ θυμάσαι τῆς προνοίας τὸ θεῖον, καὶ εὐχαριστῆσαι ὅτι διπλῆν ἀνθ' ἁπλῆς δωρεῖταί σοι ζητοῦντι τὴν ἕνωσιν. Οἶδα γὰρ ὅτι πολλάκις αἰτήσεως παρὰ Θεοῦ ἁπλῶς ἑνωθῆναί σοι τὰς Ἐκκλησίας. Ὃ δὲ διπλῶς χαρίζεται, ἵνα προθυμότερον ἔλθῃς. Τί οὖν, ὑπὲρ τὸ θεῖον μᾶλλον ἀνάπτει τὸν σὸν ζῆλον, καὶ ἀναῤῥιπίζει τὸν ἔρωτα, τοῦτο χρή τινας φοβεῖσθαι μὴ ἐμπόδιον γένηται; Τόδ' ἐστὶ παράμοιον, ὡς εἴ τις ἐλαίῳ μὴ τρέφεσθαι ἄλλα

σθέννυσθαι νομίζῃ τὸ πῦρ· ἢ εἴπερ τις διατείνηται τὸν δέκα ταλάντοις ἐθέλοντά τι ποιεῖν, τοῦτ' αὐτὸ μὴ βουληθῆναι ποιεῖν τῷ δὶς δέκα προσεξευρίσκειν τάλαντα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐάσω· οὐδὲ γὰρ ὁρῶ τι τὸ κωλῦσόν σε. Ἥξειν σε. Ὅπερ πολλὰ ἐσπούδασας, πάρεστιν ἐπὶ θύραις ἡ τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνη· καὶ οὐχ αὕτη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ τῆς Ῥώμης Ἐκκλησία φλυκταίνει οἰδαίνουσα, καὶ ἐπιβᾶται τὴν σὴν προστασίαν. Οἷς δὲ τῶν τοιούτων μέλει, ἁπάξαπαντες, αὐτόκρατορ, εἰς σὲ βλέπουσιν οὐχ ἧττον, ἢ εἰ κατὰ Κωνσταντῖνον ἐκεῖνον τὸν Μέγαν, ἢ Θεοδόσιον, ἢ Ἰουστινιανὸν λαμπρά σοι ἐπέπνει τὰ τῆς τύχης. Καὶ τῷ ὄντι ἐλθόντος σου, ὡς ὑπὸ ἡλίου ἀστέρες τῶν πρὸ σοῦ αὐτοκρατόρων ἡ φήμη τῇ σῇ δόξῃ κρυβήσεται· ἐκεῖνοι γὰρ πολλὰ ἂν καὶ βίᾳ κατορθῶσαι δόξωσι τοῖς ὀρθῶς ἐξετάζουσι· τοῖς γὰρ μεγάλοις δυνάσταις ἡ τοῦ βιαίως πολλὰ ποιεῖν ὑπόληψις ἕπεται· σὺ δὲ πρὸ πολλῶν ἤδη γενεῶν ἀντιπνευσάσης τῷ γένει τῆς τύχης, φρονήσει, δικαιοσύνῃ, πραότητι καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς αἷς σου τὸ κράτος ἐκόσμησας, τήν τε Ἐκκλησίαν εἰς Ἰταλίαν πλεύσας ἀκέραιον συντηρήσεις, καὶ τὰ διαιρεθέντα κακῶς συζεύξεις, καλῶς καὶ τὰ τῆς βασιλείας ἐπανορθώσεις, καὶ παρέξεις τοῖς μετὰ σὲ πολλῶν ἐθνῶν βασιλεύουσαν τὴν ἧς κρατεῖς πόλιν. Ὧν τοὐναντίον ἅπαν τοῦ μὴ ἐλθεῖν σε ἕψεται· οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔσται τοῦ λοιποῦ ἐλπίς, ὦ βασιλεῦ, τοῦ καιροῦ τούτου παρελθόντος ἐπιχειρεῖν ἰᾶσθαι τὰ συντριβέντα· πῶς γὰρ ὅπου καὶ τὰ δοκοῦντα εὐσθενῆ, καὶ ὡς τείχη Βαβυλώνια, τὰ τῆς Ῥώμης λέγω, σείεται, καὶ σαλεύει ἐπὶ κυμάτων ἱστάμενα; Καὶ οὐκ ἔστιν ἐκφυγεῖν τὴν ζάλην, εἰ μὴ ἐπιβάλλῃς τῷ πηδαλίῳ τὴν δεξιάν. Ἐγὼ δὲ οὐ βούλομαι μὲν τὰ κάκιστα προλέγειν· ὠθούμενος δὲ τοῖς πράγμασιν, οὐ δύναμαι κατέχειν ἐμαυτόν· εἰ μὴ πλεύσῃς εἰς Ἰταλίαν, ἴσθι ὡς ἀπώλεσας τὸ τῶν Χριστιανῶν γένος, διέφθειρας τὰ τῆς Ἐκκλησίας. Ὦ τοῦ πτώματος! Οὔτ' εἰ μὴ ἐνωθήσεται ἡ τῶν Γραικῶν, ἔσται Ῥώμης Ἐκκλησία, καὶ ἡ τῶν Γραικῶν ταύτης σφαλείσης, ὀκνῶ μὲν, λέξω δὲ ὅμως, τὸ παράπαν οἰχήσεται.

A enim ignoro, te frequenter rogasse Deum uti simpliciter Ecclesiæ in pristinam concordiam reducerentur. Ille vero, quo promptius venias, dupliciter id tibi concedit. Quid igitur? quo Deus zelum tuum magis exsuscitat et amorem vehementius accendit, hoc, ne impedimento sit, a quibusdam timebitur? Istuc simile est, ut si quis oleo ignem non pasci, sed exstingui autumet, aut si quis affirmet, decem talentis acceptis volentem quippiam facere, idem bis decem talentis acquirendis nolle facere. Sed hæc omittam; nec enim video, quid te ab adventu retardare queat. Cui plurimum studuisti, in foribus adest Ecclesiarum pax. Nec ipsa tua solum, sed et Romana Ecclesia pustulis et tumoribus laborat, tuamque opem flagitat. Quos autem negotii istius cura sollicitat, simul omnes, imperator, ad te respiciunt, non minus quam si, ut Constantino illo Magno, aut Theodosio, aut Justiniano splendida tibi fortuna aspiraret. Et revera, cum veneris, haud secus quam a solis fulgore stellarum lux, præcedentium imperatorum fama gloriæ tuæ claritate obscurabitur. Nam illi multa etiam per vim (si juste rem expendamus) bene fecisse videri possunt. Magni quippe principes ac dynastæ violentiæ suspicionem non effugiunt. Tu vero, ante multas jam ætates generi tuo adversante fortuna, prudentia, justitia, mansuetudine, cæterisque virtutibus, quibus imperium tuum condecorasti, et Ecclesiam navigatione in Italiam peracta incolumem conservabis, et male disjuncta probe copulabis, et imperium instaurabis, et quam nunc obtines civitatem, multis gentibus post te imperantem relinques. Quod si non venias, omnino horum contraria te sequentur. Haud enim erit, haud, inquam, erit in posterum spes, imperator, si tempus hoc præterierit, ad contritorum curationem accedi posse. Qui enim? quando et quæ prævalida et tanquam muri Babylonii apparent, res Romanæ scilicet concutiuntur et fluctibus agitantur. Nec fas turbinem ventorum evitare, nisi tu gubernaculo dexteram admoveris. Equidem adeo infaustum vaticinari nolim, verumtamen rebus ipsis compulsus continere me non possum. Nisi in Italiam navigaveris, scito te Christianorum genus prodidisse et Ecclesiam in ultimas calamitates præcipitasse. O casum! Nec ipsa Romana Ecclesia, si Græcæ non uniatur, stabit; at Græca, labefactata Romana, vereor dicere, dicam tamen, omnino pessumibit.

Ταῦτα, ὦ βασιλεῦ, ὦ αὐτόκρατορ, ᾧπερ ἤδη τὸ κράτος τῶν Ἐκκλησιῶν παρέχουσι θείως κινούμενοι πάντες οἱ τῆς Εὐρώπης, ἐνθυμηθείς, ὥσπερ σημείῳ χρήσαιτό τις μετ' οὐ πολύ σοι Θεοῦ θέλοντος δοθησομένης πολλῶν ἐθνῶν ἡγεμονίας· καὶ πρὸς τούτοις τοὺς σοὺς λογισμούς, οἷς ὡς παρόντα σε οἶμαι τὰ μέλλοντα ὁρᾷν, ὥσπερ τινὲς ἔφασαν τὸν Θεμιστοκλέα, χρῆσαι τῇ σῇ ψυχῇ, τῇ σῇ φρονήσει· ἀπόκρουσον τοὺς ἄλλοσε πῃ ἄγοντας ἢ παράγοντας, εἴπερ ἀληθῆ τὰ λεγόμενα, καὶ κατέλθωσιν αἱ Ἀβιῶνος εἰς τὴν Κωνσταντίνου τριήρεις, καὶ μὴ ἐξώσοι αὐτὰς ὁ Θεός· ἢ μεταβαλὼν τὰς ἐκείνων γνώμας θαυμασίως τῇ σῇ ἀρετῇ καμφθείς, καὶ ταύταις κἀκείναις ταῖς τριήρεσιν εἰς Ἰταλίαν προπέμψοι σε. Ἐγὼ μὲν οὖν ἔγραψα οὐ τῷ λέγειν θαῤῥήσας, οἶδα γὰρ ὡς οὐ μέτ-

D Hæc, imperator auguste, cui nunc potestatem Ecclesiarum divino impulsu tota Europa tradit, tecum voluta. Quo quidem ceu signo non multo post tibi, Deo volente, tradendi complurium gentium principatus quispiam utatur. Et cum hisce cogitationibus, quibus te ventura ut præsentia puto intueri (ut de Themistocle narratur), exsere animum et prudentiam tuam: alio te ducentes aut seducentes repelle, siquidem vera sunt quæ diximus; et si triremes Avenionenses Constantinopolim tenuerint et non expulerit eas Deus, aut eorum a quibus mittuntur mentes, admirabiliter virtute tua flexus mutaverit, et his et illis in Italiam te deducat. Ego igitur scripsi, non quod eloquentiæ meæ confiderem (sum enim conscius mihi paupertatis Græca-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rum artium), sed quod Ecclesiarum pacem mirifice desiderarem et genus nostrum in antiquum dignitatis locum per celsitudinem tuam revocari optarem. Hac una re commotus, multo ante hoc etiam cum beatissimo papa super his disserui. Quod restat, sacratissime imperator, vive, genus nostrum ad veterem felicitatem extolle, imperitiamque et verbositatem meam aequi bonique consule.

Α ἐστί μοι λόγων Ἑλληνικῶν, ἀλλὰ τῷ ἐφίεσθαι σφόδρα τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνης καὶ τῆς τοῦ γένους εἰς τὸ πάλαι ἀξίωμα διὰ τοῦ σοῦ ὕψους ἀποκαταστάσεως, ὅπερ καὶ μόνῳ κινηθεὶς πρὸ πολλοῦ, ἦλθε περὶ τῶν τοιούτων καὶ πρὸς τὸν μακαριώτατον πάππαν διειλέχθην. Σὺ δὲ, ὦ θειότατε βασιλεῦ, ζῆθι ἐπανάγων τὸ γένος πρὸς τὴν ἀρχαίαν εὐδαιμονίαν, καὶ τῆς ἀμαθίας ὁμοῦ καὶ πολυλογίας ἀνάσχωμαι.

CONSTANTINUS LASCARIS

NOTITIA

(Ex Christiani Frid. Boerneri libro *De doctis hominibus Græcis litterarum Græcarum in Italia instauratoribus.* Lipsiæ 1751, 8°.)

Hieronymus Ragusæ in *Elogiis Siculorum* (1): « Constantinus Lascaris, patricius Byzantinus (2), cum in Turcarum potestatem post fœdi ac diuturni belli incommoda Byzantium cessisset, anno reparatæ salutis 1454 vilem illam servitutem atque indignam barbarorum tyrannidem altissimo animo aspernatus, alio aliis nobilibus pari fortitudine commigrantibus, in Italiam, velut in commune summorum virorum domicilium, profugus venit (3), secumque, ut Æneas Trojanos penates, Græcas litteras illuc importavit.

Primum Mediolani, a Francisco Sfortia, Mediolanensi regulo, liberaliter exceptus, juventutis emolumento sane maximo eas litteras publice docuit (4). Deinde Romam profectus, cardinalem Bessarionem, cum generis tum morum affinitate arctissimo amicitiæ vinculo sibi astrinxit. Magnis inde præmiis a Ferdinando I invitatus (5), Neapoli eloquentiam et patriam linguam omni laude professus est.

Postremo in Siciliam navigans, Messanæ perpetuam sedem fixit, cœli salubri temperie, soli amœnitate, humanissimis civium moribus allectus, quodque frequens esset navium appulsus Messanam ex Oriente,

(1) Constantini Lascaris, cujus Græcos inter exsules, qui Græcas litteras in Italia instaurarunt, immortale quoque nomen est, elogium conscripsit Hieronymus Ragusæ, Siculus Motycensis, Soc. J. de quo videri potest Antoninus Mongitorius, *Biblioth. Siculæ*, tom. II, pag. 284. Præmisit illud suis Siculorum, qui veterum memoria litteris floruerunt, Elogiis, Lugduni primum, anno 1690 editis et in Thesauri antiquit. et histor. Siciliæ volumine XIV recusis, quippe quibus ipsius Constantini de scriptoribus Græcis, patria Siculis, inseruit commentationem. Auctior istius Ragusæ libri editio sub titulo, *Siciliæ Bibliothecæ veteris*, prodiit Romæ an. 1700. Copiosius quidem Constantini Lascaris vitam exposuit, in memorandis ejus laudibus nimius fere ac prodigus, Placidus Reyna in urbis Messanæ notitia historica, quam Italice scripsit, ediditque Messanæ an. 1658 et 68, quæque, ab illustri Jo. Laur. Moshemio Latine conversa, notisque locupletata, paulo ante laudati Thesauri voluminis IX inserta est part. II, p. 22 et seq. Cum autem in dicto Ragusæ elogio ea, quæ de doctissimo illo exsule Græco dici possunt, omnia summatim sint exposita, hinc que etiam Petrus Bayle quæ in Dictionario hist. et crit. t. III, p. 56 de Constantino Lascare refert, ex eodem repetierit, visum est nobis, illum ipsum, ornate perelegantque scriptum, cum adnotationibus quibusdam ad illustrandam confirmandamque Ragusæ narrationem facientibus, hic exhibere, ac prætermissam ab illo Constantini scriptorum addere recensionem.

(2) Illustres Constantinus habuit natales, ex ea ortus stirpe, quam nobilissimam et imperatoriam dicit Aldus Manutius in epistola qua rhetores Græcos typis suis excusos, Jano Lascari dedicavit. Maximis quondam apud imperatores Constantinopolitanos dignitatibus gens ipsius dicitur perfuncta.

(3) Falsum omnino est quod Theodosius Zigomalas in epistola ad Mart. Crusium, *Turco-Græciæ* lib. I, pag. 90, fando se accepisse scribit, Constantinum nimirum Lascarem ex numero nobilium doctorumque Græcorum fuisse, qui, futura cogitatione præcipientes, ex patria decesserint; eumque ante captam Constantinopolim cum tota familia, et cum aliis Messanam Siciliæ navigasse.

(4) Sexennium Mediolani Constantinum docendo peregisse, indeque, a Laurentio Medice invitatum, Florentiam concessisse, tradit Placidus Reyna Notit. hist. urbis Messanæ part. II, pag. 25. Florentinum autem hocce æque ac Gallicum, quod illi tribuit, iter parum idoneis probat documentis.

(5) Litteras, quibus Ferdinandus I rex Constantino artem oratoriam et Græcas litteras publice profitendi munus demandavit, ex Pauli Belli elogio Lascaris adducit Reyna, l. c.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

unde suorum litteræ ultro citroque perferrentur facilius : acerbum exsilii casum honesta ipsius causa, et hoc quoque blandimento mitigaturus Joanne Aragonio rege, anno 1465, donatur civitate a senatu, donis a civibus, utrisque gratiosissimus, tanta nominis celebritate mitiores ibi tradidit disciplinas, ut ex Italia in Siciliam præpotentes viri filios suos ad erudiendum ablegarent (6). Petrus Bembus Venetus, adolescens adhuc, postea inter purpuratos Patres a Clemente VII cooptatus, auditor exstitit Constantini eumque loco parentis coluit (7). Senatui bibliothecam testamento legavit (8), quam selectissimorum librorum copia instructissimam a Græcia asportaverat; civibus exempla virtutum suarum (9) reliquit.

Ab eodem senatu publico ære, a civibus mœstissimis lacrymis mortuo (10) parentatum. Excepit pretiosissimos cinéres in templo Carmelitanorum marmoreus tumulus, quem paucis ante annis dirutum Paulus Bellius S. J. queritur, cum ea sit temporis voracitas, ut neque insanis molibus, multorum sæculorum spatio exstructis, parcat laboresque multarum gentium sæpe uno die dissolvat : viget tamen Constantini memoria ad hanc ætatem, neque unquam consenescet, majori nominis pretio ex annorum longinquitate derivato. » Hactenus Hieronymus Ragusæ (11).

Præclaram grammaticæ Græcæ concinnandæ post Chrysoloram et Gazam, operam impendit Constantinus Lascaris, quod grammaticam disciplinarum artiumque omnium scientiæ fundamentum esse verissime judicaret. Hunccce, egregio Græcarum litterarum cupidæ juventutis commodo, Mediolani suscepit, Messanæque perfecit laborem, quemadmodum ipse in libri tertii operis sui grammatici fine docet, ubi etiam quibus ad id componendum usus fuerit subsidiis, refert. Magno grammaticæ Constantini Institutiones, ad perfectiorem videlicet linguæ Græcæ acquirendam cognitionem comparatæ, exceptæ sunt applausu ; id quod cum congestæ in illas ab harum litterarum bene peritis laudes, tum sæpius olim adornatæ earumdem

(6) Clarissimos aliquot viros, Messanæ in schola C. Lascaris Græcis litteris imbutos, commemorat Reyna l. c., pag. 24 et 25, et ex ipsis quidem Siculis, Chr. Schoborem, Franc. Maurolycum, Pharaonium, Jannellum et Bern. Riccium ; ex cæteris Petr. Bembum et Angelum Gabrielem, Venetos, itemque Urbanum Bolzanium, Bellunensem, qui postea Institutionum linguæ Græcæ grammaticarum duos scripsit libros, Venetiis apud Aldum, a. 1497 impressos.

(7) Inter illos, quos præstantissimi hujus Græcarum litterarum doctoris fama Messanam, alteras, propter illum ipsum, ut Aldus ait, eo tempore Athenas, ex Italia attraxit, quique eximiam, hoc magistro Græci sermonis sibi compararunt cognitionem, principem utique cum Urbano locum tenet Petrus Bembus ; de quo Jo. Casa in Vita ejus quæ exstat inter *Vitas selectorum virorum*, Londini an. 1681 editas pag. 142 : « In Sicilian, inquit, ad Constantinum Lascarem, Græcarum litterarum causa, profectus, trienniumque ibi commoratus est ; tantumque ingenio, labore, assiduitate profecit ut Græce non modo optime sciret, sed etiam polite luculenterque scriberet. » Quanti vero doctorem huncce suum fecerit Bembus ipsius docent litteræ, *Epistolarum familiarium* l. I, pag. 596, quibus patri suo Messana an. 1492 scribit : « Erudimur mira Constantini Lascaris diligentia, tum amore prope paterno. Omnino nihil illo sene humanius, nihil sanctius. » Idem epp. l. VI, pag. 653, Francisco Maurolyco, Messanensi, respondens, ubi longe gratissimas illius litteras sibi fuisse ait, hæc addit : « Nam et illius temporis, quo Messanæ Græcorum ediscendis litteris fui, omnibus aliis, quæ deinceps vixi, temporibus, non jucundioris modo sed certe etiam fructuosioris, et Constantini Lascaris, optimi sanctissimique viri, qui me erudit memoriam ad meos sensus atque animum suavissima commemoratione revocatam excitasti. »

(8) Laudabili hac in re Bessarionis cardinalis imitatus est exemplum. Bibliothecam hanc, codd. mss. Græcis refertam, Messanæ in armario vulgo *Tesoro* asservari docet Ge. Gualterius in *Tabulis antiquit. Siciliæ*, pag. 179. Conf. Joseph. Bonfilius in Descript. Messanæ, l. III, *Thes. antiquit. Siciliæ*, vol. IX, pag. 26.

(9) Aldus Manutius, in epistola ad Angelum Gabrielem, patricium Venetum, Constantini grammaticæ præfixa, bene semper beateque Lascarem vixisse ait. Castos illius mores et vitæ sanctimoniam maximopere prædicat Reyna, loc. cit. p. 26. Sacris eum ordinibus initiatum ac sacerdotem fuisse, idem conjectat. Miræ autem sunt, quas affert, conjecturæ rationes, nempe quod optimum sanctissimumque virum ipsum vocaverit Bembus ; quod in Speronii dialogo de linguis, titulus *Monsignore*, sacerdotibus eo tempore proprius, ei tribuatur ; quodque Lascaris in proœmio libri III grammaticæ suæ, inanis gloriæ et divitiarum contemptionem, ac singulare aliorum commodis inserviendi studium profiteatur et præ se ferat, hujus autem generis virtutibus sacri ordinis viri plerumque soleant esse exornati.

(10) Constantinum senem Messanæ mortuum esse Volaterranus *Commentar. urb.* l. XXI, pag. 776, et Thomas Poreachus in *Descript. CP.*, p. 157, tradunt. Plac. Reyna l. c., pag. 28, peractis feliciter ea in urbe viginti et septem annis diem illum obiisse refert supremum, videturque omnino dies ipsius emortualis in sæculi XV tertium et nonagesimum, proximumve incidisse annum.

(11) Ragusæ hocce Lascaris elogium Josephus Antonius Saxius in suam etiam intulit historiam typographico-litterariam Mediolanensem, p. 175 seq.

(a) Joannes Yriarte in Præfatione ad Catalogum codd. Græc. Matrit. : « Is, inquit, (catalogus) maximam partem ex miscellis codicibus constat, quorum Constantinus Lascaris, Byzantinus, post captam Constantinopolim in Italiam profugus, grammaticæ artis humaniorumque litterarum scientissimus, idemque scriptor diligentissimus, sexaginta circiter undequaque collegit, manuque sua descripsit ; partim etiam vel supplevit, vel auxit, tum denique aut scholiis aut adnotationibus illustravit. Hi autem codices adeo variam, minutam ac multiplicem opusculorum copiam complectuntur, ut unius viri et mentis et manus laborem merito demireris ; ut in nulla alia bibliotheca æque minutam multitudinem inveniri posse credas : quare ipsam non subtili minus ratione prosecuti sumus. Horum autem codicum, ut rem ab origine repetam, ad Joannis Francisci Pacheco et Mendoza, Uzedæ ducis, et Philippi V regis in Sicilia vicarii, bibliothecam maxima pars olim pertinuit, unde in Regiam Matritensem illata. » Yriartus suo catalogo fragmenta bene multa operum Constantini inseruit, vel eorum notitiam præbuit. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

testantur editiones, quas Fabricius (12) et in primis Maittairius (13) recensent. Primum Grammatica Constantini Lascaris Græca ex recognitione Demetrii Cretis, litteris impressa est per Dionysium Paravisinum, Mediolani, anno 1476, in forma quadripartita; hæcque non prima solum illius est editio, sed etiam quod singulare ei conciliat decus, primus is liber integer est ab inventa typographia Græce exrusus (14). Bern. de Montfaucon (15), bibliothecæ B. Mariæ Florentinæ codices mss. enarrans, hos inter rarissimam hancce Mediolanensem C. Lascaris grammaticæ Græcæ refert editionem. Ex compluribus, quæ illam insecutæ sunt, editionibus, duæ præsertim commemorandæ esse videntur : Veneta Aldi Manutii et Florentina Philippi Juntæ. Etenim, ad Venetam quod attinet, Aldus grammaticas C. Lascaris Institutiones, quod deficientibus, ut in præfatione ait, impressis, frequenter ab ipso peterentur, antea editis longe correctiores, ad librum videlicet, ipsius Constantini manu emendatum, recensitas, additis Joannis monachi Placentini interpretatione Latina, minus tamen omnibus probata, una cum aliis quibusdam opusculis, in ædibus suis Venetiis, anno 1494 in-quarto, ut vulgo dici solet, excusas publicavit, easdem vero etiam, altero ac tertio libro auctas, iterum edidit anno 1512 (16). Altera, memoratu maxime digna, editio est Florentina (17). Continet ea, æque ac Aldina posterior, Grammaticæ Lascaris libros tres : 1, de octo partibus orationis; 2, de constructione; 3, de nomine ac verbo; itemque de pronomine, quoad omnem dialectum usumque poeticum, libellum; quibus alia quoque nonnulla addita sunt opuscula. Græce cum interpretatione Latina, omnia hæc impressa sunt Florentiæ opera et sumptu Philippi Juntæ, anno a N. C. 1515, in-quarto, ac Petro Victorio inscripta a Bernardo Junta, qui de hac editione ita præfatur : « Non ignoranti, quam necessaria sint vel eruditissimo cuivis minima quæque grammatices præcepta, venit in mentem Constantini Lascaris, quem inclyta quondam genuit Byzantium, pulcherrima scripta pulcherrimis nostris typis cudere. »

Composuit etiam Constantinus Messanæ duos libellos, alterum de scriptoribus Græcis, patria Calabris, alterum de scriptoribus Græcis, patria Siculis, et illum quidem Alphonso Aragonio, Calabriæ duci hunc vero Ferdinando Acunæ, Siciliæ proregi, dicavit. Utrumque doctissimus abbas Franciscus Maurolycus, in Historiæ Sicanicæ, Messanæ, a. 1562 editæ, et Thesauris antiquitatum et historiarum Siciliæ volumini IV insertæ, libro I, pag. 22 sqq., vulgavit; indeque depromptum Joan. Alb. Fabricius exhibuit in Biblioth. Gr., volumine XIV, p. 22 sqq.; posteriorem vero etiam supra laudatus Hieron. Ragusæ in suam transtulit Elogia Siculorum.

Præter ea quoque S. Demetrii martyris vitam scripsit, eamque Juliano Centelles, strategio Messanensi, consecravit (18).

Ex Græco in Latinum convertit sermonem I, *Sacram* quæ vocari solet, *B. V. Mariæ ad Messanenses epistolam* : qua interpretatione magnam a Messanensibus, qui pro vera et authentica illam habent (19), iniit gratiam (20); eoque nomine cum a cæteris ejusdem epistolæ propugnatoribus celebratur, tum in

(12) Biblioth. Græc. vol. VII, pag. 39.

(13) In *Annalibus typographicis*. Vid. tom. V, qui indices in illos continet, part. II, p. 7.

(14) Vid. Mich. Maittaire, *Annal. typograph.* tom. I, pag. 38, editionis posterioris pag. 42, 97; et J. A. Saxius l. s. c., p. 173 sqq., enatæ Mediolani integros libros Græcis characteribus conficiendi artis documentum memorans, Lascaris grammaticam, dicto anno, ibi impressam.

(15) *Diar. Italicum*, cap. 25, pag. 369.

(16) Vid. Maittaire l. c., t. I, 529 sq. ed. poster., sive tomi IV, p. 577, et tom. II, pag. 48. 105, 240. Clarissimus Saxius l. c. p. 176 Aldum Græcæ suæ typographiæ a grammaticis C. Lascaris Institutionibus an. 1494 impressis exordium duxisse, inde colligit, quod in præfatione ipse laborum suorum quodiam quasi præludia e illas esse proliteatur. Maittairius autem t. I, p. 233 sq., Musæi de Herone et Leandro poematium pro primo, quod Aldus emiserit, suorum in typographia laborum specimine vult haberi.

(17) Hanc a Fabricio et Maittairio omissam, nos ipsi possidemus.

(18) Pl. Reyna, l. c. pag. 27.

(19) Epistolam *ad Messanenses* (inquit Fabric. in *Cod. pseudepigrapho*), quam e Græco Latine a. 1467 Constantinus Lascaris tradidit vertisse, pseudo-Dexter ad a. C. 430 scribit in tabulario Messanensi repertam Hebraice exaratam. Memoria ejusdem (*il festo di Maria della lettera*) publice solemni ritu quotannis Messanæ ab a. 1656 colitur die 3 Junii, de quo Placidus Reyna in Notitia urbis Messanæ p. 65 sq. Itaque in subscriptione epistolæ legendum : *Anno Filii nostri XLII, 3 Non. Junii, non Julii*, ut in Codice apocrypho N. T., pag. 850, perperam excusum est. In templo S. Sepulcri Hierosolymis inter cimelia et anathemata donativa servantur quatuor urnæ argenteæ desinatæ floribus et imago Crucifixi ex argento elaboratissimi operis, quæ a civitate Messanensi dedicatæ sunt in memoriam ejusdem epistolæ, ut notavit Jo. Franciscus Gemelli Carreri, Neapolitanus, Itinere per orbem, t. I edit. Gallicæ, p. 175. Ecquis referat omnia scripta, laudes, panegyricos, apologias quæ ad epistolam commendandam typis exscriptæ exstant, et a Reyna in Notitia Messanensis urbis t. IX Thesauri Antiquitatt. Siciliæ, p. 29 ad 61, et 245, 249 ad 266 recensentur? Epistola autem talis est, ex interpretatione Constantini Lascaris :

Maria Virgo, Joachim filia, Dei humillima Christi Jesu Mater, ex tribu Juda, stirpe David, Messanensibus omnibus salutem, et Dei Patris omnipotentis benedictionem.

Vos omnes, fide magna, legatos ac nuntios, per publicum documentum ad nos misisse constat. Filium nostrum Dei genitum, Deum et hominem esse fatemini; et in cœlum post suam resurrectionem ascendisse, Paulli apostoli electi prædicatione mediante, viam veritatis cognoscentes : ob quod vos et ipsam civitatem benedicimus, in cujus perpetuam protectionem nos esse volumus. Anno Filii nostri 42, indictione 1, III Nonis Junii, luna 27, feria 5, ex Hierosolymis. Maria Virgo.

(20) Messanenses Constantinum, tanquam sa-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

primis a Placido Reyna summis ad cœlum extollitur laudibus; II, *Acta SS. apostolorum Petri et Pauli*, in quibus Pauli in urbem Messanam adventus memoratur; quam versionem, ad senatores a. 1490 urbis imperium administrantes, missam, una cum textu Græco idem ille Reyna exhibet, in Notit. Messan. parte II, p. 92 sq., quamque inde repetiit J.-A. Fabricius in Biblioth. Gr. vol. XIV, pag. 36 sqq.; III, *Vitam S. Agathæ, virginis et martyris*, quæ in Thesauro urbis Messanæ adhuc asservatur (21); IV, *Sergii, patriarchæ Constantinopolitani in laudem B. V. Mariæ hymnos* (22).

Constantini Lascaris epitomen libri XVI Herodiani *Μεγάλης Προσῳδίας* ms. in bibliotheca Joannea Hamburgensi exstare, J. A. Fabricius (23) refert. Mediolani autem in Ambrosiana hæcce Græca ejusdem opuscula, J. A. Saxio teste (24), asservantur: De constructione verborum; solutiones quarumdam quæstionum grammaticalium; prolegomena in Orpheum; epistola ad Bartholomæam Sulmonensem, contra Philelphum, in qua illum carpit, quod nimium se jactaret de Græcæ linguæ peritia, plures ejusdem errores condemnans, ac genuinam nonnullarum vocum originem et significationem exponens.

pientiæ oraculum, suspexisse ait Hippol. Maraccius, in *Biblioth. Mariana*.

(21) Pl. Reyna, l. c. De vitæ S. Agathæ scriptoribus ex instituto commentatus est S. V. Jo. Laur. Moshemius in præfatione ad Jo. Bapt. Guarnerii dissertationes historicas Catanenses, Thesauri antiquitatum et historiarum Siciliæ volumini XI insertas.

(22) Hi Sergii hymni a C. Lascare Latine conversi, mss. exstant in Biblioth. Cassinensi. Vid. Montfaucon. Biblioth. mss. novæ t. I, pag. 227.

(23) Biblioth. Gr. vol. VII, pag. 40.

(24) In *Historia typograph. litter.*, Mediolan. p. 176. Orphei *Argonautica*, amissa fere, C. Lascaris beneficio, ab interitu servata fuisse, Reyna, l. c., pag. 27, tradit.

CONSTANTINI LASCARIS

EPISTOLA

AD JOANNEM GATUM, CATANÆ EPISCOPUM.

Librum suum de scriptoribus Græcis, patria Siculis, mittit, et insulæ Siciliæ et Siculi præsulis laudes persequitur.

(Yriarte, Catalog. Græc. Matrit. p. 184.)

Κωνσταντῖνος ὁ Λάσκαρις τῷ αἰδεσίμῳ καὶ σοφῷ Ἰωάννῃ Γάτῳ, ἐπισκόπῳ Κατάνης, εὖ πράττειν.

Πολλῶν ὄντων καὶ θαυμαστῶν, ὧν ἡ πολύκαρπος Σικελία μήτηρ ἐγένετο, ἓν τοῦτο οἶμαι πρῶτον καὶ τιμιώτερον ἦν ἔσχε φορὰν σοφῶν ἀνδρῶν, καὶ τούτων οὐκ ὀλίγων καὶ τῶν καλῶν ἐφευρετῶν, ὅπερ οὐδεμίαν τῶν νήσων, οὐδ' αὐτὴν τήν ποτε γενναίαν Πελοπόννησον σχεῖν ἀνέγνωμεν. Εἰ γοῦν ἐπαινετὴ μὲν τῇ τοῦ σίτου φορᾷ καὶ ἵπποις, ἐπαινετωτέρα δ' ἂν εἴη πολλῷ τοιούτων ἀνδρῶν σοφίᾳ καὶ ἀρετῇ, ὑφ' ὧν ταμάλιστα ἐπαινεῖται καὶ μνημονεύεται· καὶ τοσοῦτον πλέον ὅσον σοφία τῶν ἄλλων ἀμείνων· ἵπποι μὲν γὰρ ταῖς σωματικαῖς χρείαις ὑπηρετοῦσι· καὶ σῖτος τροφὴ σώματος· σοφία δὲ πάντα διοικοῦσα καὶ τὴν ψυχὴν βελτιοῦσα, ἀθανάτους τοὺς κεκτημένους ἀποκαθίστησιν. Αὕτη δὴ ἐπισταμένη ἐξ ὅτου Σικελίαν Ἕλληνες ᾤκησαν, πόλεις καὶ νόμους καὶ ἤθη καὶ ἀρετὰς παρεσκεύασε· καὶ τοὺς πρὶν θηριώδεις Σικανούς τε καὶ Σικελοὺς ὄντας νομάδων, ἡμέρους καὶ πολιτικοὺς ἀπέφηνε· καὶ τοιούτους ἄνδρας ἀνέσχεν, ὥστε πάντα τὸν χρόνον μὴ δυνηθῆναί ποτε τὴν φήμην αὐτῶν ἐξαλεῖψαι· ὧν τοὺς βίους οὐκ ἄνευ πόνου συντάξας ἐκγράψας τε, ὡς ἠξίωσας, ἔπεμψά σοι μᾶλλον τῶν ἄλλων

Constantinus Lascaris illustri et erudito Joanni Gato, Catanæ episcopo, bene agere.

Inter ea multa et mirabilia quæ fertilis Sicilia produxit, in hoc puto primum locum et honorabiliorem obtinere, quod viros doctos non paucos aluit et solertes inventores; ita ut insularum nulla, ne nobilis quidem olim Peloponnesus, illi possit æquiparari. Si ergo propter frumenti et equorum proventum celebratur, quanto magis ob tales viros quorum sapientia et virtute nobilitatur et os omnium pervadit; et hoc tanto magis, quanto cæteris sapientia præstat. Equi enim materialibus inserviunt necessitatibus, frumento corpus alitur; sapientia autem omnium dominatrix, et animam melioribus informans, sectatores suos immortales efficit. Ipsa sane, ex quo Siciliam Græci obtinuere, hic sedem suam elegit, civitates, leges, consuetudines, virtutes ordinavit, et ferinos quondam Sicanos et Siculos, vitam nomadicam agentes, mansuefecit et civilia instituta docuit; unde tales viros produxit, ut eorum memoria post longum tempus nondum sit oblitterata. Eorum vitas non sine labore collectas scripto mandavi, et tibi, ut postulasti, transmisi, putans, ad te, præ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

aliis, ut opus evolvas pertinere, qui aliis doctior es et omni scientia excellens. Ex quo intelligitur nec absurdum nec impossibile esse et hodie Siculos laudare jamdudum tales exsistentes, et te, qui Siculus es et clarorum horum Græcorum nepos, nobis in exemplar proponi, quibus non Latini tantum, sed generis alius homines omnia bona, ut ita dicam, accepta referunt. Ut igitur quondam Empedocles, Gorgias, Charondas et Stesichorus, ita nunc, ex quo Latini insulam obtinuere, multi poetæ, at plures rhetores, philosophi et theologi. Et si nullus alius esset, sufficeres solus, omnium vice, in omnibus excellens et patriæ antiquam famam renovans ; et proavos superans, quod certe patribus tuis optabile, sapientia vera et duplici sermone, ita ut ii Græci, tu Latinus et Græcus : mens una in duabus linguis, alteram alterius venustatibus exornans. Profecto si antiquis istis præsentium sensus esset, magna lætitia afficerentur, et ante omnes Dicæarchus et Aristocles, talem civem habentes divinis donis præditum et nihil non scientem ; poeta enim es, rhetor, philosophus, theologus, mathematicus; tu scientiæ pater, sermonis dux et fons, cujus fluentis Sicilia omnis irrigabitur ut Italia olim a sapiente Pythagora. Talis igitur exsistens et episcopus hujusce admirandæ urbis factus, doctrinæ sis sospitator et quas fovet artes Catana ut Italicis præstent efficias, ita ut te præsente aliis non indigeant ; quæ Latinis insipientia videntur tua diligentia sapientia evadant ; tu enim interpres optimus es, interpres falli nescius; cujus nomen posteritas ad se transmissum immortalitate donabit. Vale, et quos desiderasti Siculos lege.

γητὴς ἄριστος· σὺ ἑρμηνεὺς ἀψευδής· οὗ τὸ ὄνομα ὁ μέλλων αἰὼν παραλαβὼν, ἀθάνατον διαφυλάξει. Ἔρρωσο, καὶ οὓς ἐπόθεις Σικελιώτας ἀνάγνωθι.

τὴν ἀνάγνωσιν προσήκειν οἰόμενος, ὅσον τῶν ἄλλων σοφώτερος τυγχάνεις γε ὢν περὶ πάσας τὰς ἐπιστήμας· ἐφ' ᾧ ἰδεῖν ἔξεστιν οὔτε τῶν ἀπεικότων οὔτε τῶν ἀδυνάτων, καὶ νῦν Σικελοὺς εὐδοκιμεῖν ἐκ παλαιοῦ τοιούτους ὄντας, καί σε ἔξοχον ἐφ' ἡμῶν γενέσθαι Σικελὸν ὄντα, καὶ τῶν ἐπιφανῶν ἐκείνων Ἑλλήνων ἀπόγονον· ἀφ' ὧν πάντα ταγαθὰ, ὡς εἰπεῖν, οὐ μόνον Λατῖνοις, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις γένεσι προσεγένετο. Ὥσπερ τοίνυν Ἐμπεδοκλῆς τότε καὶ Γοργίας, Χαρώνδας τε καὶ Στησίχορος, οὕτω καὶ νῦν ἐξ ὅτου Λατῖνοι τῆς νήσου ἐκράτησαν, πολλοὶ μὲν ποιηταὶ, πλεῖστοι δὲ ῥήτορες, φιλόσοφοί τε καὶ θεολόγοι. Εἰ δὲ καὶ μηδεὶς ἄλλος ἦν, ἀρκεῖς ἂν αὐτὸς μόνος πάντων ἀντάξιος παρὰ πᾶσιν εὐδοκιμῶν, καὶ τὴν παλαιὰν τῆς πατρίδος φήμην ἀνανεούμενος, καὶ τοὺς προγόνους νικῶν, τοῦτο δὴ τὸ τοῖς πατράσιν εὐκτὸν τῷ ἀψευδεῖ σοφίᾳ καὶ τῷ διττῷ ἰδιώματι· ὅσον ἐκεῖνοι μὲν Ἕλληνες, σὺ δὲ Λατῖνος καὶ Ἕλλην· εἷς νοῦς ἐν δυεῖν γλώτταιν· καὶ τοῖς τοῦ ἑτέρου καλοῖς σεμνύνων τὸν ἕτερον, ὄντως ἐν τοῖς ἀποιχομένοις αἴσθησις τῶν τῇδε ἦν πάντες περιχαρεῖς ἂν εἶεν· καὶ πρὸ τῶν ἄλλων Δικαίαρχός καὶ Ἀριστοκλῆς· τοιοῦτον συμπατριώτην ἔχοντες θείᾳ φύσει κεχρημένον, καὶ πάντα συλλήβδην μαθόντα. Σὺ γὰρ ποιητὴς· σὺ ῥήτωρ, φιλόσοφος, θεολόγος, μαθηματικὸς, σὺ σοφίας πατὴρ· σὺ λόγων ἡγεμὼν καὶ πηγή· ἀφ' ἧς Σικελίᾳ πᾶσα νῦν ἀρδευθήσεται, ὥσπερ Ἰταλία ποτὲ πρὸς τοῦ σοφοῦ Πυθαγόρου. Τοιοῦτος τοίνυν ὢν καίπερ ἐπίσκοπος τοιαύτης πόλεως θαυμαστῆς γεγονὼς, φάνηθι τῶν λόγων σωτὴρ, καὶ τὰς ἐν Κατάνῃ κατερρηκυίας σπουδὰς, πολλῷ σεμνοτέρας τῶν Ἰταλῶν ἀπόφηνον· ἵνα σοῦ παρόντος ἐκείνων μὴ δέοιντο Σικελοὶ, καὶ ἃ Λατίνοις ἀσαφῆ, ταῦτα σαφῆ τῇ σῇ σπουδῇ ποίησον· σὺ γὰρ ἐξ-

CONSTANTINI LASCARIS

BYZANTINI

DE SCRIPTORIBUS GRÆCIS,

PATRIA SICULIS.

Constantinus Lascaris Ferdinando Acunæ, Siciliæ proregi, salutem.

Si antiqui illi tantopere laboraverunt, illustrissime princeps, ut non solum docti efficerentur, verum etiam ut apud posteros nomen haberent æternum : nonne et nos elaborabimus tum patriæ tum scientiæ amore, ut illorum jam diu oblivioni tradita nomina, ob linguæ, ut arbitror, nostræ ignorantiam ac librorum inopiam, instaurare et e tenebris in lucem educere, atque in hominum notitiam revocare possimus, præsertim ut Siciliæ gloriam quam de suis viris illustribus consequitur, adaugeamus ? Equidem quamvis non paucos protulerit insula celebres viros, tamen plerique ob temporis injuriam atque Græcorum calamitates ignorantur. Itaque nos quotquot potuimus ex Laertio,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Philostrato, Suida aliisque veterum monumentis carptim collectos in hoc notavimus compendio, Tibique, prorex excellentissime, dicavimus, qui rerum antiquitate et ingenuis litterarum studiis apprime delectaris, et ob id litteratos singulari benevolentia prosequeris. Exordiar ergo a Messeniis nostris, cum sit Messana primus Trinacriæ angulus, regnique clavis et initium. Lege igitur felix, Fernande, Siciliæ decus, meque ut facis ama.

2. *Dicæarchus* Siculus Messenius, philosophus Peripateticus, orator ac geometra, Aristotelis auditor : qui leges et statuta concivibus suis dedit, plurima in philosophia scripsit, item *Peloponnesi totius descriptionem, moresque Græciæ tribus libris* complexus est : *Politiam* quoque *Lacedæmoniorum* quam statuto quodam singulis annis legendam audiebant.

3. *Aristocles* Siculus Messenius, philosophus Peripateticus, *decem libros de philosophia naturali*, et totidem *in morali* edidit, item *Artem dicendi*, item *Homeri ac Platonis comparationem*, uter doctior fuerit, ubi philosophos innumeros eorumque opiniones commemorat.

4. *Ibycus* Siculus Messenius, historicus et poeta, ex novem vatibus lyricis Græciæ unus, Rheginus genere. Plura composuit lingua Dorica. Primus sambucam instrumentum invenit. Hic in silva quadam Calabriæ a latronibus captus et ab eis interimendus, ad grues casu illac volantes dixit : Saltem vos testes mortis meæ et ultrices estote. Quo interempto latrones die quadam in theatro spectandi gratia sedentes, cum grues forte volantes vidissent, dixerunt ad invicem : Ecce grues Ibyci. Quod quidam audiens, id quod erat suspicatus, civitatis præfecto retulit, qui re discussa et cognita, eos suspendio damnavit. Unde proverbium ortum est in re certa : Grues Ibyci. Quod beatus Cyrillus divina factum providentia affirmat.

5. *Lycus* sive *Lupus* Latine, qui et *Butheras* vocabatur, Messenius historicus ac poeta, plura *de Sicilia* et *de Libya* conscripsit.

6. *Polycletus* Messenius, philosophus ac medicus celeberrimus, qui Phalaridem Agrigentinum tyrannum morbo incurabili liberavit, sicut ex prima Phalaridis epistola colligitur.

7. *Timotheus* (1) Taurominitanus, orator satis mordax : quem Athenienses Epitimæum, hoc est increpatorem vocabant. Is *libros octo de Siciliæ et Italiæ gestis* composuit, item *De argumentis aliisque necessariis artis oratoriæ*, item *De omnium historicorum erroribus*, quos amarissime carpit.

8. *Charondas* Catanæus, Pythagoricus philosophus, legumlator, qui omnibus Chalcidensibus Italiæ et Siciliæ incolis leges dedit.

9. *Diodorus* Siculus Argyrensis, historicus præstantissimus, qui sub Tiberio Cæsare militavit. *Historiam* composuit *libris quadraginta*, quam *Bibliothecam* vocavit ; de antiquitate Ægyptiorum, de Sicilia et aliis insulis, de bello Trojano, de gestis Alexandri et Romanorum usque ad suam ætatem, quorum sex a Poggio Florentino traducti circumferuntur. Reliqui vix inveniuntur. Ego autem omnes ejus libros vidi in bibliotheca imperatoris CPolitani.

10. *Demeter* sive *Ceres* mulier Sicula et legifera, teste Diodoro, quæ prima Siculos frumenti cultum docuit ; cujus filia *Proserpina* eximiæ pulchritudinis juxta Ennam urbem ab Orco Molossorum rege rapta est.

11. *Philonides* Siculus Ennensis, medicus celeberrimus.

12. *Philistion* Siculus, philosophus ac medicus excellens, in medicina præceptor Eudoxi Gnidii.

13. *Gorgias* Leontinus, orator subtilis, discipulus Empedoclis ac Tisiæ. Primus Athenis artem oratoriam publice legit, multosque docuit. Plura in arte edidit, plura composuit. Hujus *tres* exstant *Orationes* quas ego legi in bibliotheca Florentina D. Marci.

14. *Herodicus* Leontinus, frater Gorgiæ, medicus celeberrimus.

15. *Dinomenes* Syracusanus litteris deditus : cujus filii tyranni, scilicet *Hieron* ille, litteris et musicæ deditus, *Gelon* ille potens, *Polybius et Thrasybulus*.

16. *Hieron* Syracusanus tyrannus, Dinomenis filius, frater Gelonis, liberalis et beneficus in litteratos et mus cos.

17. *Hieronymus* Syracusanus, nepos Hieronis, vir sane doctissimus, sed crudelissimus fuit.

18. *Dionysius* primus Syracusanus, Hieronis nepos, vir doctus ac tyrannus crudelissimus. Scripsit *Tragœdias*, *Comœdias* et *Historiam*. De hoc legitur, quod quædam vetula Himerensis in somnis viderit se cœlos conscendisse, ac sub sede Jovis virum in incendio ferrea catena vinctum : cumque quis esset interrogasset, audivisse, Siciliæ homicidam esse. Post aliquot annos, cum videret Dionysii crudelitatem, somnium exposuit, quo tyrannus audito, anum ipsam interemit.

19. *Dionysius* secundus, primi filius, philosophus ac orator, *Platonis* discipulus, *Epistolas* composuit, et *Commentum in poemata Epicharmi* comici.

20. *Dionysius* alius Syracusanus, tyrannus crudelis ac doctus, scripsit *tragœdias*, *comœdias* et *historiam*.

21. *Dion* Syracusanus tyrannus, *Platonis* discipulus, frater Aristomachæ uxoris primi Dionysii. Hic expulit secundum Dionysium, a quo postea fuit expulsus.

22. *Hermocrates* Syracusanus, vir sane politicus et amator patriæ, miraque doctrina ornatus, pater Dionysii senioris sive socer.

(1) Leg. *Timæus*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

23. *Epicydes* et *Hippocrates*, fratres Pœni, sed Syracusis oriundi, armis ac litteris clari et copiarum ductores : fraude tamen Siculos a Romanis ad Pœnos inclinare conabantur.

24. *Archimedes* Syracusanus, philosophus ac geometra acutissimus, artisque mechanicæ auctor, pleraque *in Geometria* scripsit et *Commentum in Homerum*. Hujus opera exposuit *Eudocius* Ascalonita, vitam vero scripsit *Proclus* Lycius.

25. *Achæus*, sive *Achivus* Latine, Syracusanus, poeta comicus *Comœdias decem* composuit.

26. *Athenagoras* Syracusanus, vir politicus et orator suavissimus, amatorque patriæ.

27. *Antiochus* Syracusanus historicus, qui *Romanas* scripsit et *Siculas Historias*, quem citat Pausanias.

28. *Bion* Syracusanus orator, qui *artem rhetoricam* et plura composuit.

29. *Dinolochus* Syracusanus, poeta comicus, *Epicharmi* discipulus, *quatuordecim Comœdias* Dorice scripsit.

30. *Epicharmus* poeta comicus Syracusanus, vel ex Castro oppido Sicanico, *Pythagoræ* auditor, comœdiam primus invenit, itemque tres litteras Græcas duplices. Multas præterea *Comœdias* edidit. Hic ab Hierone multatus est, quod lascivos versus coram regina recitasset.

31. *Eudoxus* Siculus, Agathoclis tyranni filius, poeta comicus, multas composuit *Comœdias*, ex quibus octies adeptus est victoriam.

32. *Themistogenes* Syracusanus, historicus : *Cyri regis ascensum, et de patria sua*, multa conscripsit.

33. *Theodorus* Syracusanus orator, qui præter alia, multa *de re militari* composuit.

34. *Theocritus* Syracusanus, poeta præstantissimus, *Bucolicorum* auctor illustris. Plures scripsit *Eclogas* diverso idiomate, quorum 39 exstant. Bucolicum genus, ut quidam aiunt, inventum est apud Lacedæmonios, ut alii, apud Tyndaridam Siciliæ urbem, quo tempore Orestes cum Iphigenia Dianæ simulacrum ex Tauris reportavit. Alii, quod verius est, Syracusis inventum asserunt. Nam cum Syracusani post multas seditiones ac clades ad concordiam Dianæ opera rediissent, Dorici pastores hoc carminis genere psallentes Dianam celebrarunt.

35. *Callias* Syracusanus, historicus, *Historias* plures scripsit, et in his *Agathoclis* Siculi tyranni *gesta*.

36. *Corax*, sive *Corvus* Latine, Syracusanus, inventor et ordinator artis rhetoricæ sive oratoriæ. Nam cum Syracusani a tyrannide liberi ac pacati inter se rempublicam ordinassent, primus Corax incepit se exercere et vi orationis persuadere ac dissuadere, monereque omnes ad bene et libere vivendum, et ob id universis gratissimus exstitit. Is orationem in tria divisit, scilicet in exordium, narrationem et epilogum ; rogatusque a concivibus, artem publice legit, et multos erudivit, quorum unus A *Tisias* sive *Ctesias* fuit ex concivibus pauper, qui si artem addidicisset, duplicem promiserat mercedem : edoctus vero promissam negavit. Ad judicium vocatus Tisias Coracem interrogavit : Quidnam est ars oratoria ? cui Corax respondit, Persuadendi ars. Tisias autem ab artis hac diffinitione ita arguit : Si persuasero tibi, Corax, tanquam persuadens, non solvam, nam vici : si vero non persuasero, non solvam, nam non persuadens non didici artem. Corax vero e contrario : Imo si persuasero tibi, Tisia, promissum capiam ut victor : si autem non persuasero, etiam mercedem solves, cum talem fecerim te, ut persuadere non potuerim. Tunc judices utriusque argutiam mirati clamare cœperunt : Mali corvi malum ovum, id est, gravi præceptore B gravior discipulus, quod deinde prolapsum est in proverbium, quoties e malo malum prodit. Hic Corax, teste Aristotele, *Oratoriam* primus *artem edidit*.

37. *Ctesias* sive *Tisias* Syracusanus dudum memoratus, *Coracis* prædicti discipulus et rhetor astutus. Hos A. Gellius Protagoram et Evathlum appellat.

38. *Lysias* ille suavissimus orator, Cephali filius, *Tisiæ* discipulus et *Gorgiæ*, Syracusanus, unus ex decem magnis oratoribus Græciæ, plures edidit *Epistolas*, *Artem oratoriam*, *Orationes ultra trecentas*, ex quibus paucæ exstant.

39. *Menecrates* Syracusanus, medicus celeberrimus, homines a comitiali morbo liberabat. Hic Jovem se vocari, eos autem sibi subditos, quos sanabat, voluit. C

40. *Simmias* Syracusanus philosophus fuit ac *Stilponis* auditor, cujus filiam parum pudicam duxit.

41. *Monimus* Syracusanus, philosophus Cynicus et Diogenis Cynici filius : vir sane elegantissimus et copiosissimus, multa scripsit in *Philosophia*, famulus autem fuerat cujusdam mensarii Corinthii. Hic contempta gloria, veritatem semper appetiit.

42. *Moschus* Syracusanus, grammaticus et poeta fuit, qui multa scripsit, quem opinor et *Moschionem* appellatum.

43. *Sosiphanes* Syracusanus, poeta comicus sive tragicus, synchronus *Euripidis*, unus e *septem tragicis* tempore Philippi et Alexandri. *Mimos* viri- D *les ac muliebres*, *tragœdias* 73 *scripsit*, *in quibus* septies palmam adeptus est. Item alia tam metro quam prosa. *Platonem* hujus poemata legentem, somnum cepisse aiunt.

44. *Philemon* Syracusanus, poeta comicus tempore Alexandri, annos vixit 90, et totidem edidit *Comœdias*, obiitque ex vehementi risu.

45. *Philistus* Syracusanus vel Naucratita, historicus, plura scripsit *de Sicilia*. Fuit affinis Dionysii tyranni, et obiit in bello contra Carthaginenses gesto.

46. *Philistus* alius Syracusanus, historicus, plura scripsit *De rebus Ægyptiacis*, *libris XII*; *De Sicanicis*, *libris XI*. Item *De Baccho*, *De theologia Ægyptiorum libris VI*, *De Syria et Libya*. Hic a Dionysio

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

seniore in exsilium actus, ibi bonam Historiæ partem absolvit.

47. *Phormus* Syracusanus, poeta comicus, *Epicharmi* socius, *comœdiæ* inventor, cum eo gratus Gelonis tyranno, et filiorum ejus præceptor. Plures *Comœdias* scripsit. Primus veste talari usus est, et scena ex pellibus rubris.

48. *Philemon* Syracusanus, sive Atheniensis, poeta comicus, multa edidit, unum supra centum annos vixit, cum sensibus semper solidis. Postremo subdormiens vidit novem puellas domo sua exeuntes, quas cum interrogasset cur exirent? responderunt, Non licet amplius hanc domum habitare : et expergefactus narravit filio visionem, perficiensque quod componebat, obdormiscens spiritum emisit.

49. *Philemon* hujus filius, comicus itidem poeta *quatuor* exaravit *Comœdias*.

50. *Nicetas* philosophus Syracusanus, dixit omnia fieri harmonia et necessitate, terramque moveri juxta primum circulum, ut ait Laertius.

51. *Orpheus* Camarinensis, epicus, qui carmine composuit *descensum ad inferos*, et alia multa.

52. *Timagoras* Gelensis, philosophus ac *Theophrasti* discipulus, et inde *Stilponis* superius nominati.

53. *Euclides* Gelensis, philosophus Platonicus ac geometra præstantissimus, alius fuit ab illo Megarensi, de quo Laertius, et qui dialogos scripsit, ut ait Proclus in secundo sermone in primum Euclidis. Utque scribit Heron, vixit tempore Ptolemæi primi, junior Platone, sed vetustior Eratosthene et Archimede, fuitque Gelous, ut ex verbis Laertii colligitur. Multa ab Eudoxo et Theæteto sumpta perfecit, scripsitque *Elementorum libros XIII;* nam alii duo additi fuerunt ab *Hypsicle et Aristero* (1) item *Musicam*, *Optica*, *Catoptrica*, *Phænomena*, *Porismata*, *Dedomena*, quæ potius *Theonis* sunt. Hic, ut ait Proclus, a Ptolemæo rege interrogatus, essetne ulla ad geometriam via concisior quam elementaris, respondit : non esse ad geometriam capessendam regiam viam callemve ullum.

54. *Aristoteles* Siculus orator plura composuit, et *Orationem contra panegyricum Isocratis oratoris.*

55. *Acron* Agrigentinus, nobilis philosophus ac medicus, Hippocrate antiquior, Xenonis filius. Hic Athenis publice legerat una cum *Empedocle* philosopho, multaque Dorice scripsit *De medicina*. Huic tribuere epitaphium illud quod refert Laertius in Vita Empedoclis :

Acronem summum medicum ex Acragante profectum
Verticis excelsi celsa sepulcra tenent.

56. *Empedocles* Agrigentinus nobilis ac dives, philosophus Pythagoricus, coronam auream in capite ferebat, et in pedibus ænea sutelaria, et in manibus laurum, gloriam dei quæritans. Athenis publice legit, scripsit carmine *De naturalibus et de purificationibus* libros duos, carminibus quinquies mille. Item *De medicina*, metro et prosa. Nonnulli tunc primum oratorem fuisse aiunt : sed ejus vitam Laertius late scribit. Periit in incendio Ætnæo : nam una ex ejus crepidis æneis, quam flamma eructavit, circa montis craterem reperta est.

57. *Empedocles* alter Agrigentinus, primi nepos, poeta tragicus, scripsit *Tragœdias quatuor supra viginti.*

58. *Carcinus* Agrigentinus, poeta tragicus *Tragœdias* 16 composuit

59. *Metellus* Agrigentinus, vir doctus et musicus eximius, musicam *Platonem* docuit.

60. *Polus* Agrigentinus, orator et magnus sophista, *Gorgiæ* Leontini discipulus. *Græcorum et barbarorum, qui in Trojam fuerant profecti, Genealogiam* exposuit.

61. *Telemachus* Agrigentinorum princeps litteris deditus : *et Calcyopensis* a quo *Eumenides* instructus, cujus filius *Guessidamus* pater *Theronis* tyranni Agrigentinorum et *Xenocratis :* qui omnes studiosi.

62. *Phalaris* Astypalensis, patria privatus suspicione tyrannidis, in Siciliam venit, ac suasu amicorum effectus est Agrigentinorum tyrannus. Vir sane maximus ingenio, studiosus, ac erga probos et litteratos liberalissimus. Hujus vitam Jupiter duobus annis prolongavit, ut ait Stephanus, quod humaniter tractasset *Charitonem et Menalippum*. Hic in tauro æneo Perillum tormenti ejus auctorem primum exuri jussit, cujus *Epistolæ* sunt notissimæ.

63. *Demetrius* Siculus Calactinus, historicus præstantissimus, 20 *libros de Asia et Europa* conscripsit.

64. *Cæcilius* qui et *Archagathus* vocabatur, Siculus ex Calacta oppido, Græcus natione ac lingua, Judæus tamen lege, orator præstantissimus. Romæ tempore Augusti Cæsaris publice legit. Multa composuit, *Contra Phrygas libros duos, Elegantias Atticas* secundum elementa, quæ adhuc apud Suidam leguntur : *De comparatione Demosthenis et Æschinis ;* item *Demosthenis et Ciceronis ;* item *De stylo decem oratorum Græciæ*.

65. *Thales* Siculus Calactinus, orator, *successiones philosophorum ac sectarum* descripsit.

66. *Theognis* Siculus Megarensis, poeta moralissimus et admonitivus, plures *elegias* composuit, quarum exstant nonnullæ et *admonitorium poema.*

67. *Probus* vir doctissimus ex Lilybæo, ad quem videndum et audiendum venerat *Porphyrius* ille.

68. *Stesichorus* Himerensis, poeta lyricus excellentissimus ac philosophus, tempore Phalaridis. Hic *Tisias* vocabatur, et quoniam choream instituit,

(1) Lege, *Aristæo.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Stesichorus appellatus est, quasi stator choreæ. Fratres habuit *Marinum* geometram et *Halianactem* legumlatorem, filiasque doctissimas. Plura Dorice scripsit, quorum nihil exstat. Idem cum *contra Helenam* scripsisset, visum amisit. *Palinodia* composita recuperavit. Hic filius fuit *Euphemii*, ut alii *Euphorbii*, ut alii *Euclidis*, ut alii *Hyetis*, ut alii *Hesiodi*. Nonnulli Metauriæ ortum memorant in Italia, nonnulli in oppido Palantho Arcadiæ, atque inde profugum Catanam venisse, ibique defunctum : ante civitatis portam quæ ab ipsius nomine Stesichoria dicta est, ejus sepulcrum octo columnas totidemque gradus et angulos habebat, de quo adhuc exstat testudinatum monumentum, quam D. Mariæ Bethleemiticæ ædem vocant.

69. *Phocylides* Siculus ex oppido Mylis, nisi potius Milesius fuit, philosophus ac poeta moralissimus et admonitivus, synchronus Theognidis, nam uterque claruit post bellum Trojanum annis 547. Hic multa *carmina et elegos* scripsit. Exstat ejus *admonitorium poema* heroico metro utilissimum.

70. *Pythias* et *Damon* Siculi, Pythagoricæ sectæ, maxima invicem amicitia conjuncti. Quorum alterum cum Dionysius Syracusanus interimere decrevisset, eique tempus determinasset, ut domum profectus res suas ordinaret, alter vadem se tyranno pro amici reditu obtulit, certus de amici constantia. Nec eum opinio fefellit; nam ille ad horam constitutam superveniens vadem liberavit. Quorum Dionysius fidem admiratus, reum absolvit, eosque oravit, ut se tertium in sodalitate reciperent.

CONSTANTINI LASCARIS

BYZANTINI

DE SCRIPTORIBUS GRÆCIS,

PATRIA CALABRIS.

(Fabric. Bibliotheca Græca, ed. 1, tom. XIV, p. 22.)

Constantinus Lascaris Alphonso Aragonio, Calabriæ duci, salutem.

1. Cum diu mente revolverem, illustrissime princeps, quantum tua te opulentissima Calabria delectet, tum propter diversas in ea civitates, oppida, vicos, tum propter jucundissimos montes, colles, stagna, flumina, nec non et alia tam admiratione quam laude digna, ut venationes et honestissima corporis exercitia omittam : decrevi illustres viros ac philosophos ejus provinciæ breviter tibi commemorare. Existimo enim id non parvæ tibi delectationi futurum, cum sis speculationum et antiquitatum studiosissimus. Quibus rebus quantum Calabria redundet, si explicare vellem, opus esset ingenti volumine. Video enim per Calabros philosophos Italiam, Siciliam ac partem Græciæ nostræ illustratas fuisse. Verum ego in compendium viros litteris ac virtute insignes, quos Calabria olim protulit, congeram, incipiens a philosophiæ parente ac uberrimo fonte Pythagora.

2. *Pythagoras* itaque patrem habuit Timesarchum, aurificem Italiæ Græcum, qui ab insulis Tyrrhenis (quas Athenienses Tyrrhenis expulsis habitarunt) in Samiam insulam profectus, uxorem duxit Samiam, quæ Pythagoram Samium cognomento, peperit. Hic Pythagoras, in Scyro insula vicina *Pherecydem* philosophum audivit, quo defuncto Ægyptios ac Babylonios Magos adiit, unde philosophiam ac alias scientias Samum attulit. Ubi defunctis parentibus, Polydeuci fugiens tyrannidem, cum discipulis fere ducentis Crotonem ac Metapontum Calabriæ civitates profectus incoluit. Ibi discipuli ab eo edocti amicorum bona communia esse debere, concordiam et rempublicam inter se quamdam constituentes, communiter vixerunt. Pythagoras multos Calabros, Græcos et alios ultra quingentos reddidit doctissimos. Leges Græcis qui Italiam habitabant constituit. Dum Crotonem habitaret, uxorem duxit Theano, Brontini Crotoniatæ filiam, quæ a viro instructa, multa Dorice scripsit, *De vita viri sui* et *Epistolas morales*. Ex hac Pythagoras suscepit Telaugen gymnasii successorem, quem multi et Empedocles ille Agrigentinus audiere. Hic quatuor libros composuit *De tetrade*, pro quo Ægyptii ipsum deum habebant. Filias autem tres habuit, duas Alyam et Erigonem peritas, quarum exstant Epistolæ : et tertiam Damo dilectissimam, cui moriens tres libros, quos composuerat, legavit, præcipiens ut illos nunquam extra fores ædium daret. Quæ libros tanti fecit, ut ne inopia quidem coacta eos produxerit, cum magno vendere posset. Hæc moriens libros Biscalæ filiæ eadem qua a

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

patre acceperat conditione reliquit. Hac vero defuncta libri ad Philolaum Pythagoricum pervenere.

3. *Zamolxis* Scytha, Pythagoræ servus, philosophus maximus fuit. Ad hunc aliosque Pythagoricos videndos Anacharsis Scytha philosophus ab Hyperboreis Scythis in Calabriam venit tempore Phalaridis, cujus Epistolæ adhuc exstant. Hunc Zamolxin et latorem legum Scythæ sui habuerunt.

4. *Philolaus* Crotoniata, Pythagoricus philosophus primus Pythagoræ secreta edidit, a quo pecuniæ cupidissimo Plato ille Atheniensis in Italiam veniens ad Pythagoricos visendos, tres libros illos Pythagoræ dudum memoratos emit XL minis Alexandrinis, quas Dionysius secundus Syracusanorum tyrannus solvit. Ex quibus libris lectis tradunt Platonem composuisse gravissimum illud opus *De natura mundi*, in quo *Timæum* illum Locrensem Dorice loquentem inducit.

5. *Alcmæon* Crotoniates, Pythagoricus philosophus ac medicus præstantissimus fuit, qui de philosophia ac medicina complura scripsit, animam immortalem dixit, ac perpetuo moveri instar solis.

6 *Milon* Crotoniata, Pythagoricus celeberrimus, a cujus domo incensa dum fugit Pythagoras, cum pluribus discipulis a persecutoribus peremptus est.

7. *Democides* Crotoniata, vir doctus ac medicus excellens, tempore Darii floruit.

8. *Orpheus* Crotoniata a Pythagoricis eruditus, Epicureus (1) fuit, Pisistrato Atheniensium tyranno adhæsit, ubi cum degeret, *Argonautica* heroico carmine lusit, et alia.

9. *Ascon* Crotoniata, Pythagoricus philosophus fuit et multa composuit. Sed cum sermo *de Crotone* præcesserit, opportunum visum est aliquid de civitatis origine dicere. Croton, Strabone teste, civitas olim Græca fuit, re bellica litterisque florentissima, mater athletarum celebris, quorum septem in ludis unius Olympiadis cæteros omnes superarunt: unde merito et hoc tunc ferebatur : *Postremus Crotoniatarum is primus est;* vetusque est apud nos proverbium, *Quid Crotone salubrius?* Hujus civitatis primus conditor fuit Mystellus, Achivus nobilissimus, qui de habitanda colonia consuluit Apollinem, quo tempore Archias Corinthius de condendis Syracusis consilium petebat. Cumque ambo a deo interrogarentur quid in condendis urbibus optarent, Archias divitias, salubritatem Mystellus elegit. Unde factum est ut Syracusæ divitiis, Croton salubritate gauderet. Mystellus igitur ubi primum ad considerandum locum venit, cum vidisset Sybarim ædificatam, ita post a fluvio denominatam, hanc præstantiorem existimavit, reversusque ad deum, Sybarim petebat. Turbatus vero deus hos protulit versus :

Terga brevis, Mystelle, tuo de pectore omitte :
Cætera perquirens, frustra en venaris iniqua,
At rectum quodcunque datur, tu laude probato.

Quæ cum audiisset, reversus urbem constituit, non sine Archiæ, qui tunc Syracusas condebat, adjutorio. Idem Mystellus aliud quoque satis ambiguum oraculum accepisse fertur, id autem tale fuit : *Ubi ab æthria pluviam invenies, civitatem ædifica.* Sed cum Æthria serenitatem significet, confusus ille deum non intelligebat : verum cum multa et Apuliæ et Calabriæ loca peragrasset, pervenit tandem ad locum ipsum, ubi cum Æthria ipsius concubina longi itineris labore fessa lacrymas affatim emisisset, adeo ut terra madefieret, intellexit Mystellus oraculum, ibique civitatem condidit, undique ad novam coloniam incolis concurrentibus, multis tamen ante Pythagoræ adventum annis. Fuit igitur Croton civitas privatis et publicis gestis præclara. Nam una cum Græcis aliis adversus vicinos barbaros dimicavit, pluresque viros magnanimos produxit, in quibus et Phayllum illum athletam, saltatorem excellentissimum : qui trireme sua vectus in auxilium Græcorum cum Atheniensibus et Lacedæmoniis contra Xerxem pugnavit. Cujus beneficii post multos annos recordatus Alexander, ab Asia cum aliis Græcis et Crotoniatis spolia barbarorum misit. Sed omissis Crotoniatis ad Locrenses atque alios veniamus.

10. *Timæus* Locrensis Pythagoricus, maximus philosophus, ad quem videndum venit ille sapientissimus Plato, qui eum in operibus *De natura mundi* introduxit, in dialogo scilicet *Timæo*.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς Φερδινάνδον τὸν Κούνιον, κείραντα Σικελίας. Ejusdem in Ferdinandum Cunium (2), *Siciliæ rectorem.*

Ἐνθάδε κεῖται Φερδινάνδος ὁ Κούνιος ἥρως
Κείρανος ἰσόθεος Τρινακρίης ἁπάσης·
Εἶδος ἀνακτόριος ψυχήν τε καὶ ἤθεα πάντα
Τῶν ἀρετῶν τέμενος, ἠδὲ φιλοσοφίης.
Τοῦτον ἔκλαυσε χορὸς λογίων ἀγαθῶν τε βροτῶν γε
Ἥπιον ὡς πατέρ'· ὡς κοσμόπολιν ὅσιον
Οὗ τὸ βροτὸν, φεῦ ! τῷδε λίθῳ βασιλικὰ τέθαπται,
Ψυχὴ δ' ἐς μακάρων χῶρον ἐκοῦσ' ἀνίβη.

IV.

Κωνσταντίνου τοῦ Λασκάρεως ἐπὶ τῷ Γεωργίῳ Ῥάλῃ.

Εἰ θρῆνος οὐκ ἦν ἐν βροτοῖς, νῦν ἦρξεν ἄν·
Λύπη τε καὶ πένθος γόος τε καὶ ἄχος·
Τέθνηκε φεῦ ! Γεώργιος Ῥάλης νέος
Καλὸς κἀγαθὸς φιλόστοργός θ' ἅμα,
Δίκαιος, εὐσεβής, φιλόχρηστος, σφόδρα
Ἔμφρων φύσει· ἀνδρεῖος, ἐγκρατής, ὅλος (3)
Ἡδύς, προσηνὴς, εὐπροσήγορος πάνυ·
Πιστὸς φίλος δήπου· ἑταῖρός τ' ἀσφαλής·
Ἀρεστὸς οἰκείοις, ἀρεστὸς καὶ ξένοις·
Ὑπήκοος πάντως πατρί τε καὶ γένει
Ἐξ αἵματος λαμπροῦ μοναρχῶν Ἑλλάδος·
Πατρός τε μητρὸς εὐγενεστάτων ἄγαν
Τὰ πρῶτ' ἐχόντων γῆς Ἀχαιῶν ἐμφρόνων,
Ὅλῳ τε καὶ δόξῃ βροτῶν ὑπερτέρων,
Πλείσταις ἀρεταῖς ἠγλαϊσμένων λίαν,

B Ὡς σείριος λαμπρὸς πρεπόντων ἐπ' ἔραν·
Ἐξ ὧν γενηθεὶς καὶ τραφεὶς ἴσος ἦην·
Εὐσώματος εἴπερ τις ἄλλος τυγχάνων
Πάλῃ τε καὶ δρόμῳ βροτῶν ὑπερτέρων,
Δίσκῳ τε καὶ πετομένοις ἀκοντίοις,
Κούφοις τε ἅλμασίν γε καὶ παγκρατίῳ,
Ἔγχος τε καὶ ὅπλα ἱκανὸς ἦν φέρειν,
Ἵππους τε δαμᾶν καὶ τὰ θηρί' ἑλᾶν,
Τόξοις τε χρῆσθαι δεξιὸς καὶ φαρέτρᾳ,
Κύνας τ' ἄγειν καθάπερ ἄλλος Ὠρίων,
Ἐσμὸς ὀρετῶν, ἵνα μὴ πλείω λέγω.
Πλὴν ἀλλὰ καίπερ ὄντα ἄνθος τοιοῦτο
Ἅδης ὁ πικρὸς καὶ πρὸ τῆς ὥρας εἷλε
Κακὸς κάκιστος καὶ βιοφθόρος πάντων
Πάντας χαλέπτων καὶ κατεσθίων βροτούς·
C Καὶ νῦν δέμας τάφος γε οὗτος καλύπτει·
Ψυχὴν δὲ πάντων δημιουργὸς κατέχει (4).

(1) *Joannem* videlicet, *Catholicorum regum* filium unigenam, tantæ indolis ac spei quam immaturæ ætatis principem, qui acerbissimo funere præreptus, obiit universæ Hispaniæ desideratissimus.

(2) Is Ferdinandus Cunius, cujus honori hoc scriptum epitaphium, fuit scilicet *Don Fernando de Acuna*, Ferdinandi V, Hispaniarum regis in Sicilia vicarius, qui Cataniæ anno 1494 decessit; ibique in ecclesia cathedrali sepultus est. Vide Vincenzo Auria, *Historia chronologica delli vicerè di Sicilia*, pag. 22 et 23.

(3) Hujus loco ipsius *Lascaris*, velut emendantis, manu adscriptum ἄπαις.

(4) Quamvis in hoc elogio juvenis hic et paterno et materno genere longe nobilissimus, atque etiam e Græcorum monarcharum, id est imperatorum, sanguine ortus, his diserte versibus prædicetur :

Ἐξ αἵματος λαμπροῦ μοναρχῶν Ἑλλάδος·
Πατρός τε μητρὸς εὐγενεστάτων ἄγαν ;

nusquam tamen gentile nomen *Rales*, sive *Rhales* in *Familiis Byzantinis* a Ducangio illustratis memoratur. —Leg. Ῥαούλ.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

THEODORUS GAZA

NOTITIA

(Ex Allatio *De Theodoris*, ap. Malum *Bibl. Nov. PP.*, tom. VI.)

Theodorus Gaza, urbe Macedoniæ Thessalonica oriundus, instaurato Ferrariæ litterarum gymnasio primus studiis præfectus et moderator creatus, litteras Græcas publice professus est. Multa ipse de suo scripsit, multa vertit e Græco in Latinum, et e Latino in Græcum. Scripsit de suo Græce *Institutionis grammaticæ* libros quatuor, diversis locis impressos, Venetiis apud Aldum, Basileæ apud Curionem, Parisiis apud Wechelum; et plerumque cum versione Latina. Postremo Basileæ apud Nicolaum Brilingerum anno Domini 1540. Quanti Robortellus fecerit in rebus grammaticis disponendis artificium Gazæ, audiamus ex ipso in expositionibus libri Aristotelis de poetica: *Hinc Theodorus Gaza, vir doctissimus, qui summo ingenio methodum illam conscripsit, ait sub initium libri quarti:* Λοιπὸν δὲ περὶ συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν, etc. *Hæc ego volui Gazæ verba apponere, quia tanto artificio videntur esse prolata, ut agnoscas emendatissimi illius hominis miram quamdam industriam in discernenda methodo hac et distinguenda: sicuti solet in reliquis artibus et scientiis Aristoteles, cum opus est; tantique mehercle facio Gazam in hoc præsertim quarto libro, ut nulli veterum postponendum putem.* Theodori Gazæ grammaticam aliam ab excusa habet Joannes Sambucus. (Gesnerus.)

De mensibus Atticis, liber Græcus impressus Basileæ apud Robertum Winter cum Latina versione Johannis Perelli, et nunc denuo in Uranologio Dionysii Petavii, Lutetiæ apud Sebastianum Cramoysinum, 1630, in fol.

Ἀντιρρητικόν. Εἴρηται Βησσαρίωνι τῷ πατριάρχῃ ἐν τοῖς ὑπὲρ Πλάτωνος λόγοις, ὡς ἐλπίσειε μὲν ἄλλα τε τῶν σπουδαιοτέρων θεωρημάτων ἐντεύξεσθαι ἐν τῷ τοῦ ἀντιλέγοντος Πλάτωνι βιβλίῳ· καὶ περὶ εἰδῶν, εἰ ἔνια χωριστὰ, εἰ πάντα ἀχώριστα, καὶ εἰ χωριστὰ, πότερον καθ' αὑτὰ ὑφεστῶτα, ἢ κείμενα ἐν ἐπινοίαις. *Orationem antirrheticam. Dicta fuit Bessarioni patriarchæ in iis quæ ille dixit in libris pro Platone, quod speraverat quidem alia majoris studii theoremata invenire in libro illius, qui Platoni contradicebat. Et de speciebus, utrum aliquæ separabiles sint, an omnes inseparabiles: et si separabiles, utrum per se subsistant, an vero sola cogitatione discernantur.* In quibus etiam habes argumentum orationis. P. Ὡς ἐλπίσειε μὲν ἄλλων τε τῶν.

Περὶ ἀκουσίου καὶ ἑκουσίου. *De voluntario et involuntario.* P. Περὶ δὲ ἀκουσίου καὶ ἑκουσίου ἀπορήσειεν ἄν τις εἰς τὰ καθέκαστα.

Ὅτι ἡ φύσις οὐ βουλεύεται. *Quod natura consilio res non gerit.*(1).

Περὶ ἀρχαιολογίας τῶν Τουρκῶν· *De origine et antiquitate Turcarum*, ad Franciscum Philelphum. P. Περὶ Τούρκων τίνες ποτ' ἂν εἶεν, καὶ ὅθεν τὴν ἀρχὴν ὁρμηθέντες (2).

Epistolas varias. I Fratribus Demetrio et Georgio. P. Διανουμένῳ μοι ἐπιστεῖλαι ὑμῖν. II. Demetrio Sguropulo. P. Δεινὰ πάλιν ἀγγέλλεις, εἴπερ οὐδέν. Hæc epistola legitur quoque in bibliotheca regia Parisiis. III. *Andronico Callisti.* P. Ὅτι οὐ συναποδημήσαις τοῖς ἄλλοις σύ γε. IV. *Eidem.* P. Ἀπεκρινάμην πρὸς τὸν δεσπότην περὶ ὧν γέγραφας. V. *Bessarioni cardinali.* P. Ἤδη τὴν ἱεράν σου κεφαλὴν ἐν Κελτοῖς εἶναι. VI. *Eidem.* P. Ἐκ τῶν πρὸς τοὺς δεσπότας ἀπεσταλμένων. VII. *Eidem.*. P. Εὔχομαι ἀγαθὰ πυθέσθαι περὶ σοῦ. VIII. *Alexio.* P. Ἡ τῷ δεσπότῃ συμβᾶσα νόσος. IX. *Eidem.* P. Χθὲς κατὰ τύχην εἶδον τὸν λικεντιάτον. X. *Philelpho.* P. Οὐ πάντ' ἔοικεν ἀσθενεῖ τὸ γῆρας. XI. *Alexio.* P. Ἀφικόμεθα εἰς Βιττέρβιον, καὶ τὰ αὐτοφυῆ θερμὰ ὕδατα. XII. *Eidem.* P. Ἐπέσταλκά σοι μηνὸς Φεβρουαρίου λήγοντος. XIII. *Eidem.* P. Δὶς ἀπέστειλα, τὰ μὲν πρῶτα. XIV. *Eidem.* P. Ἐκομίσθη μοι ἡ ἐπιστολὴ, ἣν ἐπτακαιδεκάτῃ.

Index regius Sancti Laurentii notat: *Theodori Gazæ Temmuchia: de anima, de voluntario et involuntario, definitiones et defensiones contra Plethonem.*

Scripsit præterea *carmina*, ideoque inter poetas sui temporis recenset eum Gyraldus dialogo I. Audienda sunt, quæ Ludovicus Carbo in quadam de artibus liberalibus oratione ad Leonellum Estensem

(1) Hinc videntur corrigenda quæ ambigue de hoc Gazæ opusculo dicuntur apud Fabricium ed. nov. T. X. p. 391 et 395. A. M.

(2) Edidit ipse Allatius Gr. et Lat. in *Symmictis*, libro posteriore, p. 582 seqq. A. M.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Ferrariæ principem scribit inter cætera : *Dicam equidem quanto dignus Theodorus honore, quem plusquam dimidium animæ meæ semper diligam, cujus versiculos, quos de musis tuis elegantissime edidit, in sacrario illo pulcherrimo incidi jubeas, etiam atque etiam rogo et obsecro. Quid enim gravius Callimachus? quid suavius Propertius? quid pulchrius Tibullus dicere unquam potuisset? Nam et nomen et officium musarum concinne exprimunt, et earum laudem ad picturam alludentes brevius concinunt. Nobile hominis ingenium, tantum philosophum in hujusmodi deliciis præstare!*

Ex Græco ab eo in Latinum sermonem versa sunt : *Æliani de instruendis aciebus liber*, Coloniæ cum aliis quibusdam, et Venetiis in 4. *Dionysii Halicarnassei de compositione orationis. Theophrasti de historia, et causis plantarum lib. XV. Aristotelis de historia animalium libri IX. De partibus animalium, et earum causis libri IV. De generatione animalium libri V. Problematum sectiones XXXI.* Quæ omnia cum cæteris Aristotelis operibus Latinitate donatis sæpius impressa sunt. *Alexandri problematum libros II* excudit Basileæ Cratander anno 1537 cum Problematibus Aristotelis ab eodem versis. De hac versione Theodori Franciscus Patricius *Discuss. peripatetic.* lib. II : *Leonardum Brunum secutus Theodorus Gaza circa annum 1453, Aristotelis libros omnes De animalibus, et Problemata : nec non Theophrasti libros De plantis, et Alexandri problemata Latina fecit. Quem secuti sunt in eo munere tres alii doctissimi Græci, Georgius Trapezuntius, Bessarion, et Joannes Agyropulus, qui varios Aristotelis libros Latinitate donarunt.* Petrus Pantinus in epistola ad lectorem, quam præfixit Michaelis Apostolii parœmiis, inter alios Græcos qui cum Bessarione in Italiam venerant, recensens Theodorum Gazam, scribit : *Aristotelei vero Theodorus Gaza, Joannes Argyropulus, et Georgius Trapezuntius rhetor, brevi omnes Latinum scribendo sic exercitati, ut et Gaza Romani sermonis pomeria in animalium Aristotelis historia sic protulerit, ut quem illi comparem vix habeam, præferam vero neminem.* Nec alienus est ab hac mente Franciscus Floridus *lect. succisivarum* lib. IV, cap. 12, qui in Græcis auctoribus Latine reddendis Theodori præstantiam inter summos illius ordinis proceres collocat, licet in levissimis vocibus lapsus, maximas quandoque de lana caprina rixas linguæ Græcæ imperitis reliquerit.

In interpretationibus Gazæ Problematum Aristotelis, et libelli Ciceronis De senectute, invenit Angelus Politianus nævos quosdam, quos sua interpretatione abstergeret, *Miscellan.* cap. 90 et 91. Et insuper criminatur Theodorum, quod dissimulaverit, per quem maxime profecerit, habueritque pene contemptui et ludibrio, cujus potissimum laboribus insidiabatur. Cui plane respondere poterat Theodorus, se hominem esse : non mirum ergo, si in aliquibus erraverit, qui in tot aliis mentem auctoris expressit : et aliud esse unum aut alium locum auctoris, aliud totum opus excutere, et examinare : stomachariique se tam parum sano judicio Politiani, qui sua vel Græca vel Latina cum Trapezuntii conferat, quem vincere nullum negotium fuit, etiamsi multum sibi placeat in eo opere Trapezuntius, et plane insolescat, qui credit se eos libros non minus elegantius emendatosque dare, quam apud Græcos habeantur. Itane aureum illud eloquentiæ flumen Aristotelis Politiano valuit, ut cum eo quæ Trapezuntii sunt, exæquentur? Poterat tutius hæc silentio dissimulare, quam palam afferendo, risu a legentibus explodi. Quid si cum Maussaco in prolegomenis ad Aristotelis historiam De animalibus diceret, ante Theodorum Gazam, neminem historiam hanc de animalibus vertisse, præter veterem illum interpretem ignotum, qui philosophi opera verbo ad verbum Latine reddidit? Quidam Boethio antiquam illam versionem tribuunt, sed falso, ut opinor : nam verbo tenus transtulit textum Philosophi, quisquis ille fuerit, qui primum operi admovit manum. At quæ hodie habemus a Boethio, οὐ κατὰ πόδα, sed eleganter versa sunt.

Nec minor Theodoro his fuit cum Julio Scaligero, qui non tantum historiam de animalibus Aristotelis, sed Historiam et De causis plantarum Theophrasti nova interpretatione et commentariis adornavit, in quibus ob non intellectam linguam Græcam, neque Latinam, et non probe redditam sententiam, sæpissime et acriter Theodorus vapulat, sic ut videatur labor ille assumptus a Scaligero non alia de causa quam ut, dejecto Theodoro, palmam sibi in Græcis atque Latinis gloriæ adipisceretur. Uno tamen verbo sciendum est, non esse minora, quæ in Scaligeri interpretatione et commentariis docti notant, iis quæ in Theodoro Scaliger notaverat : imo eumdem non intelligentia tantum verborum, sed in eorum sententia etiam Latine exprimenda sæpissime labi. Perære item est de interpretatione librorum Theophrasti, quam molitus est Gaza, Joannis Crispini judicium : *Cæterum quod maxime erat optandum, eloquentissimo viro doctissimus obtigit interpres, Scaliger ille nimirum Latine et proprie explicans, quæ Theophrastus Græciæ quondam tradiderat. Hoc quidem permulti conati sunt perficere, inter quos Theodorus Gaza, vir eruditissimus et suæ, id est Græcæ, linguæ peritissimus, cujus sane laudandus est conatus, sed tamen hactenus ut agnoscamus illum sive Græci, aut Latini sermonis non ita distincta cognitione, sive rei, quod verisimilius est, ignoratione, infinitis propemodum in locis fuisse hallucinatum, ut Julio Scaligero ἀρμοστῇ et emendatore opus habuerit.* Quidquid sit de hallucinationibus Gazæ, anne Crispino eruditissimus est, itemque linguæ Græcæ peritissimus, qui Græci sermonis distinctionem nullam habet, et rerum ignoratione, infinitis propemodum in locis hallucinatur? Scaligero, quo viro! apud Crispinum asserente, innumeris prope suorum commentariorum in Theophrastum locis, Theodorum imitatum suorum popularium negligentiam, ambiguis verbis uti, nimis rerum quas tractat ordinem pervertere, et pessime et semilatine transferre, de suoque addere contra fidem interpretum, quæ est ut ipse explicet non quid ipse

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ER

sentiat, sed quid auctor quem suscipit interpretandum. Neque enim simile hoc est negotium, atque id quod de Sophocle atque Euripide circumfertur : horum alter personas quales fuissent, alter quales esse debuissent sese effingere professus est. At Latinus qui Græca ignorarit, si ei auctoritate Theophrasti utendum sit, falso semper imponit aliquid illi ex Theodoro, quod ipse de suo nunquam prompserit. Et præterea pingit orationem suam variis modis. Multa ex Theophrasto subticet : neque ex officio paraphrastæ quod sæpe profitetur, interpretatur : verborum flexu, et verbis alterationem significantibus pro iis, quæ habitum significant sæpe abutitur, antecedens genus pro specie consequenti ponit : trita verba defugit, vitioque sibi peculiari perplexissime docet, Latinitatem non sustinet. Et quid non? Hic, inquam, Theodorus, qui juxta cum ignarissimis nescit, et eruditissimus et sapientissimus reputabitur Crispino? Error eruditionem pellit, ignorantia sapientiam. Nisi id quoque cum tot aliis innocenti appingatur, illum non ex ignoratione sed malitia deerrasse. Sed quis id credet? Sed pellamus a Theodoro æmulum Scaligerum, quod possumus; et quam honorifice de Theodoro locuti sint Theodori viri alias probi, et omni scientiarum genere instructissimi, audiamus. Nicolaus Secundinus in epistola ad Andronicum Callisti : Ἠχθέσθην μὲν οὖν Θεοδώρῳ προπηλακιζομένῳ, καὶ κακῶς οὐ ξὺν δίκῃ ἀκούοντι, ταῖς δέ γε σαῖς ὑπὲρ αὐτοῦ κατα πόδας ἐντετυχηκὼς ἀντιλήψεσιν, ἥσθην καὶ ἥσθην διαφερόντως, πολλῶν γε ἕνεκα· Θεόδωρον γὰρ ἔγωγε πάνυ φιλῶ, καὶ περὶ πλείστου τὸν ἄνδρα ποιοῦμαι· ἄγαμαί τε οὐ μόνον αὐτοῦ τοὺς λόγους, καὶ τὴν, περὶ πᾶσαν ἐπιστήμην, σπουδὴν καὶ ἀκρίβειαν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τὸ ἦθος, τὴν ἀρετὴν, τὰ σεμνὸν, τὸ σῶφρον ἐν βίῳ καὶ κόσμιον, τό γε περὶ πάνθ' ὁμοῦ τὰ καλὰ εὐφυὲς, καὶ λίαν ἐπήβολον, ὡς εἴ τις παιδείας ἕνεκα παντοδαπῆς, καὶ τῆς περὶ τὸ ἦθος χρηστότητος τῶν καθ' ἡμᾶς Ἑλλήνων τὰ πρῶτα τὸν ἄνδρα λέγοι, μὴ ἂν ἁμαρτῆσαι τῆς ἀληθείας. *Graviter itaque tuli, quod Theodorus probris atque ignominia afficiatur, maleque præter fas omne audiat. Verum cum tuas pro illo responsiones ad verbum perlegissem, gaudio affectus sum, eoque maximo, multas ob causas. Namque ego Theodorum insigniter amo, et maximi facio, admirorque non tantum illius sermones, et circa omne doctrinarum genus studium ac diligentiam, sed magis mores, virtutem, gravitatem, vitæ quoque castimoniam et decorem, nec non circa bona omnia simul aptitudinem et solertiam, adeo ut si quis eum propter omnimodam eruditionem, et morum probitatem Græcis, qui hac ætate vivunt, anteponat et præferat, a veritate non aberraverit.* Et cardinalis Bessarion in epistola ad eumdem Theodorum, *quæ ex interpretationibus Theophrasti et Aristotelis commoda rei litterariæ proventura sibi promiserit, ingenue confessus est.* Verba elegantissima exscribantur. Σὺ δὲ τὰ Περὶ φυτῶν Θεοφράστου, καὶ τὰ Ἀριστοτέλους ἑρμήνευσας Προβλήματα, *et cætera quæ jam edidimus supra. Vide col.* 685, *inter Bessarionis epistolas.*

Liceat mihi hic obiter iniquam ac perpetuo comitantem litteratos homines afflictam ac miseram conditionem deplorare. Theodorus Gaza, qui vir! tot studiorum laboribus apud Græcos et Latinos emeritus, tot voluminibus compositis clarus et conspicuus, summo Pontifici notus, purpuratis Patribus charus, in Italia studiorum altrice, spectantibus principibus viris et laudantibus, ita eget, ut nec sibi unde vivat domi sit; et ne ad mendicitatem se detruderet, animum a studiis abstrahere, et alieni agelli glebas colere cogitur. Non crederem ipse hercle, ni idemmet Theodorus fateretur, et suam hanc egestatem exponeret in epistola ad Demetrium Sguropulum : Παράδειγμα δ' ἴσως ἂν εἴη οὐ φαῦλον καὶ τὸ ἡμέτερον· ἡμεῖς γὰρ ἀποροῦντές ποτε τρόπου παντὸς εἰς τὸν βίον ἑτέρου, λαβόντες χωρίον ἐγεωργοῦμεν· καὶ ταύτῃ τὰ ἐπιτήδεια ποριζόμενοι, οὐδενὶ γεγόναμεν φορτικοί τε καὶ ἐπαχθεῖς αἰτοῦντες· σοὶ μέντοι γε οὐδεμία ἀνάγκη γεωργεῖν· ἐμοὶ μὲν γὰρ ὁ τότε πόλεμος ἐπέκλεισε τὴν εἰς τὰς πόλεις ὁδόν· σὺ δ' ἐν Φλωρεντίᾳ εἶ, πόλει πορισικωτάτῃ ἑκάστῳ, ἅπερ ἂν ἐπιτηδεύειν προέληται. *Exemplar fuerint fortasse non malum res nostræ. Nobis enim cum prorsus non suppeterent vitæ necessaria, nostram in alieno agro colendo operam collocavimus; sicque necessaria comparantes, nemini sumus quæritando neque molesti neque odiosi. Nulla vero cogit necessitas te agros colere. Mihi enimvero bellum quod tum gerebatur, ad urbes aditum intercludebat. Tu vero Florentiæ immoraris in urbe fructuosissima, et perquam commoda omnibus qui animum ad aliquod exercitium applicuerint.* Et in epistola ad Andronicum Callisti : Σοὶ δὲ πένητι ὄντι ἀπορίαν τῶν τοιούτων ὑπάρχειν ἀνάγκη, οἷόν τι καμοὶ συμβαίνει νοσοῦντι· καίτοι οἱ δεσπόται ἡμῶν διατατόμενοι ἡμῖν τὰ ἐπιτήδεια, τἀναγκαῖα μόνον τῷ ὑγιαίνοντι ὁρίζουσι, νόσου δὲ καὶ συμπτωμάτων τοιούτων προμήθειαν ἡμῖν οὐδεμίαν ποιοῦνται, ὡς ἄρα ἐκ δρυὸς ἢ πέτρας, ἀλλὰ μὴ ἐξ ἀνθρώπων γεγενημένοις. *Tibi vero, cum pauper sis, necesse est ut rerum hujusmodi inopia premaris; quod mihi quoque male habenti contingit. Domini siquidem nostri nobis necessaria suppeditantes, necessaria solummodo sano ministrant; ægritudinis vero et similium accidentium nullam curam suscipiunt, ac si nos ex quercu vel saxo, et non ex hominibus, prognati essemus.* O manus principum pumice ipso aridiores! o divitias luculentas egestate ipsa avariores! Sed ad scripta Theodori.

Præter interpretationem suam, divisionem quoque librorum Theodorus de suo attulit. Franciscus Patricius Discussionum peripateticarum libro XI : *Inter eos, qui aristotelicos libros ex Græco Latinos fecere, Theodorus Gaza suo quodam modo ab Averroico differente, libros in capita secuit, quod item et Argyropulum et Bessarionem, et alios existimo fecisse : ut variis modis Aristotelis libri pro cujusque arbitrio sint divisi, cum ipse integros atque continuatos scripserit, quales ab Aldo ejusque heredibus bis, Basileæ autem semel*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

expressi fuerunt. Maussacus dicto loco : *Theodorus Gaza post Averroem modo suo Aristotelis textum vertendo, in capita secuit, et post eum multi alii interpretes, ut Argyropulus, Bessarion. aliique pro libidine quisque. Nam Aristotelis libri, ante interpretes, uno tenore legebantur, nec erant distincti aut in capita, aut in summas, aut in alias sectiones, quas interpretes primi induxere. Unde fit ut antiquæ editiones operum Aristotelis Aldi, sine sectionibus et divisionibus ullis videantur : non enim secuerat philosophus libros suos, sed oratione continua scripserat, ut et Plinius.* Quidquid sit de Aristotele, de Plinio plane falsum est, namque ille totum Historiæ suæ librum primum in eo consumpsit ; et ad Vespasianum præfatus fuerat : *quia occupationibus tuis publico bono parcendum erat, quid singulis contineatur libris, huic epistolæ subjunxi, summaque cura, ne perlegendos eos haberes, operam dedi. Tu per hoc, et aliis præstabis ne perlegant. Sed ut quisque desideraverit aliquid, in tantum quærat, et sciat quo loco inveniat.*

Ex libris De animalibus unum exemit, et ordinem aliorum immutavit. Ipse in sua præfatione : *Sed quanquam libris novem interpretatio hæc Historiarum consumatur, tamen qui nonus in exemplari Græco continetur, hunc ego septimum collocavi, nec temere factum existimo. Agitur enim in eo de hominis generatione, quam rem Aristoteles continuo a generatione animalium pollicetur explicaturum. Itaque cum quinto et sexto cæterorum animalium generationem exposuisset, nulli dubium esse debet, quin ille septimum hunc collocarit. Sed Apellicon Teius, de quo Strabo plura, ut alia permulta in exscribendis Aristotelis libris depravavit, sic permutasse videtur, existimans ultimum esse totius Historiæ collocandum, quoniam cum Aristoteles agere de generatione inciperet, ultimo loco de homine dicturum pollicitus est. Et sunt etiam exemplaria tum Græca tum etiam Latina, quæ habent fragmentum quoddam historiis additum : sed id causas quasdam materiales agentesque generationis humanæ exponit, non historiam complectitur. Itaque non inter historiæ libros hoc ego ponendum duxi. Sed si collocandum uspiam est, libris de generatione, meo quidem iudicio, conjungendum.*

Vertit item *homilias quinque Joannis Chrysostomi de incomprehensibili Dei natura*, impressas cum cæteris Chrysostomi Latinis operibus. Scribit autem Theodorus in præfatione super has homilias, etiam *Mauritii imperatoris libros De re militari vertisse.* Paschalis Gallus et Joannes Schenchius scribunt videndum esse an Theodorus Gaza verterit *Aphorismos Hippocratis.*

Ex Latino vero in Græcum sermonem transtulit *Ciceronis De senectute librum.* et *Somnium Scipionis*, quæ aliquoties jam sunt excusa. Item *Joannis Michaelis Savonarolæ Patavini De physiognomonia librum, una cum libro De balneis*, Joannes Georgius Schenchius in Biblioth. medica. *Epistolam ad Lentulum primam Ciceronis*, ut refert Andreas Schottus *Tullian. quæst.* lib. IV, cap. 12, quamvis id non certo affirmet. Quomodo item a Theodoro Gaza, sive quo alio, *Nicolai V Romani pontificis epistolam* ad Constantinum ultimum Græcorum imperatorem. Græce Latineque hanc edidit Arcudius inter opuscula aurea Romæ 1630.

Inter Theodorum et Gemistum simultates fuisse, et variis se scriptis, dicta refellendo, nec sine convitio proscidisse, cum nos in tractatu De mensura temporum antiquorum fuse probavimus, tum scripta eorum apertissime reboant. Hinc factum est ut alii Græci ea ipsa ætate, licet minorum gentium dii, in varias scissi partes, alius Gemistum, alius Theodorum, vulgatis scriptionibus oppugnaverint vel defenderint. Theodorum insectatus est Michael Apostolius, Gemistum defensans. Michaelem Andronicus Callisti, Theodori causam suscipiens, oppugnavit. Ut sese in hac defensione gesserit Andronicus late explicat Nicolaus Secundinus in epistola ad eumdem Andronicum (1). Verum ego iniquissime Musis ipsis injuriam facerem, si prudentissimam atque ingenuissimam cardinalis Bessarionis de hoc negotio epistolam ad Michaelem Apostolium, rarum scriptoribus documentum, ex meis cimeliis hic primus non promerem. Ea autem est : Βησσαρίων καρδινάλις Μιχαὴλ τῷ Ἀποστόλῃ χαίρειν. Ἀφίκετο ὡς ἡμᾶς βραδύτερον μὲν, *etc. Vide supra col.* 687.

(1) Exstat supra, col. 691. EDIT. PATR.

NOTITIA ALTERA.

(Boernerus, *de hominibus Græcis Græcarum litterarum in Italia instauratoribus.* Lipsiæ 1750.)

—

Theodorus Gaza, Thessalonicensis, Græcarum litterarum in Italia instauratorum, communi fere consensu, doctissimus, victricibus armis Græciam pervastante Amurate, in Italiam venit (1), eo speciatim, quantum conjectura assequi possumus, tempore, quo Barbarus natalem Theodori urbem non Macedoniæ solum, sed etiam totius Græciæ lumen expugnavit ; id quod sæculi quinti decimi tricesimo accidit anno (2). In Italiam ubi Gaza pervenit et exquisita Latine loquendi scientia ad excitandum Græcarum

(1) Jovius in *Elogiis* pag. 48.

(2) De Thessalonicensi hoc excidio narrationem composuit, qui patriæ calamitati adfuit, Joannes Anagnosta. Narrationem illam, addita ejusdem mo-

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

litterarum decus, valde sibi opus esse vidit, protinus ad Victorinum Feltrensem accessit, a quo eruditus, brevi postea sermonis Latini excelluit peritia, ut, sive Græca Latine, sive Latina Græce redderet, omnes eum admirarentur (3). Doctrina sua Theodorus Ferrariam cum maxime illustravit (4), qua in urbe renovati gymnasii primus teste Lil. Greg. Gyraldo (5), constitutus rector, Græcas litteras professus est, eo applausu, ut ex omnibus undiquaque Italiæ locis ad illum confluerent, quotquot litterarum studia amarent. Eadem in urbe postero etiam tempore docuit, siquidem Rudolphus Agricola, gente Friso, cum sexto et septuagesimo quinti decimi sæculi anno, ex Gallia in Italiam venisset, Ferrariæ Theodorum Gazam, Aristotelis scripta enarrantem audivit (6). Qui quidem ex schola ejus domum revertens, primus in Germania litteras instauravit. Ex Gazæ discipulis a Volaterrano (7) commemorantur Demetrius qui clarissimus exinde Græcarum litterarum doctor Mediolani exstitit et Joannes Venetus, quem Innocentius VIII R. P. Vaticanæ bibliothecæ postea præfecit.

Romam a Nicolao V pontifice accitus Gaza, ut illius satis faceret voluntati, Græcis scriptoribus Latine reddendis operam impendit, ac præter cæteros, Theophrastum De plantis Latina donavit civitate. Aristotelis Problematum, quem confecit interpretatione, Trapezuntium, qui eadem illa Latine verterat, ita offendit, ut implacabile is in Theodorum susciperet odium, ac perpetuas cum eo gereret simultates. Summum autem Romæ patronum habuit Bessarionem, qui Gazam, ob eximiam doctrinam virtutemque, singulari prorsus complexus est benevolentia et quibuscunque rebus potuit, τραφερον hunc quem dixit, et familiarem suum juvit.

Itaque cum eadem qua cæterorum exsulum Græcorum plerique omnes, egestate Gaza premeretur (8), Bessarion non solum facultatibus suis inopiam ejus sublevavit, sed etiam ut charissimi sibi hominis qui post Nicolai pontificis obitum, Neapolin ad Alphonsum regem se contulerat, eo autem duobus annis post mortuo Romam redierat, fortunis magis consuleret, commendatione atque auctoritate sua effecit, ut sacerdotium in Magna quæ dicitur Græcia ei decerneretur. Romæ tamen Gaza maluit manere, quam ad sacerdotii sui sese recipere sedem (9). Casu tandem quodam graviter commotum, Roma cum discessisse, et ad Brutios se contulisse, ferunt. Rem ita narrat Jovius : Cum nobilissimas lucubrationes (Aristotelis videlicet Historiæ animalium interpretationem Latinam), in membranis accurate perscriptas, Sixto IV pontifici detulisset, nec pecunia, vel ipsius librarii præmio digna, redderetur, indignatus subagreste judicium : Effugere hinc lubet, inquit, postquam optimæ segetes in olfactu præpinguibus asinis sordescunt ; atque ita in Brutios ad sacerdotii sacram sedem contendit (10).

modia Græce et Latine edidit Leo Allatius Συμμίκτων lib. II, p. 318 sqq. Conf. Jo. Leunclavius Hist. Musulmanæ Turcorum lib. XIV, pag. 544 sqq., qui quidem anno 1431 Thessalonicam occupatam fuisse ait. Gravi errore, Lambecius commentar. de Bibl. Vindob. lib. I, p. 31, Gazam Constantinopoli anno 1453 capta una cum aliis quibusdam eruditis Græciæ exulibus, in Italiam se contulisse, scripsit.

(3) Jovius l. c. Victorinum Feltrensem Mantuæ docuisse Hodius *De L. Gr. instaurat.* l. I, c. 8, pag. 35, dicit. Nic. Comnenus Papadopoli autem *Hist. Gymn. Patav.* tom. II, l. II, c. 9, pag. 175. gymnasii Patavini professoribus illum annumerat, Pataviique Gazam Latinas litteras didicisse affirmat.

(4) Gazam, ante quam Ferrariam se conferret, Senensibus, ad Græcam linguam docendam, operam suam obtulisse, ex quadam Philelphi ad Saccum epistola colligit Hodius l. c. pag. 56. Idem p. sq. concilio Florentino eum interfuisse, tradit. Hoc verisimile fit ex eo quod collecta ab ipso fuerint, disputationum Græcos inter et Latinos de processione Spiritus sancti, et de igne purgatorio habitarum, acta, quæ collectio ms. in Bibliotheca regia Parisiensi asservatur. Vid. Catalogi codd. mss. bibliothecæ hujus tom. II, pag. 275.

(5) Gyraldus, in dialogo posteriori *De poetis suorum temporum*, Opp. t. III, p. 550, pluribus id ipsum testimoniis confirmat, et Leonelli Estensis, Ferrariæ principis, auspiciis eo munere Gazam functum fuisse, docet Hodius l. c. pag. 57 et seq.

(6) Videantur Agricolæ biographi, præsertim Melch. Adamus in Vitis Germ. philosophorum pag. 7.

(7) Commentar. urb. l. XXI, pag. 775.

(8) Libris Græcis describendis Theodorum initio operam impendisse, Hodius, l. c. pag. 58 seq. cum quibusdam ipsius versiculis, tum inde maxime probat, quod Philelphus, ut ex hujus epistolis patet, descriptam sibi ab eo habuerit Homeri Iliada illamque nullo pretio concedere voluerit petenti Bessarioni. Addit idem, Aristotelis Politica, Gazæ manu eleganter exarata, Venetiis in bibliotheca S. Antonii, et Homeri rhapsodiam, ab eo scriptam, ibidem, in Bessarionis bibliotheca asservari. Sed hæc quidem in Græca D. Marci bibliotheca non reperitur : nec Gazæ mentio fit in Catalogo calligraphorum, a Bern. de Montfaucon summo studio confecto Palæogr. Gr. lib. I, c. 8, pag. 94 sqq.

(9) Jovius, l. c. Gazam licet sacerdotio in Magna Græcia, Bessarionis commendatione, potitus esset, quod satis fuerit moderato frugique homini, pauperem tamen et egenum semper mansisse tradit ; neglecta, dum Roma absens viveret, ratione totius reditus et rapacibus Græculis et Brutiis rei familiaris cura demandata.

(10) Quinquaginta aureis Gazam a pontifice donatum, a quo totum se inauratum iri speraverat, illos ipsos autem, indignitate rei permotum, in Tiberim abjecisse, summoque inde mœrore confectum fuisse, refert Jo. Pierius Valerianus, De infelicitate litteratorum l. II, pag. 70. Ingrati pontificis in Theodorum, opis ipsius maxime indigentem, animi mentionem quoque faciunt Th. de Pinedo in notis ad Steph. *De urb.* pag. 306, et Leonh. Cozzandus De magisterio antiq. philosophorum l. I, p. 119, aliique plures. Attamen, quidquid de illo Sixti facto et de Gazæ indignatione, nummisque ab eo in Tiberim abjectis narratur, id omne fabulam redolere videtur clarissimo Hodio l. c., pag. 65 seq., eo quod Phil. Bergomensis, ejusdem ætatis scriptor, magno illum, ob libros ex Græco in Latinum translatos, in pretio apud Sixtum semper habitum fuisse, testetur : quam in rem etiam alia quædam affert argumenta. Neque vero his ipsis, testimonioque Bergomensis, prorsus confici arbitror, confictam esse a Jovio, quam adduximus, narrationem. Volaterranus certe l. c. non parem virtuti Theodoro Romæ contigisse fortunam, ipsumque Urbe cedere inopia coactum fuisse, confirmat.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

Roma relicta, antequam in Apuliam se conferret, ad Herculem Estensem, Ferrariæ ducem, se recepit, et ab hoc perbenigne exceptus, Ferrariæ aliquandiu commoratus est, docendique, ut supra dictum est, obiit munus.

Neque vero ita multo post, quam ad Brutios venerat, ætate cum jam provectus esset, ex vita migravit (11), sæculi quinti decimi octavo et septuagesimo anno. Haud iniqua is, ut Jovius ait, sorte cum in Græcia natus esset atque educatus, in Italia autem, de Græcis Latinisque litteris præclarissime merendo vitam egisset, in Magna Græcia est sepultus (12).

Gazæ doctrinam quanti fecerit Bessarion, idoneus maxime judex, quaque illius ergo Theodorum complexus fuerit benevolentia, antea dictum est. Summis eumdem laudibus extulerunt Franc. Philelphus, Lud. Carbo, Pomponius Lætus, Barthol. Scala, Hermol. Barbarus, Jac. Phil. Bergomensis, M. A. Sabellicus, Petrus Crinitus, Janus Parrhasius, Aldus Manutius, Ludov. Vives, Erasmus, Gul. Budæus (13). Quin etiam Politianus, licet pro Trapezuntio fuerit contra Gazam, confectamque ab hoc Ciceronis De senectute libri Græcam notaverit interpretationem, debitam tamen doctrinæ ingeniique eiden tribuit laudem ipsiusque honori epigrammata aliquot Græca et Latina dicavit (14). Josephus Scaliger, ὁ πάνυ, inter eos omnes qui litterarum studia in Italia in lucem revocarunt, tribus tantum et in his præcipue Theodoro Gazæ, magno certe et docto viro, se invidere fassus est; illum ipsum tamen in Aristotelis De animalibus libris Latine transferendis, aliquot locis lapsum esse, dixit (15). Sunt vero etiam alii nonnulli qui fidem in versionibus ejus desiderant, tum vero ipsius in fingendis ac formandis novis vocibus Latinis audaciam reprehendunt; quam tamen præter cæteros Huetius laudat, quippe cui Gaza præclare meruisse videtur eo quod solerter excogitatis vocabulis, quibus res Latine ignotas exprimeret, Romanam locupletaverit linguam (16).

Plutarchum Chæronensem præter cæteros scriptores Græcos, in deliciis habuit Gaza. Quare rogatus aliquando a familiaribus suis, quem tandem ex omni Græcorum scriptorum numero diligendum putaret, si jacturam librariæ supellectilis eum facere oporteret. Satis, inquit, habeo, si unum servaverit Plutarchum qui omnes doctrinæ, quæ per amplissimos Græcorum libros sparsa est ac disseminata, perfectam absolutamque bibliothecam instruere videtur (17). Magnifice item ille de Aristophane, comicorum principe, existimabat, et omnibus, quotquot Græcas litteras discere vellent, hunc scriptorem, Atticæ elegantiæ diligentissimum, assidua versandum manu, commendabat (18).

Quæ Gaza ingenii sui reliquit monumenta, illa quidem omnia et singula recensere, constitutum habuit Leo Allatius, in Diatriba de Georgiis (*a*) et eorum scriptis, cujus edendæ spem fecit in præfatione ad Συμμίκτων libros duos, quos Bart. Nihusius, Coloniæ Agrippinæ, anno 1653 evulgavit; quæ vero Diatriba lucem non aspexit. Illud ipsum autem præclare præstitit Jo. Albertus Fabricius, in Bibliothecæ Græcæ volumine IX libri v capite 33 quod est de Theodoro Mopsuesteno et de aliis Theodoris, qui Græce scripserunt pag. 194 sqq.

Scripta quæ Gaza ipse composuit, eaque edita, fere hæc sunt: 1° Grammatica Græca quæ libris qua-

(11) In Apulia Gazam obiisse, non Jovius solum, sed etiam Volaterranus l. c. disertis verbis tradit. Assentiuntur iis Scaliger in *Scaligeranis* pag. 164, et Lambecius *De B. Vind.*, l. VI, p. 278. Contra ea Matth. Palmerus et Ph. Bergomensis in Chronicis et qui hos sequuntur, Romæ ipsum decessisse dicunt. Corpus ejus in Apulia, seu Magna Græcia, sepultum fuisse inter omnes constat.

(12) Elegans huc spectat Politiani epigramma Græcum mox exhibendum, itemque Latomi, apud Jovium:

Ille Deum munus (fer thus et liba, sacerdos),
Atque adeo hic linguæ gaza utriusque jacet.
Græcia quem genuit, suscepit Roma: sepultum
Communi tumulo Græcia Magna fovet.

Geminum huic ipsius effigiei apud Lambecium, *Comment. de Bibl. Vindob.*, l. VI, additum est distichon:

Altrix Roma, parens cui Græcia, Græcia Magna
Fit tumulus, linguæ gaza utriusque vocor.

(13) Horum, qui ejusdem, vel proximæ ætatis fuerunt, aliorumque virorum doctorum elogia et testimonia, quibus excellentem Gazæ Græci pariter atque Romani sermonis peritiam, singularemve dicendi et interpretandi facultatem exornarunt, more suo fuse descripta exhibet Hodius l. c.

(14) Ex his unum, idque egregium, illud quod Politianus, *Miscell.* cap. 90 edit. Bas. an. 1553 pag. 505 ipsis suis in Gazam animadversionibus subjecit legendum damus:

Κεῖτο μέγας πότ' ἀγὼν Γαζῆς θεοδώροιο ἀμφὶ
Μούσαις τ' Αὐσονίαις ἦδ' Ἑλικωνιάσι.
Ταῖς μὲν γὰρ γενεὴν, ταῖς δ' αὖ θρεπτῆρι' ὀφεῖλεν,
Ἑλλὰς γὰρ τέκε τόνγε, Αὐσονίη δ' ἔτραφεν.
Ἴσον δ' ἀμφοτέρων σοφίῃ γλώττῃ τ' ἐκέσαστο
Τὸν δ' οὔτ' αὐτὸς ζῶν, οὔτ' ἄρ' ἠκρινε θανών
Ἀλλὰ καὶ Ἰταλίης Μεγάλῃ ἐπὶ Ἑλλάδι κεῖσθαι
Εἵλετο, ὅφρα κλέος ξυνὸν ᾖ ἀμφοτέρης.

(15) Vid. *Scaligerana*, edit. an 1695, pag. 342. Græcam vero etiam Ciceronis De senectute libri, specialimque Ennii, et aliorum, qui in illo occurrunt, versuum interpretationem haudquaquam approbavit Scaliger, quin potius Gazæ metaphrasin dictorum versuum castigavit, eique aliam ipse substituit, in notis in Catonis disticha moralia, Græce a se conversa, edit. Amst. an. 1640, pag. 116 et sqq. De hac Scaligeri in Gazam animadversione vid. Is. Casaubonus in epistola, Florilegio epigrammatum Martialis quod cum Græca Jos. Scaligeri interpretatione Lutetiæ, ex typographia Rob. Stephani prodiit an. 1607, præfixa: Dan. Heinsius in Prolegom. ad Aristarchum pag. 684 et P. D. Huetius De claris interpr. p. 219.

(16) Vid. Adr. Baillet, *Jugements des sçavants*, tom. II, n° 809, pag. 379.

(17) Refert id Gul. Xylander in Vita Plutarchi, ejusdem operibus præmissa edit. Paris. a. 1624, pag. 11.

(18) Testis est Aldus Manutius, in præfatione ad suam Aristophanis editionem, quæ una cum enarrationibus Græcis prodiit an. 1495.

(*a*) Lege *Theodoris*. Edita est ab Ang. Maio. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

tuor constat. Primus eam una cum Gazæ De mensibus opusculo, Apollonii De constructione libris quatuor, et Herodiano De numeris, ex erudita officina sua, Venetiis constituta, edidit Aldus Manutius Romanus anno 1483 in folio. Persæpe inde ab illo tempore hi grammaticarum Institutionum libri, tum junctim, tum separatim Græce vel Latine, vel Græce et Latine simul, compluribus in locis typis sunt excusi (19). In illis Latine convertendis, Erasmus, Rich. Crocus Anglus, primus Græcarum litterarum in Academia Lipsiensi professor, Jac. Tusanus Parisiensis Academiæ doctor et Contr. Heresbachius operam posuerunt, commentariisque eos illustravit Elias Andreas ; tum vero harum Institutionum præstantia permoti laudatus modo Tusanus et Lazarus Bonamicus, ille Parisiis, hic Patavii, scholis publicis easdem explicarunt. Gul. Budæus vir Græce eruditissimus, de Gazæ Grammatica tam magnifice existimavit, ut, ei quidquam in isto scribendi genere simile sese unquam legisse negaverit. Taceo cæteros, qui elogiis suis eam exornarunt, viros doctos (20). Id tamen plerique vere notarunt, provectioribus et Græcarum litterarum gnaris magis illam inservire, quam Græca discere incipientibus; et librum primum, brevitate nimia obscuriorem, quartum vero, qui est De structura sermonis et variis dicendi modis, et in quo Apollonium maxime secutus est, Gaza, prioribus longe esse difficiliorem. Const. Lascaris, in proœmio libri III Grammaticæ suæ de quarto Gazæ libro pronuntiat, brevem quidem illum esse et Δηλίου κολυμβητοῦ δεόμενον, Delio natatore indigentem, sed laudabilem, perutilemque scientibus, antiquorum continentem umbras.

2° De mensibus Atticis liber, Græce scriptus anno 1470. Is una cum Grammatica Theodori, ab Aldo an. 1495 editus et Florentiæ apud Phil. Juntam an. 1515 alibique Græce recusus cum Latina Jo. Perelli interpretatione, prodlit Basileæ an. 1536 insertusque est Uranologio Petaviano, itemque, sed Latine tantum, Jac. Gronovii thesauri Antiquitat. Græc. tomo IX, pag. 977 seqq.

3° Περὶ ἀρχαιογονίας Τούρκων, de origine Turcorum epistola, quæ, cum Le. Allatii versione Latina in ejus Συμμίκτοις, l. II, p. 318 seqq. exhibetur.

Ex Græco in Latinum Gaza transtulit sermonem : 1° Aristotelis Problemata ; 2° Aristotelis De animalibus libros. Prioris interpretationis, quam, Nicolao V, P. R. dicatam, sub Sixto IV recognovit, editionem Romanam an. 1475, posteriorisVenetam an. 1476, memorat Maittaire, Annal. typogr. tom. V, part. I, pag. 76. Utraque in Latinis quibusdam et Græco-Latinis operum Aristotelis editionibus habetur. 3° Theophrasti Historiæ plantarum libros X. Horum versionem in gratiam Nicolai V adornavit; quam Venetiis, an. 1504, editam et alibi recusam Dan. Heinsius et Jo. Boilæus a Stapel ad Græca castigarunt, sicque emendatam ille in sua Theophrasti operum editione, hic in ejusdem Historia plantarum cum commentariis suis evulgata exhibuerunt (21). 4° Alexandri (Aphrodisei) Problematum libros duos Venetiis an. 1501 indeque sæpius impressos. 5° Æliani De instruendis aciebus librum ; cujus versionis plures etiam exstant editiones. 6° Dionysii Halicarnassei De oratione nuptiali et natalitia præcepta (22). 7° Chrysostomi De incomprehensibili Dei natura homilias quinque : quarum interpretationem Latinæ pariter atque Græcolatina Ducæi operum Chrysostomi in se continent editiones.

Præter has vero, quæ typis excusæ sunt, plures Theodorus confecit Græcorum scriptorum interpretationes. Etenim Aristotelis alios etiam libros quosdam Latine convertit ; hanc vero suam illorum versionem, ut ne conjunctissimi hominis, Argyropuli, qui eosdem illos, non ea tamen facultate præsidiorumque apparatu, transtulerat, famæ crescenti fraudi essent, singulari prorsus modestiæ exemplo combussit (23). Mauritii imp. De re militari librorum interpretationem Alphonso regi sese obtulisse in præfatione ad eumdem, Chrysostomi homiliis præmissa, ipse testatur. Laudatur etiam a Jovio Aphorismorum Hippocratis versio Gazæ studio adornata; sed horum quidem translatio perperam a Jovio ei ascribi videtur (24).

Ex Latino Græce convertit Ciceronis De senectute, et De somnio Scipionis libros (25). Græca hæc utriusque libri versio et separatim edita, et in editionibus operum Ciceronis, Aldina an. 1523, Sturmiana aliisque exstat. Nicolai V, R. P. ad Constantium imp. Cp. Epistolam, Græce ab ipso redditam,

(19) Editiones viginti memorat Maittaire *Annal. typogr.*, tom. V, part. I, pag. 428.

(20) Hos eorumque de grammatica Gazæ judicia recenset Adr. Baillet, l. c., n° 694, pag. 326, copiosius Hodius l. c. pag. 72 sqq.

(21) Gazam, in Theophrasto vertendo, Plinii vestigiis pressius insistentem, hujus etiam nonnunquam errores potius, quam Theophrasti fidem secutum esse notavit Jo. Matthiolus *Epp. med.*, l. IV, f. 147 V. Fabric. l. c., pag. 195.

(22) Hæc Dionysii Halic. præcepta Gazam Latine vertisse testatur Volaterranus l. XV, pag. 544, et ex eo Gesnerus. Sed neminem se vidisse ait Fabricius, qui interpretationem illam editam memorasset. Memorat vero editionem Mediolanensem, sine loci, typographi et anni notatione claris. Saxius, in Historia litter. typogr. Mediolan. pag. 610.

(23) Auctoritate utor Jovii in *Elogiis*, pag. 51. Huc etiam quodam modo pertinet eximium et singulare, quod hominibus doctis Gaza navavit, studium. Prædicat id ipsum, seque in edendis Plinio, et Gellio, mirifice ab illo adjutum fuisse, testatur Jo. Andreas Alieriensis. Vid. Maittaire, *Annal.* typogr. tom. I, pag. 13. Consilio item, operaque sua Theodorus adfuit Bartholomæo Facio, Arrianum De rebus gestis Alexandri in Latinum convertenti sermonem. Vid. Maittaire, *Annal. typ.* II, pag. 189.

(24) Hippocratis Aphorismorum versionem, Gaze a Jovio ascriptam, non solum Fabricius l. c. pag. 196 in dubium vocat, sed et illam ipsam Hodius l. c. pag. 71, ad Laurentianum, Jo. Manardi auctoritate refert.

(25) Politianum pariter, atque Jos. Scaligerum Græcam Ciceronis *De senectute* versionem notasse supra diximus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

P. Arcudius inserult opusculis theologicis, Romæ editis, anno 1630. In Græcum sermonem quoque transtulit Mich. Savonarolæ De balneis Italiæ libros duos (26).

Inter Gazæ ἀνέκδοτα quæ in Italiæ maxime et Galliæ bibliothecis asservantur, præter epistolas ejus præcipuum fere scriptum est, quod Plethonis De differentia Platonicæ atque Aristotelicæ philosophiæ opposuit libro et quo Aristotelem contra illum defendit. Impugnavit id ipsum Mich. Apostolius; cujus vero temeritatem graviter coarguit Bessarion, quemque scripta pro Gaza apologia, Andronicus Callistus, confutavit, de quo, in hujus et Apostolii Vita plura dicemus.

Juvat, post ea quæ de Gazæ atque Trapezuntii vita et scriptis exposita sunt, intueri incredibilem varietatem, qua hi duumviri, communi gentis ortu, studiorumque societate conjuncti, animi propensionibus, tum moribus, fortuna et vitæ rerumque exitu distinguuntur. Erat Theodorus sedati ingenii, mentisque compositæ et Græcorum modestissimus, qui secum semper morabatur et honori et gloriæ prudentia et ratione modum statuebat. Georgius vero, præsidentis animi et projectæ eminentisque interdum audaciæ homo, impetu et levitate ultra vires ferebatur, et nihil non nisi arrogans, eminere semper studebat. Uterque magnus inter eruditos videri volebat, ille in Græciæ pariter, atque Romanæ litteraturæ præsidiis innixus, hic nimium ingenii facultati fidens, et intempestiva partæ cognitionis persuasione inflatus, ille ad edendum quod commentatus erat, tardior, emendando quod scripserat, nunquam defessus; hic præcipiti festinatione crudos sæpe labores in publicum protrudens, errorumque quibus implicitus erat tenax. Tum vero Trapezuntius, multum agendo, multum peccabat: Gaza, pauca exhibendo magna dabat: hic, Græce doctissimus, linguam Quiritium graviter excolebat, ille in patria lingua peregrinæ præsidia collocabat. Uterque rhetoris personam cum laude sustinebat, Gaza autem, dicendi vi ac gravitate, non Aphthonium Theonumve quemdam, sed ipsum Demosthenem reddere videbatur. Is nullius laudes tentabat, et suam sibi gloriam virtute et honestate agendi comparabat: Trapezuntius eruditos injuriis lacessebat, et laudem obtrectatione partam ultorum virtute amittebat. Amicitiam alter officio, utilitate alter metiebatur. Hunc patriæ puduit, ille amore vero eamdem prosecutus est, seque ab illa dici semper voluit. Trapezuntium fortuna, sponte consecuta, cito deseruit: Gazam, tardius quidem conciliata, longius fovit. Utrumque commune fatum patria cedere coegit: sed alterum perpetuis egit erroribus, et, ut inter peregrinos semper peregrinaretur, effecit; alteri autem inter alienigenas patriæ beneficia reddidit. Trapezuntius denique misere vixit, pejus mortuus est: Gaza detrimenta vitæ placido mortis genere consolatus, et cum ille senex repuerascere videretur, hic virilis ætatis vigorem ad extremam usque senectutem servavit.

(26) Vid. Hodius, p. 74.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΓΑΖΗ

ΚΥΝΟΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

—

THEODORI GAZÆ

LAUDATIO CANIS.

(Ang. Mai *Bibl. Nova Patrum*, tom. VII. p. 203.)

—

α'. Ἐγὼ μὲν, ὦ ἄνερ λαμπρότατε, ξύνοιδα ἐμαυτῷ ξένον τι καὶ παρηλλαγμένον, ἴσως δὲ καὶ ἄτοπον ποιοῦντι, ὅτι τῶν ἄλλων τὰ ὑπ' αὐτῶν τοῖς φίλοις πεμπόμενα δῶρα εὐτελιζόντων τε καὶ ἀποσμικρυνόντων, ἐγὼ τοὐναντίον αὔξειν καὶ κοσμεῖν ἐπιχειρῶ· ὅμως δὲ οὔτε παραδείγματος ἄπορῶ, οὔτε εὐλόγου προφάσεως· παράδειγμα μὲν ποιούμενος, οὐ τὸν τυχόντα ἄνθρωπον, οὐχ ἕνα τῶν πολλῶν, οὐ τὸν ὀλίγου ἄξιον, ἀλλὰ τὸν τά τε πρῶτα τῶν καθ'

A 1. Equidem, vir illustrissime, intelligo peregrinum quid et insolitum, fortasse etiam absurdum, me facere, quia dum alii missa a se ad amicos dona deprætiant et verbis extenuant, ego contra magnificare et exornare aggredior. Atqui nec exemplo hujus rei careo, nec probabili obtentu. Exemplo quidem mihi est, non quilibet homo, non de multis unus, sed is qui primatum eruditionis inter contemporaneos suos gerit, et imperium maximum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

atque inter homines potentissimum occupat, imperatorem illum dico, qui cum Christianis bellum gessit, nec levia mala intulit, et ipsi mihi paria curavit. Obtentui autem mihi est, spes concepta, fore ut tibi haud minori voluptati sit parergon hoc quam ipsum opus; immo vero potius hoc judices parergon esse opus, et adjectam dono mantissam pluris æstimes. Quippe ceu doctrinæ amantissimus, re omni bona ut par est delectaris, et præsertim iis quæ a doctrina procedunt. Quæ ego reputans, ad hoc scriptitandum opusculum adductus sum.

2. Igitur missum a me tibi donum, vocabulo quidem canis est, reapse autem una de pretiosissimis apud homines rebus atque æstimatione dignissimis. Nam cum cætera animalia unam aliquam hominibus videantur utilitatem præbere, unamque peculiarem virtutem habere, hoc solum animal omnimodas utilitates hominibus exhibet, et plurimis maximisque ornatur virtutibus. In leonibus quidem animositas pollet : in bobus jussui obedientia et agriculturæ idoneitas : in equis intelligentia et velocitas : in asinis ac mulis, ut ait poeta, laboriferis, patientia : et aliæ aliis insunt animalibus dotes : soli huic nihil non inest, sed caterorum cuncta complectitur bona. Hujus enim animalis natura sive in urbibus, sive rure, et in pace ac bello utilis simul est ac delectabilis. Sed enim cunctas animalis hujus virtutes, et suppeditata hominibus adjumenta, haud facile est percensere : si pauca igitur e multis exposuero ac patefecero, utrique nostrum satis fore judico, tibi quidem ad persuasionem, mihi autem ad demonstrationem.

3. In primis igitur, quadrupedum animalium venatio nomen a canibus in Græcorum sermone sortita est ac retinet, κυνηγεσία (canum eductio); quam æstimabilem esse vitæque humanæ utilem quis nescit? Hanc dii exercuerunt, et heroes, et homines, Græci pariter ac Barbari, et olim et nunc, et ubique. Atque hujus exercitio præsidet Apollinis soror Diana, quæ hoc præcipue titulo inter deos honoratur. Venationi item dederunt operam Chiron, Cephalus, Æsculapius, Melanion, Nestor, postremo tantus heroum numerus, quantum nominatim appellare labor sit. Nonne et Achæorum sapientissimum introducit Homerus venantem apud Autolycum, et in altero femore ab apro vulneratum?

A ἑαυτὸν πεπαιδευμένων (1), ἀρχῆς τε τῆς πασῶν μεγίστης καὶ κυριωτάτης ἐν ἀνθρώποις ἀξιωθέντα, τὸν αὐτοκράτορα λέγω ἐκεῖνον, τὸν τοῖς Χριστιανοῖς πολεμήσαντα, καὶ κακὰ οὐκ ἐλάχιστα παρασχόντα, ἐμαυτῷ δὲ τοιοῦτόν τι ἐπιτετηδευκότα· πρόσχημα δὲ, τὸ καί σοι οὐχ ἧττον ἡδομένῳ ἔσεσθαι ἐλπίζειν τὸ πάρεργον τοῦ ἔργου, μᾶλλον δὲ τὸ πάρεργον ἔργον ἡγήσεσθαι, καὶ περὶ πλείονος τὴν παρενθήκην αὐτοῦ τοῦ δώρου ποιήσεσθαι. Σὺ γὰρ φιλομουσώτατος ὢν, χαίρεις ὡς εἰκὸς πᾶσι μὲν τοῖς καλοῖς, μάλιστα δὲ τοῖς ἀπὸ τῆς παιδείας· ὧν ἐνθυμούμενος, εἰς τοῦτο προήχθην τοὐπιχείρημα.

β'. Τὸ μὲν οὖν σοι παρ' ἐμοῦ πεμπόμενον δῶρον, λόγῳ μὲν κύων ἐστὶν, ἔργῳ δὲ ἓν τῶν ἐν ἀνθρώποις τιμιωτάτων καὶ πλείστου ἀξίων. Τῶν μὲν γὰρ B ἄλλων ζώων μίαν ἑκάστων τοῖς ἀνθρώποις ὠφέλειαν παρέχειν δοκούντων, μίαν δὲ καὶ ἐξαίρετον ἀρετὴν ἔχειν, τοῦτο μόνον τῶν ζώων ὠφελείας μὲν παντοδαπὰς τοῖς ἀνθρώποις προξενεῖ, ἀρεταῖς δὲ ταῖς πλείσταις καὶ μεγίσταις κεκόσμηται. Λέουσι μὲν οὖν τὸ θυμοειδὲς ἐπανθεῖ, βουσὶ δὲ δικαιοσύνη καὶ πρὸς γεωργίαν ἐπιτηδειότης, ἵπποις φρόνημα καὶ εὐφύτης, ὄνοις δὲ καὶ ἡμιόνοις, ὡς ἂν εἴποι ὁ ποιητὴς (2), ταλαεργοῖς καρτερία, καὶ ἄλλοις δὲ ἄλλα ἔνεστι ζώοις· τούτῳ δὲ μόνῳ οὐκ ἔστιν ὅ τι οὐ πρόσεστιν, ἀλλὰ τὰ τῶν ἄλλων ἔχει συλλαβὸν ἅπαντα. Ἔστι γὰρ ἡ τοῦ ζώου φύσις ἔν τε ταῖς πόλεσιν, καὶ ἐν ταῖς γεωργίαις, καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην, καὶ τὰ πρὸς πόλεμον, ἅμα δὲ καὶ πρὸς ὠφέλειαν, καὶ πρὸς τέρψιν ἐπιτήδειος. Ἁπάσας μὲν οὖν τὰς τοῦ C ζώου ἀρετὰς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις παρεγομένας χρείας, διελθεῖν οὐ ῥᾴδιον. Εἰ δὲ ὀλίγα ἄττα ἀπὸ πολλῶν προχειρισαίμην καὶ διεξίοιμι, ἀρκέσειν ἀμφοτέροις ἡμῖν, σοί τε πρὸς σύστασιν, ἐμοί τε πρὸς ἐπίδειξιν, ἡγοῦμαι.

γ'. Αὐτίκα μὲν οὖν ἡ τῶν τετραπόδων ζώων θήρα, ἡ ἀπὸ τῶν κυνῶν τὴν ἐπωνυμίαν λαχοῦσά τε καὶ λαβοῦσα κυνηγεσία, ὡς τίμιός ἐστιν καὶ πρόσφορος τῷ βίῳ, τίς οὐκ οἶδεν; ταύτην θεοί τε ἐπετήδευσαν, καὶ ἥρωες, καὶ ἄνθρωποι, καὶ Ἕλληνες ἅμα καὶ Βάρβαροι, καὶ πάλαι, καὶ νῦν, καὶ πανταχοῦ· καὶ προστάτις μὲν τοὐπιτηδεύματος ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος ἀδελφὴ Ἄρτεμις, ᾗ καὶ μάλιστα παρὰ τοῖς θεοῖς τιμᾶται· μετῆλθον δὲ καὶ τῶν ἡρώων Χείρων, Κέ- D φαλος, Ἀσκληπιὸς, Μελανίων, Νέστωρ. καὶ τέλος τοσοῦτοι, ὅσους ἂν τις ὀνομαστὶ διεξιὼν ἀποκάμοι (3)· οὐχὶ δὲ καὶ τὸν σοφώτατον τῶν Ἀχαιῶν εἰσάγει ὁ Ὅμηρος (4) θηρεύοντα παρ' Αὐτολύκῳ, καὶ τρωθέντα τὸν ἕτερον τῶν μηρῶν ὑπὸ συός;

(1) Quod Mohamedes II. is qui Constantinopolim occupavit (de quo nunc Gaza), exquisite litteris excultus fuerit, et doctis apprime hominibus faverit, satis constat ex Osmanorum Historia cl. Josephi Hammeri. Quomodo autem reliqua Gazæ verba ad rem canis laudemve doni pertineant, divinare non queo; nisi forte Mohamedes, more principum turcicorum venationi quoque deditus fuit, adeoque et canibus delectatus. Sed nihil properanter definio; alii videant. Utique Jul. Scaliger in heroibus, de Græcia oppressa loquens, ipsum Mohamedem dicit canem, *quæ miseranda cani præda futura fuit.*

(2) *Odyss.* IV, 636; XXI, 23. Et sic graphice quasi ex Homero Ovidius noster :

Aspice ut auritus miserandæ sortis asellus
Assiduo domitus verbere lentus eat.

(3) Ex initio Xenophontei elegantissimi *De venatione* tractatus.

(4) *Odyss.* XIX, 465.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Καὶ γὰρ ὀρεύοντ' ἔλασεν σὺς λευκῷ ὀδόντι
Παρνησσὸν δ' ἐλθόντα σὺν υἱάσιν Αὐτολύκοιο.

A

Namque venantem sauciavit aper albo dente
Ad Parnassum profectum cum Autolyci filiis.

Ἐπρέσβευε δὲ καὶ ἡ Σπάρτη πολεμικωτάτη οὖσα τὴν κυνηγεσίαν (1) νόμος γοῦν παρ' αὐτῇ ἐν τῇ τῆς Ἀρτέμιδος (2) ἑορτῇ, τὸν προσιόντα ἐπὶ τὸ δεῖπνον οὐ κυνηγετήσαντα, τῆς παρανομίας δίκην διδόναι (3). Ἡ δὲ δίκη, νέῳ μὲν καλπὶς μεστὴ ὕδατος κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχεομένη, πρεσβυτέρῳ δὲ κατὰ τοῦ τῆς χειρὸς δακτύλου· ἥπερ τῇ μὲν ἀλγηδόνι, μικρὰ ἂν ἴσως τινὶ δόξειεν τιμωρία, τῇ δὲ ἀτιμίᾳ, ἣν παμμεγάλη. Ἐπρέσβευον καὶ ταύτην Μακεδόνες· τῷ γὰρ ἄνευ λίνων ὅυ κεντήσαντι, οὐ καθῆσθαι δειπνοῦντι, ἀλλὰ κατακλίνεσθαι, συνεχώρουν (4)· ὃ καὶ παρ' αὐτοῖς ἦν τιμιώτερον. Ἐπρέσβευον δὲ καὶ Πέρσαι (5) ταύτην, καὶ παρὰ τούτοις ὁ βασιλεὺς οὐχ ἧττον τῆς θήρας ἠγεῖτο, ἢ καὶ τῶν πολεμικῶν ἔργων, ἐξάγων τοὺς νέους ἐπὶ τὴν κυνηγεσίαν, καὶ ἐπιμελόμενος ὅπως ἂν θηρῶσιν· οὐκ ἀπὸ τρόπου δὲ τοῦτ' ἐποίουν. Μελέτη γὰρ εἶναι δοκεῖ τῶν πολεμικῶν μεγίστη ἡ κυνηγεσία. Καὶ γὰρ καὶ πρωὶ ἐγείρεσθαι, καὶ ὀψὲ κοιμᾶσθαι, καὶ νυκτερεύειν ἐθίζει, καὶ καύματος ἅμα, καὶ ῥίγους, καὶ δίψους, καὶ πείνης ἀνέχεσθαι, καὶ ὁδοιπορεῖν, καὶ νὴ Δία εἰ δέοι τρέχειν, διά τε λείας καὶ δι' ὁμαλῆς, καὶ διὰ ναπῶν, καὶ διὰ χρημνῶν ὁμοίως· πρὸς δὲ καὶ βάλλειν καὶ τιτρώσκειν, καὶ βαλλόμενον οὐκ εἴκειν, καὶ πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον, πᾶσαν δὲ δυσχέρειαν ὑπομένειν· ἃ δὴ θαυμασίως ὡς τοὺς πολεμοῦντας ὠφελεῖ. Εἰ δὲ βούλει εἰδέναι ὅτον μέρος πρὸς τὰ πολεμικὰ συμβάλλει ἡ θήρα παράβαλλε κυνηγὸν ἄνδρα πρὸς τὸν τῆς θήρας ἄγευστον καὶ ἀπείρατον, καὶ ὄψει μυρίον ὅσον ἐν τοῖς κατὰ τὸν πόλεμον ὑπερφέροντα.

Coluit Sparta quoque bellicosissima venationem. Itaque lex ibi fuit in Dianæ festo, ut qui ad convivium haud peracta venatione veniret, pœnas suæ culpæ daret. Pœna autem erat, juveni quidem, aquæ plena situla in caput; seniori autem, in unum manus digitum effusa: quæ sane, si dolor spectetur, levis fortasse punitio alicui videbitur; sed habita ignominiæ ratione, maxima fuit. Coluerunt venerationem etiam Macedones: nam qui sine retibus aprum confixisset, huic cœnare non sedenti sed recumbenti concedebant: quod apud ipsos pariter honoratius erat. Postremo etiam Persæ venationi addicti fuerunt; atque apud hos rex, haud secus venationi, quam bellicis operibus præerat, educendo scilicet ad venationem juvenes, atque ut huic operam darent curando. Neque id absurde faciebant; etenim meditatio præcipua videtur bellicæ rei venatio: nam et mane expergisci, et sero decumbere, et vigilare noctes consuefacit, et ardorem simul et frigus, et sitim famemque tolerare, et iter agere, et per Jovem si opus sit, currere per plana et æqua, et per nemorosa loca vel etiam confragosa. Insuper jaculari et ferire; et si forte aliquis pulsetur, minime cedere, et laborem quemlibet ac periculum et difficultatem sustinere. Quæ omnia mirabiliter, tanquam si bellum gereretur, juvant. Quod si cognoscere aves quatenus rei bellicæ venatio prosit, fac compares virum venatorem cum illo qui venandi nullum usum peritiamque habeat, comperiesque omnino quantopere prior ille hunc bellica virtute superet.

B

C

δ'. Τοιγαροῦν ὁ Πλάτων ἐν τῇ νομοθεσίᾳ παραινεῖ τοῖς νέοις τούτου ἔχεσθαι τοὐπιτηδεύματος, εἰ μέλλουσι τὴν ἑαυτῶν καλῶς καὶ ἐμπείρως οἰκήσειν. Βέλτιον δ' ἴσως ἀπ' αὐτῶν τῶν τοῦ νομοθέτου κύρβεων ἀπολεξάμενος ἱστορεῖν· Λέγει οὖν (6). « Κινδυνεύει γὰρ οὐδενὸς ἔλαττον μάθημα εἶναι, δι' ἀκριβείας ἐπίστασθαι πάντας τὴν αὑτῶν χώραν· οὗ δὴ χάριν κυνηγεσίαν καὶ τὴν ἄλλην θήραν, οὐχ ἧττον ἐπιτηδεύειν δεῖ τὸν ἡδῶντα, ἢ τῆς ἄλλης ἡδονῆς ἅμα καὶ ὠφελείας, τῆς περὶ τὰ τοιαῦτα γιγνομένης πᾶσι. » Καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνος. Ἀλλὰ μὴν δι' ὧν τὴν θήραν μεταχειριζόμεθα; οὐκ ἄδηλον ὅτι διὰ τῶν κυνῶν· κύνες γὰρ εἰς θήραν ἐξαγόμενοι, ἢ τοὺς θήρας ὀφθέντας διώκουσιν, ἢ τῶν ἰχνῶν λαβόμενοι, διὰ τούτων ἐπ' αὐτοὺς τρέχοντες τρέχοντας ὅσον τάχος ἡμᾶς ἄγουσι, καὶ μάχονται μεθ' ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν· πολλάκις δὲ καὶ πρὶν τοὺς κυνηγοὺς ἐπελθεῖν, τὸ θηρίον διεσπάκασι. Καὶ περὶ μὲν τῆς τῶν κυνῶν ἐν τῇ θήρᾳ ὠφελείας τοσαῦτα. Ἐδύνατο γὰρ ἂν τις,

4. Propterea Plato, in suo De legibus opere hortatur juvenes, ut huic exercitio studium impendant, si modo velint patriam regionem bene periteque habitare. Sed præstat fortasse ex ipsis legislatoris tabulis verba sumpta exscribere. Ait igitur: « Haud minoris momenti studium esse videtur, ut omnes exquisite omnia suæ regionis loca pernoscant. Cujus rei gratia, non minus quam oblectamento aut alteri cuiquam utilitati, adolescentes venationi, quæ et canibus et alio quolibet modo fit, operam dare debent. » Hæc ille. Jam vero quibusnam instrumentis venamur? Videlicet canibus. Etenim canes in venationem educti, vel feras conspectas persequuntur; vel compertis vestigiis, per hæc post eas currendo, currentes nos velociter deducunt, et nobiscum pro nobis pugnant. Sæpe etiam ante quam venatores superveniant, feram jam dilacerarunt. Et de canum quidem in venando utilitate hactenus. Nam posset aliquis,

D

(1) Confer Cragium *De rep. Laced.* lib. III, tab. IX, 2.

(2) Dianæ scilicet Venatricis, cujus statuam sagittas tenentem non semel describit Pausanias.

(3) Propter Lycurgi legem adversus ignavos.

(4) Sedebant convivantes antiquitus, deinde cœperunt discumbere; sed postremum hoc honoratius De Romanis Val. Max. II, 5, et Isidor. XX, 11. De Græcis Feithius *Antiq. Homer.* lib. III, 5.

(5) Imitatur hic Gaza Xenophontem, *Cyropæd* lib. I, 10, ubi de Persarum venandi studio ac disciplina.

(6) Plato *De legibus* lib. VI, ed. Serr. tom. II, p. 763. Idem Plato copiosius de venatione scribit sub finem lib. VII. Conferatur etiam Plutarchus in lib. *De animalium solertia.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

festinandi minimæ indigus, demonstrare ac latius exponere, quomodo omissa venatione omnia fierent plena ferarum, quæ hominibus male faccrent, et in urbibus clausos obsiderent; a quibus cunctis incommodis venaticorum canum ope liberamur.

5. Quodnam porro animal est custodiendo aptius quam canis, reique commissæ servandæ fidelius? Propterea enim et gregibus eos præficimus, qui quidem illos ad pascua educunt et præmittunt, præmissosque custodiunt, et custoditos ad caulas reducunt : ovibus mansueti, lupis terribiles, pastoribus obedientes. Et vivis quidem canibus, haud attingent greges lupi; mortuis autem, illico dilacerabunt. Quare et illi æsopici lupi pacis societatisque fœdus gregibus offerebant, dummodo asperos illos ac sævos et invisos canes sibi deditos traderent : probe gnari, si his potirentur, greges sine ullo labore in ipsorum potestatem redactum iri. Jam cur tibi narrem de illo Capparo, vel potius de illo dicam templi Æsculapii custode? Nam cum prædo quidam sacrilegus clam ingressus pretiosissima quæque auferret, canis quidem quam validissima voce allatrabat : verum ædituis minime experrectis, sed prædoni spatium fugiendi concedentibus, ipse prædonem persecutus est neque ab eo unquam destitit. Postridie autem occurrentes singulos blande excipiebat, prædonem vero allatrabat, et noctu quoque insectabatur : donec missi ad inquirendum reum homines, audita in via de canis negotio relatione, prædonem ceperunt, et post se trahentes Athenas deduxerunt : quem canis valde hilaris sequebatur, trophæum veluti de hoste agens, spectaculum egregium ac videntibus jucundissimum exhibens. Quamobrem Athenienses cani publica alimenta decreverunt, ædituis ut ejus curam gererent mandantes.

6. Hæc reputans divinus ille Plato, dum idoneum aliquem pulcherrimæ suæ stupendissimæque civitati imponere custodem quæreret, non habuit unde aliter imaginem ejus sumeret, quam a canum natura. Sic ait itaque in Reipublicæ dialogis, custodem describens. « Existimasne igitur generosi catuli et nobilis adolescentis naturam, ad vim custodiendi quod attinet, differre? Quid ais? Consentaneumne sit videlicet naturam utriusque valere, et ad sensum esse sagacem, et velocem atque expeditam ad id quod sentitur persequendum, et tamen validam, si opus fuerit, ad dimicandum? » Et paulo post : « Erga notos quidem et familiares sunt perquam mansueti (canes) : erga ignotos, sævi. Novi enimvero. Hoc ergo, inquam, hujusmodi est, ut fieri possit commode; neque præter naturam, talem custodem investigamus. Non videtur. Nonne et insuper hoc videtur indigere is qui dignitatem consecuturus est, ut præter quam quod iracundus esse debeat, natura quoque sagaci præditus sit? Quomodo? inquit; non enim intelligo.

(1) In editione cl. Furiæ fab. CCXI.
(2) Ex Plutarcho, *De animalium solertia*.

μὴ σπεύδειν ὡρμημένος, δεῖξαι καὶ διεξιέναι ὡς ἄνευ θήρας μεστὰ ἦν ἅπαντα θηρίων τοὺς ἀνθρώπους κακουργούντων, καὶ κατακεκλεισμένους ἐν ταῖς πόλεσι πολιορκούντων, ὧν ἁπάντων διὰ τῶν κυνῶν καὶ τῆς κυνηγεσίας ἀπηλλάγμεθα.

ε'. Τί δὲ ζῶον κυνῶν φυλακτικώτερον, καὶ τὴν παρακαταθήκην ἀποδιδόναι πιστότερον; Διὰ τοῦτο γὰρ τῶν ἀγελῶν προΐσταμεν αὐτούς, καὶ τὰς ἀγέλας αὐτοὶ εἰς νομὴν ἐξάγουσι, καὶ προπέμπουσι, προπεμφθείσας δὲ φυλάττουσι, φυλαχθείσας δὲ ὀπίσω οἴκαδε ἄγουσι· τοῖς μὲν προβάτοις ἥπιοι, τοῖς δὲ λύκοις φοβεροὶ, τοῖς δὲ ποιμέσι πειθήνιοι· καὶ ζώντων μὲν τούτων, οὐκ ἂν ἅψαιντο λύκοι ἀγέλης, ἀποθανόντων δὲ ταχέως διέσπασαν· διὸ καὶ οἱ αἰσώπειοι ἐκεῖνοι λύκοι, σπονδὰς καὶ εἰρήνην καὶ συμμαχίαν τοῖς ποιμνίοις πρῶτεινον, ἐφ' ᾧ τοὺς τραχεῖς ἐκείνους καὶ σκληροὺς καὶ ἀπεχθεῖς κύνας ἐκδότους ποιεῖν· εὖ εἰδότες, ὅτι τούτων κρατήσαντες, ἀπόνως τὰ πρόβατα χειρώσονται (1). Καὶ τί ἂν σοι λέγοιμι τὸν Κάππαρον ἐκεῖνον; μᾶλλον δὲ τί οὐκ ἂν σοι λέγοιμι τὸν φύλακα τοῦ νεὼ τοῦ Ἀσκληπιοῦ; ἐπειδή γὰρ ἱερόσυλός τις λάθρα εἰσελθὼν, ἐσύλα τὰ τιμιώτατα, αὐτὸς μὲν ὅσον φωνῆς ἦκε ὐλάκτει· οὐκ ἐγειρομένων δὲ τῶν ζακόρων, ἀλλ' ἀποδεδράσκειν τῷ ἱερόσυλῳ ἀφορμὴν δεδωκότων, ἐδίωκε τὸν ἱερόσυλον ὁ κύων, οὐδέποτε ἀπολειπόμενος αὐτοῦ· μεθ' ἡμέραν μὲν τοὺς ἀεὶ ἑκάστοτε ἀπαντῶντας φιλοφρονούμενος, αὐτῷ δὲ τῷ ἱερόσυλῳ ὑλακτῶν, νυκτὸς δὲ ὁμοίως ἑπόμενος, ἄχρις οὗ οἱ ἐπὶ διώξει πεμφθέντες, πυνθανόμενοι καθ' ὁδὸν περὶ τοῦ κυνὸς, τὸν ἱερόσυλον κατέλαβον, καὶ ὀπίσω εἰς Ἀθῆνας ἦγον. Ὁ δὲ κύων εἵπετο μάλα φαιδρὸς, ὡς ἂν εἰ τρόπαιον ἀπὸ πολεμίου ἄγων, θέαμα κάλλιστον καὶ τοῖς ὁρῶσιν ἡδιστον παρέχων. Ἐφ' ᾧ οἱ Ἀθηναῖοι τῷ κυνὶ ψηφίσαντο δημοσίᾳ σῖτον, καὶ προσέταξαν τοῖς ζακόροις ποιεῖσθαι αὐτοῦ ἐπιμέλειαν (2).

ς'. Ταῦτα λογιζόμενος ὁ δαιμόνιος ἐκεῖνος Πλάτων, ζητῶν δὲ ἐπιτήδειόν τινα τῇ καλλίστῃ ἑαυτοῦ καὶ θαυμασιωτάτῃ πόλει ἐγκαθιστάνατ φύλακα, οὐκ εἶχεν ὅθεν ἄλλοθεν εἰκόνα αὐτοῦ λάβοι, ἢ ἀπὸ τῆς τῶν κυνῶν φύσεως· λέγει οὖν ἐν τῇ Πολιτείᾳ (3) διαγράφων τὸν φύλακα· « Οἶει οὖν τι διαφέρειν φύσιν γενναίου σκύλακος, εἰς φυλακὴν, νεανίσκου εὐγενοῦς; τὸ ποῖον λέγεις; οἷον ὀξύν τε ποῦ δεῖ αὐτοῖν ἑκάτερον εἶναι πρὸς σῖσθησιν, καὶ ἑλσφρὸν πρὸς τὸ αἰσθανόμενον διώκειν, καὶ ἰσχυρὸν αὖ ἐὰν δέῃ ἑλόντα διαμάχεσθαι; Καὶ μετὰ μικρόν· Οἶσθα γάρ που τῶν γενναίων κυνῶν, ὅτι τοῦτο φύσει αὐτῶν τὸ ἦθος. Πρὸς μὲν τοὺς συνήθεις καὶ γνωρίμους ὡς οἷον πρᾳοτάτους εἶναι· πρὸς δὲ τοὺς ἀγνῶτας τοὐναντίον; οἶδα μέντοι. Τοῦτο μὲν ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, διανατόν· καὶ οὐ παρὰ φύσιν ζητοῦμεν, τοιοῦτον εἶναι τὸν φύλακα· οὐκ ἔοικεν. Ἆρ' οὖν σοι δοκεῖ ἔτι τοῦδε προσδεῖσθαι ὁ φυλακικὸς ἐσόμενος, πρὸς τὸ θυμοειδῆ, ἔτι πρὸς γενέσθαι φιλόσοφος τὴν φύσιν; Πῶς δὴ, ἔφη; οὐ γὰρ ἐννοῶ· καὶ τοῦτο, ἦν δ' ἐγὼ, ἐν τοῖς κυσὶ κατόψει, ὃ καὶ ἄξιον θαυμάσαι τοῦ θη-

(3) Plato *De rep.* lib. II, ed. cit. p. 375.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ρίου· τὸ ποῖον; ἂν μὲν ἴδῃ ἀγνῶτα, χαλεπαίνει, οὐδὲν δὴ κακὸν προπεπονθώς· ὃν δ' ἂν γνώριμον, ἀσπάζεται, κἂν μηδὲν πώποτε ὑπ' αὐτοῦ ἀγαθὸν πεπόνθοι· ἢ οὔπω τοῦτο ἐθαύμασας; Οὐ πάνυ, ἔφη, μέχρι τούτου προσέσχον τὸν νοῦν. Ὅτι δέ που δρᾷ ταῦτα, δῆλον· ἀλλὰ μὴν κομψόν γε φαίνεται τὸ πάθος αὐτοῦ τῆς φύσεως, καὶ ὡς ἀληθῶς φιλόσοφον. » Ἐνταῦθα καλῶς ἔχει ἀναπαύεσθαι· τί ἂν τις τὰ μέγιστα εὐ μόνον περὶ κυνῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ ἀνθρώπων εἰπεῖν προθυμηθείς, εἶχεν ἂν εἰπεῖν μεῖζον ἢ κάλλιον; οὐχ ἵππῳ, οὐ βοΐ, οὐκ ἐλέφαντι τὸν φύλακα ζητεῖ ὅμοιον, ἀλλὰ τῷ κυνί. Κύων φύλαξ ἄριστος τοιοῦτος, φησὶ, τῇ ἐμῇ πόλει γενέσθω φύλαξ· κύων φιλόσοφος τὴν ψυχήν. Γενέσθω δὲ καὶ κατὰ τοῦτο τῷ κυνὶ παραπλήσιος ὁ ἐμὸς φύλαξ.

ζ'. Οὐκ οὖν θαυμαστὸν, εἰ ἐν τοῖς πάλαι χρόνοις ἄνδρες ἐπὶ φιλοσοφίᾳ μεγίστην δὴ τῶν καθ' ἑαυτοὺς δόξαν ἔχοντες, τὴν τῶν κυνῶν ἐπώνυμον προσηγορίαν οὐκ ἀπηξίωσαν, μᾶλλον δὲ καὶ ὡς λαμπρόν τι καὶ θαυμάσιον ἐσφετέρισαν καὶ ἰδιοποιήσαντο, καὶ οὐκ ἂν ἄλλως ἠνέσχοντο ἢ Κυνικοὶ προσαγορευόμενοι· ἢ καὶ τῶν ἀγροίκων τινὸς καὶ παχυδέρμων ἐν ὀνείδους μέρει τῷ Διογένει προσφέροντος, ὅτι κύων εἴη, ἀπεκρίνατο ὁ Διογένης μάλα πράως, ἅ τε οὐκ ἔξαρνος γινόμενος· Οἱ κύνες τοὺς ἐχθροὺς δάκνουσιν, ἐγὼ δὲ τοὺς φίλους ἵνα σώσω. Οὐ μόνον δὲ τῶν ἀνθρώπων οἱ ἄριστοι κύνες ὠνομάσθησαν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄστρων ἐν τὸ λαμπρότατον, τὸ ἐν ἀκμῇ θέρους ἀκμάζον. Καὶ θεοὶ δέ· θεὸς γὰρ παρ' Αἰγυπτίοις κύων (1). Ὅτι μὲν οὖν ὁ κύων φυλακικὸς (2), καὶ τὴν ψυχὴν φιλόσοφος, ἐκ τούτων ἀποδεδεῖχθαι οἶμαι· ὅτι δὲ φιλικώτατος ὁ αὐτός ἐστι καὶ φιλοστοργότατος, τίς οὐκ ἐπίσταται; ὄντος μὲν γὰρ οἴκοι τοῦ δεσπότου, οἴκοι μένει· ἀποδημοῦντος δὲ, συναποδημεῖ, καὶ οὐ μῆκος ὁδοῦ, οὐ δυσχωρία, οὐ δίψος, οὐ χειμὼν, οὐ θέρος ἔργει, τὸ μὴ οὐ πανταχῇ ἀκολουθεῖν· ἀκολουθεῖ δὲ νῦν μὲν προτρέχων, νῦν δὲ πρὸς τὸν δεσπότην ἐπανερχόμενος, νῦν δὲ παίζων καὶ τὴν οὐρὰν σείων, καὶ ὅλως πρᾶγμα ποιούμενος παιδιὰν τῷ δεσπότῃ καὶ ἡδονὴν παρέχειν· καλεῖ τοῦτον ὁ δεσπότης, ἔρχεται· ἀπειλεῖ, μάλα ταπεινὸς γίνεται· τύπτει, οὐκ ὀργίζεται. Ἦ καὶ χαριέντως ὁ Αἴσωπος ὑπὸ τοῦ δεσπότου Ξάνθου κελευσθεὶς, ἐπιλέκτους τινὰς κρεῶν μερίδας τῇ εὐνοούσῃ διδόναι, οὐ τῇ γυναικὶ, ἀλλὰ τῷ κυνὶ ἐπέδωκεν· ἐπανελθόντος δὲ οἰκαδε τοῦ Ξάνθου, καὶ τῆς γυναικὸς ἐπ' αὐτῷ τούτῳ δυσμενῶς αὐτῷ ἐχούσης, καὶ οὐ τῇ Αἰσώπου πανουργίᾳ, τῇ δὲ τοῦ Ξάνθου ἐφυβρίσει τοῦτο ἀνατιθεμένης, ἔφη ὁ Αἴσωπος· Ἆρ' οὐκ ὀρθῶς δρῶν, ὦ δέσποτα, τῇ κυνὶ ὡς εὐνοούσῃ προῦβαλον; ταύτην γὰρ κἂν τύπτῃς, κἂν μαστιγώσῃς, ἀμνημονεῖ· ἡ δὲ γυνὴ ἅπαξ ὑβρισθεῖσα δοκοῦσα, ἀδιαλλάκτως ἔχει (3).

η'. Μυρίων δὲ τῆς τῶν κυνῶν πρὸς τοὺς δεσπότας

A Et hoc quoque, inquit, in canibus videre est, quod in animalis natura dignum admiratione est. Quale istud? In incognitum quidem excandescit, etsi nihil ab eo mali perpessus sit : cognito autem blanditur, etiamsi nihil ab eo unquam boni perceperit. Nondum tu hoc admiratus es? Non magnopere quidem, inquit, id hactenus animadverti : ita autem se habere, perspicuum est. Atqui hic ejus naturæ impetus scitus est vereque sagax. » Illic autem subsistere, præclarum est. Nam quis, maxima volens non modo de canibus, verum etiam de hominibus dicere, majus aliquid aut pulchrius possit eloqui? Non equo, non bovi, non elephanto similem custodem quærit, sed cani. Canis, inquit, custos optimus meæ civitatis sit, canis animo sagax.

B Sit huic similis custos meus.

7. Nil ergo mirum, si temporibus priscis viri philosophi, magnæque apud æquales suos existimationis, canis cognomen non respuerunt, imo ut splendidum quid et mirabile sibi proprium imposuerunt, neque se aliter quam Cynicos dici voluerunt. Utique et rusticano quodam ac stupido convicii causa ingerente Diogeni, quod canis esset, respondit Diogenes mansuete admodum, quin tamen rem negaret : Canes mordent inimicos; ego vero amicos, ut salvem. Neque egregii tantum homines canes appellati sunt, sed et splendidissimum illud sidus, quod summa æstate emicat. Quin et ipsi dii : etenim canis Ægyptiis deus est. Age vero quod canis suapte natura custos apprime, et animo

C sagax sit, ex dictis, ut reor, demonstratum est. Quod autem idem et peramans benevolusque sit, quis demum nescit? Nam domino domi morante, domi manet : abeunte autem, simul abit : nec viæ longitudo aut asperitas, nec sitis, nec hiems, neque æstus cohibet, quominus quocunque sequatur. Comitatur autem modo præcedens, modo ad dominum revertens, modo ludens caudamque agitans, atque ita se omnino gerens ut oblectationi ac jucunditati domino sit. Vocat hunc dominus? venit. Minatur dominus? ilt admodum humilis. Verberat? non irascitur. Festive certe Æsopus a domino Xantho jussus selecta quædam carnis frustilla benevolæ dare, ille haud uxori, sed caniculæ dedit.

D Reverso autem domum domino, et uxore ob id stomachante, neque Æsopi calliditati rem tribuente, sed a Xantho contumeliam sibi illatam credente, ait Æsopus : Nonne ego recte egi, o domine, qui carnem caniculæ ut benevolæ objeci? Hæc enim etiamsi verberes, etiamsi flagelles, tamen obliviscitur. At uxor si semel se injuria affectam existimet, implacabilis fit.

8. Cum innumera sint canum erga dominos ami-

(1) Videlicet latrator Anubis. Sunt autem passini dii cynocephali in Ægyptiorum monumentis pictis fictisque.

(2) Eleganter de his canis virtutibus loquitur etiam S. Augustinus in sermone quinto, inter illos a nobis nuper editos, qui est de muliere Chananæa.

(3) Sumitur hæc lepida narratiuncula ex Vita Æsopi a Maximo Planude scripta.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

citiæ benevolentiæque exempla, pauca e multis insigniora memorabimus. Lysimacho canis nomine Hyrcanus fuit, qui cum eo pariter obiit. Canis alius cum idiota homine, cui nomen Pyrrhus, commortuus est : etenim exstincto domino, ab ejus cadavere abstrahi non potuit ; et illo in rogum imposito, canis in eumdem insiluit, cumque eo combustus est. Cælio Romano patricio canis ceu domino suo defensorem se præbuit, pugnansque caput ejus amputari non sivit, donec et ipse ab interfectoribus ictus simul occubuit. Atheniensium universo populo in naves conscendente, cum Xantippi, qui pater fuit Periclis, canis in navim insoendere haud potuisset, in mare se dejecit, et navi adnatans Salaminam usque labore tolerato, statim in littore exspiravit. Pyrrhus rex in itinere occurrit cani qui domini cadaveri in via assistebat. Captum ergo canem in custodia habuit, donec exercitum recensens, astante regi cane, hic erga alios quidem quietus fuit, sed mox visis domini interfectoribus, in eos irruit cum clamore et latratu, sæpe ad regem semet convertens, in tantum ut præsentibus ipsique regi suspicionem de illis injiceret. Quamobrem capti homines et excruciati, cædem se fecisse confessi sunt, pœnasque luerunt, cane domini necem ulciscente. Simile prorsus fecisse narrant Hesiodi canem, qui poetæ occisores indicavit. Titum Sabinum a Romanis conjectum in vincula ceu supplicio addictum, canis ejus a carcere abigi nullatenus potuit. Cumque Sabini cadaver in Gemonias scalas fuisset projectum, canis eum nunquam deseruit, lugubriter admodum ululans coram multis spectatoribus ; quorum unus cum ei panem objecisset, ille ad defunctum detulit. Ad extremum cadavere in Tiberim abjecto, dejecit se illuc etiam canis, cadaver sustentans, et pro viribus attollens, innumero spectante summeque admirante populo.

φιλίας καὶ εὐνοίας ὄντων τῶν παραδειγμάτων, ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν τὰ ἐπισημότατα ἀπομνημονεύομεν. Λυσιμάχῳ μὲν οὖν τῷ βασιλεῖ ὁ κύων Ὑρκανὸς συναπέθανε (1). Συναπέθανε δὲ καὶ ἰδιώτῃ τινὶ Πύρρῳ τοὔνομα ὁ κύων· ἀποθανόντος γὰρ τοῦ δεσπότου, ἀποσπᾶσθαι τοῦ νεκροῦ οὐκ ἠδυνήθη, καὶ τῇ πυρᾷ ἐπιτεθέντος ἐπ' αὐτὴν ἥλατο καὶ συγκατεκαύθη. Τῶν δὲ Ῥωμαίων τινὸς, Καιλίου τοὔνομα, εὐπατρίδου ὁ κύων ὑπερασπίζων τοῦ δεσπότου καὶ ὑπερμαχόμενος, οὐκ εἴασε τὴν κεφαλὴν ἀποτεμεῖν, πρὶν καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν φονέων συναπέθανε. Τῶν Ἀθηναίων πανδημεὶ εἰς τὰς ναῦς ἐμβάντων, ἐπειδὴ ὁ Ξανθίππου τοῦ Περικλέους πατρὸς κύων εἰς ναῦν ἐμβῆναι οὐκ ἠδυνήθη, εἰς θάλασσαν ἥλατο καὶ τῇ νηῒ παρανηχόμενος ἄχρι Σαλαμῖνος ἐκαρτέρησεν, ἧς ἐπιβὰς ἐλειποψύχησε. Πύρρος ὁ βασιλεὺς πορευόμενος ἐνέτυχε καθ' ὁδὸν κυνὶ τὸν τοῦ δεσπότου νεκρὸν δορυφοροῦντι· λαβὼν δὲ τὸν κύνα ἐφύλαττε, ἄχρις οὗ τὸ στρατιωτικὸν ἐξετάζων, παρόντος τῷ βασιλεῖ τοῦ κυνὸς, αὐτὸς ἐπὶ μὲν τοῖς ἄλλοις ἡσυχίαν ἦγεν, ὁρῶν δὲ τοὺς τοῦ δεσπότου φονέας καὶ αὐθέντας, ἐπ' αὐτοὺς ἔδραμε μετὰ κραυγῆς καὶ ὀλαγμοῦ, πολλάκις πρὸς τὸν βασιλέα μεταστρεφόμενος, ὥστε ὑποψίαν παρέχειν τοῖς παροῦσι πᾶσι, καὶ αὐτῷ δὲ τῷ βασιλεῖ κατ' αὐτῶν. Διὸ συλληφθέντες οἱ ἄνθρωποι καὶ βασανιζόμενοι, ὡμολόγησαν τὸν φόνον πεπραχέναι, καὶ δίκην ἔδοσαν, κυνὸς τὸν τοῦ δεσπότου θάνατον τιμωρησαμένου. Παραπλήσιον δὲ καὶ τὸν τοῦ Ἡσιόδου κύνα πεποιηκέναι φασὶν, εἰδέξαντα τοὺς τοῦ ποιητοῦ αὐτόχειρας. Τίτου Σαβίνου ὑπὸ Ῥωμαίων εἰς εἱρκτὴν ἐμπεσόντος ὡς κολασθησομένου, ὁ κύων οὐδέποτε ἀπελαύνεσθαι τῆς εἱρκτῆς ἠδυνήθη· εἰς δὲ τοὺς Γεμωνίους κλίμακας τοῦ νεκροῦ ῥιφθέντος, οὐδέποτε αὐτοῦ ἀπελείπετο, μάλα γοερῶς ὀλολύζων ἐν πολλοῖς θεαταῖς, ὧν ἑνὸς ἄρτον προσενεγκόντος, ὁ κύων τῷ νεκρῷ παρίδωκε φέρων. Τέλος δὲ τοῦ νεκροῦ εἰς τὸν Τίβεριν ἐμβληθέντος, συνεξέπεσε καὶ ὁ κύων τὸν νεκρὸν ἐπικουφίζων, καὶ τὸ εἰς ἑαυτὸν ἧκον μέρος αἴρων, μυριάνδρου πλήθους θεωμένου καὶ ὑπερθαυμάζοντος (2).

9. Quod vero etiam animosum et pugnax animal canis sit, demonstravit Albanorum rex, misso ad Alexandrum magnitudinis eximiæ cane ; quo rex delectatus ursum illi et deinde aprum in certamen objecit : qui cum eas belluas aspernaretur, neque secum præliari dignas judicaret, iratus Alexander canem occidi jussit. Re intellecta, Albanorum rex allum misit, Alexandrum monens, ne in parvis belluis experimentum illius faceret, sed in leone vel elephanto. Igitur canis tum leonem, tum paulo post etiam elephantum prostravit cum mirabili Alexandri et astantium omnium voluptate. Testes nobis sunt etiam Garamantum canes : etenim du-

θ'. Ὅτι γε μὴν ἀνδρεῖον καὶ μάχιμον τὸ ζῷον, ἐδίδαξεν ὁ τῶν Ἀλβανῶν βασιλεὺς, πέμψας πρὸς Ἀλέξανδρον κύνα ὑπερμεγέθη, ᾧπερ ἡσθεὶς ὁ βασιλεὺς ἄρκτον, εἶτα δὲ κάπρον, εἰς μάχην ἐκτέθεικε· τούτου δ' ὑπερορῶντος τὰ θηρία καὶ οὐκ ἀξιόμαχα νομίζοντος, ὀργισθεὶς ὁ Ἀλέξανδρος ἀποκτεῖναι ἐκέλευσε. Πυθόμενος δὲ τοῦτο ὁ τῶν Ἀλβανῶν βασιλεὺς, ἔπεμψεν ἕτερον, κελεύων τὸν Ἀλέξανδρον πεῖραν οὐκ ἐν μικροῖς ποιεῖσθαι ζώοις, ἀλλ' ἐν λέοντι καὶ ἐλέφαντι· τοιγαροῦν ὁ κύων τόν τε λέοντα καὶ μετὰ μικρὸν τὸν ἐλέφαντα κατέβαλε, ἡδομένου θαυμαστὸν ὅσον τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ πάντων τῶν συμπαρόντων (3). Μαρτυροῦσι δὲ τῷ λόγῳ οἱ τῶν

(1) Hoc et sequentia pleraque exempla sumuntur ex Plutarchi libro *De animalium solertia*, et ex Plinio lib. VIII, 61. Narrantur canum aliquot mirabilia facta etiam apud S. Augustinum in sermone de sancto apostolo Thoma, quem nos in Vaticano codice observavimus.

(2) Legesis de Sabini cane Plinium lib. VIII, 61. Ego veterem quoque tabulam canis vidi domini cadaver protegentis ab avium voratu.

(3) De hoc et sequentibus scribunt *Plinius* et Plutarchus in libris prædictis.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Γαραμάντων κύνες· κύνες γὰρ διακόσιοι τὸν τῶν Γαραμάντων βασιλέα τοῖς ἀνθιστᾶσι πολεμοῦντες ἐπὶ τὴν βασιλείαν κατήγαγον· μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ Κολοφώνιοι καὶ Καστραβαλιεῖς, οἵπερ κυνῶν φάλαγγας εἶχον τὰς πρώτας μάχην συναπτούσας, αἱ ἰσχυρότατοί τε ἦσαν σύμμαχοι, καὶ μεγίστην τοῦ πολέμου ροπὴν ἐποίουν· μαρτυροῦσι δὲ καὶ οἱ τῶν Κίμβρων κύνες, οἱ πεσόντων ἐν τῷ πολέμῳ τῶν δεσποτῶν, τὰς οἰκίας ἐφ' ἁμαξῶν οὔσας ἐφύλαξαν καὶ ἔσωσαν μαχόμενοι. Πολλὰ δ' ἔτι εἰπεῖν ἔχων κοινῇ τε ὑπὲρ σύμπαντος τοῦ τῶν κυνῶν γένους, καὶ ἰδίᾳ ὑπὲρ ταυτησὶ τῆς χαριεστάτης κυνός, ἐνταῦθα καταλύσω τὸν λόγον, τῆς σελίδος πλείω τούτων οὐ χωρούσης· ἐβουλήθην δ' αὐτοσχεδιάσαι τὸν λόγον, κυνὶ μὲν ἐγκώμιον, ἐμοὶ δὲ παίγνιον, σοὶ δ' ἀθυρμάτιον. Ἔρρωσο καὶ εὐημέρει.

A centi canes Garamantum regem, hostibus prælio repulsis, in regnum reduxerunt. Testes sunt etiam Colophonii et Castabalienses, qui canum phalanges habebant, qui primi in acie dimicabant, et fortissimi auxiliares erant, pugnæque eventum præcipue inclinabant. Testes item sunt Cimbrorum canes qui, prostratis in pugna dominis, domos in curribus constitutas custodierunt pugnandoque servarunt. Cum multa mihi superessent dicenda tum generatim de toto canum genere, tum de hac peculiariter venusta canicula, hic tamen sermonem concludam, quia pagina plura non capit. Volui nihilominus hunc quasi tumultuarie dictare sermonem, qui cani sit laudi, mihi lusui, tibi oblectationi. Vale, et ex animi sententia vive.

B

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΓΑΖΗ

ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΟΓΟΝΙΑΣ ΤΟΥΡΚΙΩΝ.

—

THEODORI GAZÆ

DE ORIGINE TURCARUM.

(Ex Leonis Allatii *Symmictis*, parte II, p. 382.)

—

Θεοδωρος Φραγκίσκῳ Φιλέλφῳ εὖ πράττειν.

Περὶ Τούρκων, τίνος ποτ' ἂν εἶεν ἔθνους, καὶ ὅθεν τὴν ἀρχὴν ὁρμηθέντες κατέλαβον, ἣν νῦν χώραν οἰκοῦσιν, οὐ πάνυ τι ῥᾴδιον φάναι, διὰ τὸ τοὺς πρὸ ἡμῶν εἰπόντας περὶ αὐτῶν μὴ τὰ αὐτὰ λέγειν ἀλλήλοις. Τὸ γὰρ τῶν ἄλλων ἀνομολογούμενον πολλάκις καὶ τὰ φανερὰ εἰς ἀμφισβήτησιν ἄγει, μὴ ὅτι γε τὰ ἐχόντά τινα ἀπορίαν. Σκύλαξ μὲν οὖν, ὁ τὰς τῶν αὐτοκρατόρων πράξεις συγγεγραφὼς ἀπὸ Νικηφόρου τῶν Γενικῶν μέχρι Ἰσακίου τοῦ Κομνηνοῦ, ἐφ' οὗ δὴ καὶ αὐτὸς ἦν, ἀνὴρ τὴν μὲν νοῦν οὐκ εὐκαταφρόνητος, τὴν λέξιν δὲ ἰδιώτης ἐκών, Τούρκους ἔθνος Οὐνικὸν εἶναί φησιν, οἰκεῖν δὲ τὰ προσάρκτια τῶν Καυκασίων ὀρῶν. Ἀράβων δὲ τὰ πολλὰ τῆς Ἀσίας ὑφ' ἑαυτοῖς ποιησαμένων, εἶτα διαστάντων εἰς πλείους ἡγεμονίας, Μωαμέτην Ἰμβραήλου Περσίδος ἄρχοντα ἐπὶ Βασιλείου τοῦ Ῥωμανοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος πολεμοῦντα πρὸς Βαβυλωνίους καὶ Ἰνδοὺς, ἡσσημένον δὲ τῷ παλέμῳ πρεσθεύσασθαι παρὰ τὸν ἡγεμόνα Τούρκων περὶ συμμαχίας, τὸν δὲ πέμψαι τρισχιλίους τοξότας, καὶ στρατηγὸν Ταγκρολίπικον Μιχαήλου. Μωαμέτην δὲ ἀναλαβόντα τούτους, καὶ ἅμα τοῖς ἑαυτοῦ ἄγειν ἐπὶ Πισάσιρον ἄρχοντα Ἀραβίας, καὶ συμβαλόντα τρέψαι περιφανῶς. Εἶτ' ἀναστρέψαντα παρασκευάζεσθαι ἐπὶ Βαβυλωνίους καὶ Ἰνδοὺς στρα-

Theodorus Francisco Philelpho S. P. D.

Quinam aliquando Turcæ fuerint, et unde principio egressi, terram, quam nunc incolunt, occupaverint, non adeo dictu facile est. Nam non idem unum omnibus convenit, qui ante nos de illis scripserunt. Et, quod neque affirmatur neque una assertione approbatur, sæpe sæpius, non quæ in controversia sunt, sed clara etiam et aperta, in dubium vertit. Scylax itaque, qui imperatorum res gestas a Nicephoro ex Genicis ad Isaacium Comnenum, sub quo et ipse vivebat, prosecutus est, vir, si sententiam spectes, non contemnendus, etsi populari genere dicendi, quando illi ita placuit, utatur, Turcas Unicam nationem fuisse narrat, et septentrionales Caucasi montis partes inhabitasse: cum vero Arabes, potissima Asiæ parte occupata, in plures præfecturas scissi fuissent, Moametem Imbraeli filium, Persidis dominum, sub Basilio, Romani filio, Romanorum imperatore, bellum cum Babyloniis et Indis gerentem, sed viribus inferiorem, a Turcarum principe, capiti et fortunis suis auxilium petisse: Turcam sagittarios ter mille, et Tangrolipicem Michaelis filium qui eos duceret, misisse: Moametem, ubi hos cum suis consociasset, ad Pissasirum, Arabiæ præfectum, aciem du-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

xisse, et congressum honorifice admodum in fugam hostem vertisse : deinceps in propria regressum, in Babylonios hodosque bellum cum auxiliariis coplis meditari : renuentibus illis, ac postulantibus ut domum patriam daret, cum ille, rei incumbens, vi etiam abducturus deprehenderetur, eos ardentius instare ; verum, cum sibi metuerent, si præceptis et admonitionibus non obtemperarent, defecisse, in Carbonidos loca deserta secedentes indeque populabundos ingentibus damnis in fines hostium et agros excurrere : Moametem in eos ad viginti hominum millia, quibus decem peregregios viros præfecerat, eduxisse : exercitum, veritum ne aqua sibi et alimenta deessent, ab ingressu locorum abstinuisse, et in finitimis stativa habentem, rationibus suis prospicere ac de bello consultare. Tangrolipicem hæc subodoratum, etsi multum abesset, incredibili celeritate trium dierum spatio advolasse, noctuque inexspectatum in hostes desides irrupisse, deturbatosque de fortunis omnibus repulisse : hinc armis, equis et pecuniis auctum, non fugientium ac latronum more clam impetum ultra facere, sed palam, et acie, uti par erat, instructa, cum plerique ex illa regione transfugæ ac prædones aliique, qui rerum immutationibus gaudent, cum eo convenissent, adeo ut nimis cito ad quinquaginta hominum millia illius exercitus excreverit : Moametem rerum successu, iracundia motum, duces interimere, fugitivos milites muliebri amictu ornatos traducere ultro citroque, sibi in animo proposuisse : ut pernovere milites, omnes ad Tangrolipicen confugisse, quem magnis viribus instructum in Moametem irrupisse, eo animo, ut de fortunis omnibus periculum faceret : Moametem quingentis hominum millibus fultum, non pavescere bellum, sed hostem persequi ; dum acie tota circa Persidis Aspachanum dimicatur, plures utrinque, et una cum illis Moametem regem, cecidisse : eum enim, cum audacius obequitaret, et propriis militibus animos adderet, cum labente equo collapsum, cervicem fregisse : eo exstincto multitudinem cum hostibus concordasse, et Tangrolipicem, communi omnium suffragio, regem Persarum electum : Turcas præterea præclusum sibi antea aditum in Persidem patefecisse, et, debellatis Persis Arabibusque, qui ibi erant omnibus, imperium suum protulisse, et Tangrolipicem sultanum, quasi diceres omnium moderatorem et principem, denominasse : tum Babyloniam, Arabiam, Mediam Atropatinam, quæ adhuc sub imperio Romanorum erat, et alia multa ex Romanæ ditione sibi subjecisse

Turcæ itaque, ut Scylax refert, e Caucaso monte exeuntes, devictis Arabibus, deinde Romanis imperarunt. Eosdem idem auctor et Curtos vocat. Tradit enim, Amermumnem decem Curtorum millia filio tradidisse, et omnem Armeniorum exercitum, adhuc Theophilo imperatore superstite. Et rursus, Basilio nuntios e Mesopotamia redditos fuisse, unaque cum illis multos Curtos et Saracenos captivos conductos. Gemistus vero, cognomento

A τιὰν μετὰ τῶν αὐτῶν συμμάχων. Τῶν δὲ παραιτουμένων, καὶ συγχωρῆσαι σφίσιν οἴκαδε ἀναχωρεῖν, ἀξιούντων, ἐκεῖνον ἔτι ἐγκεῖσθαι, καὶ ἕδλον εἶναι βίᾳ ἀπάξειν. Τοὺς δὲ ἀμετανοήτως ἔχοντας, καὶ μὴ δὴ καὶ δεδιότας μή τι πάθοιεν δεινὸν ἀπειθοῦντες, ἀποστῆναι, καὶ εἰς τὴν Καρβωνῖτιν ἔρημον γῆν ὑποχωρήσαντας, ἐντεῦθεν ἐκδρομὰς ποιουμένους λῃζεσθαι, καὶ πολλὰ βλάπτειν. Μωαμέτην δὲ πέμψαι ἐπ' αὐτοὺς στρατὸν περὶ δισμυρίους, καὶ στρατηγοὺς δέκα τῶν ἐνδοξοτάτων. Τοὺς δὲ παραγενομένους εἰσελθεῖν μὲν εἰς τὰ ἔρημα εὐλαβεῖσθαι διά τε ὕδατος καὶ τροφῆς ἀπορίαν. Ἐγγὺς δὲ στρατοπεδευομένους διασκοπεῖσθαι τὸ ποιητέον. Ταγκρολίπικα δὲ αἰσθόμενον, καίτοι πόρρω που ἐναυλιζόμενον, ταχυπορήσαντα ἐν ἡμέραις τρισὶν ἐπιπεσεῖν
B τοῖς ἐναντίοις νυκτὸς ἀπροσδοκήτοις καὶ ἀμελοῦσι, καὶ ῥᾳδίως μὲν τρέψαι, πολλῶν δὲ ἵππων, καὶ ὅπλων, καὶ χρημάτων εὐπορῆσαι. Καὶ μετὰ τοῦτο δὴ μὴ κατὰ ἀποδιδράσκοντας καὶ λῃστὰς ποιεῖσθαι κρύφα τὰς ἐπιθέσεις, ἀλλὰ φανερῶς καὶ σὺν κόσμῳ ἐπιστρατεύειν, προσγενομένων αὐτῷ καὶ τῶν ἐκ τῆς χώρας πολλῶν, αὐτομόλων τε καὶ λῃστῶν, καὶ τῶν ἄλλων χαιρόντων μεταβολαῖς πραγμάτων. Ὥστε ὀλίγου δύναμιν περὶ πέντε μυριάδας συνειλέχθαι περὶ αὐτόν. Μωαμέτην δὲ ἐπὶ τοῖς συμβᾶσι τοὺς μὲν στρατηγοὺς ἐν ὀργῇ ποιούμενον ἀποκτεῖναι, τοὺς δὲ διαφυγόντας τῶν στρατιωτῶν ἀτιμάσαι διανοεῖσθαι περιαγομένους ἐν γυναικείᾳ στολῇ. Αἰσθομένους δ' αὐτοὺς προσχωρῆσαι τῷ Ταγκρολίπικι
C σύμπαντας. Μεγάλην δὲ δὴ ἔχοντα περὶ αὐτὸν δύναμιν Ταγκρολίπικα ἐπιέναι τῷ Μωαμέτῃ σπεύδοντα μάχῃ περὶ τῶν ὅλων διαγωνίσασθαι. Τὸν δὲ ἀντεπιέναι στρατὸν ἄγοντα περὶ πεντήκοντα μυριάδας, καὶ γενομένης μάχης περὶ Ἀσπάχανον τῆς Περσίδος πεσεῖν ἀμφοτέρωθεν πολλοὺς, πεσεῖν δὲ καὶ Μωαμέτην τὸν βασιλέα. Θρασύτερον γὰρ ἐξιππαζόμενον, καὶ παραθαῤῥύνοντα τοὺς οἰκείους, πταίσαντι τῷ ἵππῳ συμπεσόντα ἐκτραχηλισθῆναι. Τούτου δὲ τεθνηκότος εἰς ὁμόνοιαν τοῖς πολεμίοις τὸ πλῆθος ἐλθεῖν, καὶ Ταγκρολίπικα ἀναῤῥηθῆναι ὑπὸ πάντων
D βασιλέα Περσῶν, Τούρκους τε ἀκωλύτως ἤδη εἰσιέναι εἰς τὴν Περσίδα, καὶ καθελόντας Πέρσας, καὶ τοὺς ταύτῃ Ἄραβας αὐτοὺς εἶναι κυρίους, σουλτάνον τὸν Ταγκρολίπικα ἐπονομάσαντες, ὡσὰν παντοκράτορα καὶ ἄρχοντα πάντων. Εἶτα καὶ τῆς Βαβυλωνίας κρατῆσαι, καὶ Ἀραβίας, καὶ τῆς Ἀτροπατινῆς Μηδίας, ἣ ὑπὸ Ῥωμαίοις ἦτ' ἦν, καὶ ἄλλων πολλῶν τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας.

Τοῦρκοι μὲν οὖν κατὰ Σκύλακα ἀπὸ τῶν Καυκασίων ὁρμώμενοι ὀρέων, ἦρξαν Ἄραβας καθελόντες, εἶτα Ῥωμαίους. Καλεῖ δὲ τοὺς αὐτοὺς καὶ Κούρτους ὁ Σκύλαξ. Μυρίους γοῦν, φησὶ, Κούρτων Ἀμερμομνῆν δεδωκέναι τῷ υἱῷ, καὶ πᾶσαν τὴν Ἀρμενίων στρατιὰν, ἐπιόντος Θεοφίλου τοῦ αὐτοκράτορος. Καὶ πάλιν, ὅτι Βασίλειος ἐκ Μεσοποταμίας δέξαιτο ἀγγελίας, κομισθέντων αὐτῷ καὶ αἰχμαλώτων πολλῶν, Κούρτων τε καὶ Σαρακηνῶν. Γεμιστὸς δὲ ὁ μετονο-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μασθεὶς Πλήθων, ἀνὴρ μάλιστα τῶν καθ' ἡμᾶς δόξας ἱστορίας ἀντιποιεῖσθαι, Παροπαμισάδας εἶναι τοὺς Τούρκους φησὶν, ὑπ' Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ Φιλίππου, καὶ τῶν μετ' ἐκείνου Ἑλλήνων ἐπιβουλευθέντας καὶ κρατηθέντας, πάρεργον τῆς εἰς Ἰνδοὺς τότε παρόδου, δίκας νῦν διὰ μακροῦ πολλαπλασίους τῶν ὑπηργμένων εἰσπράττειν τοὺς Ἕλληνας. Ὥστε πολὺ οὗτοι διαφωνοῦσιν ἀλλήλων, εἴγ' ὁ μὲν ἀπὸ Καυκάσου, ὁ δὲ ἀπὸ Παροπαμισοῦ λέγοι ὁρμηθῆναι τοὺς Τούρκους. Δῆλόν γὰρ ὅτι Σκύλαξ Καύκασον ὀνομάζει οὐ τὸν ἀπὸ Μακεδόνων κληθέντα ἀτόπως Καύκασον περὶ τὴν Ἰνδικὴν μέρος ὄντα τοῦ Ταύρου ὄρους, ἀλλὰ τὸ ὑπερκείμενον ὄρος τοῦ πελάγους ἑκατέρου τοῦ τε Ποντικοῦ καὶ τοῦ Κασπίου διατειχίζον τὸν ἰσθμὸν τὸν διείργοντα αὐτὰ, καὶ διέχον τῆς Ἰνδικῆς πλείους ἢ τρισμυρίους σταδίους, τοῦτο συνήθως καλεῖ Καύκασον. Παροπαμισὸς δὲ μέρος τοῦ Ταύρου ἐστὶ πρὸς τῷ Ἰμάῳ καὶ τῇ Ἰνδικῇ, ἀφ' οὗ Μακεδόνας ὡρμημένους εἰς τὴν Ἰνδικὴν Ἀριστόβουλος εἴρηκεν. Ἔοικε δὲ παραλόγως ταῦτα Πλήθωνι εἰρῆσθαι, καὶ ἐπὶ τὸ θαυμασιώτερον ἢ ἀληθέστερον. Οὔτε γὰρ τῶν πρὸ αὐτοῦ εἴρηκεν οὐδεὶς ἔθνος οὐδὲν τῶν Παραπαμισαδῶν Τούρκους, ἢ ἕτερόν τι τῶν σύνεγγυς ὀνομάτων, οὔτ' ἀλλοθέν ποθεν μετοικισθῆναι εἰς Παραπαμισὸν Τούρκους. Οὐ μὴν οὐδ' εἰκὸς Μωαμέτην, Περσῶν ἄρχοντα, πολεμοῦντα δὲ πρὸς Βαβυλωνίους καὶ Ἰνδοὺς, πρέσβεις περὶ συμμαχίας πέμπειν ὡς Παροπαμισάδας ὁμόρους ὄντας Ἰνδοῖς, εἴ τι δεῖ Σκύλακι πιστεύειν, ὡς Μωαμέτης ταῦτ' ἐπρεσβεύετο. Ἀλλ' εὐλογώτερον τὸ παρὰ τῶν μεταξὺ Τανάΐδος, καὶ τῆς Ὑρκανίας θαλάσσης οἰκητόρων συμμαχίαν αἰτῆσαι καὶ λαβεῖν. Εἰ δὲ Πλήθων οἴεται Σκύλακα ἀγνοεῖν ταῦτα καὶ ψεύδεσθαι, πόθεν εἰδὼς αὐτὸς ἀληθεύει, μηδενὸς τῶν πρόσθεν εἰπόντος, ὅτι Παροπαμισάδαι οἱ Τοῦρκοι εἶησαν; πῶς ποτε δ' ἀπεκαλύφθη αὐτῷ τἀληθὲς τετρακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον τοῦ Σκύλακος γενομένῳ; Καὶ μὴν εἰ τοὺς τῷ χρόνῳ ἐγγυτέρῳ τῶν πράξεων γενομένους εἰκὸς μᾶλλον τὰ ὄντα φράζειν, Σκύλαξ μᾶλλόν τι ἂν εἰδὼς ἀληθεύοι τετρακοσίοις ἔτεσι Πλήθωνος προγενέστερος ὤν. Ἔχει δέ τι θαυμαστὸν ὁ τοῦ Πλήθωνος λόγος, εἰ ἐπιβουλευθέντες τε καὶ κρατηθέντες πάλαι ὑπὸ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον Παροπαμισάδαι, νῦν ὀκτακοσιοστῷ καὶ χιλιοστῷ ὕστερον ἔτει εἰσπράττουσι δίκας τῶν ὑπηργμένων τοὺς Ἕλληνας. Δίκην γάρ τινα καὶ πρόνοιαν τοῖς ἀνθρώποις ὑπάρχειν ἐκ τοῦ Θείου ὁ λόγος δηλοῖ. Τί ποτε δ' οὐ Πέρσαις μᾶλλον διέφερε τοῖς ἀφαιρεθεῖσι τὴν τῆς Ἀσίας ἡγεμονίαν δίκας εἰσπράττειν τοὺς ἀφελομένους, ἢ Παροπαμισάδας; Καὶ ἅμα τὸ ἀρχαῖον τῶν Τούρκων ὄνομα ὑπάρχον ἐν Πέρσαις πιθανώτερον ἂν ἐποίει Πλήθωνι τὸν λόγον. Ἔχει γὰρ τὴν Περσίδα ἔθνη, οἵ τε Πατεισχορεῖς λεγόμενοι, καὶ οἱ Ἀχαιμενίδαι, καὶ Μάγοι, οὗτοι μὲν σεμνοῦ τινος βίου ζηλωταί· Κύρτιοι δὲ καὶ Μαραοὶ λῃστρικοί. Ἢ ὅτι Πέρσαι κακῶς Ἕλληνας πρότερον πεποιηκότες, δικαίως ἀντιπεπόνθασιν; ἀλλὰ τί ποτε οὐ Βακτριανοῖς, καὶ Σογδιανοῖς, καὶ Ἀρείοις, καὶ πλείστοις ἔθνεσιν ἄλλοις σωφρονεστέροις Παροπαμισαδῶν, ἅπερ Ἀλέξανδρος κατεστρέ-

A Pletho, qui hisce nostris temporibus præ cæteris historiam sibi videtur arrogasse, Paropamisadas esse Turcas fatetur, ab Alexandro Philippi filio Græcisque aliis qui cum eo militabant, per insidias captos et devictos, re perfunctorie et quasi aliud agenti, dum in Indos contenderet, factitata, nunc post tot annos, pœnas, multo abundantiores perpessorum, a Græcis sumere. Quare si multum inter se differunt, cum ille quidam e Caucaso, hic a Paropamiso Turcas erupisse referat. Manifestum siquidem est, Scylacem non eum appellare Caucasum montem, quem temere in India ita vocavere Macedones, qui pars Tauri montis est, sed eum, qui mare utrumque, Ponticum et Caspium, supereminet, et loco muri est, Isthmi maria separantis, abestque ab India stadiis plus triginta millibus. Hunc ille, ut et aliis in more est, Caucasum vocat. Paropamisus vero pars Tauri est, Imao et Indiæ proximus, ex quo Macedones, ut Aristobulus refert, Indiam invasere. Hæc autem præter rationem a Plethone dicta esse videntur; quibus admirationem potius captat, quam veritatem limat. Neque enim quispiam ante ipsum gentem Paropamisadarum aliquam Turcas, vel aliud quidpiam proximorum hominum genus, neque aliunde sedem mutantes, in Paropamiso pedem fixisse, narravit. Quin imo neque consentaneum est, Moametem, Persarum principem, cum Babyloniis et Indis pugnantem, a Paropamisadis, Indis finitimis, legatis missis, auxilia petiisse, si quidem Scylaci fides adhibenda est, qui Moametem similia legatione tentasse scribit: sed rationabilius est, ab iis, qui inter Tanaidem et Hyrcanum mare interjacent, opem implorasse et reperisse. Verum si Pletho Scylacem, rerum harum nescium, falsa dicere existimat, undenam ipse veritatem hauriens colligat, cum nemo ante ipsum, Paropamisadas Turcas fuisse, fassus sit? Undenam ipsi, quadringentos annos post Scylacem nato, veritas innotuit? Quod si eos, qui rebus gestis proximiores fuere, res gestas, uti successerunt, prosequi verisimilius est; plane Scylax, cum Plethonem quadringentis annis præcesserit, magis rerum cognitionem attigisse, ideoque veriora dicere, censeri debet. Et quidem illud mirum est in ratiocinatione Plethonis, si jam ab Alexandri milite per insidias circumventi ac capti Paropamisadæ, nunc tandem, post octingentesimum et millesimum annum, ob hanc injuriam supplicium sibi sumunt a Græcis. Providentia enim et justitia divina mortales regi, humana ratio testatur. Verum, quare potius non spectaret ad Persas, qui imperio Asiæ spoliati sunt, rapti vindictam suscipere, quam ad Paropamisadas? Et, cum ea ætate Turcæ inter ipsos Persas annumerarentur, ratio Plethonis credibilior esset: populi siquidem qui Persidem tenebant, erant Patischorenses, Achæmenidæ, Magi, gravis ac moderatæ vitæ instituti sectatores; item Cyrtii et Marai, prædatores ac direptores. An, quod Persæ prius Græcis malefici fuere,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ideo pœnas illis, quas commeruerant, dederunt? Quod si ita est, quare non potius ad Bactrianos, Sogdianos, Arios, plurimosque alios populos, longe Paropamisadis prudentiores moderatioresque, qui, cum nihil prius in Græcos deliquissent, subacti nihilominus sunt ab Alexandro, ultio illa pertineret? Et quænam fuerunt Alexandri, sive ejus successorum, in Paropamisadas insidiæ, reliquis insidiis, astutiis ac consiliis militaribus æstimabiliores? Nam Parapamisum in partibus septentrionalibus, et Bactrianam, Alexandrum superasse, tradunt, qui ejus res gestas litteris commendarunt, ibique omnibus, quæ sub ditione Persarum erant, debellatis, occupandæ deinceps Indiæ desiderio flagrasse. Nemo vero insidiarum meminit; dignum sane quod animadvertatur.

A ψατο, μηδὲν Ἕλληνας προηδικηκότα; Τίς δὲ καὶ ἡ ἐπιβουλὴ Ἀλεξάνδρῳ, ἢ τοῖς μετ' αὐτοῦ ἐπὶ Παραπαμισάδας; ἢ τίς καὶ λόγου ἀξιωτέρα ἂν εἴη τῶν ἄλλων ἐπιβουλῶν καὶ στρατηγημάτων; Ὑπερβῆναι μὲν γὰρ τὸν Παραπαμισὸν εἰς τὰ προσάρκτια μέρη, καὶ τὴν Βακτριανὴν Ἀλέξανδρόν φασιν οἱ τὰς αὐτοῦ πράξεις ἀναγεγραφότες, καταστρεψάμενον δὲ τὰ ἐκεῖ πάντα ὅσα ἦν ὑπὸ Πέρσαις, καὶ ἔτι πλείω, τότε ἤδη καὶ τῆς Ἰνδικῆς ὀρεχθῆναι. Ἐπιβουλὴν δὲ οὐδεὶς εἶπεν, ὅτι καὶ ἄξιον ἐπιτηρῆσαί τε καὶ ἐπισημήνασθαι.

Quare magis rationi consona Scylax mihi videtur B tradidisse, et Strabonis geographi dictis convenientiora. Scribit quippe Strabo, Mediæ Atropatenæ partes septentrionales montanas, duras atque agrestes, easque montanorum Cadusiorum, Amardorum, Tapyrorum, Cyrtiorum et similium sedem esse, qui aliunde in ista migrarunt loca, et sunt latrones; Zagrum enim atque Niphatem eas gentes in sese dispersas hinc inde habere, et, qui in Perside sunt, Cyrtios, Amardos, et Armeniæ incolas, ejusdem cum illis habitudinis esse. Cyrtii itaque, ut Strabo refert, montanam Atropatenæ Mediæ partem habitant, et in Armeniam quoque infusi, sedem habent. Brachia vero quædam Caucasi montis, in meridiem porrecta, mediam Iberiam distrahunt, producunturque usque ad cognata Armeno- C rum montium juga. Hinc non præter rationem est, Cyrtios, qui tunc in Armenia erant, illos eosdem esse, quos Scylax Curtos, vel Turcas nominans, septentrionalia Caucasi loca colere tradit. Unorum item nomen ab Ænianibus est, quorum latera Hyrcanum mare interluit, nomine per barbaros corrupto, ut et multis aliis accidit. Sic etiam non fuerit a ratione alienum, Turcas, qui circa Istrum degunt, sub Leone Romanorum imperatore, ex Caucasi montis anfractibus, Bosporo Cimerio trajecto, et non a Paropamiso, transmigrasse. In Pannonia item Turcas, Istro finitimos, Scylax ponit, et manifeste Turcarum hos quidem in Asia, illos in Europa, collocat, Leonemque, Basilii imperatoris filium, ex Turcis et Ungris, qui ultra Istrum D habitabant, auxilia sibi contra Bulgaros subministrasse. Neque absurdum videri debet, si Curtos Cyrtios appellat, u, non autem y, pronuntians. Nomen enim, a Romanis desumptum, more Romano conscribit. Romani namque pleraque, quæ a Græcis per y scribuntur, in u sonum mutantes, ut bene nosti, proferunt. Sicuti *Cyman Cuman*, et *dyo duo*, nec non et *mus* et *sus* dicunt, quod *mys* et *sys* Græcis est. Eodem itaque modo, quos Strabo *Cyrtios* vocat, Romani *Curtios*, et nomine contracto *Curtos* appellant: eosdem et Turcos consonantium inversione, vel quod concinniori oris sono ita visum pronuntiari, vel quod ab eodem populo nomen exactius accepere. Cum enim diu immisce-

Πολὺ δ' εὐλογώτερόν μοι δοκεῖ εἰρηκέναι Σκύλαξ καὶ τοῖς ὑπὸ Στράβωνος τοῦ γεωγράφου λεγομένοις ὁμολογώτερα. Φησὶ γὰρ Στράβων, τὰ προσάρκτια τῆς Ἀτροπατινῆς Μηδίας ὀρεινὰ καὶ τραχέα, καὶ σκληρὰ εἶναι Καδουσίων κατοικίαν τῶν ὀρεινῶν, καὶ Ἀμαρδῶν, καὶ Ταπύρων, καὶ Κυρτίων, καὶ ἄλλων τοιούτων· τούτους δὲ μετανάστας εἶναι καὶ λῃστρικούς. Καὶ γὰρ τὸν Ζάγρον, καὶ τὸν Νιφάτην κατεσπαρμένα ἔχειν τὰ γένη ταῦτα, καὶ τοὺς ἐν τῇ Περσίδι Κυρτίους, καὶ Ἀμαρδοὺς, καὶ τοὺς ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ τῆς αὐτῆς εἶναι ἰδέας. Κύρτιοι τοίνυν καὶ κατὰ Στράβωνα οὐ μόνον περὶ τὴν ὀρεινὴν τῆς Ἀτροπατινῆς Μηδίας, ἀλλὰ καὶ ἐν Ἀρμενίᾳ οἰκοῦσιν. Ἀγκῶνες δέ τινες τοῦ Καυκάσου ὄρους, προπίπτοντες ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν, περιλαμβάνουσι τήν τε Ἰβηρίαν μέσην, καὶ τοῖς Ἀρμενίων ὄρεσι συνάπτουσιν. Ὥστ' εὔλογον τοὺς ἐν Ἀρμενίᾳ τότε Κυρτίους τούτους εἶναι, οὓς Σκύλαξ Κούρτους καὶ Τούρκους ὀνομάζων οἰκεῖν φησι τὰ προσάρκτια τοῦ Καυκάσου. Δοκεῖ δέ μοι καὶ τὸ τῶν Οὔνων ὄνομα εἰλῆφθαι ἀπὸ τῶν Αἰνειάνων πρὸς τῇ Ὑρκανίᾳ θαλάσσῃ καὶ τούτων οἰκούντων, φθειράντων τὴν ἐπωνυμίαν τῶν βαρβάρων καθάπερ καὶ ἄλλας πολλάς. Εὔλογον δὲ καὶ τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον οἰκοῦντας Τούρκους ἐπὶ Λέοντος Ῥωμαίων αὐτοκράτορος μεταστῆναι δεῦρο ἀπὸ τῶν Καυκασίων διαβάντας τὸν Κιμερικὸν καλούμενον Βόσπορον, ἀλλὰ μὴ ἀπὸ Παροπαμισοῦ. Καὶ ἐν Παννονίᾳ γὰρ Τούρκους τῷ Ἴστρῳ προσοίκους ἱστορεῖ Σκύλαξ. Καὶ σαφῶς Τούρκων τοὺς μὲν ἐν Ἀσίᾳ, τοὺς δὲ ἐν Εὐρώπῃ τάττει, Λέοντά τε τὸν Βασιλείου Ῥωμαίων αὐτοκράτορα συμμαχίαν παρὰ Τούρκων καὶ Οὔγγρων τῶν πέραν τοῦ Ἴστρου εἰληφέναι ἐπὶ Βουλγάρους φησίν. Εἰ δὲ Κούρτους τοὺς Κυρτίους καλεῖ, ου, ἀλλὰ μὴ υ γράφων, οὐδὲν ἄτοπον. Παρὰ Ῥωμαίων γὰρ τοὔνομα εἰληφὼς χρῆται. Ῥωμαῖοι δὲ πολλὰ τῶν τοῖς Ἕλλησι γραφομένων τῷ υ, εἰς ου τρέποντες γράφουσιν, ὡς οἶσθα, οἷον τὴν μὲν Κύμην Κούμαν, τὰ δὲ δύο, δοῦο, ὥσπερ αὖ καὶ τὸ μοῦς καὶ σοῦς ἀπὸ τοῦ μῦς καὶ σῦς. Οὕτω δὴ οὖν καὶ οὓς Στράβων Κυρτίους προσαγορεύει, Ῥωμαῖοι Κουρτίους καὶ Κούρτους συστέλλοντες εἶπον. Τοὺς αὐτοὺς δὲ καὶ Τούρκους κατὰ μετάθεσιν τῶν συμφώνων, ἤτοι δόξαντος εὐφωνότερον ἂν οὕτως προφέρεσθαι, ἢ καὶ παρὰ τοῦ ἔθνους αὐτοῦ εἰληφότες ἀκριβέστερον τοὔνομα. Ἐπιμιξίας δὲ πλείονος καὶ ὁμιλίας πρὸς

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

αὐτὸ ἀεὶ γινομένης, ὥστε τοὺς ὑφ' Ἑλλήνων καλουμένους Κυρτίους Τυρκίους, ἀλλὰ μὴ Κυρτίους προσαγορεύειν. Καὶ ἡμεῖς οὖν διὰ ταῦτα Τυρκίους ὀνομάζοντες γράφομεν, καὶ Τούρκους συστέλλοντες ἔνθα ἂν δοκοῖ, οἰόμεθά τε τούτους εἶναι, οὓς Στράβων Κυρτίους μετανάστας καὶ λῃστρικοὺς εἶναι λέγει περὶ Μηδίαν καὶ Ἀρμενίαν, ἀλλὰ μὴ Παροπαμισάδας, ὡς Πλήθων οἴεται. Εἰ δὲ μὴ ἁμαρτάνομεν, σὺ κρινεῖς. Ἔρρωσο.

A rentur, ac inter sese consuescerent, factum est, ut Cyrtii Græcorum *Tyrcii* et non Cyrtii dicerentur. Et nos item propterea *Tyrcios* vocantes scribimus, et contracto nomine *Turcos*, ubi visum fuerit. Existimamusque, hos esse, quos Strabo circa Mediam et Armeniam Cyrtios vagos latronesque fuisse tradit, non Paropamisadas, uti Plethoni placet. Si quid vero in his erratum est, tu judicabis. Vale.

THEODORI GAZÆ

EPISTOLÆ.

(Apud Boissonade, *Anecdota Græca*, tom. V.)

A'.

Θεόδωρος Δημητρίῳ εὖ πράττειν *.

Δεινὰ πάλιν ἀπαγγέλλεις, εἴπερ οὐδ' ἐν Φλωρεντίᾳ συμβαίνει τὰ παρὰ τῆς τύχης ἀμείνω. Δεινότερον δὲ σύγε τὸν λόγον ποιεῖς, φάσκων ὡς ἐγὼ σοῦ ἡμελημένος εἰμί, δυνάμενος προσόδους σοι καταστῆσαι ἐν Ῥώμῃ καὶ κερδῶν πόρους καὶ ἀφορμάς, καὶ ὅτι, πειθόμενός τινι τῶν ἐν Φλωρεντίᾳ λέγοντι (1) ταῦτα, ἀγαγακτεῖς τε καὶ μέμφῃ ἐμοί.

Ἐγὼ δὲ τὸ μὲν εἶναί τινα καὶ ἐν Φλωρεντίᾳ διάβολον οὐδὲν θαυμάζω· πλήρης γὰρ ὁ βίος διαβολῆς· τὸ δὲ σέγε εὐάλωτον εἶναι οὑτωσὶ ταῖς διαβολαῖς, τοῦτό γε θαυμάζω. Ἔδει γάρ σε μηδαμῶς λόγῳ πιστεῦσαι τοιούτῳ, διατρίψαντα δὴ ἐν Ῥώμῃ πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ μηδὲν τοιοῦτο μήτε αὐτὸν αἰσθόμενον, μήτε παρ' ἄλλων πυθόμενον. Εἰ γάρ τις ἐμοὶ δύναμις ἦν τοιαύτη, κἂν αὐτὸς ἠσθάνου παρών, κἂν Ἀργυρόπουλος (2) καὶ οἱ ἄλλοι φίλοι ἔλεγον. Νῦν δὲ πάντων τῶν ἐνθάδε σοι φίλων πολλὰ σκεψαμένων περὶ πόρου καὶ καταστάσεως, καὶ μηδὲν δυνηθέντος εὑρεῖν μηδενός, σὺ τὸν ἐν Φλωρεντίᾳ, οὐκ οἶδ' ὁντινα (οὐ γὰρ ὀνομάζεις), διάβολον δ', ὡς ἔοικε, καὶ φαῦλον τὸν τρόπον, ἀξιοπιστότερον ὑπείληφας σαυτοῦ τε καὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ φίλων τε καὶ οἰκείων ἁπάντων.

Θαυμάζω δὲ καὶ ὅτι λέγεις ὡς ἦσαν ἐν Ῥώμῃ πλείους πόροι τῶν ἐπιτηδείων. Τίνες γὰρ ἦσαν οὗτοι; ἦ οὐ μέμνησαι ὡς συχνὰ διαλεγόμενοι καὶ πᾶν εἶδος ἐνθυμούμενοι πόρου, οὐδὲν εὑρίσκομεν δυνατόν, οἰχομένου Βησσαρίωνος ἐφ' ᾧ πᾶσα ἦν ἡμῖν ἡ ἐλπίς; Ἀλλὰ γάρ, ὡς ἔοικε, σὺ δυσχερῶν τῶν ἐν Φλωρεντίᾳ πραγμάτων πειούμενος νῦν, ῥᾴω τὰ πρότερον ἐν Ῥώμῃ ὑπείληφας. Τοῦτο δέ σοι συμβαίνει, τάχα μὲν καὶ διότι τὸ παρὸν ἀεὶ κακὸν χαλεπώτερον τοῦ παρήκοντος εἶναι δοκεῖ· ὡς δὲ φαίην ἂν διαβεβαιούμενος, διότι ἐν Ῥώμῃ μὲν Θεόδωρος ἦν παραμυθούμενός σοι καὶ μετριάζων τὰ δυσχερῆ, καὶ τὴν πολλὴν αἴσθησιν τῶν κακῶν ἀφαιρούμενος ἀπὸ τῶν ἰδίων ὧν εἶχε μικρῶν. Ἐν Φλωρεντίᾳ δὲ οὐδένα ἔχεις τοιοῦτον· δεῖ δ' ἄρα τὰ πράγματα αὐτὰ καθ' αὐτὰ θεωρεῖν τε καὶ κρίνειν οἷα ἔστιν, ἀλλὰ μὴ κατά τινα περίστασιν καὶ συμβεβηκός· ἀπατᾶσθαι γὰρ οὕτως ἂν εἴη πολλάκις.

Εἷς μὲν οὖν πόρος σοι βίου ἐν Ῥώμῃ ἦν, τὸ ἐμὸν μόνον· τοῦτο μέντοι ἐπὶ μέν τινα χρόνον ἤρκεσεν ἄν, καὶ γέγονε δή· διὰ παντὸς δὲ ἐξαρκέσαι οὐχ οἷόν τε ἦν. Καὶ δή, βεβοηθηκότες τὰ δυνατά, ἀποπεμπόμεθά σε οἱ σὺ, καὶ πρὶν ἀφικέσθαι εἰς Ῥώμην, ὡρέγου πορεύεσθαι. Εἰ δὲ μηδ' ἐκεῖ τυγχάνεις ὧν δεῖ, ἡμεῖς γε οὐδὲν ἀδικοῦμεν, οὐδ' ἔστιν ἔγκλημα τοῦτο ἡμῶν οὐθέν, εἰ μὴ καὶ σὺ ἡμᾶς ἀδικεῖς ὅτι ἅμα σύ τε παρὼν ἐξενίζου ἡμῖν καὶ ἄγγελος ἦκεν ὡς Βησσαρίων, ἡμέτερος ὢν εὐεργέτης, τεθνηκώς εἴη.

Τὸ δ' ἀξιοῦν ἡμᾶς δεῖν καὶ τὰ ἐν Φλωρεντίᾳ ἐπίστασθαι, οἰκοῦντας ἐν Ῥώμῃ καὶ βίον ἀπράγμονα ζῶντας, φορτικόν λίαν, καὶ ἀξίωσις οὐ φίλου, ἀλλὰ φιλαιτίου, ἂν εἴη. Ἡμεῖς γὰρ οὐχ ὅπως τὰ ἐν Φλωρεντίᾳ, ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐν ᾗ οἰκοῦμεν οἴδαμεν πάντα· ἀλλ' ὁ οἰκέτης πολλὰ διαφθείρων καὶ ῥᾳδιουργῶν λέληθε. Σὺ δὲ ἐγκαλεῖς, ὅτι οὐ προείπομεν τὰ μέλλοντα συμβήσεσθαί σοι ἐν Φλωρεντίᾳ, πρᾶγμα ἄδηλον καὶ ἡμῖν τότε ὥσπερ καὶ σοί· καὶ ὡς ἐμβαλόντας σε εἰς συμφορὰς ἑτέρας ἡμᾶς αἰτιᾷ.

* E codicibus 2966 = A et 3043 = B. Theodorus Gaza ad Demetrium scripsit hanc epistolam, Chalcondylem Demetrium; nam de nullo alio Demetrio facile cogitandum est. Notandus error Harlesii ad Fabr. Bibl. Gr. t. XI, pag. 561, n. gg, qui hancce epistolam e codice 3043, n. 2, memorat ut ab Andronico Callisti ad Theodorum Demetrium scriptam.

(1) Florentiæ litteras Græcas docuit Demetrius Chalcondyles.

(2) Jo. Argyropulus litteras Græcas Romæ per plures annos docuit.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

